Universidad de Bibliotecas

D.
HIERONYMI
OPERA

T. 9

INDEX

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMI OPERVM

NONVS TOMVS

COMPLECTENS COMMENTARIOS IN MATTHAEVM ET MARCVM, ET IN DIVI PAVLI epistolas: uidelicet ad Galatas, Ephesios, Titum, Philemonem, necnon Commentarios in omnes Pauli epistolas, sed incerto autore: postremo Didymi de spiritu sancto librum à Hieronymo uersum.

BASILEAE M D LIII

REAL DE S. FRANCISCO JAVIER
PUBLICA DE NAVARRA

Universidad de Deusto
Biblioteca

HIERONYMI IN QVATVOR EVANGELIA
ad Damasum præfatio.

NOVVM opus me facere cogis ex ueteri: ut post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam: & quia inter se uariãt, quæ sint illa quæ cum Græca cõsentiant ueritate, decernã. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris ipsum ab omnibus iudicandum: senis mutare linguã, & canescentẽ iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter uel indoctus, cum in manus uolumen assumpserit: & à saliua quam semel imbibit, uiderit discrepare quod lectitat: non statim erumpat in uocem, me falsarium, me clamitans esse sacrilegũ: qui audeam aliquid in ueteribus libris addere, mutare, corrigere. Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur: quod & tu qui summus sacerdos es, fieri iubes: & uerum non esse quod uariat, etiam maledicorũ testimonio comprobatur. Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeãt quibus: tot enim sunt exemplaria, penè quot codices. Sin autẽ ueritas est quærenda de pluribus, cur non ad Græcam originem reuertentes, ea quæ uel à uitiosis interpretibus male reddita, uel à præsumptoribus imperitis emendata peruersius, uel à librarijs dormitantibus aut addita sunt, aut mutata corrigimus? Neq; uerò ego de ueteri disputo instrumẽto, quod à Septuaginta senioribus in Græcam linguã uersum, tertio gradu ad nos usq; peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus sapiant, quare Theodotion inter nouos & ueteres medius incedat. Sit illa uera interpretatio, quam apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamento, quod Græcum esse non dubium est, excepto apostolo Matthæo, qui primus in Iudæa euangeliũ Christi, Hebraicis literis edidit. Hoc certè cum in nostro sermone discordat, & in diuersos riuulorum tramites ducit, uno de fonte quærendum est. Prætermitto eos codices quos à Luciano & Hesychio nuncupatos, paucorũ hominũ asserit peruersa contentio: quibus utiq; nec in toto ueteri instrumento post Septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in nouo profuit emendasse: cum multarum gentiũ linguis scriptura ante translata, doceat falsa esse quæ addita sunt. Igitur hæc præsens præfatiuncula pollicetur, quatuor tantum euangelia, quorum ordo est iste: Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes, codicum Græcorũ emendata collatione, sed & ueterum: nec quæ multũ à lectionis Latinæ cõsuetudine discreparent. Ita calamo temperauimus, ut in his tantum quæ sensum uidebantur mutare, correctis: reliqua manere pateremur ut fuerant. Canones quoq; quos Eusebius Cæsariensis episcopus, Alexandrinũ, sequutus Ammonium, in decem numeros ordinauit: sicut in Græco habentur, expressimus. Quod si quis de curiosis uoluerit nosse, quæ in euangelijs, uel eadem, uel uicina, uel sola sint, eorũ distinctione cognoscet. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inoleuit, dum quod in eadem re alius euangelista plus dixit: in alio quia minus putauerint, addiderunt. Vel dum eundem sensum alius aliter expressit: ille qui unum è quatuor

Hieronymi præfatio

primum legerat, ad eius exemplum cæteros quoq; existimauerit emendandos. Vnde accidit ut apud nos inixta sint omnia: & in Marco plura Lucæ atq; Matthæi: rursus in Matthæo plura Ioannis & Marci: & in cæteris reliquorum, quæ alijs propria sunt, inueniantur. Cuius rei atq; Canones legeris qui subiecti sunt, cõfusionis errore sublato, & similia omnium sua & singulis sua quæq; restitues. In canone primo concordant quatuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. In secundo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Ioannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Ioannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In sexto duo, Matthæus, Marcus. In septimo duo, Matthæus, Ioannes. In octauo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Ioannes. In decimo, propria quiq; quæ non habentur in alijs, ediderunt. Singulis uerò euangelijs ab uno incipiens usq; ad finem librorum, dispar numerus accrescit. Hic nigro colore præscriptus, sub se habet alium ex minio discolorem numerum qui ad decem usq; procedens, indicat, prior numerus in quo sit canone requirẽdus. Cum ergo aperto codice (uerbi gratia) illud siue illud capitulũ scire uolueris, cuius canonis sit, statim ex subiecto numero doceberis, & recurrens ad principia, in quibus canonum est distincta congeries: eodemq; statim canone ex titulo frontis inuento, illum quem quærebas numerum, eiusdem euangelistæ, qui & ipse ex inscriptione signatur, inuenies: atq; è uicino cæterorũ tramitibus inspectis, quos numeros è regione habeant, annotabis: cum scieris, recurres ad uolumina singulorum, & sine mora repertis numeris, quos ante signaueras, reperies & loca in quibus uel eadem uel uicina dixerunt. Sciendum tamen ne quis ignarum ex similitudine numerorum error inuoluat: quod sicubi in subnotatione canonum distinctorũ in canone quolibet tres euangelistæ bis, ter, uel quater, aut etiam amplius eundem numerum per ordinem habuerint annotatum, & quartus e contrario discrepantes: quod id tres illi in eo loco semel dixerint, quartus toties in corpore uoluminis sui ponat, quoties diuersi numeri in eius canone positi stant, contra prædictorum numerorum continuatas similitudines. Item si in uno quolibet eorum, aut etiam duobus, idem in canone numerus bis, ter, & quater, aut eo amplius reperiatur in ordine collocatus, & dispares inueniantur in cæteris: dubium non erit, quin id quod illius illorum ue canonis numerus bis terq; repetitum ab his in uolumine semel dictum esse ostendit: alter alteriue eorum toties uno atq; eodem sensu loquantur, quoties prætulerint in numerorum annotatione distantiam. Et hoc in omnium nouem canonum collatione seruabitur. Cæterum in decimo (quoniam propria singulorum tantummodo continentur) non potest contra id comparatio esse quod solum est. Opto ut in Christo ualeas: & memineris mei papa beatissime.

Canon

Canon I

Canon Matt.	primus Mar.	in quo Lucas	quatuor Ioannes	Canon Matth.	primus Mar.	in quo Lucas	quatuor Ioann.
8	2	7	10	284	165	266	67
11	4	10	6	289	170	275	126
11	4	10	12	291	172	279	156
11	4	10	14	294	175	281	161
11	4	10	28	295	176	282	57
14	5	13	15	295	176	282	42
23	27	17	45	300	181	285	158
23	27	34	46	300	181	285	79
23	27	45	46	302	183	287	160
70	20	37	38	304	184	289	270
87	139	250	141	306	187	290	162
98	96	116	120	306	187	290	174
98	96	116	111	310	191	297	69
98	96	116	40	313	194	294	172
98	96	116	144	314	195	291	166
98	96	116	129	314	195	291	168
98	96	116	131	315	196	292	175
133	37	77	109	318	199	300	176
141	50	19	59	320	200	302	178
142	51	21	35	325	204	310	184
147	64	93	49	326	205	311	188
166	82	94	74	326	205	313	194
209	119	234	100	328	206	314	196
211	121	238	21	331	209	315	197
220	122	239	85	332	210	318	197
220	129	242	88	334	212	321	201
220	122	261	77	335	214	324	199
244	139	250	141	336	215	317	198
244	139	250	146	336	215	319	198
274	156	260	20	343	223	329	204
274	156	260	48	348	227	332	206
274	156	260	96	349	228	333	208
276	158	74	98	352	231	336	209
280	162	269	122	352	231	336	211
284	165	266	55				
284	165	266	63				
284	165	266	65				

Canon II. in quo tres



Canon III



Canon IIII



Universidad de Deusto
Biblioteca

Canon V

Canon V. Matthæus	in quo duo Lucas
3	7
10	8
12	11
16	16
25	46
26	47
28	48
30	49
34	194
36	162
38	53
40	52
41	55
43	123
46	153
47	134
48	191
49	150
51	59
53	125
54	54
55	170
57	61
58	60
60	171
61	64
65	172
66	66
68	105
78	108
84	111
86	109
93	145
95	160
96	182
96	184
102	69
104	71
105	193
107	73
108	115
110	118
119	126
125	62

Canon VI

Canon V. Matthæus	in quo duo Lucas
127	128
128	132
129	130
132	81
134	120
138	168
156	57
158	226
162	161
175	200
182	187
182	189
183	198
187	199
197	272
213	235
221	181
228	139
231	179
231	215
232	142
234	136
236	135
237	138
238	140
240	141
241	175
255	202
256	205
257	213
261	207
262	212
265	257
266	155
267	158
270	229
272	231

Canon VI. Matthæus	in quo duo Marcus
19	3
17	7
20	9
22	11
44	126
77	63
100	98
139	45
145	60
148	65
152	68
154	71
157	72
159	73
160	76
163	78
165	80
169	84
173	89
180	100
189	103
202	113
214	120
215	124
224	131
246	140
247	142
250	145
252	147
254	149
260	152
263	153
275	157
282	164
286	167
288	169
290	171
292	173
298	179
305	185
309	190
311	192
330	208
337	217
341	221
347	226
350	229

Canon VII

Canon VII Matthæus	in quo duo Ioannes
5	83
19	19
19	32
19	34
120	82
185	215
207	101

Finis

Canon VIII

Canon VIII Lucas	in quo duo Marcus
23	12
25	14
27	16
27	28
28	17
84	48
89	56
91	61
100	75
103	97
247	136
277	216
335	230
340	234

Finis

Canon IX

Canon IX Lucas	in quo duo Ioannes
30	219
30	222
262	113
262	124
274	227
274	229
274	231
303	182
303	186
303	190
307	182
307	186
307	190
312	186
312	190
312	182
340	213
341	217
341	221
342	223
342	225

Finis

Canon X



Universidad de Deusto
Biblioteca

tarios ſuper Matthæum proœmium.

PLVRES fuiſſe qui euangelia ſcripſerunt,& Lucas euangeliſta teſtatur, dicens:Quandoquidem multi conati ſunt ordinare narrationē rerum quæ in nobis completæ ſunt: ſicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi uiderunt ſermonem,& miniſtrauerunt ei:& perſeuerantia uſq; in prę-ſens tempus monimenta declarant: quæ à diuerſis autoribus edita,di-uerſarum hęreſeon fuere principia:ut eſt illud iuxta Aegyptios & Tho mam & Matthiam & Bartholomæum, duodecimq; apoſtolorum,& Baſilidis atq; Apellis, ac reliquorum, quos enumerare longiſsimum eſt: cum tantum in præſentiarum hoc ne-ceſſe ſit dicere: extitiſſe quoſdam qui ſine ſpiritu & gratia dei conati ſunt magis ordinare narrationem,quàm hiſtoriæ texere ueritatem. Quibus iure poteſt illud propheticum coa-ptari:Væ qui prophetant de corde ſuo,qui ambulant poſt ſpiritum ſuum:qui dicunt, dicit dominus:& dominus non miſit eos. De quibus & ſaluator in euangelio Ioannis loquitur: Omnes qui ante me uenerunt,fures & latrones fuerunt.Qui uenerunt,non qui miſsi ſunt. Ipſe enim ait:Veniebant,& ego non mittebam eos.In uenientibus enim præſumptio teme ritatis: in miſsis obſequium ſeruitutis eſt. Eccleſia autem quæ ſupra petram, domini uoce fundata eſt, quam introduxit rex in cubiculum ſuum: ad quam per foramen deſcenſionis occultæ miſit manum ſuam,ſimilis damulæ hinnuloq; ceruorum: quatuor flumina para-diſi inſtar eructans:quatuor angulos & anulos habet,per quos quaſi arca teſtamenti & cu ſtos legis domini,lignis immobilibus uehitur. Primus omniū Matthæus eſt publicanus, cognomento Leui: qui euangelium in Iudæa Hebræo ſermone edidit: ob eorum uel ma xime cauſam, qui in Ieſum crediderant ex Iudæis: & nequaquam legis umbram, ſucceden te euangelij ueritate ſeruabant. Secundus Marcus, interpres apoſtoli Petri,& Alexandri næ eccleſiæ primus epiſcopus: qui dominum quidem ſaluatorem ipſe non uidit, ſed ea quæ magiſtrum audierat prædicantem, iuxta fidem magis geſtorum narrauit quàm ordi-nem. Tertius Lucas medicus, natione Syrus Antiochenſis: cuius laus in euangelio: qui & ipſe diſcipulus apoſtoli Pauli, in Achaiæ Bœotiæque partibus uolumen condidit, quæ-dam altius repetens: & ut ipſe in proœmio confitetur, audita magis quàm uiſa deſcribens.

Vltimus Ioannes apoſtolus & euangeliſta, quem Ieſus amauit plurimum: qui ſupra pe-ctus domini recumbens, puriſsima doctrinarum fluenta potauit: & qui ſolus de cruce meruit audire: Ecce mater tua. Is cum eſſet in Aſia, & iam tunc hæreticorum ſemina pul-lularent,Cherinthi, Hebionis, & cæterorum, qui negant Chriſtum in carne ueniſſe: quos & ipſe in Epiſtola ſua Antichriſtos uocat, & apoſtolus Paulus fr equenter percutit:coactus eſt ab omnibus penè tunc Aſiæ epiſcopis, & multarum eccleſiarum legationibus, de di-uinitate ſaluatoris altius ſcribere, & ad ipſum (ut ita dicam) dei uerbum, non tam audaci quàm felici temeritate prorumpere. Vnde & Eccleſiaſtica narrat hiſtoria, cum à fratri-bus cogeretur ut ſcriberet:ita facturum ſe reſpondiſſe,ſi indicto ieiunio in commune om-nes deum deprecarentur,quo expleto, reuelatione ſaturatus, illud proœmium è cœlo ue-niens eructauit: In principio erat uerbū,& uerbum erat apud deum,& deus erat uerbum: hoc erat in principio apud deum.Hæc igitur quatuor euangelia multo ante prædicta,Eze-chielis quoq; uolumen probat,in quo prima uiſio ita contexitur:Et in medio ſicut ſimilitu do quatuor animalium,& uultus eorum facies hominis,& facies leonis, & facies uituli,& fa cies aquilæ.Prima hominis facies,Matthæū ſignificat: qui quaſi de homine exorſus eſt ſcri-bere, Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham. Secunda Marcum,in qua uox leonis in eremo rugientis auditur:Vox clamātis in deſerto,parate uiam domini,rectas facite ſemitas eius. Tertia uituli,quæ euangeliſtam Lucam à Zacharia ſacerdote ſumpſiſſe

initium

initium præfigurat. Quarta Ioannem euangelistam, qui assumptis pennis aquilæ, & ad altiora festinans, de uerbo dei disputat. Cætera quæ sequuntur, in eundem sensum proficiũt. Crura eorum recta, & pennati pedes: & quocunq; ibat spiritus, ibant & nõ reuertebantur: & dorsa eorum plena oculis: & scintillæ ac lampades in medio discurrẽtes, & rota in rota, & in singulis quatuor facies. Vnde & Apocalypsis Ioannis, post expositionem uiginti quatuor seniorum, qui tenentes citharas & phialas, adorant agnum dei, introducit fulgura & tonitrua & septem spiritus discurrẽtes, & mare uitreum, & quatuor animalia plena oculis, dicens: Animal primum simile leoni: & secundum simile uitulo: & tertium simile homini: & quartũ simile aquilæ uolanti. Et post paululum: Plena erant, inquit, oculis, & requiẽ non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Quibus cunctis perspicue ostenditur, quatuor tantũ debere euangelia suscipi: & omnes apocryphorum nænias mortuis magis hæreticis, quàm ecclesiasticis uiuis canendas. Satisq; miror Eusebi dilectissime, cur Romam subito nauigaturus, hanc tibi à me quasi sitarciam dari uolueris: ut Matthæum breuiter exponens, uerbis stringerem, sensibus dilatarem. Si meminisses responsionis meæ, nunquã in paucis diebus rem annorum peteres. Primum enim difficile est omnes legere, qui in euangelia scripserũt: deinde multo difficilius adhibito iudicio, quæ optima sunt excerpere. Legisse me fateor ante annos plurimos in Matthæum Origenis uiginti quinq; uolumina, & totidem eius homilias, commaticumq; interpretationis genus, & Theophili Antiochenæ urbis episcopi commentarios: Hippolyti quoq; martyris & Theodori Heracleotæ, Apollinarijq; Laodiceni, ac Didymi Alexandrini: & Latinorum Hilarij, Victorini, Fortunatiani opuscula, è quibus etiam si pauca carperem, dignum aliquid memoria scriberetur. An tu in duabus hebdomadibus, imminente iam pascha, & spirantibus uentis dictare me cogis, ut quãdo notarij excipiant, quando scribantur schedulæ, quando emendentur, quo spacio digerantur ad purũ, maxime cum scias me ita tribus mẽsibus languisse, ut uix nunc ingredi incipiã, nec possim laboris magnitudine breuitatem temporis compensare. Igitur omissa autoritate ueterum, quos nec legendi, nec sequendi mihi facultas data est, historicam interpretationem, quam præcipue postulasti, digessi breuiter, & interdum spiritualis intelligentiæ flores miscui, perfectum opus reseruans in posterum. Si autem mihi uita longior fuerit, aut tu in redeundo, tua promissa compleueris, tunc nitar implere quod reliquum est, imò iactis fundamentis, & ex parte constructis parietibus, pulcherrimũ culmen imponam: ut scias quid interfit inter subitam dictandi audaciam, & elucubratam scribendi diligentiam. Certe nosti, & mendacij mei erubescerem te testem uocare, quod præsens opusculum tanta celeritate dictauerim: ut aliena magis legere, quàm mea condere me putares. Nec hoc de arrogantia & fiducia ingenij dictum putes, sed quod ostendere tibi cupiam quantum apud me ualeas, qui periclitari magis apud doctos uoluerim, quàm tibi sedule postulanti quicquam negare. Vnde obsecro, ut si incomptior sermo est, & non solito lapsu fertur oratio, festinationi hoc tribuas, non imperitiæ: & des exemplaria, cum Romam ueneris, uirgini Christi Principiæ, quæ me rogauit, ut in Canticum canticorum scriberem, à quo opere exclusus ægrotatione diuturna, spem in futurum distuli, hac te lege constringens, ut si tu ei ad te scripta subtraxeris, illa quoq; armariolo sibi postea scribenda concludat.

A COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Matthæum Euangelistam
Liber primus.

MATTHAEVS

Liber generationis Iesu Christi.] In Esaia legimus: Generationẽ eius quis enarrabit? Nõ ergo putemus euangelistã prophetæ esse contrarium, ut quod ille impossibile dixit effatu, hic narrare incipiat: quia ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnatione est dictũ. A carnalib. aũt cœpit, ut per hominem deum discere incipiamus. *b* ¶ *Filij Dauid, filij Abraham.*] Ordo præposterus, sed necessario cõmutatus. Si enim primũ posuisset Abrahã, & postea Dauid: rursus ei repetendus fuerat Abraham, ut generationis series texeret. Ideo aũt cæteris prætermissis, horũ filiũ nuncupauit: quia ad hos tantũ est facta de Christo repromissio. Ad Abraham: In semine, inquit, tuo, benedicent omnes gentes, qd̃ est Christus.

B

Psal. 131. b Ad Dauid: De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. *c* ¶ *Iudas autem genuit Phares.*] Notandum in genealogia saluatoris nullam sanctarũ assumi mulierũ, sed eas quas scriptura reprehendit, ut qui propter peccatores uenerat, de peccatoribus nascẽs, omnium peccata deleret. Vnde & in consequentibus, Ruth Moabitis ponitur, & Bethsabee uxor Vrię. *d* ¶ *Naasson aũt genuit Salmon.*] Iste est Salmon princeps tribus Iudæ, sicut in Numeris legimus. *e* ¶ *Ioram aũt genuit Oziam.*] In quarto autem Regum uolumine legimus de Ioram Ochoziam fuisse generatum: quo mortuo, Iosabeth filia regis Ioram, soror Ochoziæ, tulit Ioas filium fratris sui, & eum interfecti ioni quę exercebatur ab Athalia, subtraxit. Cui succesit in regnũ filius eius Amasias, post quẽm regnauit filius eius Azarias, qui appellatur & Ozias, cui successit Ioatham filius eius. Cernis ergo quod secundũ fidẽ historiæ tres reges in medio fuerint, quos hic euangelista prætermisit: Ioram quippe non genuit Oziam, sed Ochoziã, & reliquos quos enumerauimus. Verũ quia euangelistæ propositũ erat tres tessaradecades in diuersa temporũ statu ponere, & Ioram generi se miscuerat impiissimę Iezabel, idcirco usq; ad tertiam generationem eius memoria tollitur, ne in sanctæ natiuitatis ordine poneretur. *f* ¶ *Et post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salatiel.*] Iechoniam in fine primæ tessaradecadis ponere, in sequenti non erũt quatuordecim, sed tredecim. Sciamus igitur Iechoniam priorem ipsum esse, quem & Ioakim: secundum autem filium, non patrem, quorum prior per k & m, sequens per ch & n scribitur, quod scriptorum uitio, & longitudine temporũ apud Græcos Latinosq; confusum est. *g* ¶ *Iacob autem genuit Ioseph.*] Hunc locum obiecit nobis Iulianus Augustus de dissonantia euangelistarum: cur euangelista Matthæus Ioseph dixerit filium Iacob, & Lucas eum filium appellarit Heli, non intelligens consuetudinẽ scripturarum, quod alter secundum naturam, alter secundum legem ei pater sit. Sci- *Deut. 25. b*
mus enim hoc per Moysen deo iubente præceptum, ut si frater aut propinquus absque liberis mortuus fuerit, alius accipiat uxorem ad suscitandum semen fratris uel propinqui sui. Super hoc & Africanus temporũ scriptor, & Eusebius Cæsariensis in libris *Διαφωνίας εὐαγγελιῶν* plenius disputarunt. *h* ¶ *Virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui uocatur Christus, & cæt.*] Quum uirum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare consuetudinis scripturarũ, quod sponsi uiri, & sponsæ uxores uocentur. *i* ¶ *Et à transmigratione Babylonis usque ad Christum generationes quatuordecim, & cæt.*] Numera à Iechonia usque ad Ioseph, & inuenies generationes tredecim. Quarta decima ergo generatio in ipsum Christum reputabitur. *k* ¶ *Christi autem generatio sic erat.*] Quærat diligens lector, & dicat: Quum Ioseph non sit pater domini saluatoris, quid pertinet ad dominum generationis ordo deductus usque ad Ioseph? Cui respondebimus primum, non esse consuetudinis scripturarum, ut mulierum in generationibus ordo texatur. Deinde ex una tribu fuisse Ioseph & Mariam, unde ex lege eam accipere cogebatur ut propinquam: & quod simul censentur in Bethlehem, ut una uidelicet stirpe generati.

C

D

a 1 III

b 2 X

b ¶ *Cum*

a ¶ *Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, etc.*] Quare non de simplici uirgine, sed de desponsata concipitur? Primum ut per generationẽ Ioseph, origo Mariæ monstraretur. Secundo ne lapidaretur à Iudæis ut adultera. Tertio ut in Aegyptum fugiens haberet solatium. Martyr Ignatius etiã quartam addidit causam, cur à desponsata conceptus sit, ut partus, inquiens, eius cælaretur diabolo, dum eũ putat non de uirgine, sed de uxore generatum. b ¶ *Antequam conuenirent inuenta est in utero habens de spiritu sancto.*] Non ab alio inuenta est nisi à Ioseph, qui penè licẽtia maritali futuræ uxoris omnia nouerat. Quod autem dicitur: antequam conuenirent: non sequitur ut postea conuenerint, sed scriptura qd factum non sit ostendit. c ¶ *Ioseph autem uir eius cum esset iustus.*] Si quis fornicariæ cõiungitur, unum corpus efficitur. Et in lege præceptum est, nõ solum reos, sed & cõscios criminũ obnoxios esse peccati: quomodo Ioseph quum crimen cælaret uxoris, iustus scribitur? Sed hoc testimoniũ Mariæ est quod Ioseph sciens illius castitatem, & admirans quod euenerat, cælat silentio cuius mysterium nesciebat. d ¶ *Ioseph fili Dauid noli timere, etc.*] Iam & supra diximus sponsas uxores appellari, qd plenius liber aduersus Heluidium docet. Et blandientis affectu ei per somnium angelus loquitur, ut iustitiam silentij comprobaret. Simulq; notãdum quod Ioseph filius esse dicatur Dauid, ut Maria quoq; de stirpe Dauid monstraret. e ¶ *Et uocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*] Iesus Hebræo sermone saluator dicitur. Etymologiam ergo nominis eius Euangelista signauit, dicens: Vocabis nomen eius Iesum, qa ipse saluum faciet populum suum. f ¶ *Hoc autem totum factum est, ut, etc.*] Pro eo quod Euangelista Matthæus dicit, in utero habebit: In propheta scriptum est, in utero accipiet; Sed propheta quia futura prædicit, significat quid futurum sit, & scribit accipiet: Euangelista quia non de futuro, sed de præterito narrat historiam, mutauit accipiet, & posuit habebit. Qui enim habet, nequaquam accepturus est. Tale quid & in psalmis legimus: Ascendens in excelsum captiuam duxit captiuitatẽ, accipiet dona in hominibus. Hoc testimoniũ Apostolus ponens, nõ dixit, accipiet, sed dedit, quia ibi de futuro significatũ est, qd accepturus esset: hic de eo narrat historia, qui iã derat quod acceperat.

c 3 V d 4 X

Leui. 5.a

B

d 5 VII

b 6 X

Psal. 67.d

C

D

Num. 24.c

Iosue 19.b

Mich. 5.a

g ¶ *Et accepit, etc.*] Ex hoc loco quidam peruersissime suspicant, & alios filios habuisse Mariã, dicentes: primogenitum non dici nisi qui habeat & fratres, cum hic mos sit diuinarum scripturarum, ut primogenitũ non eum uocent quẽ fratres sequantur, sed eum qui primus natus sit. Lege supradictũ libellũ aduersus Heluidiũ. Cap. II

Vidimus enim, etc.] Ad cõfusionẽ Iudæorũ ut natiuitatẽ Christi à gentibus discerẽt, oritur in oriente stella, quã futuram Balaã, cuius successores erant, uaticinio nouerãt. Lege Numerorũ librũ. Deferunt aũt magi stellæ indicio in Iudæã, ut sacerdotes à magis interrogati, ubi Christus nasceretur, inexcusabiles fierent de aduentu eius. i ¶ *At illi dixerunt.*] Librariorum hic error est. Putamus enim ab Euangelista primum ædictum, sicut in ipso Hebraico legimus Iudæ, non Iudææ. Quæ est enim aliarum gentium Bethlehẽ, ut ad distinctionẽ eius hic Iudææ ponceretur? Iudæ autem idcirco scribitur, quia est & alia Bethlehẽ in Galilæa. Lege librum Iesu filij Naue. Denique & in ipso testimonio quod de Micheæ propheta sumptum est, ita habetur: Et tu Bethlehem terra Iuda.

k ¶ *Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum thus, & myrrham.*] Pulcherrime munerũ sacramenta Iuuencus presbyter uno uersiculo cõprehẽdit: Thus, aurũ, myrrham, regiq; hominiq; deoq; Dona ferunt. l ¶ *Et resp. etc.*] Qui munera obtulerãt dño, consequẽter respon-

A responsum accipiũt. Responsum aũt quod Græcè dicit χρηματισθέντες, nõ per angelũ fit, sed per ipsum dñm, ut meritorũ Ioseph priuilegiũ demonstraret. Reuertuntur aũt per aliam uiã, quia infidelitati miscendi nõ erãt Iudæorũ. a ¶ *Ecce angelus domini apparuit.*] Quando tulit puerũ & matrem eius ut in Aegyptum transeat, nocte tulit & tenebris: quando uero reuertitur in Iudæam, nec nox nec tenebræ ponuntur in euangelio. b ¶ *Vt adimpleretur.*] Respondeant qui Hebræorũ uoluminũ denegant ueritatem, ubi hoc in Lxx. legatur interpretibus. Quod cum nõ inuenerint, nos eis dicemus in Osee propheta scriptum: sicut & exemplaria probate possunt quæ nup edidimus. Possumus autem locum istum & aliter cõsolari propter contẽtiosos, quorum consuetudinem Paulus apostolus habere se denegat & ecclesiã Christi, & testimoniũ proferimus ex Numeris, dicente Balaam: Deus ex Aegypto uocauit eum, gloria eius sicut unicornis. c ¶ *Tunc adimpletum est.*] De Rachel natus est Beniamin, in cuius tribu nõ est Bethlehẽ. Quæritur ergo quomodo Rachel filios Iudæ, id est, Bethlehem quasi suos ploret. Respondebimus breuiter, quia sepulta sit iuxta Bethlehem in Ephrata: & ex materno corpusculi hospitio matris nomẽ acceperit. Siue quoniam Iuda & Beniamin duæ tribus iunctæ erant: & Herodes præceperat non solum in Bethlehem interfici pueros, sed & in omnibus finibus eius: per occasionẽ Bethlehem, intelligimus multos etiã de Beniamin fuisse cæsos. Plorat aũt filios suos, & non recipit consolationẽ, secundũ duplicẽ intelligentiam. Siue quod eos in æternũ mortuos æstimarer: siue quod cõsolari se nollet de his quos sciret esse uicturos. Quod autẽ dicitur in Rama, nõ putemus loci nomen esse iuxta Gabaa, sed Rama excelsum interpretaẽ, ut sit sensus: Vox in excelso audita est: id est, longe lateq; dispersa. d ¶ *Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.*] Ex hoc loco intelligimus nõ solum Herodem, sed & sacerdotes & scribas eodem tempore necem domini fuisse meditatos. e ¶ *Qui surgens accepit.*] Non dixit, accepit filium suum & uxorẽ suam, sed puerum & matrem eius, quasi nutritius, non maritus.

Osee 11.a

2. Cor. 11.c

Num. 23.d

B

Gen. 35.c

f ¶ *Audiens autem.*] Multi labuntur errore propter ignorantiã historiæ, putantes eundẽ esse Herodem à quo in passione sua dñs irrideẽ, & qui nunc mortuus referaẽ. Ergo Herodes ille qui cũ Pilato postea amicitias fecit, huius Herodis filius est, frater Archelai, quẽ & ipsum Tyberius Cæsar Lugdunum, quæ Galliarum est ciuitas, relegauit: fratremq; eius Herodem successorẽ regni fecit. Lege Iosephi historiã. g ¶ *Et ueniens.*] Si fixum de scripturis posuisset exemplũ, nunquã diceret quod dictũ est p prophetas: sed simpliciter quod dictum est per prophetã: nũc autem pluraliter prophetas uocãs, ostẽdit se non uerba de scripturis sumpsisse, sed sensũ. Nazaræus sanctus interpretaẽ. Sanctũ autẽ dñm futurũ, omnis scriptura commemorat. Possumus & aliter dicere, q etiã eisdẽ uerbis iuxta Hebraicã ueritatem in Esaia scriptũ sit: Exiet uirga de radice Iesse, & Nazaræus de radice eius conscendet.

Ioseph. 17. antiq. cap. 10

Esa. 2.a

D

Cap. III

Pœnitentiã agite.] Primus Baptista Ioannes regnum cœlorum prædicat, ut præcursor domini hoc priuilegio honoretur. i ¶ *Hic est enim qui dictus est, etc.*] Animas credentium præparabat in quibus ambulaturus erat dominus, ut purus in uijs purissimis ambularet dicẽs: Habitabo in eis & in ambulabo, & ero deus ipsorũ, & ipsi erũt mihi populus. Porphyrius istum locũ Marci euangelistæ principio comparat, in quo scriptũ est: Initiũ euangelij Iesu Christi filij dei, sicut scriptum est in Esaia propheta: Ecce mitto angelum meũ ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam. Vox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Cum enim testimonium de Malachia Esaiaq; contextũ sit, quærit quomodo uelut ab uno Esaia exemplum putemus assumptũ. Cui ecclesiastici uiri plenissime responderunt. Nos autẽ nomen Esaiæ putamus additum scriptorum uitio, quod & in alijs locis probare possumus: aut certe de diuersis testimonijs scripturarum unum corpus effectum. Lege xiij. psalmum, & de hoc idem reperies.

c 7 III

b 8 I

Leuit. 26.b

Esa. 40.a

Malac. 3.a

k ¶ *Ipse autem Ioannes.*] De pilis, inquit, habebat, non de lana. Aliud austeræ uestis indicium est, aliud luxuriæ mollioris. Zona autem pellicea, qua accinctus fuit &

Universidad de Navarra Biblioteca

A Helias,mortificatiõis cingulũ est.Porro quod sequit: homine accepit baptisma,nullus à cõseruo dedigneť ac C
4.Reg.1.b *a ¶ Esca autem,etc.*] Habitatori solitudinis congruũ est, cipere. *i ¶ Et ecce,etc.*] Mysteriũ trinitatis in baptisma
non delicias ciborũ,sed necessitatẽ humanæ carnis ex te demonstrať:dũs baptizať: spiritus descẽdit in specie
plere. *b ¶ Potens est deus,etc.*] Lapides ethnicos uocat, colũbæ:patris uox, testimoniũ filio perhibẽtis, audiť.
propter cordis duritiã.Lege Ezechiel:Auferã inquit, à Aperiunť aũt cœli nõ reseratione elementorũ, sed spiri
uobis cor lapideũ, & tualibusoculis,qbus
c 9 dabo cor carneũ. In & Ezechiel in princi
VI lapide,duricia,in car pio uoluminis sui ap
ne,mollicia monstra tos eos esse cõmemo
tur. Siue simpliciter rat.Sedit quoq; colũ
indicat dei potentiã, ba super caput Iesu,
quod qui de nihilo ne quis putaret uocẽ
d 10 cũcta fecerit, possit & patris ad Ioannẽ fa
VI de saxis durissimis ctã,nõ ad dominum.
populũ procreare. *c ¶ Iam enim securis,etc.*] Cap. IIII
Prædicatio sermonis
Euangelici,qui ex u TVnc Iesus du.etc.] Haud dubium
traq; parte acutus est qn à sancto spũ.
gladius, securis ap Seq uit eñ: *l ¶ Vt tentaretur,etc.*] Ducit aũt
Hier.46.f pellatur, iuxta Hiere non inuitus aut cap
miam prophetã, qui tus, sed uolũtate pu
uerbũ domini securi gnandi. *m ¶ Et cum ieiunasset,etc.*] In isto nume
e 11 comparat cædenti pe ro quadragesimæ no
I tram. *d ¶ Cuius non sum.*] In alio Euange bis ostendit sacramẽ
f 12 lio:Cuius,ait,nõ sum tũ,in quo & Moses ie
V dignus soluere corri iunauit in mõte Sina Exod.24.d
g 13 giam calciamenti:hic & Helias iuxta mõtẽ 3.Reg.19.b
X
Deut.25.c humilitas,ibi mysterium demonstratur, Oreb. Permittit autẽ
quod Christus sponsus sit,& Ioannes nõ esurire corpus,ut dia
mereatur sponsi corrigiam soluere,ne uo bolo tẽtandi tribuať
h 14 cetur domus eius iu occasio. *n ¶ Dic ut lapides,etc.*] Esurienti
I xta legẽ Mosi & exem cõgrue dicit:dic ut la D
B plũ Ruth,domus dis pides isti panes fiant:
calciati. *e ¶ Ipse uos baptizabit,etc.*] Siue sed duobus cõtrariis
quia ignis est spiritus teneris diabole.Si ad
d 15 sanctus,ut Acta apo imperiũ eius possunt
II stolorũ docẽt:quo de lapides panes fieri,er
b 16 scendente sedit quasi go frustra tentas eũ q
V ignis super linguas tantæ potẽtiæ est. Sin
1.Cor.13.c credentiũ, & imple aũt nõ potest facere,
tus est sermo dñi dicẽ frustra filiũ dei suspi
tis:Ignẽ ueni mittere caris. Si filius dei es,
super terrã,& cũ uolo dic ut lapides isti pa
ut ardeat. Siue quia nes fiãt. *o ¶ Quire sp.etc.*] Testimonium
in præsenti spiritu ba de Deut. sumptũ est, Deut.8.d
ptizamur,& in futu Ideo aũt sic respondit
ro igne:Apostolo quoq; huic sensui congruente:Vni dñs: qa ppositũ erat
uscuiusq; opus quale sit ignis probabit. *f ¶ Tunc uenit Iesus,etc.*] Triplicẽ ob causam saluator à Ioanne acce et humilitate diabolũ
pit baptismũ.Primũ, ut quia homo natus erat,oẽm iu uincere,nõ potẽtia.Simulq; animaduertẽdũ,quod ni
stitiã & humilitatẽ legis impleret.Secũdo,ut baptisma si ieiunare cœpisset dñs, tẽtãdi occasio nõ fuisset diabo
te suo,Ioannis baptisma cõprobaret.Tertio, ut Iordanis aquas sanctificans per descensionẽ colũbæ,spiritus lo,secundũ illud:Fili accedẽs ad seruitutẽ dei, sta in iu Eccl.2.a
sancti in lauacro credentiũ monstraret aduentũ. *g ¶ Sine modo.*] Pulchre dixit:sine modo,ut ostẽderet Christũ sticia & timore:& præpara animã tuã ad tẽtationẽ. Sed
in aqua,Ioannẽ à Christo in spiritu baptizandũ. Siue & ipsa respõsio saluatoris hominẽ fuisse indicat qui ten
aliter:Sine modo, ut qui serui formã assumpsi,expleã tatus est.Nõ in solo pane uiuit homo,sed in omni uer
& humilitatẽ eius.Alioquin scito in die iudicij, meo te bo quod procedit de ore dei. Si quis ergo nõ uescitur
esse baptismate baptizandũ. Sine modo, dicit dñs Ie uerbo dei,iste nõ uiuit. *p ¶ Tunc assț.etc.*] Assumptio
sus,habeo & aliud baptisma quo baptizãdus sum. Tu ista quæ dicit,nõ ex imbecillitate dñi uenit, sed de ini
me baptizas in aqua,ut ego te baptizẽ pro me in san mici superbia,q uoluntatẽ saluatoris,necessitatẽ putat.
guine tuo. *b ¶ Sic enim,etc.*] Non addidit iustitiã le Ex hoc aũt loco intelligit quid sit illud qd in alio scribit
gis siue naturę,ut nos utrũq; intelligamus,ut si deus ab loco:Abierũt in sanctã ciuitatẽ,& multis apparuerũt. q Matt.27.f
¶ Et statuit,etc.] Vt quẽ fame tẽtauerat,tentaret eũ & ua
na gloria. *r ¶ Si filius,etc.*] In omnibus tẽtationib.hoc
agit diabolus,ut intelligat si filius dei sit:sed dñs sic re
sponsionẽ tẽperat,ut eũ relinquat ambiguũ. *s ¶ Mitte te deorsum.*] Vox diaboli,qui semper oẽs cadere deor
sum

A sum desiderat.Mitte te,inquit,deorsum:persuadere po angẽlis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne
tẽs,præcipitare non potest. *a ¶ Angelis suis mandauit de te,*] Hoc in nonagesimo psalmo legimus:uerum ibi nõ forte offendas ad lapidem pedem tuum.Ait illi Iesus rur
de Christo,sed de uiro sancto prophetia est. Male ergo sum:Scriptum est:Non tentabis dominũ deum tuum.
interpretatur scripturas diabolus. Certe si uere de sal Iterũm assumpsit eum diabolus in montẽ excelsum ual
uatore scriptum no de, & ostendit ei omnia regna mũdi & gloriam eorum,
uerat, debuerat & il & dixit ei: Hæc omniã dabo tibi, si cadẽs adoraueris me.
lud dicere, quod in Tũc dicit ei Iesus:Vade satana.Scriptum est enim: Do
eodem psalmo cõtra minũm deum tuum adorabis,& illi soli seruies. *c* Tũc
se sequit: Super aspi reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserũt & mini
dem & basiliscum am strabant ei. *d* Cum autem audisset Iesus quod Ioannes tra
bulabis,& conculca ditus esset, secesit in Galilæam: *e* & relicta ciuitate Na
bis leonem & draco zareth,uenit & habitauit in ciuitate Capharnaum mariti
nem. De angelorum ma in finitimis Zabulon & Neptalim, ut adimpleretur
auxilio quasi ad infir quod dictũ est per Esaiam prophetã: Terrã Zabulon &
mum loquit, de sua terra Neptalim, uia maris trans Iordanem Galilææ gen
conculcatione quasi tium,populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucẽ ma
tergiuersator tacet. gnam: & sedentibus in regione umbræ mortis lux orta
b ¶ Ait illi Iesus rursum.] est eis. *f* Exindè cœpit Iesus prædicare & dicere: Pœni
Falsas de scripturis tentiam agite,appropinquabit enim regnũ cœlorũ.Am
diaboli sagittas,ueris bulans aũtẽ Iesus iuxta mare Galilææ, uidit duos fratres,
scripturarum frangit Simonẽ qui uocatur Petrus,& Andream fratrẽ eius,mit
clypeis. Et notãdum tentes rete in mare:erãt eñ piscatores.Et ait illis: *g* Venite
quòd testimonia ne post me,& faciã uos fieri piscatores hominũ. At illi conti
cessaria de Deutero nuo relictis retibus secuti sunt eum. *h* Et procedens inde
nomio tantum pro uidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem
tulerit,ut secundæ le fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorũ,reficien
gis sacramenta mon tes retia sua, & uocauit eos. Illi autem statim relictis reti
straret. *c ¶ Iterum assumpsit eum diabolus.*] bus & patre,secuti sunt eum. *i* Et circuibat Iesus totã Ga
Gloria mũdi quæ cũ lilæam,docens in synagogis eorum, & prædicans euan
mundo præteritura gelium regni,& sanans omnem languorem & omnem
est,in monte & in su infirmitatem in populo.Et abijt opinio eius in totam Sy
percilio demonstrat: riam, & obtulerunt ei omnes male habentes, uarijs lan
B dominus autẽ ad hu guoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia
milia descẽdit & cam habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Et
pestria, ut diabolum secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa & Decapoli,&
humilitate superaret. de Hierosolymis,& de Iudæa,& de trans Iordanem.
Porrò diabolus du
cere eum festinat ad
montes, ut per quos
ipse corruerat, etiam
ceteri corruant,iux
1.Tim.3.c ta illud Apostoli: Ne
inflatus incidat in iu
dicium diabolum. *d*
¶ Hæc omnia dabo tibi,si cadens adoraueris me.]
Arrogãs & superbus
etiam hoc de iactan
tia loquit, non quod
in toto mũdo habeat
potestatem: aut pos
sit omnia regna dare
diabolus, cum scia
mus plerosq; sanctos
uiros à deo reges fa
ctos. Si cadens, inqt,
adoraueris me. Ergo
q adoraturus est dia
bolum ante corruit.
e ¶ Tunc dixit ei Iesus.]
Non ut plerisq; putãt, eadẽ satanas & apostolus Petrus
Matt.16.d sententia condemnantur.Petro enim dicit:Vade retro
me,satana:ad est, sequere me qui contrarius es uolunta
ti meæ:hic uero audit,uade satana,& nõ ei dicitur retro
me,ut subaudiat:uade in ignẽ æternũ, qui præparatus
est tibi & angelis tuis. *f ¶ Dominũ deum tuum adorabis,& illi soli seruies.*] Dicẽs diabolus saluatori:si cadẽs adora

Ex præcedẽtib.eñ & sequẽtib.in
cus,quẽ putamus esse uel Thabor,uel quẽlibet aliũ ex
celsum montẽ.Deniq; postq; finiuit sermones suos, sta
tim sequit:Cũ aũt introisset Capharnaũ. *n ¶ Beati pau peres,etc.*] Hoc est qd alibi legimus: Et humiles spiritu
saluabit.Ne quis aũt putaret paupertatẽ quæ nõnunq; necessitate portať,à dño prędicari,adiunxit,spiritu, ut

CANON

humilitatē intelligeres, nō penuriā. Beati pauperes spiritu, qui propter spiritū sanctū uolūtate sunt pauperes. Vnde super huiusce modi pauperibus & saluator per Esa. 61.a Esaiā loquit: Dñs unxit me, propter quod euāgelizare pauperibus misit me. dæ, nec terram istius d 27 mūdi, nō terrā male- V dictā, spinas & tribu- e 28 los afferentē, quā cru V delissimus quisq; & f 29 bellator magis possi- X det, sed terrā quā psal mista desiderat dicēs: Psal. 26.d Credo uidere bona dñi in terra uiuentiū. Huiusce modi possef- g 30 sor, & post uictoriam V triumphator, etiā in xliiij. psal. describit: Et intēde prosperē, ꝓcede & regna: ꝓpter b 31 ueritatē & māsuetudi II nē & iustitiā. Nemo enim terrā istam per māsuetudinē, sed per superbiam possidet. i 32 b ¶ *Beati qui lugēt.*] Lu II ctus hic nō mortuorū ponit cōmuni lege naturæ, sed peccatis & uitijs mortuorum. 1.Reg. 15.c Sic fleuit & Samuel k 33 Saulē, quia pœnitue- X rat deū ꝙ unxisset eū B regē super Israel. sic & l 34 Paulus apostolus fle- V re ac lugere se dicit m 35 eos ꝙ post fornicatio- X nē & immundiciā nō egerunt pœnitentiā.

c ¶ *Beati qui esuriunt.*] Nō nobis sufficit uel le iustitiā, nisi iustitiæ patiamur famem, ut sub hoc exēplo nunquā nos satis iustos, sed semper esurire iustitiæ opera intelligamus. d ¶ *Beati misericordes.*] Misericordia non solū in eleemosynis intelligit, sed in oīi peccato fratris, si alter alterius onera portemus. e ¶ *Beati mūdo corde.*] Quos nō arguit cōscientia ulla peccati. Mundus mūdo corde conspicit, templū dei non potest esse pollutū. f ¶ *Beati pacifici.*] Qui primū in corde suo, deinde inter fratres dissidentes pacē faciunt. Quid enim prodest alios per te pacari, cum in tuo animo sint bella uitiorū? g ¶ *Beati qui pers. etc.*] Signanter dixit, propter iustitiam. Multi enim persecutionem propter sua peccata patiuntur, & nō sunt iusti. Simulq; considera, quod octaua ueræ circuncisionis beatitudo martyrio terminatur. h ¶ *Beati estis.*] Illud maledictum contemnendū est, quod beatitudinem creat: quod falso maledicētis ore profertur. Vnde & specialiter definiuit quæ sit beata maledictio: omne dicens maledictum aduersum uos, mentientes propter me. Vbi ergo Christus in causa est, ibi & optanda maledictio est. i ¶ *Gaudete.*] Nescio quis hoc nostrum possit implere, ut laceretur opprobrijs fama nostra, & nos exultemus in dño. Hoc qui uanam sectatur gloriā implere nō potest. Gaudere igitur & exaltare de

humilitatē intelligeres, nō penuriā. Beati pauperes spiritu, qui propter spiritū sanctū uolūtate sunt pauperes. Vnde super huiusce modi pauperibus & saluator per Esaiā loquit: Dñs unxit me, propter quod euāgelizare pauperibus misit me, dæ, nec terram istius mūdi, nō terrā maledictā, spinas & tribulos afferentē, quā crudelissimus quisq; & bellator magis possidet, sed terrā quā psalmista desiderat dicēs: Credo uidere bona dñi in terra uiuentiū. Huiusce modi possessor, & post uictoriam triumphator, etiā in xliiij. psal. describit: Et intēde prosperē, ꝓcede & regna: ꝓpter ueritatē & māsuetudinē & iustitiā. Nemo enim terrā istam per māsuetudinē, sed per superbiam possidet. b ¶ *Beati qui lugēt.*] Luctus hic nō mortuorū ponit cōmuni lege naturæ, sed peccatis & uitijs mortuorum. Sic fleuit & Samuel 1.Reg. 15.c Saulē, quia pœnituerat deū ꝙ unxisset eū regē super Israel. sic & Paulus apostolus flere ac lugere se dicit eos ꝙ post fornicatiōnē & immundiciā nō egerunt pœnitentiā.

c ¶ *Beati qui esuriunt.*] Nō nobis sufficit uelle iustitiā, nisi iustitiæ patiamur famem, ut sub hoc exēplo nunquā nos satis iustos, sed semper esurire iustitiæ opera intelligamus. d ¶ *Beati misericordes.*] Misericordia non solū in eleemosynis intelligit, sed in oīi peccato fratris, si alter alterius onera portemus. e ¶ *Beati mūdo corde.*] Quos nō arguit cōscientia ulla peccati. Mundus mūdo corde conspicit, templū dei non potest esse pollutū. f ¶ *Beati pacifici.*] Qui primū in corde suo, deinde inter fratres dissidentes pacē faciunt. Quid enim prodest alios per te pacari, cum in tuo animo sint bella uitiorū? g ¶ *Beati qui pers. etc.*] Signanter dixit, propter iustitiam. Multi enim persecutionem propter sua peccata patiuntur, & nō sunt iusti. Simulq; considera, quod octaua ueræ circuncisionis beatitudo martyrio terminatur. h ¶ *Beati estis.*] Illud maledictum contemnendū est, quod beatitudinem creat: quod falso maledicētis ore profertur. Vnde & specialiter definiuit quæ sit beata maledictio: omne dicens maledictum aduersum uos, mentientes propter me. Vbi ergo Christus in causa est, ibi & optanda maledictio est. i ¶ *Gaudete.*] Nescio quis hoc nostrum possit implere, ut laceretur opprobrijs fama nostra, & nos exultemus in dño. Hoc qui uanam sectatur gloriā implere nō potest. Gaudere igitur & exaltare de

spiritu, quoniā ipsorū est regnum cœlorū. d Beāti mites, quoniā ipsi possidebūt terrā. c Beāti q lugent, quoniā ipsi cōsolabunt. Beāti qui esuriūt & sitiūt iustitiā, quoniā ipsi saturabunt. f Beāti misericordes, quoniā ipsi misericordiam consequent. Beāti mūdo corde, quoniā ipsi deum uidebūt. Beāti pacifici, quoniā filij dei uocabunt. Beāti q persecutionē patiunt propter iustitiā, quoniā ipsorū est regnū cœlorū. g Beāti estis cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersus uos, mentiētes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis. Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerūt ante uos. h Vos estis sal terræ. Quod si sal euanuerit, in quo saliet? Ad nihilū ualet ultra, nisi ut mittat foras, & conculcet ab hominib. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montē posita, i neq; accendunt lucernā & ponūt eā sub modio, sed super candelabrū, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrē uestrū qui in cœlis est. k Nōlite putare quoniam ueni soluere legē aut prophetas. Non ueni soluere, sed adimplere. l Amen quippe dico uobis, dōnec transeat cœlum & terra, iōta unum aut apex unus nō præteribit à lege, donec omnia fiant. m Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cœlorū: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorū. Dico autem uobis, quia nisi abundauerit iustitia uestra plus quàm scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnū cœlorū. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides. Qui autem occiderit, reus

a ¶ *Beati mites.*] Non terrā lucrum, sed cœlestia bona promittit. b ¶ *Beati q lugent.*] Non de mortuis, sed de peccatis. c ¶ *Beati qui esuriunt.*] Non de cibo, sed de iustitia. d ¶ *Beati misericordes.*] Misericordia non solū in eleemosynis intelligit, sed in oīi peccato fratris, si alter alterius onera portemus. e ¶ *Beati mūdo corde.*] Quos nō arguit cōscientia ulla peccati. Mundus mūdo corde conspicit, templū dei non potest esse pollutū. f ¶ *Beati pacifici.*] Qui primū in corde suo, deinde inter fratres dissidentes pacē faciunt. Quid enim prodest alios per te pacari, cum in tuo animo sint bella uitiorū? g ¶ *Beati qui pers. etc.*] Signanter dixit, propter iustitiam. Multi enim persecutionem propter sua peccata patiuntur, & nō sunt iusti. Simulq; considera, quod octaua ueræ circuncisionis beatitudo martyrio terminatur. h ¶ *Beati estis.*] Illud maledictum contemnendū est, quod beatitudinem creat: quod falso maledicētis ore profertur. Vnde & specialiter definiuit quæ sit beata maledictio: omne dicens maledictum aduersum uos, mentientes propter me. Vbi ergo Christus in causa est, ibi & optanda maledictio est. i ¶ *Gaudete.*] Nescio quis hoc nostrum possit implere, ut laceretur opprobrijs fama nostra, & nos exultemus in dño. Hoc qui uanam sectatur gloriā implere nō potest. Gaudere igitur & exaltare de

tam in mēte concupiscentiā. p ¶ *Donec transeat.*] Promittuntur nobis cœli noui & terra noua, quæ facturus est dñs deus. Si ergo noua creanda sunt, consequenter uetera transitura. Quod autē sequitur: q ¶ *Iota unum, aut unus apex.*] Ex figura literæ ostenditur, quod etiam quæ minima putantur in lege, sacramentis spiritualibus plena sint, & omnia recapitulentur in euangelio. Cuius ergo eruditionis est, cuiuscq; doctrinæ etiam diuersa sacrificia, & quæ superstitiosa uidentur in uictimis, quotidie demonstrari compleri? r ¶ *Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, etc.*] Hoc capitulum cum superiori hæret testimonio, in quo dixerat: Iota unum, aut apex unus non præteribit à lege donec omnia fiant. Suggillat ergo pharisæos, qui cōtemptis mandatis dei, statuebant proprias traditiones: quod nō eis prosit doctrina in populis, si uel paruum quod in lege præceptū est destruant. Possumus autē & aliter intelligere, quod magistri eruditio, etiā si paruo peccato obnoxius sit, deducat eum de gradu maximo: nec prosit docere iustitiā, quā minima culpa destruit. Et beatitudo perfecta sit, quę sermone docueris, opere cōplere.

¶ *Omnis*

CANON

A ¶ *Omnis qui irascitur fratri suo.*] In quibusdā codicibus additur, sine causa: cæterū in ueris definita sentētia est, & ira penitus tollit, dicente scriptura: Qui irascit fratri suo. Si enim iubemur uerberāti alterā præbere maxillam, & inimicos nostros amare, & orare ꝓ persequētibus, omnis iræ occasio tollit. Radendū est ergo, sine causa: quia ira uiri iustitiam dei non operat. b ¶ *Qui aūt dixerit fratri.*] Hoc uerbum proprie Hebræorum est רֵיקָא enim dicitur κενός, id est, inanis aut uacuus: quem nos possumus uulgata iniuria absq; cerebro nuncupare. Si pro ocioso sermone reddituri sumus rationem, quanto magis de cōtumelia? Sed & signāter additur: Qui dixerit fratri suo raka. Frater enim noster nullus est nisi qui eundem nobiscum habet patrē. Cū ergo similiter credat in deum, & Christum dei nouerit sapientiam, qua ratione stultitiæ elogio denotari potest? c ¶ *Qui*

B *aūt dixerit, etc.*] ἐκ τῶν κοινῶν ex superioribus subaudit: Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehēnę: qui enim ęquè in deum credenti dicit fatue, impius est in religione. d ¶ *Si ergo offers munus.*] Non dixit, si tu habes aliquid aduersus fratrē tuū: sed si frater tuus habet aliquid aduersum te: ut durior reconciliationis tibi imponat necessitas. Quādiu illū placare nō possumus, nescio an consequēter munera nostra offeramus deo. e ¶ *Esto consentiens.*] Pro eo quod nos habemus in Latinis codicibus consentiēs, in Græcis scriptū est εὐνοῶν, quod interpretatur benevolus aut benignus. Ex præcedētibus aūt & consequentibus manifestus est sensus: ꝙ nos dñs atq; saluator noster dum in istius seculi uia currimus, ad pa-
Rom. 12.d cem & concordiā cohortet, iuxta Apostolum dicentē: Si fieri potest quantū ex uobis est, cum omnib. hominibus pacem habentes. Nam & in præcedenti capitulo dixerat: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, & hoc finito, statim infert: Esto cōsentiēs aut benignus aduersario tuo, & reliqua. Et in consequentibus iubet: Diligite inimicos uestros: benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequētibus & calumniantibus uos. Cum hæc manifesta sit & consequēs intelligētia, plerique arbitrant de carne dictū & anima, uel de anima & spiritu: quod penitus nō fiat. Quomodo em aut caro mitēda erit in carcerē, si anima nō consenserit: cū & anima & caro pariter recludēda sint: nec quicq; possit caro facere, nisi quod animus imperarit: aut spiritus sanctus habitās in nobis, uel carnē uel animā repugnātes iudici tradere, cum ipse sit iudex? Alij iuxta epistolā Petri di-
1.Pet. 5.c cētis: Aduersarius noster diabolus quasi leo rugiēs circuit, & reliqua: aduersariū, diabolum interpretātur, & uolūt à saluatore præcipi, ut dū in potestate nostra est, simus benevoli erga diabolū, qui est inimicus & ultor: nec faciamus eū pœnas sustinere pro nobis. Cū enim

reus erit iudicio. Ego autem dico uobis, quia ōmnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autē dixerit fratri suo raka, reus erit concilio. Qui aūt dixerit fatue, reus erit gehennę ignis. Si ergō offers munus tuū ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliqd aduersum te, relinque ibi munus tuū ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tūc ueniens offeres munus tuū. n Estō consentiens aduersario tuo cito dum adhuc es cū eo in uia: ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerē mittaris. Amen dico tibi, nō exies inde donec reddas nouissimū quadrantē. o Audistis quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico uobis: quia omnis qui uiderit mulierē ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unū mēbrorū tuorū, q̄ totum corpus tuum mittatur in gehennā. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proijce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unū membrorum tuorum, q̄ totum corpus tuum mittatur in gehennam.

Dictum alio duo minuta. Non ꝙ dissonēt euangelia, sed quod unus quadrans duos minutos nūmos habeat. Hoc est ergo quod dicit: Non egredieris de carcere, donec etiā minima peccata persoluas. f ¶ *Qui uiderit mulierem.*] Inter πάθη & προπάθεια, id est, inter passionem & propassionē hoc interest, quod passio reputatur in uitium, propassio licet uitij culpam habeat, tamē non tenet in crimine. Ergo qui uiderit mulierē, & anima eius fuerit titillata, hic propassione pcussus est. Si uero consenserit, & de cogitatione affectū fecerit: sicut scriptum est in Dauid: Transierūt in affectum cordis: de propas-
Psal. 72.d sione transiuit ad passionē, & huic nō uolūtas peccandi deest, sed occasio. Quicunq; igitur uiderit mulierē ad concupiscendū: id est, si aspexerit ut concupiscat, ut facere disponat: iste recte dicitur eam mœchari in corde suo. g ¶ *Quod si oculus tuus dexter.*] Quia suprà de concupiscentia mulieris dixerat: recte nunc cogitationem & sensum in diuersa uolitantem, oculum nuncupauit. Per dexteram autem & cæteras corporis partes, uoluntatis & affectus initia demōstrantur: ut quod mente concipimus, opere compleamus. Cauendum est igitur, ne quod in nobis optimum est, cito labatur in uitium. Si enim dexter oculus & dextera manus scandalizant, quanto magis ea quæ in nobis sinistra sunt? Si enim anima labitur, quanto plus corpus quod ad peccata procliuius est? Aliter: In dextero oculo & dextera manu, fratrum, uxorum, & liberorum atq; affinium, & propinquorum monstratur affectus: quos si ad contemplandam ueram lucem nobis impedimento esse cernimus, debemus truncare istius modi portiones: ne dum uolumus lucri cæteros facere, ipsi in æternum pereamus. Vnde dicitur & de sacer-
Leuit. 21.d dote magno, cuius anima dei cultui dedicata est: super patre & matre & filijs non polluetur. id est, nullum affectum sciet, nisi eius cuius cultui dedicatus est.

b 4 ¶ *Dictum*

Universidade de Barcelona Biblioteca

A a ¶ *Dimissum est, etc.*] In posteriori parte locum istum plenius saluator exponit: quod Moses libellū repudij dari iusserit propter duritiā cordis maritorū: non dissidiū cōcedens, sed auferens homicidiū. Multo enim melius est licet lugubrē, euenire discordiam, quàm per odium sanguinem fundi. *b* ¶ *Ego autē, etc.*] Hanc per elementa iurandi pessimam consuetudinem semper habuere Iudæi: sicut prophetalis eos frequēter arguit sermo. Qui iurat aut ueneratur, aut diligit eum per quē iurat. In lege præceptū est: ut non iuremus: nisi per dominū deū nostrū. Iudæi per angelos & urbē Hierusalem, & templum & elemēta iurantes: creaturas resq; carnales uenerabantur honore & obsequio dei. Denicq; considera q hic saluator non per deū iurare, phibuerit: sed per cœlum & terram & Hierosolymam & per caput tuū. Et hoc quasi paruulis fuerat lege cōcessum: ut quo modo uictimas immolabant deo, ne eas idolis immolarēt: sic iurare permitterētur in deum: non quod rectè hoc facerent, sed q melius esset, deo id exhibere q̄ dæmonibus. Euangelica autē ueritas non recipit iuramentum: cum omnis sermo fidelis pro iureiurādo sit. *c* ¶ *Audistis, etc.*] Qui dicit oculū pro oculo: non alterum uult auferre, sed utrunq; seruare. Dominus noster uicissitudinem tollens, truncat initia peccatorum. Et in lege retributio est: in euāgelio gratia. Ibi culpa emēdatur: hic peccatorum auferuntur exordia. *d* ¶ *Sed si quis te percusserit, etc.*] Ecclesiasticus uir describitur, imitator eius qui dicit: Discite à me: quia mitis sum & humilis corde. Et pollicitationē suam, percussus alapa comprobat: Si male locutus sum, argue de malo: si in autem bene, quid me cædis? Tale quid & Dauid loquebatur in psal. Si reddidi retribuentibus mihi mala. Et Hieremias in Lamentationibus: Bonū est homini cum sederit in adolescentia sua. Dabit percutienti se maxillā: saturabitur opprobriis. Hoc aduersum eos qui putāt alterū deū legis, alterū euangelij: quod & ibi & hic māsuetudo doceatur. Secundū mysticos intellectus: percussa dextera nostra, nō iubemur sinistrā præbere, sed alterā: hoc est, alterā dexterā. Iustus enim sinistrā non habet. C Si nos hæreticus in disputatione percusserit, & dextrū dogma uoluerit uulnerare: opponat ei aliud de scripturis testimoniū: & tā diu uerberāti succedētes sibi dexteras præbeamus, donec inimici ira lassescat. *e* ¶ *Qui petit.*] Si de eleemosyna tantū dictū intelligimus: in plerisq; pauperibus hoc stare nō potest. Sed & diuites si semp dederint, semper dare nō poterūt. Post bonū ergo eleemosynę, apostolis: id est, doctoribus præcepta tribuūtur: ut qui gratis acceperūt, gratis tribuant. Istiusmodi pecunia nunq; defecit: sed quāto plus data fuerit, tāto amplius duplicat. Et cū subiecta sibi arua riget, nūquā fontis unda siccatur. *f* ¶ *Ego aūt.*] Multi præcepta dei imbecillitate sua nō sanctorū uirib. estimātes, putant esse impossibilia quæ præcepta sunt, & dicūt sufficere uirtutibus nō odisse inimicos: cæterum diligere plus præcipi, q̄ humana natura patiat. Sciēdum est ergo Christū nō impossibilia præcipere, sed p̄fecta: quæ fecit Dauid in Saul & in Absalō. Stephanus quoq; martyr, p inimicis lapidātib. deprecatus est: & Paulus anathema cupit esse, p̄ persecutoribus suis. Hæc aūt Iesus & docuit & fecit dicēs: Pater ignosce illis: quod eī faciūt, nesciūt. *g* ¶ *Vt sitis filij.*] Si dei præcepta custodiēs, filius quis efficit dei: ergo non est natura filius, sed arbitrio suo.

Deut. 24

Deu. 6.c & 7.d

p 38 V

q 39 X

r 40 V

B

s 41 V

t 42 X

Infrà 11.d

Ioan. 18.d

Psal. 7.b

Tren. 3.d

D

Act. 7.g

Rom. 9.d

Luc. 23.c

Caput VI

A Ttendite, ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in cœlis est. Cūm ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in uicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Tē aūt faciente eleemosynā, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: ut sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ: qui amant in synagogis, & in angulis platearū stantes orare: ut uideantur ab hominibus. Amēn dico uobis, receperunt mercedē suam. Tū aūt cum oraueris, intra in cubiculū tuum, & clauso ostio tuo, ora patrem tuū in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. *b* Orāntes aūt nolite multū loqui, sicut ethnici faciunt. Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit ēnim pater uester quid opus sit uobis antequam petatis eum. Sic ergo uos orabitis. Pāter noster qui es in cœlis, sanctificētur nomen tuum. Adueniat regnum tuum: Fiāt uoluntas tua sicut in cœlo, & in terra. Pānem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem: Sed libera nos à malo: Amēn. Si ēnim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester cœlestis delicta uestra. *c* Si autem nō dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. *d* Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes. Exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes. Amen dico uobis: quia receperunt mercedē suam. Tū autem cum ieiunas, unge caput tuū: & faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunans: sed patri tuo qui est in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi erugo & tinea demolit, & ubi fures effodiūt & furant. Thesaurizate autē uobis thesauros in cœlo: ubi nec erugo, nec tinea demolit, & ubi fures nō effodiūt, nec furantur. Vbi ēnim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuū. *f* Lucerna corporis

Luc. 6.f

A *a* ¶ *Te autem faciente, etc.*] Non solum eleemosynam, sed quodcunq; feceritis boni operis, debet sinistra nescire: si enim illa scierit, statim dextera opera cōmaculantur. *b* ¶ *Amen dico uobis, etc.*] Non dei mercedē, sed suā. Laudati sunt enim ab hominibus: quorū causa exercuere uirtutes. *c* ¶ *Tu autē cū oraueris, etc.*] Et simpliciter intellectū erudit auditorē, ut uanā orandi gloriā fugiat. Sed mihi uidetur hoc magis esse præceptū: ut inclusa pectoris cogitatione, labijsq; cōpressis, oremus dūm:

1.Reg. 1.b quod & Annā in Regum uolumine fecisse legimus: Labia, inquit, eius tantum mouebātur, & uox illius non audiebatur. *d* ¶ *Orantes autem, etc.*] Si ethnicus in oratione multum loquitur: ergo qui Christianus est, debet parū loqui.

Sap. 1.b Deus enim non uerborū, sed cordis auditor est. *e* ¶ *Scit enim pater, etc.*] Consurgit in hoc loco quædā hæresis: philosophorum quoq; peruersum dogma dicentiū. Si nouit deus quid oremus, & anteq; petamus, scit quibus indigeamus: frustra scienti loquimur. Quibus breuiter respōdendū est: nos non narratores esse, sed rogatores. Aliud est enī narrare ignoranti: aliud scientē petere. In illo indiciū est, hic obsequiū. Ibi fideliter indicamus, hic miserabiliter obsecramus. *f* ¶ *Pater noster qui es in cœlis.*] Patrem dicendo, se filios confitent. *g* ¶ *Sanctificetur nomen tuum, etc.*] Non in te, sed in nobis. Si enim propter peccatores nomen dei blasphematur in gentibus, econtrario propter iustos sanctificatur. *h* ¶ *Adueniat regnum, etc.*] Vel generaliter pro totius mundi petit regno, ut diabolus in mundo regnare desistat: uel ut in unoquoq; regnet deus, & non regnet peccatū in mortali hominū corpore. Simulq; & hoc attendendū, quod grandis audaciæ sit & puræ cōscientiæ, regnū dei postulare, & iudicium non timere. *i* ¶ *Fiat uoluntas tua, etc.*] Vt quomodo angeli ubi inculpate seruiunt in cœlis, ita in terra seruiāt homines. Erubescāt ex hac sententia, qui quotidie in cœlo ruinas fieri mentiunt. Nam quid nobis prodest cœlorū similitudo, si & in cœlo peccatū est? *k* ¶ *Panem nostrū, etc.*] Quod nos supersubstantialem expressimus, in Græco habetur ἐπιούσιον: quod uerbū Lxx. interpretes προῤῥάσιον frequētissime transferūt. Cōsiderauimus ergo in Hebræo, & ubicunq; illi προῤῥάσιον expressērūt, nos inuenimus מחר quod Symmach. ἐξαίρετον, id est, præcipuum, uel egregiū, transtulit: licet in quodam loco peculiare interpretatus sit. Quādo ergo petimus ut peculiarē uel præcipuū nobis deus tribuat panē, illū petimus qui dicit: Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi. In euangelio quod appellatur secundū Hebræos, pro supersubstantiali pane reperi מחר quod dicit crastinū: ut sit sensus: panē nostrū crastinū, id est, futurū, da nobis hodie. Possumus supersubstantialem panem & aliter intelligere: qui super omnes substantias sit, & uniuersas superet creaturas. Alij simpliciter putant (secundum Apostoli sermonem dicentis: Habentes uictū & uestitū, his cōtenti sumus) de præsenti tantum cibo sanctos curā agere. Vnde & in posterioribus sit præceptū: Nolite cogitare de crastino. *l* ¶ *Amen.*] Signaculū orationis dominicæ est: quod Aquila interpretatur, fideliter: nos, uere, possumus dicere. *m* ¶ *Si enim dimiseritis, etc.*] Hoc quod scriptū est, Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes: uos uero ut homines moriemini, & tanquam unus de principibus cadetis: ad eos dicitur qui propter peccata homines ex dijs esse meruerunt. Recte ergo & hi quibus peccata dimittuntur, homines appellati sunt. *n* ¶ *Exterminant enim, etc.*] Verbū exterminant, quod in ecclesiasticis scripturis uitio interpretum tritum est: aliud multo significat, quam uulgo intelligitur. Exterminant quippe exules, qui mittunt extra terminos. Pro hoc ergo sermone, demoliuntur semper accipere debemus: quod Græce dicitur ἀφανίζουσι. Demolit aūt hypocrita faciē suā, ut tristitiā simulet, & animo forte lætante, lucrū gestet in uultu. *o* ¶ *Tu aūt, etc.*] Iuxta ritū prouinciæ Palæstinæ loquit: ubi diebus festis solēt ungere capita. Præcepit igit: ut qñ ieiunamus, lætos & festiuos nos esse mōstremus. Multi legētes illud psal. Oleū peccatoris nō impinguet caput meū, econtrario esse uolūt bonū oleū: de quo alibi dicit: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ participib. tuis. Et id præcipit, ut exercētes uirtutes, spirituali oleo principale cordis nostri ungere debeamus. *p* ¶ *Vbi enim, etc.*] Hoc nō solū de pecunia, sed & de cūctis passionibus sentiendū est. Guloso deus, uēter est: ibi ergo ha-

Ioan. 6.e

b 43 V

1.Tim. 6.b

c 44 VI D

d 45 X

Psal. 81.b

e 46 V

f 47 V

Psal. 140.b

Psal. 44.b

go habent cor ubi est thesaurus. Luxuriosi thesaurus, epulæ sunt. Lasciui, ludicra. Amatoris, libido. Huic seruit unusquisq; quo uincitur. *a* ¶ *Si oculus, etc.*] Lippientes solent lucernas uidere numerosas: simplex oculus & purus, simplicia intuetur & pura. Hoc totum transfert ad sensum. Quomodo enim corpus, si oculus non fuerit, totū in tenebris est: ita anima si principalem fulgorē suū perdiderit, untuersus sensus in caligine cōmorabitur. Si ergo lumē qđ in te est, tenebræ sūt: ipsæ tenebrę quātæ erūt? Si sensus qui lumē est, animæ uitio caligatur: ipsa putas caligo quibus tenebris obuoluetur? *b* ¶ *Non potestis, etc.*] Māmona sermone Syriaco, diuitiæ nuncupantur. Non potestis deo seruire & māmonæ. Audiat hoc auarus: audiat qui censet uocabulo Christiano, non posse se simul diuitijs Christoq; seruire. Et tamē non dixit: q habet diuitias, sed q seruit diuitijs. Qui enim diuitiarum seruus est, diuitias custodit ut seruus: qui autem seruitutis excussit iugum, distribuit eas ut dñs. *c* ¶ *Ideo dico uobis, etc.*] In nonnullis codicibus additum est: neq; quid bibatis. Ergo q̄ omnibus natura tribuit, & iumētis ac bestijs hominibusq; cōmune est: huius cura nō penitus liberamur. Sed præcipitur nobis ne soliciti simus quid comedamus: quia in fudore uultus præparamus nobis panē. Labor exercēdus est: solicitudo tollēda. Hoc quod dicitur: Ne soliciti sitis animæ uestræ quid comedatis: neq; corpori uestro quid induamini: dē carnali cibo & uestimēto accipiamus. Cæterū de spiritualibus cibis & uestimentis semper debemus esse soliciti. *d* ¶ *Nonne anima plus est, etc.*] Quod dicit istiusmodi est: Qui maiora præstitit, utiq; & minora præstabit. *e* ¶ *Respicite uolatilia, etc.*] Apostolus præcipit, ne plus sapiamus, q̄ oportet sapere. Istud testimoniū & in præsenti capitulo conseruandū est. Sunt enim quidam qui dum uolunt terminos patrū excedere, & ad alta uolitare, in ima merguntur: uolatilia dicentes cœli, angelos esse, cæterasq; in dei ministerio fortitudines, quæ absque cura sui, dei alant prouidentia. Si hoc ita est, ut intelligi uolunt: quomodo sequit dictū ad homines: Nōne uos magis pluris estis illis? Simpliciter ergo accipiendum: q̄ si uolatilia absq; cura & ærumnis, dei alunt prouidentia: quæ hodie sunt, & cras non erunt: quorū anima mortalis est, & cum esse cessauerint, semper nō erunt: quanto magis homines quibus æternitas promittitur, dei regunt arbitrio? *f* ¶ *Quis autē uestrū, etc.*] Sicut animā plus esse q̄ cibū, comparatione auium demōstrauit: sic corpus plus esse q̄ uestem, ex cōsequētib. rebus ostēdit, dicēs: *g* ¶ *Cōsiderate lilia, etc.*] Et reuera quod sericum, quæ regū purpura, quę pictura textricū potest floribus comparari? Quid ita ruber ut rosa? Quid ita candet ut liliū? Violæ uerò purpurā nullo superari murice, oculorū magis q̄ sermōis iudiciū est. *h* ¶ *Nolite ergo etc.*] De præsentibus ergo cōcessit debere esse solicitos, qui futura ꝓhibet cogitare. Vnde & Apostolus: Nōcte & die, inquit, manib. nostris operantes: ne quē uestrū grauare mus. Cras in scripturis futurū tempus intelligit, dicente Iacob: Et exaudiet me cras iustitia mea. Et in Samuelis phantasmate, Phythonissa loquitur ad Saulem: Cras eris mecū. *i* ¶ *Sufficit, etc.*] Hic maliciā non contrariā uirtuti posuit, sed laborē & afflictionem, & angustias seculi: quomodo & Sara afflixit Agar ancillam suā: quod significāter Græcē dicitur ἐκάκωσεν αὐτην. Sufficit ergo nobis præsentis tēporis cogitatio: futurorū curā quæ incerta est, relinquamus. Ca. VII

corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? *g* Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Nōn potestis deo seruire & mammonæ. *b* Idēo dico uobis: Ne soliciti sitis animæ uestræ, quid manducetis: neq; corpori uestro quid induamini. Nónnē anima plus est q̄ esca, & corpus plus est q̄ uestimentum? Rēspicite uolatilia cœli: quoniā non serunt, neq; metunt, neq; congregant in horrea, & pater uester cœlestis pascit illa. Nōne uos magis pluris estis illis? Quis autem uestrum cogitans potest adijcere ad staturā suam cubitū unum? Et de uestimentis quid soliciti estis? Cōsiderāte lilia agri quomodo crescunt: non laborant, neq; nent. Dico autem uobis: quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut unum ex istis. Si enim fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic uestit: quanto magis uos modicæ fidei? *h* Nōlite ergo soliciti esse dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primū regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis: Nolite ergo soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit sibijpsi. Sufficit diei malicia sua.

Caput VII

a Nolitē iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non cōdemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua mēsura mēsi fueritis, remetietur uobis. *b* Quid autē uides festucam in oculo fratris tui: & trabē in oculo tuo nō uides? Aut quō dicis fratri tuo? Frater sine, ejciā festucā de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc uidebis ejicere festucam de

Nolite iudicare, etc.] Si iudicare prohibet: qua cōsequentia Paulus in Corintho iudicat fornicantē, & Petrus Ananiā & Sapphiram mendacij coarguit? Sed ex consequentibus quid prohibuerit, ostendit dicens: Quomodo enim iudicaueritis sic iudicabitur de uobis. Hic non prohibuit iudicare, sed docuit. *l* ¶ *Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, etc.*] De his loquitur, qui cum ipsi mortali crimine teneant obnoxij, minora peccata fratribus non cōcedunt: culicē liquantes, & camelū glutiētes. Rectē ergo & isti simulatione iustitiæ, ut supra diximus, appellant hypocritæ: qui per trabem oculi sui, festucam in oculo fratris sui aspiciunt.

Nolite

a ¶ *Nolite sanctum dare, etc.*] Sanctum panis est filiorum. Non debemus ergo tollere panem filiorū & dare eum canibus. *b* ¶ *Neq; mittatis margaritas, etc.*] Porcus nō recipit ornatum, qui uersatur in uolutabris luti. Et iuxta Prouerbia Salomonis: Si habuerit circulū aureum, fœdior inuenitur. Quidam canes eos intelligi uolūt, qui post fidem Christi reuertūtur ad uomitum peccatorum suorū. Porcos autē eos qui necdum euangelio credi derunt, & in luto credulitatis, uitijsq; uersant. Non cōuenit igit istiusmodi hominib. cito euangelicum credere margaritum: ne cōculcent illud, & cōuersi nos incipiāt dissipare. *c* ¶ *Petite & dabitur, etc.*] Qui carnalia supra uetuerat postulari: quid quærere debeamus, ostendit. Si petenti datur, & quærēs inuenit, & pulsanti aperitur: ergo cui non datur, & qui nō inuenit, & cui non aperitur: apparet qđ nō bene petierit, quæ fierit, pulsauerit. Pulsemus itaq; tanuam Christi, de qua dictū est: Hæc porta dñi, iusti intrabūt per eam: ut cū intrauerimus, aperiantur nobis thesauri absconditi & tenebrosi, in Christo Iesu in quo est omnis scientia. *d* ¶ *Si ergo uos cum sitis mali, etc.*] Notandū quod apostolos malos dixerit: nisi forte sub apostolorum persona, omne hominum damnetur genus: cuius ad comparationem diuinæ clementiæ ab infancia cor ad malum positum est. Lege Genesim. Nec mirum si homines huius seculi dicit malos, cum & Paulus Apostolus memoret: Redimentes tempus, quoniā dies mali sunt. *e* ¶ *Intrate per angustiam, etc.*] Lata uia, est seculi uoluptas quam appetunt homines. Angusta, quæ per labores & ieiunia panditur. Quam & Apostolus ingressus est: Et ut Timotheus per eam ingrediatur, hortatur. Simulq; considera quam signanter de utraq; uia locutus sit. Per latam multi ambulant: angustam pauci inueniunt. Latam non quærimus, nec inuentione opus est: sponte se offert, & errantium uia est: Angusta uero, nec omnes in ueniūt: nec qui inuenerint, statim ingrediūtur per eam. Siquidem multi inuenta ueritatis uia, capti seculi uoluptatibus, de medio itinere reuertuntur. *f* ¶ *Attendite à falsis prophetis, etc.*] Et de omnibus quidem intelligi potest: qui aliud habitu, ac sermone promittunt, aliud opere demōstrant. Sed specialiter de hæreticis intelligendum est: quiuidentur cōtinentia, castitate, ieiunio, quasi quadā pietatis se ueste circūdare: intrinsecus uero habentes animū uenenatū, simpliciorum fratrum corda

de oculo fratris tui. *c* Nōlite sanctum dare canibus: neq; mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirumpant uos. *d* Pētite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsāte, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Aut quis est ex uobis homo: quem si petierit filius suus panē, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit: nunquid serpentem porriget ei? Si ergō uos cum sitis mali, nostis bona dare filijs uestris: quāto magis pater uester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se? *e* Omnia ergo quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. *f* Intrāte per angustā portam: quia lata porta & spaciosa uia est quæ ducit ad perditionem: & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta porta & arta uia est quæ ducit ad uitam: & pauci sunt qui inueniunt eam. *g* Attēndite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorū cognoscetis eos. *h* Nunquid colligunt de spinis uuas: aut de tribulis ficus? *i* Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Nōn potest arbor bona, fructus malos facere: neq; arbor mala, fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. *k* Nōn omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cœlorū: sed qui facit uoluntatē patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnū cœlorū. *l* Multi dicent mihi in illa die, domine, domine, nonne in nomine tuo

Non potest arbor bona, etc.] Quæramus ab hæreticis, qui duas inter se contrarias dicunt esse naturas: si iuxta intelligentiam eorum, arbor bona malos fructus facere nunquam potest: quomodo Moyses arbor bona peccauerit ad aquam contradictionis, & Dauid Vria interfecto, cū Bethsabee cōcubuerit: Petrus quoq; in passione dñi negarit dicēs: Nescio hominem: aut qua consequentia Iethro socer Moysi arbor mala, qui utiq; in deū Israel nō credebat: dederit consilium Moysi bonum, & Achior ad Holofernē aliquid utile sit locutus, & Comicus dixerit, quod bene dictum Apostolus cōprobauit: Corrumpunt mores bonos, colloquia mala. Et cū non inuenerint quid respōdeant, nos inferemus & Iudam arborem quondā bonā, fecisse fructus malos postquam traderit saluatorem, & Saulum arborem malam eo tempore quo persequebatur ecclesiā Christi, fecisse postea fructus bonos, quādo in uas electionis de persecutore trāslatus est. Tamdiu ergo bona arbor, fructus non facit malos, quandiu in bonitatis studio perseuerat, & mala arbor tamdiu manet in fructibus peccatorum, quamdiu ad pœnitentiam nō conuertitur. Nemo enim permanens in eo quod fuit, incipit id esse quod nec dum cœperit. *b* ¶ *Non omnis qui dicit mihi, domine, etc.*] Sicut supra dixerat eos qui haberēt uestem uitæ bonæ, non recipiendos propter dogmatum nequitiam: ita nunc econtrario asserit ne his quidem accommodandam fidem, qui cum polleant integritate fidei, turpiter uiuunt, & doctrinæ integritatem malis operibus destruunt. Vtrunq; enim dei seruis ne cessarium est: ut & opus sermone, & sermo operib. comprobetur. Huic sententiæ potest illud uideri contrariū: Nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Sed moris est scripturarum, dicta pro factis accipere, ut stante in cōsequentibus approbatur refutari eos qui iactant sine operibus habere scientiam domini, & audiunt à saluatore: Discedite à me operarij iniquitatis, nescio uos. Et Apostolus in hunc sensum loquitur: Confitentur se nosse deum, factis autem negant. *i* ¶ *Multi dicent mihi in illa die: domine, domine, etc.*] Prophetare & uirtutes facere, & dęmonia ejicere: interdum non eius meriti est qui operat: sed uel inuocatione nominis Christi hoc agit: uel ob condemnationē eorum qui inuocāt, & utilitatem

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A utilitatem eorum qui uident & audiunt conceditur, ut licet homines despiciant signa facientes: tamen deum honorent: ad cuius inuocationē fiunt tanta miracula.
1.Reg. 10.c Nam & Saul & Balaam, & Caiphas prophetauerunt,
Num. 23.b nescientes quid dicerent, & Pharao & Nabuchodono-
Ioan. 11.f sor somnijs futura co-
Gen. 41 gnoscunt. Et in Acti-
Dan. 2.a bus apostolorum si-
Act. 19.c ligs Sceuæ uidebantur
m 61 ejicere dæmonia. Sed
V & Iudas apostolus cū animo, pditoris multa signa inter cæteros apostolos fecisse narratur. a ¶ *Et tunc confitebor illis etc.*] Signanter dixit, confitebor: quia multo ante tempore dicere dissimulauerat: nō noui uos. Non nouit dominus eos qui pereunt. Ob-
n 62 serua autē quare ad-
11 diderit, nunquā noui uos, si iuxta quosdā omnes homines inter rationabiles semper uersati sunt crea-
a 63 turas. b ¶ *Discedite à me, etc.*] Nō dixit qui operati estis iniquitatem: ne uideretur tollere pœnitentiam: sed qui operamini, hoc
B est, qui usq; in præsentem horam cum iudicij tempus aduenerit:
b 64 licet non habeatis fa-
111 cultatem peccandi, tamē adhuc habetis affectum. c ¶ *Et descendit pluuia, etc.*] Pluuia ista quæ domum subuertere nititur, diabolus est: Flumina, omnes antichristi qui contra Christū sapiunt. Venti spirituales nequitiæ in cœlestibus. d ¶ *Fundata enim erat, etc.*] Super hanc petram dominus fundauit ecclesiam: ab hac petra apostolus Petrus sortitus est nomen. Super huiuscemodi petram non inueniuntur serpētis uestigia. De hac & pro-
Psal. 39.a pheta Iquit cōfidenter: Statuit supra petrā pedes meos.
Ibid. 103.c Et in alio loco: Petra refugiū leporibus siue herinacijs. Timidū enim animal in petræ cauernas se recipit, & cutis aspera & tota armata iaculis tali se protectione tutatur. Vnde & Moysi dicit eo tēpore quo de Aegypto fugerat, & lepusculus dñi erat: Sta in foramine petræ, & posteriora mea uidebis. e ¶ *Qui ædificauit, etc.*] Funda-
1.Cor. 3.b mentum quod Apostolus architectus posuit, unus est dominus noster Iesus Christus: Super hoc fundamentū stabile & firmū, & per se robusta mole fundatū, ædificatur Christi ecclesia. Super arenā uerò quæ fluida est, & coagmentari non potest, nec in unā copulam redigi: omnis hæreticorū sermo ad hoc ædificatur, ut corruat. f ¶ *Erat enim docens, etc.*] Illi enim ea docebant populos, quæ scripta sunt in Moyse & prophetis. Iesus uerò quasi deus & dñs ipsius Moysi, pro libertate uolūtatis suæ, uel ea quæ minus uidebant addebat in lege: uel cōmutans prædicabat in populos, ut supra quoq; legimus: C
Dictū est antiquis: Ego aūt dico uobis. Cap. VIII

CVm autem descendisset, etc.] De monte dño descendente, occurrunt turbæ: quia ad altiora ascendere non ualuerūt. Et primus ei occurrit leprosus. Necdū enim poterat cum lepra tam multiplicem in monte saluatoris audire sermonem: Et notandū, q̄ hic primus specialiter curatus sit: secundo puer centurionis: tertio socrus Petri febriens in Capharnaum, quarto loco qui oblati sunt ei à dæmonio uexati: quorum spiritus uerbo ejiciebat: quando omnes male habentes curauit. Et ecce leprosus ueniēs, adorabat eum dicēs. Recte post prædicationem atq; doctrinam, signi offert occasio: ut per uirtutū miracula, præteritus apud audientes sermo firmetur. b ¶ *Domine si uis, etc.*] Qui uoluntatem rogat, de uirtute non dubitat. i ¶ *Et extendens Iesus manum, etc.*] Extendente manum D
domino, statim lepra fugit. Simulq; cōsidera q̄ humilis & sine iactantia responsio. Ille dixerat, si uis: dñs respondit, uolo. Ille pr̄ miserat, potes me mū dare. Dñs iungit & dicit, mundare. Non ergo ut pleriq; Latinorum putant, iungendum est, & legēdum, uolo mūdare: sed separatim: ut primū dicat, uolo: deinde imperet, mundare. k ¶ *Et ait illi Iesus, etc.*] Et re uera quid erat necesse: ut sermone iactaret, quod corpore præferebat? l ¶ *Sed uade, etc.*] Varias ob causas mittit eum ad sacerdotē. Primum propter humilitatem, ut sacerdotibus deferre honorē uideatur. Erat enim lege præceptū: ut qui mūdati Leuit. 14
fuerant à lepra, offerrēt munera sacerdotib. Deinde ut mundatū uidētes leprosum, aut crederēt saluatori aut nō crederēt. Si crederēt, saluarent: si nō crederēt, inexcusabiles forēt. Et simul ne quod in eo sæpissimè criminabant, legem uiderēt infringere. m ¶ *Accessit ad eum, etc.*] Nō debemus iactātiæ arguere dñm, quia statim se iturū & sanaturum esse promittit, uidens centurionis fidem, humilitatē, & prudentiam. Fidem, in eo quod credidit ex gentibus paralyticū à saluatore posse sanari. Humilitatem, quod se iudicauit indignum, cuius tectū dñs intraret. Prudentiā, quod intra corporis tegmen, diuinitatē latētē uideret: sciēs non id sibi profuturū, quod etiā ab incredulis uidebat, sed id quod latebat intrinsecus. De qua prudentia hoc etiā ait. n ¶ *Nam & ego, etc.*] Volens ostēdere dominū quoq; non per aduentū tantum corporis

A corporis, sed per angelorum ministeria posse implere quod uellet. a ¶ *Audiens autem Iesus, etc.*] Quod uidit centurionem suam intelligere maiestatem. Pellendæ enim erant uel infirmitates corporum uel fortitudines contrariæ, quibus homo ad debilitatem sæpe cōceditur, & uerbo dñi & ministe-
rijs angelorum. b ¶ *Amen dico uobis, etc.*] De præsentibus loquitur, non de omnibus retro patriarchis & prophetis: nisi forte in centurione, fides gentium præponitur Israeli. c ¶ *Dico autem uobis, etc.*] Quia deus Abraham cœli conditor pater Christi est: idcirco in regno cœlorū est & Abraham: cum quo accubituræ sunt natiōes, quę crediderint in Christum filium creatoris. Et ille pariter sensus impletur, de quo supra diximus, in centurione fidei gentium fieri prærogatiuā: dum ad illius credulitatem de oriente & occidente, credituri populi commemorantur. d ¶ *Filij autem regni, etc.*]
B Filios regni, Iudæos significat: in quos antè regnauit deus. Tenebræ semper interiores sunt non exteriores. Sed quoniā qui à domino foras expelli tur, lumen relinquit: idcirco exteriores tenebræ nominatæ sūt. e ¶ *Ibi erit fletus & stridor, etc.*] Si fletus oculorum est, & stridor dentium ossa demonstrat: uera est ergo corporum & eorundem membrorum quæ ceciderant resurrectio.

huic uade, & uadit: & alio ueni, & uenit, & seruo meo, fac hoc, & facit. Aūdiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amēn dico uobis: non inueni tantam fidem in Israel. c Dicō autem uobis, quod multi ab oriente & occidente uenient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cœlorum. Filij aūtem regni ejicientur in tenebras exteriores. Ibi ērit fletus & stridor dentium. d Et dixit Iesus centurioni: Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora. e Et cūm uenisset Iesus in domum Petri, uidit socrum eius iacentem & febricitantem: & tetigit manum eius, & dimisit eam febris. Et surrēxit & ministrabat eis. Vespere aūtem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & ejiciebat spiritus uerbo, & omnes male habentes curauit: ut adimpleretur quod dictum est per Esaiā prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trans fretum. f Et accēdens unus scriba, ait illi: Magister, sequar te quocūq; ieris. Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent: & uolucres cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Aliūs autem de discipulis eius ait illi: Domine, permitte me primum ire & sepelire patrem meum. Iesus aūtem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. g Et ascēndente eo in nouiculam, secuti sunt eum discipuli eius, & ecce motus magnus factus est in mari: ita ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse uerō dormiebat. Et accesserunt ad eum, & suscitauerunt eum, dicētes: Domine, salua nos, perimus. Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis modicæ fidei? Tūnc surgens imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna. Pōrrò homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia uenti & mare obediunt ei? Et cū uenisset Iesus

non habet locū in quo posit Iesus reclinare caput suū. C
Ostenditur autē nobis & ob hoc scribam repudiatum, quod signorū uidens magnitudinē, sequi uoluerit saluatorē, ut lucra ex operū miraculis quę reciperet: hoc idem desiderās, quod & Simon Magus à Petro emere uoluerat. Talis ergo fides Act. 8.d
iuxta sententiam domini cōdemnatur, & dicitur ei: Quid me propter diuitias & seculi lucra cupis sequi: cū tantæ sim pau c 65
pertatis, ut ne hospitiolum quidem habeam, & non meo u- V
tar tecto? k ¶ *Alius autem de discipulis, etc.*] d 66
Quid simile est inter V
scribam & discipulū? e 67
Ille magistrum uocat: 11
hic dominum confitetur? Ille propter pietatis occasionē ad sepeliendum patrem ire desiderat: Iste securum se quolibet esse promittit: non magistrum quærens, sed ex magistro lucrum. l ¶ *Iesus autem ait illi: Sequere me, etc.*] f 68
Mortuus est quicunq; non V
credit. Si autem mortuū sepelit mortuus, non debemus curam D
habere mortuorum, sed uiuentiū: ne dum soliciti sumus de mortuis, nos quoq; mortui appellemur. m ¶ *Et ascendente eo in nauiculam, etc.*] Quintū signum fecit: quando ascendens nauem de Capharnaum, uentis imperauit & mari. Sextum, quando in regione Gerasenorum dedit potestatem dæmonibus in porcos. Septimum, quando ingrediens ciuitatem suam, paralyticum secūdum curauit in lectulo. Primus enim paralyticus, est puer centurionis. n ¶ *Ipse uero dormiebat, & accesserunt ad eum, & suscitauerunt eum dicentes: Domine saluа nos, etc.*] Huius signi typum in Iona legimus: Ionæ 1.b
quando cæteris periclitantibus, ipse securus est, & dormit, & suscitatur, & imperio ac sacramento passionis suæ liberat suscitantes. o ¶ *Tunc surgens imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna, etc.*] Et ex hoc loco intelligimus quod omnes creaturæ sentiant creatorem. Quas enim increpauit & quibus imperauit, sentiunt imperantem: non errore hæreticorum, qui omnia putant animantia, sed maiestate conditoris: quæ apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt. p ¶ *Porro homines mirati sunt dicentes: Qualis est hic: quia uenti & mare obediunt, etc.*] Non discipuli, sed nautæ, & cæteri qui in naui erant mirabantur. Sin autem quis contentiose uoluerit eos qui mirabantur fuisse discipulos: respondebi

f ¶ *Et cum uenisset Iesus, etc. tetigit manum eius, etc.*] Tangitur manus mulieris, & sanatis operibus eius, peccatorum infirmitas fugit. Natura hominum istiusmodi est, ut post febrē magis lassescant corpora, & incipiente sanitate ægrotationis mala sentiant. Verū sanitas quæ confertur à dño, totum simul reddit: nec sufficit esse sanam: sed ut ἐπίτασις fortitudinis iudicet, additū est. g ¶ *Et surrexit & ministrabat, etc.*] Illa manus ministrabat, quæ & tacta fuerat & sanata. h ¶ *Vespere aūt facto, etc.*] Omnes non mane, nō meridie, sed ad uesperā curant: quando sol occubiturus est: quando granū tritici in terra moritur, ut multos fructus afferat. i ¶ *Et accedens unus scriba, etc.*] Scriba iste legis qui tantum literam nouerat occidentē: si dixisset: Dñe sequar te quocunq; ieris, non fuisset repulsus à dño. Sed quia magistrum unum de pluribus æstimabat, & literator erat, quod significātius Græce dicitur γραμματεὺς, & nō spiritualis auditor: ideo

c mus

A mus recte homines appellatos: qui necdum nouerant potentiam saluatoris. a ¶ *Quid nobis & tibi Iesu fili dei?*] Non uoluntatis ista confessio est, quam præmium sequitur confitentis: sed necessitatis extorsio, quæ cogit inuitos: uelut si serui fugitiui, post multum temporis dominum suum uideant: nihil aliud nisi de uerberibus deprecantur. Sic & dæmones cernentes dominum in terris repente uersari, ad iudicandos se uenisse credebant. Præsentia saluatoris, tormenta sunt dæmonum. Ridiculeq; putant quidam dæmones scire filium dei, & diabolū ignorare: eo quod minoris maliciæ sint isti, q̄ ille cuius satellites sūt. Cum omnis scientia discipulorum ad magistrum referenda sit,
4 70 & tam dæmones, q̄ diabolus suspicari magis filium dei, quàm
I *Matth. 11.d* nosse intelligēdi sunt. Nemo enim patrem nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. b ¶ *Si eijcis nos, mitte nos in gregem*
B *porcorum. Et, etc.*] Non quod concesserit saluator dæmonib. qđ petebant dixit, ite: sed ut per interfectionem porcorum, hominibus salutis occasio præberetur. Pastores enim ista cernen-
6 71 tes, statim nunciant
II ciuitati. Erubescat Manichæus: si de eadem substantia, & ex eodem autore hominū bestiarumq; sunt animæ: quomodo ob unius hominis salutem, duo milia porcorum suffocantur? c ¶ *Et ecce tota ciuitas exijt obuiā Iesu, & uiso eo, rogabant eum, etc.*] Quod rogant ut transeat à finibus eorum, non de superbia hoc faciunt, ut nonnulli arbitrantur, sed de humilitate qua se præsentia domini indignos iudicabant: sicut & Petrus in captura piscium cadens ad genua saluatoris,
Luc. 5.b ait: Exi à me domine, quia uir peccator sum.

CAP. IX

ET *ascendens Iesus, etc.*] Ciuitatem eius non aliam intelligimus quàm Nazareth: unde & Nazaræus appellatus est. Obtulerunt autē ei, ut supra diximus, secundum paralyticum iacentem in lectulo: quia ipse ingredi non ualebat. Videns autem Iesus: non eius fidem qui offerebatur, sed eorum qui offerebant, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. O mira humilitas, despectum & debilem, totisq; membrorum compagibus dissolutum filiū uocat: quem sacerdotes non dignabantur attingere. Aut certe ideo filium: quia dimittuntur ei peccata sua. Iuxta Tropologiam interdum anima iacens in corpore suo, totis mē-

brorum uirtutibus dissolutis à perfecto doctore offer- C
tur curanda domino: quæ si misericordia eius sanata fuerit: tantum roboris accipit, ut portet statim lectulum suum. e ¶ *Et ecce quidam de scribis, etc.*] Legimus in propheta dicentem deum: Ego sum qui deleo iniqui- *Esa. 43.d*
tates tuas. Consequēter ergo scribæ, quia hominem putabant, & uerba dei non intelligebant: arguunt eum blasphemię. Sed dñs uidens cogitationes eorum, ostendit se deū qui possit cordis occulta cognoscere, & quodammodo tacens loquitur: Eadem maiestate & potentia qua cogitationes uestras intueor, possum & hominib. peccata dimittere. Ex uobis intelligite quid paralyticus cōsequatur. f ¶ *Quid est facilius dicere: etc.*] Inter dicere & facere multa distantia est. Vtrum sint paralytico peccata dimissa, solus nouerat qui dimittebat. Surge autem & ambula: tam ille qui consurgebat, quàm hi qui consurgentem uidebant, D
approbaré poterant. Fit igitur carnale signū, ut probetur spirituale: quanquam eiusdem uirtutis sit, & corporis & animæ uitia dimittere. Et datur nobis intelligentia, propter peccata plerasq; euenire corporum debilitates. Et id circo forsan dimittuntur prius peccata: ut causis debilitatis ablatis, sanitas restituatur. g ¶ *Surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam, etc.*] Et anima paralytica si surrexerit: si pristinum robur recuperauerit, portat lectum suum in quo iacebat antea dissoluta, & portat illum in domum uirtutum suarum. h ¶ *Et cum transiret inde Iesus, uidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, etc.*] Cæteri euangelistæ propter uerecundiam & honorem Matthæi, noluerunt eum nomine appellare uulgato, sed dixerunt Leui: Duplici quippe uocabulo fuit. Ipse autem Matthæus secundum illud quod di- *Pro. 18.c*
citur à Salomone: Iustus accusator est sui in principio *Esa. 45.d*
sermonis. Et in alio loco, Dic tu peccata tua ut iustificeris: Matthæum se & publicanum nominat: ut ostendat legentibus nullū debere salutem desperare, si ad meliora conuersus sit: cum ipse de publicano in apostolū sit repente mutatus. Arguit in hoc loco Porphyrius & Iulianus Augustus, uel imperitiam historici mentientis, uel stultitiam eorum qui statim secuti sint saluatorem: quasi irrationabiliter quemlibet uocantem hominem sint secuti: cū tantæ uirtutes, tantaq; signa præcesserint, quæ apostolos antequā crederent uidisse, non dubium est

A est. Certe fulgor ipse, & maiestas diuinitatis occultę, quę etiam in humana facie relucebat: ex primo ad se uidentes trahere poterat aspectu. Si enim in magnete lapide & succinis hæc esse uis dicitur: ut anulos, & stipulam, & festucas sibi copulent: quanto magis dominus omniū creaturarum ad se trahere poterat, quos uolebat? a ¶ *Et factum est discumbente, etc.*] Videbant publicanum à peccatis ad meliora conuersum locum in uenisse pœnitentiæ, & ob id etiam ipsi non desperant salutem: neque uero in pristinis uitijs permanētes, uenīūt ad Iesum, ut Pharisęi & scribæ murmurant: sed pœnitētiam agentes, ut sequēs dominī sermo significat, dicens. b ¶ *Misericordiam uolo, & non sacrificium, etc.*] Ibat autem dominus ad conuiuia peccatorum, ut occasionem haberet docendi, & spiritualeis inuitatoribus suis præberet cibos. Denique cum frequenter pergere ad conuiuia describatur: nihil re-
B fertur aliud, nisi quid ibi fecerit, quid docuerit: ut & humilitas domini eundo ad peccatores, & potentia doctrinæ eius in conuersione pœnitētium demonstraretur. Quod autem sequitur: Misericordiam uolo, & non sacrificium. Et, Non ueni uocare
Osee 6.b iustos sed peccatores: de propheta proferens testimonium, fugillat scribas & pharisæos: qui iustos se æstimantes, peccatorum & publicanorum consortia declinabant. c ¶ *Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis, dicentes: Quare nos & pharisei ieiunamus, etc.*] Superba interrogatio & plena supercilio pharisæorum. Certe ut aliud non dicamus, reprehendenda ieiunij iactantia. Nec poterant discipuli Ioannis non esse sub uitio, qui calumniabantur eum, quem sciebant magistri uocibus prædicatum & iungebantur pharisæis, quos à Ioanne noue-
Supra 3.b rant condemnatos: Generatio uiperarum quis ostendit uobis fugere ab ira uenturā? d ¶ *Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij, etc.*] Sponsus, Christus: sponsa, ecclesia est. De hoc sancto spirituali cōnubio, apostoli sunt procreati: qui lugere non possunt quamdiu spōsam in thalamo uident: & sciunt sponsum esse cum sponsa. Quando uero transierint nuptiæ, & passionis ac resurrectionis tempus aduenerit, tunc sponsi filij ieiunabūt. Nonnulli putant idcirco post dies quadraginta passionis ieiunia debere committi: licet statim dies pentecostes & spiritus sanctus aduenies, indicent nobis festiuitatem. Et ex huius occasione testimonij, Montanus, Prisca & Maximilla etiam post Pentecosten faciunt quadragesimam: quod ablato sponso, filij sponsi debeant ieiunare. Ecclesiæ autem consuetudo ad passionem domini & resurrectionem per humilitatem carnis ue-

eum. Et factum est discumbente eo in domo: ecce multi publicani & peccatores uenientes discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Et uidentes pharisæi, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatorib. manducat magister uester? d At Iesus audiens, ait: Non est opus medico ualentibus sed male habentibus. Euntes autem discite quid est, misericordiam uolo, & non sacrificiū. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis dicentes: Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter: discipuli autē tui non ieiunant? Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Nēmo autem immittit cōmissūram panni rudis in uestimentum uetus. Tollit enim plenitudinē eius à uestimento, & peior scissura fit. Neq; mittunt uinum nouū in utres ueteres: alioquin rumpūtur utres, & uinum effundi tur: & utres pereunt. Sed uinum nouum in utres nouos mittunt, & ambo conseruantur. e Hæc illo loquente ad eos: ecce princeps unus accessit, & adorabat eū, dicens: Filia mea modo defuncta est: sed ueni impone manum tuam super eam & uiuet. Et surgens Iesus, sequebatur eum & discipuli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro & tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat

O insensati Galatæ, quis uos fascinauit ueritati non o- *Gal. 3.a*
bedire? Sermo igitur euangelicus apostolis potius q̄ scribis & pharisæis est infundendus: qui maiorum traditionibus deprauati, synceritatem præceptorum Christi non poterant custodire. Alia est enim puritas uirginalis animæ, & nulla prioris uitij contagione pollutæ: alia cius quæ multarum sordium libidini subiacuerit. f ¶ *Ecce princeps unus accessit & adorabat eum, dicens: Filia mea, etc.*] Octauum signum est, in quo princeps suscitari postulat filiam suam, nolens de mysterio uerę circuncisionis excludi: sed subintrat mulier sanguine fluens. Et octauo sanatur loco, ut principis filia de hoc exclusa numero ueniat ad nonum: iuxta illud quod in psalmis dicitur: Aethiopia præueniet manus eius deo. *Psal. 67.g*
Et: Cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Is- *Rom. 11.c*
rael saluus fiet. g ¶ *Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro & tetigit, etc.*] In euangelio secundum Lucam scribitur, quod principis filia duo- *Luc. 8.f*
decim annos haberet ætatis. Nota ergo quod eo tempore hæc mulier, id est, gentium populus cœperit ægrotare, quo gens Iudæorum crediderat. Nisi enim ex compatione uirtutum, uitium non ostenditur. Hæc autem mulier sanguine fluens, non in domo, non in urbe accedit ad dominum: quia iuxta legem urbibus excludebatur: sed in itinere ambulante domino: ut dum pergit ad aliam, alia curaretur. Vnde dicunt & apostoli: Vobis quidem oportebat prædicari uerbum dei: sed *Act. 13.g*
quoniam uos iudicastis indignos salute, trāsgredimur

A ad gentes. *a* ¶ *Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum uestimentum eius, ſalua ero, etc.*] Iuxta legem qui mulierem menſtruatam, aut fluentem ſanguine tetigerit, immundus eſt. Iſta ideo tangit dominum, ut ſanguinis uitio etiam ipſa curaretur. *b* ¶ *Confide filia, fides tua ſaluam te, etc.*] Ideo filia, quia fides tua te ſaluã fecit. Nec dixit: fides tua te ſaluam factura eſt: ſed, ſaluam te fecit. In eo enim quod credidiſti, iam ſalua facta es.

c ¶ *Et cum uenisſet Ieſus in domum principis, & uidisſet tibicines, etc.*] Vſque hodie puella iacet in domo principis mortua, & qui uidentur magiſtri, tibicines ſunt: carmen lugubre canentes. Turba quoq; Iudæorum non eſt turba credentiũ, ſed turba tumultuantiũ. *d* ¶ *Recedite: non eſt enim mortua puella, ſed dormit, etc.*] Quia deo uiuunt omnia.

e ¶ *Et cum eiecta eſſet turba, etc.*] Non enim erant digni ut uiderẽt myſterium reſurgentis, qui reſuſcitantem indignis contumeliis deridebant. *f* ¶ *Et tenuit manum eius. Et ſurrexit puella, & exijt fama hæc, etc.*] Niſi prius mundatæ fuerint manus ludæorum, quæ ſanguine plenæ ſunt: ſynagoga eorũ mortua non reſurget. *g* ¶ *Et tranſeunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci, clamantes & dicentes: Miſerere noſtri, etc.*] Tranſeunte per domum principis domino Ieſu, & pergente ad domum ſuam, ſicut ſupra legimus: Aſcendens nauiculam, transfretauit, & uenit in ciuitatem ſuam: clamabant duo cæci, dicentes: Miſerere noſtri fili Dauid, & tamen non curantur in itinere: non tranſitorie, ut putabãt: ſed poſtquam uenit in domum ſuam, accedunt ad eum & introeũt, & primum eorum diſcutitur fides, ut ſic ueræ fidei lumen accipiant. Priori ſigno quod expoſuimus de principis filia, de hæmorrhouſa muliere, conſequenter hoc iungitur: ut quod ibi mors & debilitas, hic cæcitas demonſtraret. Vterq; enim populus cæcus erat, domino per hoc ſeculũ tranſeunte & cupiente reuerti ad domum ſuam. Qui niſi confeſſi fuerint & dixerint: Miſerere noſtri fili Dauid, & interrogante Ieſu: Creditis quia poſſum hoc facere: reſponderint ei: Vtiq; domine: lumen priſtinum non recipient. In alio euangeliſta unus cæcus ſcribitur ſciſſis ueſtibus, & in Hiericho ſedens qui ab apoſtolis prohibetur clamare: ſed per impudentiam recipit ſanitatem. Qui locus proprie ad gentium populum pertinet, & in ſuo exponendus eſt uolumine. *h* ¶ *Miſerere noſtri fili Dauid. Cum autem uenisſet in domum acceſſerunt ad eum, etc.*] Audiant Marcion & Manichæus, & cæteri hæretici qui uetus laniant inſtrumentum: & diſcant ſaluatorem appellari filium Dauid: Si enim non eſt natus in carne, quomodo uocatur filius Dauid? *i* ¶ *Et comminatus eſt illis Ieſus, dicens: Videte ne quis ſciat. Illi exeuntes diffamauerunt eum, etc.*] Et dominus propter humilitatem fugiens iactãtiæ gloriam, hoc præceperat, & illi propter memoriam gratiæ non poſſunt tacere beneficium. Nota ergo aliquid inter ſe iuſſum eſſe contrarium. Cæci iſti in decimo curantur loco. *k* ¶ *Egreſſis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem, etc.*] Vndecimus mutus linguam recipit ad loquendum. Quod autem Græce dicitur κωφόν, magis tritum eſt ſermone communi: ut ſurdus magis quàm mutus intelligatur. Sed moris eſt ſcripturarum κωφὸν indifferẽter, uel mutum uel ſurdum dicere. Spiritualiter autem ſicutẽ ci lumen recipiunt, ſic & muti ad loquendum lingua laxatur: ut confiteatur eum quem antea denegabat. *l* ¶ *Et miratæ ſunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit ſic in Iſrael. Phariſæi autem, etc.*] Turba dei opera confitetur & dicit: Nunquam ſic apparuit in Iſrael. In turba confeſſio nationum eſt. Phariſæi autem, quia uirtutẽ dei negare non poterant, opera calumniantur & dicunt: In principe dæmoniorum eijcit dæmones: Per ſuam calumniam uſq; hodie Iudæorum infidelitatem demonſtrantes. *m* ¶ *Et circumibat Ieſus omnes ciuitates & caſtella, etc.*] Cernis quod æqualiter & uillis, & urbibus, & caſtellis, id eſt, & magnis & paruis euangelium prædicauerit, ut non conſideraret nobilium potentiam, ſed ſalutem credentium. Circumibat ciuitates: hoc habens operis quod mandauerat pater, & hanc eſuriem, ut doctrina ſua ſaluos faceret infideles. Docebat autem in ſynagogis & uillis euangelium regni, & poſt prædicationem atq; doctrinam curabat omnem languorem, & omnem infirmitatem: ut quibus ſermo non ſuaſerat, opera perſuaderent. De domino proprie dicitur: Curans omnem languorem, & omnem infirmitatem: nihil quippe ei impoſsibile eſt. *n* ¶ *Videns autem turbas, miſertus eſt eis, quia erant uexati, etc.*] Vexatio gregis & ouium atque turbarum, paſtorum culpa, & uitium magiſtrorum eſt. Vnde ſequitur: *o* ¶ *Meſsis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate, etc.*] Meſsis multa, populorum ſignificat multitũdinem: operarij pauci, penuriam magiſtrorum. Et imperat ut rogent dominum meſsis, ut mittat operarios in meſſem ſuã. Iſti ſunt operarij de quibus loquitur

Dicebãt enim intra ſe: Si tetigero tantum ueſtimentum eius, ſalua ero. At Ieſus conuerſus & uidens eam, dixit: Cõfide filia, fides tua ſaluam te fecit, & ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Et cũm uenisſet Ieſus in domũ principis, & uidisſet tibicines & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite nõn eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eum. Et cũm eiecta eſſet turba, intrauit & tenuit mãnum eius. Et ſurrexit puella, & exijt fama hæc in uniuerſam terram illam. Et tranſeunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci clamantes & dicentes: Miſerere nõſtri fili Dauid. Cum autem uenisſet in domum, acceſſerunt ad eum cæci, & dixit eis Ieſus. Creditis, quia hoc poſſum facere uobis? Dicunt ei: Vtique domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem ueſtram fiat uobis. Et aperti ſunt oculi eorum. Et comminatus eſt illis Ieſus, dicens: Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. Egreſsis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem, & eiecto dæmonio, locutus eſt mutus: & miratæ ſunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit ſic in Iſrael. Phariſæi autem dicebãt: In principe dæmoniorum eijcit dæmones. Et circũmibat Ieſus omnes ciuitates & caſtella docens in ſynagogis eorum, & prædicans euangelium regni: & curans omnem languorem & omnem infirmitatem. Videns autem turbas, miſertus eſt eis: quia erant uexati, & iacentes ſicut oues non habentes paſtorem. Tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſsis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſsis, ut mittat operarios in meſſem ſuam.

f 75 X — 76 B — g 76 11 — h 77 VI — i 78 V — C — D

A loquitur pſalmiſta dicens: Qui ſeminant in lachrymis, Pſal. 125.a in gaudio metent. Euntes ibant & flebant: portantes ſemina ſua. Venientes aũt uenient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Et ut apertius loquar, meſsis multa, omnis turba credenduũ eſt. Operarij autem pauci & apoſtoli & imitatores eorum qui mittuntur ad meſſem.

CAP. X

Et conuocatis duodecim, etc.] Benignus & clemẽs dñs ac magiſter, non inuidet ſeruis atq; diſcipulis uirtutes ſuas. Et ſicut ipſe curauerat omnem languorẽ & omnem infirmitatem: apoſtolis quoq; ſuis tribuit poteſtatẽ, ut curarent oẽm languorem & oẽm infirmitatẽ in plebe. Sed multa diſtantia eſt inter habere & tribuere, donare & accipere. Iſte quodcunq; agit, poteſtate dñi agit: Illi ſi quid faciunt, imbecillitatem ſuã & uirtutem dñi confitentur, dicentes: In nomine Ieſu ſurge & ambula. Notandum autem quod in duodecimo loco, poteſtas ſignorũ apoſtolis concedatur. *b* ¶ *Duodecim autem, etc.*] Catalogus apoſtolorũ ponitur: ut extra hos qui pſeudoapoſtoli futuri ſunt excludant. *c* ¶ *Primus Simon, etc.*] Ordinem apoſtolorũ & meritũ uniuſcuiuſq; illius fuit diſtribuere, qui cordis arcana rimatur. Primus ſcribitur Simon, cognomẽto Petrus: ad diſtinctionẽ alterius Simonis qui appellat Chananæus de uico Chana Galilææ: ubi aquam dñs uertit in uinũ. Iacobum quoq; appellat Zebedæi: quia & alius ſequit Iacobus Alphæi. Et apoſtolorũ paria iugat & conſociat. Iungit Petrũ & Andreã fratres non tam carne, quàm ſpiritu. Iacobũ & Ioannem, qui patrẽ corporis relinquẽtes, uerũ patrem ſecuti ſunt. Philippũ & Bartholomæum, Thomã quoq; & Matthæũ publicanũ. Cæteri euangeliſtæ in coniunctione nominũ, primũ ponunt Matthæũ, & poſtea Thomã: nec publicani nomen aſſcribunt: ne antiquæ conuerſationis recordantes, ſugillare euangeliſtã uiderẽtur. Iſte uero (ut ſupra diximus) & poſt Thomã ſe ponit, & publicanũ appellat: ut ubi abundauit iniquitas, ſuperabũdet & gratia. *d* ¶ *Simõ Chananæus, etc.*] Ipſe eſt qui in alio euangeliſta ſcribitur Zelotes. Chana quippe zelus interpretat. Thaddeũ apoſtolum, eccleſiaſtica tradit hiſtoria miſſum Edeſſan ad Abagarũ regem Choſdroenæ, qui ab euãgeliſta Luca, Iudas Iacobi dicitur, & alibi appellatur Lebæus, quod interpretatur corculum. Credendumq; eſt eum fuiſſe trinominũ: Sicut Simon Petrus & filij Zebedæi, Boanerges ex firmitate & magnitudine fidei nominati ſunt. *e* ¶ *Et Iudas Iſcariotes, etc.*] Vel à uico aut urbe in quo ortus eſt, uel ex tribu Iſachar uocabulũ ſumpſit: ut quodam uaticinio in condemnationem ſui natus ſit. Iſachar enim interpretatur merces, ut ſignificetur precium proditoris. *f* ¶ *In uiam gentium ne abieritis, etc.*] Non eſt contrarius locus iſte ei præcepto quod poſtea dicit: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Quia hoc ante reſurrectionẽ, illud poſt reſurrectionẽ præceptũ eſt. Et oportebat primũ aduentũ Chriſti nunciare Iudæis: ne iuſtam haberent excuſationem: dicentes ideo ſe dñm reiecisſe: quia ad gentes & ad Samaritanos apoſtolos miſerit. Iuxta Tropologiam uero præcipitur nobis, qui Chriſti cenſemur nomine: ne in uia gentium & hæreticorũ ambulemus errore, ut quorum religio ſeparata eſt, ſeparet & uita. *g* ¶ *Euntes autẽ prædicate, etc.*] Ne hominib. ruſticanis, & abſcq; eloquij uenuſtate indoctis & illiteratis nemo crederet pollicentib. regna cœlorum: dat poteſtatẽ infirmos curare, leproſos mũdare, dæmones eijcere: ut magnitudinẽ promiſſorũ, probet magnitudo ſignorũ. Et quia ſemper dona ſpiritualia (ſi merces media ſit) uiliora fiunt, adiungitur auaritiæ cõdẽnatio. *h* ¶ *Gratis accepiſtis, etc.*] Ego magiſter & dñs abſcq; precio hoc uobis tribui, & uos ſine precio date: ne euangelij gratia corrũpatur. *i* ¶ *Nolite poſsidere aurũ, etc.*] Conſequenter hæc dat præcepta euangelizatorib. ueritatis, quibus ante dixerat: Gratis accepiſtis, gratis date. Si eñ ſic prædicant ut preciũ non accipiant, ſuperflua eſt auri argenti & nummorũ poſſeſsio. Nam ſi habuiſſent aurum et argentũ, uidebantur nõ cauſa ſalutis hominũ, ſed cauſa lucri prædicare. Neq; æs in ſacculis. Qui diuitias detrũcarat, propemodũ & neceſſaria uitæ amputat: ut apoſtoli doctores ueræ religionis qui inſtituebant omnia prouidentia dei gubernari, ſeipſos oſtenderent nihil cogitare de craſtino. Non peram in uia. Ex hoc præcepto arguit philoſophos, qui uulgo appellantur Bactroperitæ: quod contemptores ſeculi & omnia pro nihilo ducentes, cellariũ ſecum uehebant. Neq; duas tunicas. In duabus tunicis uidetur mihi duplex oſtendere ueſtimentũ: Non quo in locis Scythiæ & glaciali niue rigentibus una quis tunica debeat eſſe contentus: ſed quo in tunica ueſtimentũ intelligamus: ne alio ueſtiti, aliud nobis futurorũ timore ſeruemus. Neq; calciamenta. Et Plato præcepit duas corporis ſummitates nõ eſſe uelandas: nec aſſuefieri debere molliciei capitis & pedũ. Cum hęc enim habuerint firmitatẽ, cætera robuſtiora ſunt. Neq; uirgã. Qui dñi habemus auxiliũ, baculi præſidium cur quæramus? Et quia quodãmodo nudos & expeditos ad prædicandũ apoſtolos miſerat, & dura uidebat eſſe conditio magiſtrorũ, ſeueritatẽ præcepti ſequẽti ſententia temperauit, dicens: Dignus eſt operarius cibo ſuo. Tantũ, inquit, accipite, quantũ in uictu & ueſtitu uobis neceſſarium eſt. Vnde & Apoſtolus replicat: Habentes uictum & ueſtitum, his contenti ſimus. Et in alio loco: Communicet autem is qui catechizatur ei qui ſe catechizat in omni bono: ut quorum diſcipuli metunt ſpiritualia, cõſortes eos faciant carnalium ſuorum: nõ in auaricia, ſed in neceſsitate. Hęc hiſtorice diximus. Cęterum ſecundũ Anagogen, non licet magiſtris aurum & argentum & pecuniam quæ in zonis eſt, poſsidere. Aurum ſæpe legimus pro ſenſu: argẽtum pro ſermone: æs pro uoce: hæc nobis non licet ab aliis accipere, ſed data à dño poſsidere. Neq; hæreticorum & philoſophorum

Act. 3.a — B — Ioan. 2.b — Rom. 5.d — Act. 1.b — 1. Tim. 6.c — Gal. 6.d — C — D

A peruersæq; doctrinæ suscipere disciplinas: non seculi pondere premi, neq; duplici esse animo, neq; pedes nostros mortiferis uinculis alligari: sed sanctam terram ingredientes esse nudos: neq; habere uirgam quæ uertatur in colubrum: neq; in aliquo præsidio carnis inniti: quia istiusmodi uir-
ga & baculus arun-
e 83 dineus est: quem si paululum presseris, frangitur & manum
f 84 transforat incumben-
V tis. a ¶ *In quamcunque enim ciuitatem aut castellum intraueritis, etc.*] Su-
g 85 per ordinatione epi-
II scopi & diaconi, Paulus loquitur: Oportet autem eos & testimonium habere bo-
b 86 num ab his qui foris
V sunt. Apostoli nouã introeuntes urbem, scire non poterant quis qualis esset. Er-
i 87 go hospes fama elı-
I gendus est populi, & iudicio uicinorum: ne prædicationis dignitas suscipientis in
k 88 infamia deturpetur. Cũ
II uniuersis debeãt prædicare, hospes unus eligitur, non tribuẽs
B beneficium ei qui apud se mansurus est, sed accipiens: hoc enim dicitur: quis in
l 89 ea dignus est: ut ma-
X gis se nouerit accipere gratiam quàm dare. b ¶ *Intrantes autem*
m 90 *in domum, salutate eam. Et*
III *si quidem fuerit, etc.*] Occulte salutationẽ Hebrei ac Syri sermonis
n 91 expressit. Quod e-
X nim Græce dicitur
o 92 χαίρετε: & Latine, aue:
II hoc Hebraico Syroq; sermone appellat שְׁלוֹם עִמָּךְ salom lach: siue id est, pax tecum. Quod autem præcipit, tale est: Introeuntes domum, pacem imprecamini hospiti, & quantum in uobis est, discordiæ bella sedate. Sin autem orta fuerit contradictio, uos mercedem habebitis de oblata pace: illi bellum quod habere uoluerint, possidebunt. c ¶ *Et quicunq; non receperit uos, etc. excutite puluerem, etc.*] Puluis excutitur de pedibus in testimonium laboris sui, quod ingressi sint ciuitatem, & prædicatio apostolica ad illos usq; peruenerit. Siue excutitur puluis, ut nihil ab eis recipiant, ne ad uictum quidem necessarium, qui euangelium spreuerint. d ¶ *Amen dico uobis: tolerabilius, etc.*] Si tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorræorum, quàm illi ciuitati quæ non receperit euangelium: & idcirco tolerabilius, quia Sodomis & Gomorris non fuit prædicatum: huic autem prædicatum sit, & tamen non receperit euangelium: ergo & inter peccatores diuersa supplicia sunt. e ¶ *Ecce ego mitto uos sicut oues, etc.*] Lupos, scribas & Pharisæos uocat: qui sunt clerici Iudæorum. f ¶ *Estote ergo prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, etc.*] Vt per prudentiã deuitent insidias: per simplicitatem non faciant malum. Serpentis astutia ponitur in exemplum: quia toto corpore occultat caput, & illud in quo uita est, protegit. Ita & nos toto periculo corporis caput nostrum, qui Christus est, custodiamus. Simplicitas columbarum ex spiritus sancti specie demonstratur. Vnde dicit & apo- 1.Cor.14
stolis: Malicia paruuli estote. g ¶ *Cum autem tradent uos, etc.*] Supra dixerat: Tradent enim uos in cõcilijs, & in synagogis suis flagellabunt uos, & ad præsides & reges ducemini ꝓpter me. Cum ergo ꝓpter Christum ducamur ad iudices, uoluntatem tantum nostram ꝓ Christo debemus offerre. Cæterum ipse Christus qui in nobis habitat, loquetur pro se, & spiritus sancti gratia in respondẽdo ministrabitur. h ¶ *Tradet autem frater fratrem in mortem, etc.*] Hoc in persecutionibus fieri crebro uidemus: nec ullus est in- D
ter eos fidus affectus, quorũ diuersa fides est. i ¶ *Qui autem perseuerauerit usq; in finem, etc.*] Non enim cœpisse, sed perfecisse uirtutis est. k ¶ *Cum autem persequentur, etc.*] Hoc ad illud tempus referendum est, cum ad prædicationem apostoli mittebantur: quibus & proprie dicitur: In uiam gẽtium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis: quod persecutionem timere non debeant, & debeãt declinare. Quod quidem uidemus in principio fecisse credentes: quando orta Hierosolymis persecutione, dispersi sunt in uniuersam Iudæam: ut tribulationis occasio fieret euãgelij seminarium. Spiritualiter autem possumus dicere: Cum persecuti nos fuerint in una ciuitate, hoc est, in uno scripturarum libro uel testimonio: nos fugiamus ad alias ciuitates, id est, ad alia uolumina. Quamuis contentiosus fuerit persecutor, ante præsidium saluatoris adueniet, quàm aduersarijs uictoria concedatur. l ¶ *Si patremfamilias, etc.*] Beelzebub, idolum est Acaron, quod uocatur in Regum uolumine idolum muscæ. Beel, ipse est Bel siue Baal: Zebub autem 4.Reg.1.d
muscæ dicitur. Principem ergo dæmoniorum ex spurcissimi idoli appellabant uocabulo: qui musca dicitur propter immunditiam quæ exterminat suauitatem olei. m ¶ *Nihil enim, etc.*] Et quomodo in præsenti seculo multorum uitia nesciũtur: Sed de futuro seculo scribitur: qñ iudicabit deus abscondita hominũ, & illuminabit

A nabit latebras tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Et est sensus: Nolite timere persecutorũ iniquitã, & blasphemantiũ rabiẽ, quia uenient dies iudicij, in quo & uestra uirtus, & eorum nequitia demonstrabitur. a ¶ *Quod dico uobis in tenebris, dicite, etc.*] Quod auditis in mysterio, apertius prædicate: quod didicistis abscõdite, publice loquimini: quod uos eruditi in paruulo Iudææ loco, in uniuersis urbibus, & in toto mũdo audacter dicite. b ¶ *Et nolite timere eos qui occi. etc.*] Si qui corpus occidunt, animã nõ possunt occidere, ergo anima inuisibilis & incorporalis est, secundum crassiorem dico nostri corporis substantiam. Vel eo certe tempore punietur, & supplicia sentiet, quãdo pristinum corpus receperit, ut cũ quo peccauit, cum ipso & puniatur. c ¶ *Sed potius timete eum.*] Nomen gehennæ, in ueteribus libris non inuenitur, sed primum à saluatore ponitur.

B Quæramus ergo quæ sit sermonis huius occasio. Ido-
3.Reg.11.b lũ Baal fuisse iuxta Hierusalẽ ad radices mõtis Moria, in quibus Siloa fluit, non semel legimus. Hæc uallis & parua cãpi planicies, irrigua erat & nemorosa, plenaq; delitijs, lucusq; in ea idolo cõsecratus erat. In tantã autem dementiã populus Israel uenerat, ut deserta templi uicinia, ibi hostias immolaret, & rigorẽ religionis deliniarent. Et appellabatur locus ille gehennom, id est ualtiæ uincerent, filiosq; suos dæmonijs incẽderent uel inlis filiorũ Hennom. Hoc Regum uolumen & Paralipo-
4.Reg.23.c menon, & Hieremias scribũt plenissime. Et cõminatur
2.Par.28.a deus se locum ipsum impleturũ cadaueribus mortuo-
Hier.7.g et rum, ut nequaq; uocetur Topheth & Baal, sed uocetur
19.4 et 32.f polyandriũ, id est tumulus mortuorũ. Futura ergo supplicia & pœnæ perpetuæ, quibus peccatores cruciandi sunt, huius loci uocabulo denotant. Duplicem aũt esse
Iob.24.c gehennã, nimij ignis & frigoris, in Iob plenissime legimus. d ¶ *Nonne duo, etc.*] Hæret sibi sermo dominicus, & sequẽtia pendẽt ex superioribus. Prudens lector, caue semper superstitiosam intelligentiã, ut nõ tuo sensui attemperes scripturas, sed scripturis iungas sensum tuum, & intelligas quid sequat. Supra dixerat: Nolite timere eos qui occidũt corpus, animã autem nõ possunt occidere: nunc loquitur cõsequenter: Nonne duo passeres asse ueneunt, & unus ex illis nõ cadet super terrã sine patre uestro? Et est sensus: Si parua animalia & uilia absq; deo autore nõ decidunt, & in omnibus est prouidentia, & quæ in his peritura sunt, sine dei uoluntate non pereunt: uos qui æterni estis, non debeus timere quod absq; dei uiuatis prouidentia. Iste sensus & supra dictus est: Respicite uolatilia cœli, quoniã nõ serũt, neque metũt, neq; cõgregant in horrea, & pater uester cœlestis pascit illa: Nõne uos pluris estis illis? Ac deinceps: Cõsiderate lilia agri, quomodo crescunt, & reliqua. Si aũt fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanũ mittit, deus sic uestit, quãto magis uos modicæ fidei? Qui
C dam coacte duos passeres, animam & corpus interpre- Luc.12.a
tantur. Quinq; quoq; passeres secundũ Lucã, qui duobus assibus ueneũt, ad sensus referunt. Sed quomodo illa intelligẽtia toto Euãgelici sermonis corpori coaptetur, non paruæ difficultatis est. Vestri au- p 93
tem & capilli capitis V
omẽs numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis uos. Manifestius supior nostræ expositiõis sensus expressus est, qd timere non debeant eos qui possunt occidere corpus, & animam non possunt: quoniã si si- q 94
ne dei scientia parua II
quoq; animalia non decidũt, quanto magis homo qui apostolica fultus sit dignitate. Quod autẽ ait: uestri autẽ & capilli capitis omnes numerati sunt: immẽsam dei r 95
erga homines ostẽdit V
prouidentiã, & ineffabilem signat affectũ, quod nihil nostrũ lateat deum, etiam parua & ociosæ dicta, eius s 96
scientiã non fugiãt. Derident intelligentiã ecclesiasticã V
in hoc loco, q carnis resurrectionẽ negant, quasi nos & capillos qui numerati sunt, & à tõsore decisi, omnes dicamus resurgere, cum saluator non dixerit: Vestri autẽ & capilli capitis oẽs saluandi sunt, sed numerati sunt. Vbi numerus est, scientia numeri demonstratur, non eiusdẽ numeri conseruatio. e ¶ *Nolite arbitrari, etc.*] Supra dixerat: Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, & qd in aure auditis, prædicate super tecta: Nũc infert quid post prædicationẽ sequat. Ad fidẽ Christi, totus orbis contra se diuisus est, unaquæq; domus & infideles & credẽtes habuit, & propterea bellũ missum est bonum, ut rumperet pax mala. Tale quid & in Ge- Gen.11.d
nesi aduersus rebelles homines, qui moti fuerãt de oriente, & turrem extruere festinabant, per quã cœli alta penetrarent, fecisse scribitur deus, ut diuideret linguas eorũ. Vnde & in psalmo Dauid precatur: Dissipa domi Psal.67.g
ne gentes quæ bella uolunt. f ¶ *Veni enim, etc.*] Hic locus prope eisdẽ uerbis in Michea propheta scribitur. Michæ.7.b
Et notandum ubicunq; de ueteri testamento testimoniũ ponitur, utrũ sensus tantũ, an sermo consentiat. g ¶ *Qui amat, etc.*] Qui ante præmiserat: Nõ ueni pacem mittere, sed gladiũ, & diuidere homines aduersum patrem & matrẽ, nurũ & socrum, ne quis pietatẽ religioni anteferret, subiecit dicens: Qui amat patrem aut matrem plus quàm me. Et in Cantico legimus canticorũ: Ordinate in me charitatem. Hic ordo in omni affectu Cant.2.d
necessarius est. Ama post deum, patrem, ama matrem, ama filios. Si autem necessitas uenerit, ut amor parentum ac filiorũ dei amori comparetur, & non possit utrunq; seruari: odiũ in suos, pietas in deũ est. Nõ ergo prohibuit amare patrẽ aut matrem, sed signanter addidit: Qui amat patrẽ aut matrem plus quàm me. h ¶ *Et qui non, etc.*] In alio Euangelio scribit: Qui non accipit crucẽ suã quotidie. Ne semel putemus ardorem fidei

posse sufficere, semper crux portāda est, ut semper nos Christum amare doceamus. a ¶ *Qui recipit, etc.*] Ordo pulcherrimus. Ad prædicationē mittit: docet pericula nō timēda: affectū subijcit religiōi. Aurū supra tulerat: æs de zona excusserat. Dura euangelistarū cōditio. Vn

u 98 I de ergo sumptus, un de uictus necessarias: Austeritatem manda

x 99 X torū spe tēperat promissorū. Qui recipit inquiēs, uos, me recipit: & q̄ me recipit,

y 100 VI recipit eū qui me misit, ut in suscipiendis Apostolis, unusquisque credentiū Christū se suscepisse arbitretur. b ¶ *Qui recipit prophetam in nomine proph. etc.*] Qui pro

d 101 X phetā recipit ut prophetā, & intelligit eū de futuris loquētem, hic mercedē prophetæ accipiet. Igitur ludæi carnaliter, pphetas intelligentes, mercedem prophetarum non accipiēt. Aliter: In omni professione zizaniū mixtum est tritico. Præmiserat: Qui recipit uos, me recipit: & qui me reci

b 102 V pit, recipit eū qui me misit, Ad susceptionē magistrorū discipulos prouocauerat. Poterat occulta esse credentium responsio: ergo & pseudoprophetas & ludam proditorē debemus recipere, & illis alimoniā ministrare. Hoc dñs ante procurans dicit, nō personas suscipiendas esse, sed nomina: & mercedem nō perdere suscipientes, licet indignus fuerit qui susceptus sit. c ¶ *Et quicunq;, etc.*] Legimus in propheta Dauid: Ad excusandas excusatiōes in peccatis: quod multi peccatorum suorum quasi iustas prætendāt occasiones, ut qđ uoluntate delinquunt, uideantur necessitate peccare. Dñs scrutator cordis & renū, futuras cogitatiōes in singulis contuet. Dixerat: Qui recipit uos, me recipit. Sed qa hoc præceptū multi pseudoprophetę, & falsi prędicatores poterāt impedire, medicatus est huic quoq; scādalo dicēs: Qui recipit iustū in nomine iusti, mercedē iusti accipiet. Rursus poterat alius causari & dicere: Paupertate prohibeor, tenuitas me retinet, ut hospitalis esse non possim. Et hanc excusationē leuissimo præcepto diluit, ut calicē aquæ frigidæ, toto animo porrigamus. Frigidæ, inquit, aquæ, non calidæ, ne & in calida paupertatis ex penuria lignorū occasio quæreret. Tale q̄d

Gal. 6.b & Apostolus (ut antea iam diximus) ad Galatas præcipit: Communicet autē is qui catechizat uerbo ei qui se catechizat in omnib. bonis. Et discipulos ad magistrorum refrigeria cohortat. Quia poterat quilibet obtendere paupertatem, & præceptū eludere, prius quàm il-

Gal. 6.b le proponat, imminentem soluit quæstionē dicēs: Nolite errare, deus nō irridetur. Quæ enim seminauerit homo, & hæc metet. Et est sensus: Frustra causaris inopiā, quum aliud habeat conscientia tua, ne putes fallere cohortantem, sed scito quod quantumcunque seminaueris, tantum & messurus sis.

animam suam propter me, inueniet eam. u Qui recipit uōs, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me misit. x Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. y Et quicunq; pōtum dederit uni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ tantū in nomine discipuli: amen dico uobis, non perdet mercedem suam.

Cap. XI

E t factū est cum consummasset Iesus prę cipiens duodecim discipulis suis, trāsijt inde ut doceret, & prædicaret in ciuitatibus eorum. b Ioannes autem cum audisset in uincu lis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tū es qui uenturus es, an alium expectamus? Et respōndens Iesus, ait illis: Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & uidistis: Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt: paupēres euangelizantur. Et beātus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeūntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum uidere, arundinem uento agitatam? Sed quid existis uidere, hominem

B mollibus uestitum? Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt. Sed qūid existis uidere, prophetam? Etiam dico uobis & plus quàm prophetā. c Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. d Amēn dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne baptista. Qui aūtem minor est in regno cœlorum, maior est illo. e A diēbus autem Ioannis baptistæ usq; nunc regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. f Omnēs enim prophetę & lex usq; ad Ioannem prophetauerunt. Et si uultis recipere, ipse est Helias qui uenturus est. Qui habet aures audiē di, audiat. g Cui autēm similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro qui clamantes coæqualibus suis dicunt: Cecinimus uobis, & nō saltastis: lamentauimus uobis, & nō planxistis. Venit enim Ioannes, neq; manducans, neq; bibens, & dicunt: dęmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo uorax & potator uini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à

B filijs suis omnes. h Tunc cœpit increpare ciuitates in quibus factæ sunt plurimæ uirtutes eius, quia non egerant pœnitentiam. i Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. k Uerumtamen dico uobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quàm uobis. l Et tu Capharnaum, nunquid usq; in cœlum exaltaberis? usq; ad infernum descendes. Quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in te, forsitan remansissent usq; in hodiernum diem. m Uerumtamen dico uobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quàm tibi. n In illo tempore respondens Iesus dixit: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. o Etiam pater, quoniam sic fuit placitum ante te. p Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. q Uenite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. r Tollite iugum meum super uos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. s Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

A nō sibi interrogasse, sed discipulis suis: Quid, inqt, existis in desertū? Nūquid ob hoc, ut hominem uideretis calamo similem, qui omni uento circunfertur, ut leuita te mētis de eo ambigeret quē antea prædicarat? An forsitan stimulis contra me inuidiæ cogitur, & prædicatio eius uanam sectatur gloriā, ut ex ea quærat lucra? Cur diuitias cupiat? ut affluat dapibus? Locusti sue scitur & melle sylue stri. An ut mollibus uestiat? Pili camelorum tegmē eius sunt. Istiusmodi cib. & uestis, carceris hospitio recipiuntur: & prædicatio ueritatis tale habet habitaculū. Qui autē adulatores sunt, & sectantur lucra, & quærunt diuitias, & delicijs affluunt, & mollibus uestiuntur: isti in domibus regū sunt. Ex quo ostenditur rigidam uitam & austeram prædicationem uitare debere aulas regū, & mollium hominum palatia declinare. a ¶ *Sed quid existis, etc.*] In eo Ioan

B nes prophetis cęteris maior est, quod quem illi prædicauerant esse uenturū: hic uenisse digito demōstrauit dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et quia ad priuilegium

Malach. 2.b prophetale etiam baptistæ accessit præmium, ut dominum suum baptizaret: unde infert meritorū αὐξησιν, faciens de Malachia testimonium, in quo etiam angelus prædicatur. Angelum autem hic dici Ioannem non putemus naturæ societate, sed officij dignitate: id est nūcium quod uēturum dominum nunciarit. b ¶ *Amen dico uobis, non surrexit inter natos, etc.*] Inter natos, inquit, mulierum. His ergo præfertur hominibus qui de mulieribus nati sunt, & de concubitu uiri, & non ei qui est natus ex uirgine & spiritu sancto, quāquā in eo quod dixit: Non surrexit maior inter natos mulierū Ioanne baptista: non cæteris prophetis & patriarchis cunctisq; hominibus Ioannem prætulit, sed Ioannem cæteris exæquauit. Non enim statim sequitur, ut si alij maiores eo non sunt, ille maior aliorum sit: uerum ut æqualitatem cum cæteris sanctis habeat. c ¶ *Qui autem minor est in, etc.*] Multi de saluatore hoc intelligi uolunt, quod qui minor est tempore, maior sit dignitate. Nos autem simpliciter intelligamus, quod omnis sanctus qui iam cum deo est maior sit illo qui adhuc consistit in prælio. Aliud est enim coronā uictoriæ possidere, aliud adhuc in acie pugnare. Quidam nouissimum angelū in cœlis domino ministrantem: meliorem uolūt accipere quolibet primo homine qui uersetur in terris. d ¶ *A diebus Ioannis ba. etc.*] Si primus Ioannes ut supra diximus pœnitentiam populis nunciauit dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum: conseqūēter à diebus illius regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Grandis enim est uiolentia in terra nos esse generatos, & cœlorum sedem quærere: possidere per uirtutem quod non tenuimus per naturam. e ¶ *Omnes enim prophetæ & lex usq; ad Ioannem prophetauerunt,*] Non quod post Ioannē excludat prophetas: Legimus enim in Actibus Apostolorū, & Agabum *Act. 11.d* prophetasse, & quatuor uirgines filias Philippi, sed qđ *et 21.d* lex & prophetæ quos scriptos legimus, quicquid prophetauerunt, de domino uaticinati sunt. Quando ergo dicit: omnes prophetæ & lex usque ad Ioannem prophetauerunt, Christi tempus ostēditur, ut quē illi dixerunt esse uenturū, Ioannes uenisse ostenderet. f ¶ *Et si uultis recipere, ipse est Helias, etc.*] Hoc quod dictum est: si uultis recipere ipse est Helias: mysticum esse & egere intelligētia, sequēs sermo domini demōstrat, dicens: Qui habet aures audiēdi, audiat. Si enim planus esset sensus & manifesta sententia, quid necesse fuit nos ad illius intelligentiam præparari? Helias ergo Ioānes dicitur, non secūdum stultos philosophos & quosdā hæreticos, qui μετεμψύχωσιν introducunt: sed quod iuxta aliud testimonium Euangelij uenerit in spiritu & uirtute Heliæ, & eandem sancti spiritus uel gratiam habuerit uel mensuram. Sed & uitæ austeritas, rigorq; mentis Heliæ *3.Reg. 19.d* & Ioannis pares sunt. Ille enim in eremo, iste in eremo. Ille zona pellicea cingebatur, & iste simile habuit cingulum. Ille quoniam regem Achab & Iezabel impietatis arguit, fugere compulsus est. Iste quia Herodis & Herodiadis illicitas arguit nuptias, capite truncatur. Sunt qui propterea Ioannem Heliam uocari putant: quod quomodo in secundo saluatoris aduentu iuxta Malachiam præcessurus est Helias, & uenturum iudicē nunciaturus: sic Ioannes in primo aduentu fecerit: & uterque sit nuncius uel primi aduentus domini uel secundi. g ¶ *Cui autem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes, etc.*] Pueris in foro sedentibus & clamantibus atque dicentibus ad coæquales suos: Cecinimus uobis, & non saltastis: lamērati sumus, & non planxistis: comparatur generatio Iudæorum, scriptura dicente: Cui similem æstimabo generationem istam? similis est pueris sedentibus in foro, & reliqua. Non ergo nobis tribuitur libera intelligentia, & allegoriæ interpretatio passiua, sed quicquid dicturi sumus de pueris, ad similitudinem generationis est referendum. Pueri isti qui sedent in foro, hi sunt de quibus Esaias loquitur: Ecce ego & pueri mei quos dedit *Esa. 8.d* mihi deus. Et in XVIII. psalmo: Testimonium dñi fi- *Psal. 8.a* dele sapientiam præstans paruulis. Et alibi: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Isti ergo pueri sederunt in foro, siue ἐν ἀγορᾷ quod significantius græce dicitur ubi multa uenalia sunt. Et quia populus Iudæorum audire nolebat, non ei tantum locuti sunt, sed plenis faucibus inclamarunt: Cecinimus uobis, & non saltastis: prouocauimus ut ad nostrum canticum bona opera faceretis, & saltaretis ad nostram tibiam, sicut saltauit & Dauid ante arcam domini, & noluistis.

Lamen-

A Lamẽtati sumus,& uos ad pœnitentiã prouocauimus: & ne hoc quidẽ facere uoluistis, spernentes utrãq; prædicationem,tam exhortationis ad uirtutes,q̃ pœnitentiæ post peccata. Nec mirum si duplicem uiam contempseritis salutis: cum & ieiunium & saturitatem pariter

b 108 V uobis placet, cur Ioãnes displicuit? Si saturitas, cur filius hominis displicuit? Quorum alterum dæmonium habentem:alterum,uoratorem & ebrium nuncupastis. Ergo quia uos noluistis utranq; recipere

l 109 X disciplinam, iustificata est sapientia à filijs suis: id est dei dispensatio atq; doctrina. Et ego qui sum dei uirtus & sapientia dei,iuste feciſſe ab Apostolis meis filijs comprobatus sum,quibus re-

k 110 V uelauit pater, quæ à

l 111 III sapientibus abscõderat,& prudentibus a-

m 112 III pud semetipsos. In q

n 113 X busdam Euãgelijs legitur:iustificata est sapientia ab operibus suis. Sapientia quippe non quærit uocis testimonium sed opera.

B a ¶ *Tunc cœpit exprobare ciuitati. etc.*]

filijs suis.[b] Tunc cœpit ẽxprobare ciuitatibus in quibus sunt factæ plurimæ uirtutes eius, quia non egissent pœnitentiam. Væ tibi Chorazain, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ essent uirtutes quæ factæ sunt in uobis,olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Verum tamen dico uobis: Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij q̃ uobis. Et tũ Capharnaũ,nunquid usq; in cœlum exaltaberis? Vsq; in infernum descendes.[c] Quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in te,forte mansissent usq; in hunc diem. Veruntamẽ dico uobis,quia terræ Sodomorũ remissius erit in die iudicij q̃ tibi.[k] In illo tempore respondens Iesus,dixit: Cõfiteor tibi pater dñe cœli & terræ: Quia abscondisti hęc à sapiẽtibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Itã pater, quoniam sic placitum fuit ante te.[l] Omniã mihi tradita sunt à patre meo.[m] Et nemo nouit filium nisi pater: neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.[n] Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite à me,quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris,Iugum enim meum suaue est,& onus meum leue est.

C

Sup. 10. i

Ezech. 16 f

D

In illo tempore respondens Iesus dixit: Confiteor tibi pater dñe cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiã pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Omniã mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit filium nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue est.

Exprobratio ciuitatum Chorozain & Bethsaida & Capharnaum, capituli huius titulo panditur: Quod ideo exprobrauerit eis, qa post factas uirtutes & signa quãplurima, non egerint pœnitentiã. b ¶ *Væ tibi Chorozain: Væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro &, etc.*] Chorozain & Bethsaida urbes Galilææ à saluatore planguntur, quod post tanta signa atq; uirtutes non egerint pœnitẽtiam, & præferuntur eis Tyrus & Sidon, urbes idololatriæ & uitijs deditæ. Præferuntur autem ideo, quod Tyrus & Sidon naturalem tantum legem calcauerint: istæ uero post transgressionem naturalis legis & scriptæ, etiã si gna quæ apud eas facta sunt parui duxerint. Quæri-

Sup. 4. c mus ubi scriptum sit, quod in Chorazain & in Bethsaida dominus signa fecerit. Supra legimus: Et circuibat ciuitates omnes & uicos, curans omnem infirmitatẽ, & reliqua. Inter cæteras ergo ciuitates & uiculos æstimandum est in Chorozain quoq; & Bethsaida dominum signa feciſſe. c ¶ *Et tu Capharnaum nunquid usque in cœlum exaltaberis, etc.*] In altero exemplari reperimus: Et tu Capharnaũ quæ usq; in cœlũ exaltata es, usq; ad inferna descendes. Et est duplex intelligentia. Vel ideo ad inferna descendes, quia contra prædicationem meam superbissime restitisti. Vel ideo, quia exaltata usque ad cœlum, meo hospitio, & meis signis atq; uirtutibus, tãtum habens priuilegium, maioribus plecteris supplicijs, quod his quoq; credere noluisti. d ¶ *Quia si, etc.*] Quærat prudens lector & dicat: si Tyrus & Sidon & Sodoma potuerunt agere pœnitentiam ad prædicationem saluatoris, signorumq; miracula: non sunt in culpa quod non crediderunt, sed uitium silentij in eo est, qui acturis pœnitentiam noluit prædicare. Ad quod facilis & aperta responsio est, ignorare nos iudicia dei, & singularum dispensationũ eius sacramenta nescire. Propositum fuerat dño Iudææ fines non excedere, ne iustam pharisæis & sacerdotibus occasionẽ persecutiõis daret. Vnde & apostolis ante passionẽ præcepit: In uiam gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis. Chorozain igitur & Bethsaida damnantur, quod præsenti domino credere noluerunt. Tyrus & Sidon iustificantur qđ Apostolis illius credidẽrũt: Nõ quæras tẽpora cum credẽtium in tuearis salutẽ. In Capharnaum autẽ quæ interpretatur uilla pulcherrima, cõdemnatur incredula Hierusalem, cui dicitur per Ezechielem: Iustificata est Sodoma ex te.

C

D

Ezech. 16 f

e ¶ *In illo tempore, etc.*] Confessio nõ semper pœnitentiã, sed & gratiarumactionem significat, ut in psalmis sæpissime legimus. Audiant qui saluatorem nõ natũ, sed creatũ calumniant, quod patrem suũ uocet cœli & terræ dominum. Si enim & ipse creatura est, & creatura conditorem suũ patrem appellare potest: stultum fuit non & sui & cœli ac terræ dominum uel patrem similiter appellare. f ¶ *Quia abscondisti hæc à, etc.*] Gratias agit & exultat in patre, quod Apostolis sui aduentus aperuerit sacramenta, quæ ignorauerint scribæ & pharisæi, qui sibi sapientes uidentur, & in conspectu suo prudentes. Iustificata est sapientia à filijs suis. g ¶ *Ita pater, etc.*] Blandiẽtis affectu loquitur ad patrem, ut cœptũ in Apostolis beneficiũ cõpleat. h ¶ *Omnia, etc.*] Et tradentem patrẽ & accipientem filium mystice intellige. Alioquin si iuxta fragilitatem nostram sentire uolumus, cũ cœperit habere qui accipit, incipiet non habere qui dederit. Tradita autem sibi omnia, non cœlum & terra & elementa intelligenda sunt, & cætera quæ ipse fecit & condidit: sed & hi qui per filium accessum habent ad patrem, & antea rebelles deum postea sentire cœperunt. i ¶ *Et nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem, etc.*] Erubescat Eunomius tantam sibi notitiam patris & filij quantam alterutrum inter se habeant iactitans. Quod si inde contendit, & suã insaniam cõsolatur, quia sequitur: Et cui uoluerit filius reuelare: Aliud est naturæ æqualitate nosse quod noueris, aliud reuelantis dignatione. k ¶ *Venite ad me omnes, etc.*] Grauia onera esse peccati, & Zacharias propheta testatur, dicens iniquitatem sedere super talentũ plumbi. Et psalmista complorat: Iniquitates meæ aggrauatæ sunt super me. Vel certe eos qui grauissimo legis iugo premebantur ad Euangelij inuitat gratiam. l ¶ *Iugum enim meum suaue, etc.*] Quomodo leuius lege Euangelium: cum in lege homicidium, in Euangelio ira damnetur? Qua ratione Euangelij gratia facilior, cum in lege adulterium, in Euangelio concupiscẽtia puniatur? In lege multa præcepta sunt, quæ Apostolus non posse

Zach. 5. d

Psal. 37. d

Act. 15. d

A posse compleri, plenissime docet. In lege opera requirũtur, quæ qui fecerit, uiuet in eis. In Euangelio uoluntas quæritur, quæ etiam si effectũ non habuerit, tamẽ præmium non amittit. Euangelium ea præcipit quæ possumus, ne scilicet concupiscamus, hoc in arbitrio nostro est. Lex cũ uoluntatẽ non puniat: punit effectum, ne adulteriũ facias. Finge in persecutione aliquã uirginem prostitutã. Hæc apud Euãgeliũ, quia uoluntate nõ peccat, uirgo suscipitur: in lege quasi corrupta repudiatur. Cap. XII

In illo tempore, etc.]

In alio quoq; Euãgelista legimus, quod propter nimiã importunitatem, nec uescẽdi quidẽ habẽbãt locũ, & ideo quasi homines esuriebãt. Quod aũt spicas segẽtũ manibus cõfricãt, & inediam consolantur: uitæ austerioris indiciũ est, nõ præparatas epulas sed cibos simplices quærẽtium.

b ¶ *Pharisæi autem, etc.*] Nota qđ

B primi Apostoli saluatoris, literam sabbati destruunt, aduersum Hebionitas, qui cum cæteros recipiant Apostolos, Paulum quasi transgressorem legis repudiant.

c ¶ *At ille dixit eis: Non legistis quid fecerit Dauid, etc.*] Ad confutandam calumniam pharisæorum, ueteris recordatur historiæ, quando Dauid fugiens Saulem uenit in Nobe, & ab Achimelech sacerdote susceptus, postulauit cibos: qui cum panes laicos non haberet, dedit ei consecratos, quibus non licebat uesci nisi solis sacerdotibus & leuitis. Et hoc tantũ interrogauit si essent mundi pueri à mulieribus: & illo respondente, ab heri & nudiustertius, non dubitauit panes dare: melius arbitratus, propheta dicente: Misericordiam uolo & non sacrificium: de famis periculo homines liberare, quàm deo offerre sacrificium: Hostia enim placabilis deo hominum salus est. Opponit ergo dominus & dicit: Si & Dauid sanctus est, & Achimelech pontifex à uobis non reprehenditur, sed legis uterq; mandatum probabili excusatione trãsgressi sunt: & fames in causa est, cur eandem famem non probatis in Apostolis quam probatis in cæteris? Quanquam & in hoc magna distantia sit. Isti spicas in sabbato manu confricant, illi panes comederunt leuiticos, & ad sabbati solennitatem accedebant Neomeniarũ dies, quibus in conuiuio requisitus fugit ex aula regia. Obserua quod panes propositionis nec Dauid, nec pueri eius acceperint, antequam se à mulieribus mundos esse responderent.

1. Reg. 21. b

Osee 6. c

d ¶ *Aut non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes, etc.*] Calũniamini, inquit, discipulos meos cur per segetes trãseũtes spicas triuerint, & hoc fecerint famis necessitate cogẽte, cũ ipsi sabbatũ uioletis in tẽplo immolãtes uictimas, cædẽtes tauros, holocausta super lignorum struem incendio concremantes, & iuxta alterius Euangelij fidem: Circũcidẽtes paruulos in sabbato, ut dum aliam legẽ seruare cupitis, sabbatũ destruatis: Nunquam autem leges dei sibi cõtrariæ sunt. & prudenter ubi transgressionis discipuli sui argui poterant, Dauid & Achimelech dicit exempla sectatos: ueram autem & absq; necessitatis obtentu sabbati præuaricationẽ in ipsos refert qui calumniam fecerant.

C

e ¶ *Dico autem uo., etc.*] Hic non pronomen sed aduerbiũ loci est, quod maior templo sit locus qui dominũ templi teneat.

d 114 II

f ¶ *Si autem sciretis quid, etc.*] Quid sit, uolo misericordiam & non sacrificiũ, supra diximus. Quod autem sequitur:

b 115 X

Nunquam condemnasseris innocẽtes: de Apostolis intelligendum est. Et est sensus. Si misericordiam cõ

c 116 II

probastis Achimelech, eo qđ fame periclitantẽ refocillauerit Dauid & pueros eius, quare discipulos meos cõdẽnatis qui nihil tale fecerunt?

g ¶ *Et cum transisset inde uenit, etc.*] Tertiusdectmus iste est qui curatur in synagoga. Et notandum quod nõ

d 117 IIII

in itinere & foris sed in cõciliabulo Iudæo

D

rum manus arida fuerit sanata.

b ¶ *Et interrogabant eum dicentes: Si licet sabbato curare, ut, etc.*] Quia destructionem sabbati quam pharisæi in discipulis arguebant, probabili exemplo excusauerat, ipsum calumniari uolunt: & interrogant utrum liceat curare in sabbatis, ut si non curauerit, crudelitatis aut imbecillitatis: si curauerit, transgressionis accusarent.

i ¶ *Ipse autem dixit eis: Quis, etc.*] Sic soluit propositam quæstionem, ut interrogantes auaritiæ condemnaret. Si uos, inquit, in sabbato ouem & aliud quodlibet animal in foueam decidens eripere festinatis, non animali sed uestræ auariciæ consulentes: quanto magis ego hominem, qui multo melior est oue, debeo liberare?

k ¶ *Tunc ait homini, etc.*] In Euangelio quo utũtur Nazareni & Hebionitæ, quod nuper in Græcum de Hebræo sermone transtulimus, & quod uocatur à plerisq; Matthæi autenticum, homo iste qui aridam habet manum, cementarius scribitur: istiusmodi uocibus auxilium precans: Cementarius eram manibus uictum quæritans, precor te Iesu, ut mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendicem cibos. Vsque ad aduentum saluatoris arida manus in synagoga fuit Iudæorum, & dei opera non fiebant in ea: postquam ille uenit in terras, reddita est in Apostolis credentibus dextera & operi pristino restituta.

l ¶ *Exeuntes autem, etc.*] Quod domino moliuntur insidias, liuor in causa est. Quid enim fecerat ut pharisæos ad interfectionẽ sui puocaret? nẽpe quod homo extenderat manũ. Quis enim pharisæorũ in die sabbati nõ extẽdit manũ portãs cibos, calicẽq; porrigens, & cætera quæ uictui necessaria sunt? Si ergo manũ extendere & alimẽta subleuare uel potũ, in sabbato nõ est crimínis, cur hoc in alio arguunt qđ ipsi facere coarguũtur

A tur, præsertim cum iste cementarius nihil tale portaue
rit, sed ad præceptum domini solam extenderit manũ.
a ¶ *Iesus autem sciens recessit inde, etc.*] Sciens insidias eorũ
quod uellent perdere saluatorem suum, recessit inde,
ut pharisæis contra se occasionem impietatis auferret.
b ¶ *Ecce puer meus quem*
e 118 *elegi, etc.*] Per Esaiam
X prophetam ex persо
Esa. 42.a na patris hoc dicitur:
Ponam spiritum meum super eum. Spiritus ponitur non super dei uerbum, & super unigenitũ qui de sinu processit patris, sed sup eum, de quo dictum est: Ecce puer meus. c ¶ *Neq; audiet quis in plateis uocem eius.*] Lata enim est &
f 119 V spaciosa uia quæ ducit ad perditionẽ, & multi ingrediunt per eam: Qui multi uocẽ
g 120 VII non audiunt saluatoris, quia non sunt in arta uia, sed in spacio
h 121 II sa. d ¶ *Arundinem*
i 122 II *quassatam non confringet, etc.*] Qui peccatori non porrigit manũ, nec portat onus fratris sui, iste calamũ quassatum cõfringit.
B Et qui modicã scintillã fidei cõtẽnit in parulis, hic linũ extinguit fumigãs. Quorũ Christus utrunq; nõ fecit: ad hoc enim uenerat, ut saluum faceret quod perierat. e ¶ *Tunc oblatus est ei dæmonium habens.*] Tria si
k 123 II gna simul in uno homine ppetrata sunt: Cæcus uidet, mutus loquitur, possessus à dæmone liberatur. Quod & tunc quidem carnaliter factum est, sed & quotidie cõpletur in conuersione credẽtium, ut expulso dæmone, primũ fidei lumen aspicias: deinde in laudes dei tacentia prius ora laxẽtur. f ¶ *Iesus autem sciens cogitationes, etc.*] Turbæ stupebant & confitebantur eum qui tanta signa faciebat esse filiũ Dauid: pharisæi uero opera dei principi dæmoniorũ deputabant. Quibus dominus nõ ad dicta sed ad cogitata respondit, ut uel sic compellerentur credere potẽtiæ eius qui cordis uidebat occulta. g ¶ *Si satanas satanam eijcit, aduersus, etc.*] Non potest regnum & ciuitas contra se diuisa perstare. Sed quomodo concordia paruæ res crescunt, ita discordia maximæ dilabuntur. Si ergo satanas pugnat contra se, & dæmõ inimicus est dæmonis, deberet iam mundi uenisse consummatio, ut non haberent in eo locum aduersariæ potestates, quarũ inter se bellum, pax hominũ est. Si autem putatis ò scribæ & pharisæi, quod recessio dæmonũ obedientia sit in principem suum, ut homines ignorantes fraudulenta simulatione deludãt, quid potestis dicere de corporũ sanitatib. quas dñs perpetrauit? c Aliud est si membrorũ quoq;

aduersus eum, quomodo perderent eum. c Iesus autem sciens, recessit inde, & secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes. Et præcepit eis ne manifestum eum facerẽt, ut ad impleretur quod dictum est per Esaiam prophetã dicentem: Eccẽ puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nunciabit. Non cõtendet neq; clamabit: Nẽq; audiet aliquis in plateis uocẽ eius. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eijciat ad uictoriam iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt. f Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus, & curauit eum, ita ut loqueretur & uideret. g Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Nunquid hic est filius Dauid? h Pharisæi autem audientes, dixerunt: Hic non eijcit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. i Iesus autem sciens cogitationes eorum dixit eis: Omne regnũ in se diuisum desolabitur, & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se non stabit. Et si satãnas satanam eijcit, aduersus se diuisus est, quomodo ergo stabit regnũ eius? Et si egõ in Beelzebub eijcio dæmones, filij uestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices uestri erũt. Si autem egó in spiritu dei eijcio dæmones, igitur peruenit in uos regnum dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & uasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet? Qui non est mecum, contra me est, & qui non congregat mecum, spargit. k Ideo dico uobis: omne peccatũ & blasphemia remittet homi
nibus, spiritus aut blasphemiæ non remittet. Et quicunque dixerit uerbum contra filiũ hominis, remittetur ei:

debilitates & spiritualiũ uirtutũ insignia dæmonibus assignatis. h ¶ *Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, etc.*] Filios Iudæorum, uel exorcistas gentis illius ex more significat, uel Apostolos ex eorum stirpe generatos. Si exorcistas qui ad inuocationem dei eijciebãt dæmones, coartat interrogatione prudenti, ut confiteantur spiritus sancti esse opus. Quod si expulsio dæmonũ, inquit, in filijs uestris deo non dæmonibus deputat, quare in me idem opus nõ eandẽ habeat causam? Ergo ipsi iudices uestri erunt, nõ potestate sed cõparatione, dum illi expulsionem dæmonum deo assignant: uos Beelzebub principi dæmoniorũ. Sin aũt de Apostolis dictũ est, quod & magis intelligere debemus, ipsi erunt iudices eorum, quia sedebũt in duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. i ¶ *Si autem ego in, etc.*] in Luca istum locum Luc. 11.f
ita scriptũ legimus: Si autem ego in digito
D dei eijcio dæmones. Iste est digitus quem confitentur & magi, qui contra Moysen & Aarõ signa faciebãt, dicentes: Digitus dei Exod. 8.f
est iste, quo tabulæ lapideæ scriptæ sunt in Deut. 9.b
monte Sina. Si igitur manus & brachium, dei filius ẽ, & digitus eius spiritus sanctus: patris & filij & spiritus sancti una substã
tia est: nõ te scãdalizet mẽbrorũ inæqualitas cũ ædificet unitas corporis. k ¶ *Igitur peruenit, etc.*] Vel seipsum significat, de quo in alio loco scriptũ est: Regnũ dei intra uos est. Et: Medius stat inter uos quem nescitis: Vel Luc. 17.f
certe illud regnũ quod & Ioannes & ipse dñs prædicauerant: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Est & tertium regnum scripturæ sanctæ quod auferetur à Iudæis, & tradetur genti facienti fructus eius. l ¶ *Aut quomodo potest quisquam intrare domum fortis & uasa eius diripere, etc.*] Non debemus esse securi: Aduersarius noster fortis, uictoris quoq; uocibus cõprobatur. Domus illius mundus, qui in maligno positus est, non creatoris dignitate, sed magnitudine delinquentis: Vasa eius nos quondam fuimus. Alligatus est fortis & religatus in tartarum, & domini contritus pede: & direptis sedibus tyranni, captiua ducta est captiuitas. m ¶ *Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. Ideo dico uobis, etc.*] Non putet hoc quisquam de hæreticis dictum & schismaticis, quã quam & ita ex superfluo possit intelligi: sed ex consequentibus textuq; sermonis, ad diabolum refertur, eo quod

qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc seculo neq; in futuro. l Aut facitẽ arborem bonam & fructum eius bonum: aut facite arborem malam & fructum eius malum. Siquidem ex fructu arbor agnoscitur. Prõgenies uiperarum quomodo potestis bona loqui quum sitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. m Bonus homo de bono thesauro profert bona. Et malus homo de malo thesauro profert mala. n Dico autẽm uobis, quoniam omne uerbum ocio
Mar. 3.d sum quod locuti fuerint homines, reddẽt rationem de eo in die iudicij. Ex uerbis enim tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. o Tunc respõderunt ei quidam de scribis & pharisæis, dicentes: Magister uolumus à te signum uidere. p Qui respondens, ait illis: Generatio mala & adultera signum quærit, & signum nõ dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista & condemnabunt eam, quia pœnitentiã egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus q̃ Iona hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista & cõdemnabit

A quod non possint opera saluatoris Beelzebub operibus cõparari. Ille cupit animas hominum tenere captiuas, dñs liberare. Ille prædicat idola, hic unius dei notiã. Ille trahit ad uitia, hic ad uirtutes reuocat. Quomodo ergo possunt inter se habere concordiã quorũ opera diuersa sunt. q ¶ *Et quicunq; dixerit uerbum, etc.*] Et quomodo quidam nostrorũ episcopos atq; presbyteros post blasphemiam spiritus sancti in suum recipiũt gradum, cum saluator dicat, omne peccatũ & blasphemiã dimitti hominibus: qui autẽ in spiritũ sanctũ blasphemauerit, non dimitti ei, neq; in præsenti tempore neq; in futuro: Nisi forte illud de Marco Euãgelista sumamus exemplum, qui causas tantæ iræ manifestius expressit, dicens: Quia dicebãt, spiritum immũdum habet. Ergo quicunq; opera saluatoris Beelzebub principi dæmoniorũ deputarit, & dixerit filium dei habere spiritum immũdum: huic
B nullo tẽpore blasphemia remittetur. Vel ita locus iste intelligendus est. Qui uerbum dixerit cõtra filium hominis scandalizatus carne mea, & me hominem tantum arbitrans, quod filius sim fabri, & fratres habeam Iacobum & Ioseph & Iudam, & homo uorator & uini potator sim, talis opinio absque blasphemia, quanquam culpa nõ careat, erroris tamen habet ueniam propter corporis uilitatem. Qui autem manifeste intelligens opera dei, cum de uirtute negare non possit, eadem stimulatus inuidia calumniatur, & Christum deiq; uerbũ & opera spiritus sancti dicit esse Beelzebub: isti non dimittetur neq; in præsenti seculo neq; in futuro. b ¶ *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, etc.*] Constringit eos syllogismo quem Græci uocant ἄφυκτον, nos ineuitabilem possumus appellare, qui interrogatos hinc inde concludit, & utroq; cornu premit. Si, inquit, diabolus malus est, bona opera facere non potest. Si autem bona sunt quæ facta cernius, sequitur ut non sit diabolus qui ea facit. Neq; enim fieri potest ut ex malo bonũ, aut ex bono oriatur malum. Quod autem sequitur. c ¶ *Progenies uiperarum, etc.*] Ostendit illos arborem malam, & tales afferre fructus blasphemiæ redundantes, qualia habeant semina diaboli. d ¶ *Bonus homo de bono thesauro, etc.*] Vel ipsos Iudæos dominum blasphemantes ostendit de quali thesauro blasphemias proferant, uel cum superiori quæstione hæret sententia, quod quomodo non possit bonus homo proferre mala, nec malus bona: sic nõ possit Christus mala, & diabolus bona opera facere. e ¶ *Dico autem uobis, quoniam omne uerbum, etc.*] Hoc quoq; hæret cum superioribus. Et est sensus. Si ociosum uerbum quod nequaquam ædificat audiẽtes, nõ est absq; periculo eius qui loquit, & in die iudicij redditurus est

unusquisq; rationem sermonum suorum, quanto magis uos qui opera spiritus sancti calũniamini, & dicitis me in Beelzebub principe dæmoniorũ ejcere dæmonia: reddituri estis rationem calũniæ uestræ. c Ociosum uerbum est, quod sine utilitate & loquentis dicit & audientis: si omissis serijs de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. l 124
Cæterum qui scurrilia replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliquid profert turpitudinis, hic non ocio
si uerbi, sed crimino- m 125
si tenebitur reus. f V
¶ *Tunc responderunt ei etc. Magister uolumus.*] n 126
Sic signum postulãt, X
quasi quæ uiderãt signa non fuerint. Sed in alio Euãgelista qd o 127
petant plenius explicat. Volumus à te signum uidere de cœlo. V
Vel in morem Heliæ p 128
ignem de sublimi uenire cupiebant, uel in V
similitudinẽ Samuelis tempore æstiuo cõtra naturam loci mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere, quasi nõ possint & illa calumniari D
& dicere ex occulus & uarijs aeris passionibus accidisse. Nam qui calumniaris ea quæ oculis uides, manu tenes, utilitate sentis: quid facturus es de his quæ de cœlo uenerint? Vtiq; respondebis, & magos in Exod. 7. et 8
Aegypto multa signa fecisse de cœlo. g ¶ *Ait illis: generatio mala & adultera, etc.*] Egregie dixit adultera, quia dimiserat uirum, & iuxta Ezechielem multis se amatoribus copulauerat. h ¶ *Signum quærit, & signum non dabitur illi, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, etc.*] De hoc loco plenius Ezech. 16.d
Ionæ. 2.b
in commentarijs Ionæ prophetæ disputauimus: ad illum ergo locum lectoris diligentiam remittimus, hoc breuiter nunc dixisse contenti, quod synecdochice totum intelligatur ex parte: non quod omnes tres dies & tres noctes in inferno dominus steterit, sed quod in parte paraseues & dominicæ, & tota die sabbati, tres dies & totidem noctes intelligantur. i ¶ *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabũt eam, etc.*] Non sententiæ potestate, sed comparationis exemplo. k ¶ *Et ecce plusquam Iona hic, etc.*] Hic, aduerbium loci nõ pronomen intelligas. Ionas secundum Septuaginta interpretes triduo prædicauit, ego tanto tẽpore. Ille Assyrijs genti incredulæ, ego Iudæis populo dei. Ille peregrinis, ego ciuibus. Ille uoce locutus est simplici, nihil signorum faciens, ego tanta faciens signa, Beelzebub calumniam sustineo. Plus ergo est Iona hic: id est, in præsentiarum inter uos. l ¶ *Regina austri surget in iudicio cum generatione ista & condemnabit eam, quia uenit à finibus terræ audire, etc.*] Eodem modo condemnabit regina austri populum Iudæorum, quo condemnabunt uiri Niniuitæ Israelem incredulum. Ista autem est regina Saba, de qua in Regum uolumine & in Paralipomenon legimus, quæ per tantas difficultates, gente sua & impe

A rio derelictis, uenit in Iudæam audire sapientiam Salomonis, & ei multa munera detulit. In Niniue autē & in regina Saba occulta fides nationum præfertur Israeli.

a ¶ Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, etc.] Quidam istum locum de hæreticis dictū putāt, quod immundus spiritus qui in eis antea
q 129 habitauerat quando gentiles erant, ad cōfessionē uerę fidei ei ciatur: postea uero cū se ad hæresim transtulerint, & simulatis uirtutibus ornauerint domum suā, tūc alijs septem nequam spiri
r 130 tibus adiūctis, reuer
II tat ad eos diabolus, & habitet in illis, fiātque nouissima eorū peiora priorib. Multo quippe peiori conditione sunt hæretici quām gētiles, quia in illis spes fidei est: in istis pugna discordiæ. Cum hæc intelligentia plausum quēdam
a 131 & colorem doctrinæ
II præferat, nescio an habeat ueritatem. Ex eo enim quod finita uel parabola uel exēplo
B sequitur: Sic erit & generationi huic pessimæ: compellimur nō ad hæreticos & quoslibet homines, sed ad Iudæorū populū referre parabolam: ut contextus loci non passim & uagus in diuersum fluctuet, atq; insipientiū more turbet, sed hæ rens sibi uel ad priora uel ad posteriora respōdeat. Immundus spiritus exiuit à Iudæis, quando acceperūt legem, & ambulauit per loca arida quærens sibi requiē. Expulsus uidelicet à Iudæis, ambulauit per gentiū solitudines, quæ cum postea domino credidissent, ille non inuento loco in nationibus dixit: *b ¶ Reuertar in domum, etc.* Hoc est, abibo ad Iudæos quos ante dimiserā. *c ¶ Et ueniens inuenit uacantem, etc.*] Vacabat enim tēplum Iudæorum, & Christum hospitem non habebat dicen
Ioan. 14.d tem: Surgite eamus hinc Et in alio loco: Dimittetur uo
Luc. 13.b bis domus uestra deserta. Quia igit & dei & angelorū præsidia non habebant, & ornati erant superfluis observationibus legis, & traditionibus pharisæorum: reuertitur diabolus ad sedem suam pristinam, & septenario sibi numero dæmonum addito, habitat pristinam domum, & fiunt illius populi nouissima peiora priorib. Multo enim nunc maiori dæmonū numero possidentur blasphemantes in synagogis suis Christum Iesum, quām in Aegypto possessi fuerant ante legis notitiam: quia aliud est uenturū non credere, aliud eum nō susceptisse qui uenerit. Septenarium autem numerum adiunctum diabolo, uel propter sabbatū intellige, uel propter numerū spiritus sancti, ut quomodo in Esaia
Esa. 11.2.d super uirgam de radice Iesse, & florem qui de radice cōscendit, septem spiritus uirtutū descendisse narrant, ita econtrario uitiorum numerus in diabolo consecratus sit. *d ¶ Adhuc eo loquente ad turbas, etc.*] Occupatus erat dñs in opere sermonis, in doctrina populorum, in officio prædicandi: mater & fratres ueniunt & foris stant, & ei desiderant loqui: Tunc quidam nunciat saluatori quod mater sua & fratres stent foris, quærentes eū. Vi- C
dē mihi iste qui nunciat, nō fortuito & simpliciter nūciare, sed insidias tendere saluatori, utrū spirituali operi carnem & sanguinē præferat. Vnde & dominus, non quod negaret matrem & fratres exire contempsit: sed quod responderet insidianti, extendēs manū in discipulos, ait:
e ¶ Ecce mater, etc.] Isti sunt mater mea, qui me quotidie in credētiū animis generant. Isti sunt fratres mei, q̄ faciunt opera patris mei. Non ergo iuxta Marcionem & Manichæū matrē negauit, ut natus de phātasmate putaret: sed Apostolos cognationi prætulit, ut & nos in comparatione dilectionis carni spiritū præferamus. Ecce mater tua, & fratres tui foris stāt quærentes te. Quidā fratres dñi de alia uxore Ioseph filios suspicantur, sequentes delyramenta apocryphorū, & à quadam Escha muliercula cōfingētes. Nos autem sicut in libro quē cōtra Heluidiū scripsimus continetur: fratres dñi, nō filios Ioseph, sed consobrinos saluatoris Mariæ liberos intelligimus materterę domini, quæ esse dicitur mater Iacobi minoris, & Ioseph & Iudæ, quos in alio Euangelij loco fratres domini legimus appellatos. Fratres autem consobrinos dici, omnis scriptura demonstrat. Dicamus & aliter: Saluator loquitur ad turbas, intrinsecus erudit nationes. Mater eius & fratres, hoc est, synagoga & populus Iudæorum foris stant, & intrare desiderāt, & sermone eius indigni fiūt. Cūq; rogauerint & quæsierint & nunciū miserint, responsum accipiunt: liberi eos esse arbitrij, & intrare posse si uelint & ipsi credere: qui tamen intrare non poterūt nisi alios rogauerint. Cap. XIII

IN illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare, & congregatæ sunt, etc.] Populus domum Iesu non poterat intrare, nec esse ibi ubi Apostoli audiebant mysteria. Idcirco miserator & misericors dñs egreditur de domo sua: & sedet iuxta huius seculi mare, ut turbæ cōgregentur ad eum, & audiant in littore quæ intus nō merebātur audire: ita ut in nauiculam ascendēs sederet, & omnis turba staret in littore. Iesus in medijs fluctibus, hinc inde mari tundit, & in sua maiestate securus, appropinquare facit terræ nauiculam suam. At populus nequaquam periculum sustinens, nec tentationibus circūdatus, quas ferre non poterat, stat in littore fixo gradu ut audiat quæ dicuntur. *g ¶ Et locutus, etc.*] Turba non unius sententiæ est, sed diuersarum in singulis uoluntatum. Vnde loquitur ad eam in multis parabolis, ut iuxta uarias uoluntates, diuersas reciperent disciplinas. Et notandum quod non omnia locutus sit eis in parabolis, sed multa. Si enim dixisset omnia in parabolis, absq; emolumēto populi recessissent. Perspicua miscet obscuris, ut per ea quæ intelligunt prouocent ad eorū notiūa quæ nō intelligūt. *h ¶ Ecce ex. etc.*] Intus erat, domi uer-

A mi uersabatur, loquebatur discipulis sacramēta. Exiuit ergo de domo sua qui seminat uerbū dei, ut seminaret in turbis. Significat autem sator iste qui seminat esse filius dei, & patris in populis seminare sermonē. Et simul obserua hanc esse primam parabolā, quæ cū interpretatione sua posita sit.

Et cauendū est ubicū que dñs exponit sermōes suos, & rogatus à discipulis intrinsecus disserit, ne uel aliud uel plus quid uelimus intelligere q̄m ab eo expositū est. *a ¶ Quædam ciderūt secus, etc.*] Hāc parabolam ad cōprobandā hæresim suam Valentinus assumit, tres introducēs naturas, spiritualē, animalē, atq; terrenā, cum hic quatuor sint, una iuxta uiam, alia petrosa, tertia plena spinis, quarta terræ bonæ. Differt mus parumper interpretationē eius, cū di
B scipulis uolētes secrete audire. Quod dicitur: *b ¶ Qui habet aures.*] Prouocamur ad dictorum intelligentiam, quoties his sermonibus commonemur. *c ¶ Et accedentes discipuli.*] Quærendū est quomodo accedant ad eum discipuli, cum Iesus in nauicula sederet: nisi forte intelligi datur, qd̄ dum cū ipso nauem conscenderint, & ibi stātes super interpretatione parabolæ scitati sunt. *d ¶ Qui enim habet dabitur, etc.*] Non inæqualitate iudicij habentibus addit dit, & nō habenti
bus id quod habere uident̄ aufertur: sed quod Apostolis in Christo habētibus fidē, etiā si quid minus uirtutū habeant conceditur. Iudæis autem qui non crediderunt in filium dei, etiam si quid per naturæ bonū possident, tollitur. Neq; enim possunt aliquid sapienter intelligere qui caput non habent sapientiæ. *e ¶ Ideo in parabolis, etc.*] Hæc de his loquitur qui stant in littore, & diuiduntur ab Iesu, & somitu fluctuum perstrepente, non audiūt ad liquidum quæ dicuntur: Impleturq; in eis prophetia Esaiæ: Auditu audietis, & nō intelligetis: & uidentes uidebitis, & non uidebitis. Hæc de turbis prophetata sunt, quæ stant in littore, & dei nō meretur audire sermonem. Accedamus ergo & nos cum discipulis ad Iesum, & rogemus eum dissertionem parabolæ, ne cum turbis frustra aures & oculos habere uideamur. *f ¶ Incrassatum est enim cor, etc.*] Reddit causas quare uidentes non uideant, & audientes non audiant: Quia incrassatū est, inqt, cor populi huius, & auribus suis graniter audierūt. Ac ne forte arbitremur crassitudinē cordis, & grauitatē auriū naturæ esse non uoluntatis, subiungit culpam arbitrij & dicit. *g ¶ Et oculos suos clauserunt, ne quando oculis uideant, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, etc.*] In parabolis ergo audiunt & in ænigmate, qui clausis oculis nolūt cernere ueritatem. *h ¶ Vestri autem beati oculi quia uident, & aures uestræ quia audiunt.*] Nisi supra legissemus auditores ad intelligētiam prouocatos, saluatore dicente: qui habet aures audiendi audiat: putaremus nūc oculos & aures quæ beatitudinem accipiunt carnis intelligi. Sed mihi uidētur illi beati oculi, qui possunt b 132
Christi cognoscere sa V
cramenta, & quos lec c 133
uari Iesus in sublime I
præcepit, ut candētes Psal. 50.b
segetes aspiciant, & illæ aures beatę, de quibus Esaias loquitur: Dominus apposuit mihi auriculā. *i ¶ Amen quippe dico uobis, quia multi, etc.*] Vide d 134
tur huic loco illud esse contrarium quod T
alibi dicitur: Abrahā D
cupiuit diem meū ut dere, & uidit, & lætatus est. Non autem di e 135
xit omnes prophetæ II
& iusti cupierūt uidere quæ uidetis: sed, multi. Inter multos potest fieri, ut alij uiderint, alij non uiderint: licet in hoc periculosa sit interpretatio, ut inter sanctorū merita, discretionem quamlibet facere uideamur. Ergo Abraham uidit in ænigmate, uidit in specie: uos autem in præsentiarum tenetis, & habetis dominum uestrum, & ad uoluntatem interrogatis & conuescimini ei. *k ¶ Omnis qui audit uerbum regni & non intelligit, etc.*] Hoc præmittens horratur nos, ut quæ dicuntur diligentius audiamus. *l ¶ Venit malus & rapit quod seminatum est in corde eius, etc.*] Malus bonum semen rapit: Et simul intellige quod in corde fuerit seminatum, & diuersitas terræ, animæ sint credentium. *m ¶ Facta autem tribulatione & persecutione propter uerbum, continuo scandalizatur, etc.*] Attende quod dictum sit, continuo scandalizatur. Est ergo aliqua distantia inter eum qui multis tribulationibus pœnisq; compellitur Christum negare, & eum qui ad primam persecutionem statim scādalizatur & corruit. *n ¶ Qui autem seminatus est in spinis, hic est, etc.*] Mihi uidetur & illud quod iuxta literā ad Adam dicitur: Inter spinas & tribulos panem tuum mā Gen. 3.c
ducabis: hoc significare mystice, quod quicunque

A se seculi noluptatibus dederit curisq; istius mundi, panem cœlestem & cibum uerũ inter spinas comedat. Et eleganter adiunxit: fallacia diuitiarum suffocat uerbũ. Blandæ enim sunt diuitiæ, aliud agentes & aliud pollicentes: Lubrica est earũ possessio, dum huc illucq; circumferuntur, & instabili gradu uel habentes deserunt, uel non habentes resarciunt. Vnde & dominus diuites asserit difficulter intrare in regnum cœlorum, suffocanti
f 136 bus diuitijs uerbum
X dei & rigorem uirtutum emollientibus.

a ¶ *Qui uero in terram bonã, etc.*] Sicut in terra mala tres fuere diuersitates, secus uiã, & petrosa, & spinosa loca: sic in terra bona trina diuersitas est, cẽtesimi, sexagesimi & triceſimi fructus. Et in illa autẽ & in ista non mutat̃ substantia, sed uolũtas, & tam increduloru ꝯ credenti um corda sunt quę semen recipiunt. Venit inquit, malus & rapit
g 137 quod seminatum est
11 in corde eius, & secũ-
B do ac tertio: hic ẽ, ait, qui uerbum audit. In expositiõe quoq; terræ bonæ, iste est q audit uerbum. Primum
h 138 ergo debemus audi-
V re, deinde intelligere, & post intelligentiam fructus reddere doctrinarum, & facere uel centesimum fructum, uel sexagesimũ, uel triceſimum, de quibus plenius in libro contra Iouinianũ diximus, & nunc breuiter perstringimus, Centesimũ fructũ uirginibus, sexagesimũ uiduis & continẽtibus: triceſimũ casto matrimonio deputantes. Honorabiles enim nuptiæ & cubile immaculatũ. Quidam nostrum, centesimum fructum ad martyres referunt: quod si ita est, sancta consortia nuptiarum excluduntur à fructu bono. b ¶ *Aliam parabolam, etc.*] Hæc secunda parabola est cum interpretatione sua non statim posita, sed interiectis alijs parabolis edisserta. Hic enim proponit̃, & postea dimissis turbis uenitur domum, & accedunt ad eum discipuli eius rogantes: Dissere nobis parabolam zizaniorum agri, & reliqua. Non ergo debemus præpropero intelligendi desiderio ante eius notitiam quæ rere quàm à domino differatur. c ¶ *Aliam parabolam proposuit eis dicens, etc.*] Sedebat dominus in naui, & turba stabat in littore: illi procul, discipuli uicinius audiebant. Proponit eis & aliam parabolam, quasi diues paterfamilias inuitatos diuersis reficiens cibis, ut unusquisq; secundum naturam stomachi sui uaria alimenta susciperet. Vnde & in priori parabola non dixit alteram, sed aliam. Si enim præmisisset alteram, expectare tertiam nõ poteramus: præmisit aliam, ut plures sequãtur. d ¶ *Simile est reg. etc.*] Non sit molestum lectori, si toras parabolas proponimus. Quæ enim obscura sunt, plenius differenda sunt, ne breuitate nimia inuoluantur magis sensus ꝯ exponant̃. Regnum cœlorum C
prædicatio Euãgelij est, & notitia scripturarũ quæ ducit ad uitã, & de qua dicitur ad Iudæos: Auferetur à uo- Inf. 21. d
bis regnum dei, & dabitur genti faciẽti fructus eius. Similе est ergo huiusce modi regnũ grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo. Homo qui seminat in agro suo, à plerisque saluator intelligitur, qd̃ in animis credentiũ seminet: Ab alijs, ipse homo seminãs in agro suo: hoc est, in semetipso & in corde suo. Quis est iste qui seminat, nisi sensus noster & animus: qui suscipiens granũ prædicationis, & fouẽs sementẽ humore fidei, facit in agro sui pectoris pullulare? Prædicatio Euãgelij minima est omnibus disciplinis. Ad primã qp̃e doctrinam fidem non habet ueritatis, hominẽ deum, mortuum, & scandalum crucis prædicãs. Confer huiusce modi doctrinam dogmatibus philosophorum, & libris eorũ & splendo D
ri eloquentiæ, & compositioni sermonũ, & uidebis quanto minor sit cæteris seminibus sementis Euãgelij. Sed illa quũ creuerit, nihil mordax, nihil uituidũ, nihil uitale demonstrat, sed totum flaccidũ marcidũq; & mollitũ ebullit in holera & in herbas quæ cito arescunt & corruunt. Hæc autẽ prædicatio quæ parua uidebat̃ in principio, cũ uel in anima credentis, uel in toto mundo sata fuerit: non exurgit in holera, sed crescit in arborem, ita ut uolucres cœli, quas uel animas credentium, uel fortitudines dei seruitio mancipatas sentire debemus, ueniãt & habitẽt in ramis eius. Ramos puto Euãgelicæ arboris, quæ de grano sinapis creuerit, dogmatum esse diuersitates, in quibus supradictarũ uolucrum unaquæq; requiescit. Assumamus & nos pennas colũbæ, ut uolitantes ad altiora, possimus habitare in ramis huius arboris, & nidulos nobis facere doctrinarum, terrenaq; fugiẽtes ad cœlestia festinare. Multi legẽtes granũ sinapis minimũ omnibus seminibus, & illud qd̃ in Euãgelio à discipulis dicit̃: Dñe adauge nobis fidẽ, & respondet̃ eis à sal- Luc. 17. b
uatore: Amẽ dico uobis, si habueritis fidẽ quasi granũ sinapis, & dixeritis mõti huic, migra de loco isto, migrabit: putãt Apostolos uel paruã fidẽ petere, uel dñm de parua fide dubitare, cũ Apostolus Paulus fidẽ grano sinapis cõparatã maximã iudicet. Quid enim dicit̃ Si 1. Cor. 13. b
habuero tantam fidem, ita ut montes transferã, charitatẽ autem non habeã, nihil mihi prodest. Ergo quod dominus dixit, fide fieri quæ grano sinapis cõparatur: hoc Apostolus docet tota fide posse fieri. e ¶ *Aliam parabolam, etc.*] Diuersus est hominũ stomachus: alij amaris, alij dulcibus, alij austerioribus, alij lenibus delectãtur

A tur cibis. Proponit itaq; dominus ut iã supra diximus, diuersas parabolas, ut iuxta uulnerũ uarietates & medicina diuersa sit. Mulier ista quæ fermentũ accepit, & abscondit illud in farinæ satis tribus, donec fermẽtaretur totũ, uel prædicatio mihi uideat̃ apostolica, uel ecclesia quæ de diuersis gẽtibus congregata est. Hæc tollit fermẽtum, notitiam scilicet & intelligẽtiam scripturarũ, & abscondit illud in farinæ satis tribus, ut spiritus, anima, & corpus in unũ reducta, nõ discrepẽt inter se, sed cũ duob. & tribus cõuenerint, impetrẽt à patre quodcunq; postulauerint. Differit locus iste & aliter. Legimus in Platone, & philosophorum dogma uulgatũ est, tres esse in humana anima passiones, τὸ λογικόν quod nos possumus interpretari ratiõabile, τὸ θυμικόν, qd̃ dicimus plenũ iræ uel irascibile, τὸ ἐπιθυμητικόν, quod appellamus concupiscibile: & putat ille philosophus rationabile nostrũ in cerebro, iram in felle, desiderium in iecore commorari. Et nos ergo si acceperimus fermentum euangelicum sanctarum scripturarum, de quo supra dictum est, tres humanæ animæ passiones in unum redigentur, ut in ratione possideamus prudentiam: in ira, odium cõtra uitia: in desiderio, cupiditatem uirtutum, & hoc totum fiet per doctrinam euangelicam quã nobis mater ecclesia præstitit. Dicam & tertiam quorundã intelligentiã, ut curiosus lector é pluribus quod placuerit eligat: Mulierem istam & ipsi ecclesiã interpretantur, quæ fidem hominis farinæ satis tribus cõmiscuerit, credulitati patris & filij & spiritus sancti. Cũq; in unũ fuerit fermentata, nõ nos ad triplicem deum, sed ad unius diuinitatis perducit notitiã. Farinæ quoq; sata tria, dũ non est in singulis diuersa natura, ad unitatẽ trahunt substantiæ. Pius quidem sensus, sed nunquam parabolæ & dubia ænigmatum intelligentia, potest ad autoritatem dogmatũ proficere. Satum autem genus est mensuræ iuxta morem prouinciæ Palæstinæ, unum & dimidium modium capiens. Dicuntur & alia de hac parabola, sed non est præsentis materiæ totum de omnibus dicere. a ¶ *Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, etc.*] Non discipulis, sed turbis per parabolas loquitur, & usq; hodie turbæ in parabolis audiunt: discipuli domi interrogant saluatorem. b ¶ *Vt impleretur quod dictum est, etc.*] Hoc testimonium de septuagesimo septimo psalmo sumptũ est. Legi in nonnullis codicibus, & studiosus lector forte reperiet idipsum, in eo loco ubi nos posuimus & uulgata habet æditio, ut impleretur quod dictũ est per prophetam dicentẽ, ibi scriptum, per Esaiam prophetã dicentem. Quod quia minime inueniebat̃ in Esaia: arbitror postea à prudentibus uiris esse sublatũ. Sed mihi uidetur in principio ita æditum: Quod scriptũ est per Asaph prophetam dicentẽ: Septuagesimus enim septimus psalmus, de quo hoc sumptũ est testimonium: Asaph prophetæ titulo inscribit̃: Et primũ scriptorẽ non intellexisse Asaph, & putasse scriptoris uitiũ, atq; emen

dasse nomẽ Esaiæ, cuius uocabulum manifestius erat. Sciendũ est itaq; quod in psalmis & hymnis & canticis dei, nõ solum Dauid, sed & cæteri, quorum præscripta sunt nomina, prophetæ sint appellãdi, Asaph uidelicet & Idithum & Hemã Ezraites, & Aethã & filij Chore, & reliqui quos scriptura cõmemorat. Qd̃q; ex persona dñi dicit: Aperiã in parabolis os meũ, eructabo ab i 139
scõdita à constitutiõe VI
mũdi: considerandũ attẽtius & inueniendũ describi egressum Israelis ex Aegypto, k 140
& omnia signa narrari quæ in Exodi cõtinent̃ historia. Ex quo intelligimus uniuersa illa quæ scripta sũt parabolice sentiẽda, nec manifestam tantũ sonare literam, sed abscondita sacramenta, hoc enim se saluator dicturum esse promittit: Aperiens os suum in parabolis, & eructans abscondita à constitutione mundi. c ¶ *Tunc dimissis turbis uenit in domum, & accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: etc.*] Dimittit turbas Iesus, & domum reuertitur, ut accedãt ad eum discipuli, & secreto interrogent quæ populus nec merebat̃ audire, nec poterat. Dissere nobis parabolam zizaniorũ. d ¶ *Qui respondens ait: Qui seminat bonum semen, est, etc.*] Perspicue D
exposuit quod ager mundus sit: sator filius hominis: bonum semen, filij regni, zizania filij pessimi: zizaniorũ sator, diabolus, messis consummatio mundi: messores, angeli. Omnia scandala referũtur ad zizania: Iusti reputãtur in filios regni. Ergo ut supra dixi, quæ exposita sunt à domino, his debemus accommodare fidem. Quæ autem tacita & nostræ intelligentiæ derelicta, perstringenda sunt breuiter. Homines qui dormiunt, magistros ecclesiarũ intellige. Seruos patrisfamilias, ne alios accipias ꝯ angelos, qui quotidie uidẽt faciem patris. Diabolus autẽ propterea inimicus homo appellat̃, quia deus esse desiuit. Et in nono psalmo scriptum est de eo: Exurge dñe, nõ confortet̃ homo. Quãobrẽ nõ dormiat q̃ ecclesiæ præpositus est, ne per illius negligentiã inimicus homo superseminet zizania: hoc est, hæreticorũ dogmata. Quod aũt dicit̃: Ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & frumentũ: datur locus pœnitentiæ, & monemur ne cito amputemus fratrẽ: quia fieri potest, ut ille qui hodie noxio depraua-
tus est dogmate, cras resipiscat, & defendere incipiat ue-
ritatẽ. Illud quoq; qd̃ sequit̃: Sinite utraq; crescere usq; ad messem: uidetur illi præcepto esse cõtrarium: Auser Deut. 13. b
te malum de medio uestrum, & nequaquã societatem habendam cum his qui fratres nominant̃, & sunt adulteri & fornicatores. Si enim prohibet̃ eradicatio, & usque ad messem tenenda est patientia, quomodo efficiẽdi sunt quidam de medio nostrum? Inter triticũ & zizania, quod nos appellamus loliũ, quãdiu herba est, & nondũ culmus uenit ad spicam, grandis similitudo est, & in discernendo aut nulla aut perdifficilis distantia. Præmonet ergo dñs, ne ubi quid ambiguũ est, cito sententiã proferamus, sed deo iudici terminũ reseruemus: ut cum dies iudicij uenerit, ille nõ suspicionẽ cri-

minis, sed manifestū reatum de sanctorū cœtu efficiat. Quod autē dixit, zizaniorum fasciculos ignibus tradi, & triticū congregari in horrea, manifestum est hæreticos quosq; & hypocritas fidei gehēnæ ignibus cōcremandos: sanctos uero qui appellant triticum, horreis, id est, māsionibus cœlestibus suscipi. a

¶ *Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno pat. etc.*] In præsenti sęculo fulget lux sanctorum coram hominibus: post consummationē autem mundi, ipsi iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. b

¶ *Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit.*] Creberis parabolarū obscuritatibus retardati, commaticam interpretationem excedimus, ut prope de alio interpretatiōis genere ad aliud transisse uideamur. Thesaurus iste in quo sunt omnes thesauri sapiē
Col.2.a tiæ & scientiæ absconditi, aut deus uerbū
l 141 est, qui in carne Chri
I sti uidetur absconditus aut sanctę scripturæ, in quibus reposita est notitia saluatoris: quem cū quis in eis inuenerit, debet omnia istius mundi
m 142 emolumenta contemnere, ut illum possit
I habere quē reperit. Quod autem sequitur: Quem cum inuenerit homo, absconditid circo dicitur, non quod hoc de inuidia faciat, sed quod timore seruantis & nolentis perdere, absondat in corde suo, quem pristinis prætulit facultatibus. c

¶ *Iterum simile est regnum cœlorum, etc.*] Aliis uerbis idipsum quod supra dicitur. Bonæ margaritæ quas querit institor, lex & prophetæ sunt. Audi Marcion, audi Manichæe, Bonæ margaritæ sunt lex & prophetæ, & notitia ueteris instrumenti. Vnum autem est pretiosissimū margaritū, scientia saluatoris & sacramentū passionis illius, & resurrectionis arcanum. Quod cum inuenerit homo negociator, similis Pauli Apostoli, omnia legis prophetarūq; mysteria & obseruationes pristinas in quibus inculpate uixerat, quasi purgamenta contemnit & quisquilias, ut Christum lucrifaciat. Non quo in uentio nouæ margaritæ condēnatio sit ueterū margaritarū, sed quo cōparatione eius omnis alia gemma uilior sit. d ¶ *Iterum simile est regnum cœlorum, etc.*] Impleto Hieremiæ uaticinio dicentis: Ecce ego mittā ad uos pi-
Hier.16.c scatores multos: post quā audierūt Petrus & Andreas, Iacobus & Ioānes filij Zebedæi: Sequimini me, & faciā uos piscatores hominū: cōtexuerūt sibi ex ueteri & nouo testamento sagenam Euangelicorū dogmatū, & miserunt eam in mare huius sęculi, quæ usq; hodie in me-

ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorū. Qui habet aures audiendi, audiat. Simile est regnum cœlorū thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscōdit, & præ gaudio illius uadit & uendit uniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Itērum simile est regnum cœlorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas: Inuenta autem una preciosa margarita, abijt & uendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Itērum simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educētes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in uasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sęculi. Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorū, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Idēo omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & uetera. Et factū est quum consummasset Iesus parabolas istas, transijt inde. Et ueniens in patriam suam, docebat eos in synagoga eorum, ita ut mirarentur & dicerent: Vndē huic sapientia hæc & uirtutes? Nonnè hic est fabri filius? Nōne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas? & sorores eius nōne oēs apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? & scādalizabantur in eo. m Iesus autē dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua & in domo sua. Et nōn fecit ibi uirtutes multas propter incredulitatē eorū. In illo

fecit Iesus parabolas istas, transijt inde: & ueniens in patriam suam docebat eos in synagoga eorum.] Post parabolas quas locutus est ad populū, & quas soli Apostoli intelligunt, transit in patriam suam, ut ibi apertius doceat. h ¶ *Vnde huic sapientia hæc & uirtutes?*] Mira stultitia Nazarenorū, mirantur unde habeat sapientiam sapiētia, & uirtutes uirtus, sed error in promptu est, quod fabri filium suspicātur. i ¶ *Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria? etc.*] Error Iudæorum salus nostra est, & hæreticorum condemnatio. Intantum enim cernebant hominē Iesum Christum ut fabri putarent filium. Nōne hic est fabri filius? Miraris si errent in fratribus, cum errent in patre. Locus iste plenius in supradicto contra Heluidiū libello expositus est. k ¶ *Iesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore nisi in patria sua & in domo sua.*] Promodum naturale est, ciues semper ciuibus inuidere. Non enim considerant præsentia uiri opera, sed fragilis recordantur infantiæ, quasi non & ipsi per eosdem ætatum gradus ad maturam ætatem uenerint. l ¶ *Et non fecit ibi uirtutes multas propter incredulitatem.*] Nō quod etiā illis incredulis facere nō potuerit uirtutes multas, sed ne multas faciens uirtutes, ciues incredulos condēnaret. Potest autem & aliter intelligi, quod Iesus despi-

ciatur in domo & in patria sua: hoc est, in populo Iudæorum. Et ideo ibi pauca signa fecerit: ne penitus inexcusabiles fierēt. Maiora autem signa quotidie in gentibus per apostolos facit: non tam in sanatione corporum quàm in animarum salute. CAP. XIIII

In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, etc.] Quidam ecclesiasticorum interpretū causas quę rit: quare Herodes ista sit suspicatus: ut puteta mortuis Ioannem resurrexisse, & ideo uirtutes operari in eo: quasi erroris alieni nobis reddenda sit ratio: aut μετεμψυχώσεως secta ex his uerbis habeat occasionem: cum utiq; eo tempore quo Ioānes decollatus est, dominus triginta esset annorum: μετεμψύχωσις autem post multos annorum circulos, in diuersa corpora dicat animas insinuari. b ¶ *Herodes audiens tetrarcha audiuit famam Iesu, etc.*] Vetus narrat historia Philippum Herodis maioris filium, sub
B quo dominus fugit in Aegyptum, fratrem huius Herodis sub quo passus est Christus, duxisse uxorem Herodiadem filiam regis Aretæ: postea uero socerū eius, exoratis quibusdam contra generum simultatibus, tulisse
Luc.3.a filiam suam, & in dolorem prioris mariti, Herodis inimici eius nuptijs copulasse. Quis sit autem hic Philippus, euangelista Lucas plenius docet: Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris: procurante Pontio Pilato Iudææ: Tetrarcha autem Galilææ Herode: Philippo uero fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis. Ergo Ioannes baptista qui uenerat in spiritu &
3.Reg.21.f uirtute Heliæ, eadem autoritate qua ille Achab corripuerat & Iezabel: arguit Herodem & Herodiadē quod illicitas nuptias fecerint, & non liceat fratre uiuente germano uxorem illius ducere: malens periclitari apud regem, quàm propter adulationem esse immemor præceptorum dei. c ¶ *Et uolens illum occidere, etc.*] Seditionem quippe populi uerebatur propter Ioannem, à quo sciebat turbas in Iordane plurimas baptizatas. Sed amore uincebatur uxoris, ob cuius ardorem etiam dei præcepta neglexerat. d ¶ *Die autem natalis, etc.*] Nullum alium inuenimus obseruasse diem natalis sui, nisi Hero-
Gen.3.a dem & Pharaonem: ut quorum erat par impietas, esset & una solennitas. e ¶ *Cum iuramento pollicitus est, etc.*] Ego non excuso Herodem, quod inuitus & nolens propter iuramentum homicidium fecerit: qui ad hoc forte iurauit, ut futuræ occasioni machinas præpararet. Alio quin si ob iusiurandum feciſſe se dicit: si patris, si matris postulasset interitum, facturus fuerat an non? Quod in se ergo repudiaturus fuit, contemnere debuit & in propheta. f ¶ *Da mihi, inquit, hic in, etc.*] Herodias timens ne Herodes aliquando resipiscere: et cum iuramento pollicitus est, etc.] Ego non excuso Herodem, quod inuitus & nolens propter iuramentum homicidium fecerit: qui ad hoc forte iurauit, ut futuræ occasioni machinas præpararet. Alio quin si ob iusiurandum feciſſe se dicit: si patris, si matris postulasset interitum, facturus fuerat an non? Quod in se ergo repudiaturus fuit, contemnere debuit & in propheta. f ¶ *Da mihi, inquit, hic in, etc.*] Herodias timens ne Herodes aliquando resipiscere: et uel Philippo fratri amicus fieret: atq; illicitæ nuptiæ repudio soluerentur: monet filiam ut in ipso statim conuiuio, caput Ioannis postulet: digno operi saltationis, dignum sanguinis præmium. g ¶ *Et contristatus est rex, etc.*] Consuetudinis scripturarum est, ut opinionem multorum sic narret historicus, quomodo eo tempore ab omnibus credebatur. Sicut Ioseph ab ipsa quoq; Maria appellabatur pater Iesu, ita & nunc Herodes dicitur contristatus: quia hoc

CAP. XIIII

IN illō tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis: Hic est Ioannes baptista: ipse surrexit à mortuis: & ideo uirtutes operantur in eo. Herōdes enim tenuit Ioannem & alligauit eum: & posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam. Et uōlens illum occidere timuit populum: quia sicut prophetam eum habebant. Die aūtem natalis Herodis, saltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi. Vnde cūm iuramento pollicitus est ei dare quodcunq; postulasset ab eo. At illa præmonita à matre sua, Dā mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis baptistæ. Et cōtristatus est rex: Prōpter iusiurandum autem, & propter eos qui pariter discumbebant, iussit dari. Misitq; & decollauit Ioannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco: & datum est puellæ, & attulit matri suæ. Et accēdentes discipuli eius, tulerunt corpus eius & sepelierunt illud. Et uēnientes nunciauerunt Iesu. d Quod cum audisset Iesus, secessit inde in nauiculam in locum desertum seorsum. Et cūm audissent turbæ, sequutæ sunt

discumbentes putabant. Dissimulat enim mentis suæ malitiam artifex homicida, cum tristitiam in
b 144 II facie, & lętitiam habeat in mente. b ¶ *Propter iusiurandum.*] Scelus excusat iuramento: ut sub occasione pietatis impius fieret. Quod autem subiecit: Et propter eos qui
c 145 VI pariter discumbebāt: uult omnes sceleris sui esse consortes: ut in luxurioso impuroq; conuiuio cruentæ epulæ deferentur.
i ¶ *Et allatum est caput eius, etc.*] Legimus in Romana historia Flaminium ducem Romanum, quod accūbenti iuxta meretri-
d 146 III culæ, quæ nunquam se uidisse diceret hominem decollatum, assensus sit ut reus quidam capitalis criminis in conuiuio truncaretur, à
D censoribus pulsum curia: quod epulas sanguini misceuerit, & mortem quamuis noxij hominis in alterius delicias præstiterit: ut libido & homicidium pariter miscerentur. Quanto sceleratior Herodes & Herodias, ne puella quæ saltauit in precium sanguinis, caput postulat prophetæ: ut habeat in potestate linguam, quæ illicitas nuptias arguebat. Hoc iuxta literam factum fit: nos autem usq; hodie cernimus in capite Ioannis prophetæ, ludæos Christum, qui caput est prophetarum, perdidisse. k ¶ *Et accedentes discipuli eius, etc.*] Refert Iosephus in quodam Arabiæ oppido Ioannem capite truncatum. Et quod sequitur: Accedentes discipuli eius tulerunt corpus, & ipsius Ioannis & saluatoris discipulos possumus intelligere. l ¶ *Et uenientes nunciauerūt Iesu, etc.*] Necem baptistæ nunciant saluatori: qua audita, secessit in locum desertum. Non ut quidam arbitrantur timore mortis: sed parcens inimicis suis, ne homicidio homicidium iungerent. Vel in diem paschæ suum interitum differens: in quo propter sacramentum immolandus est agnus, & postes credentium sanguine respergendi. Siue ideo recessit, ut nobis præberet exemplum uitandæ ultro tradentium se temeritatis: quia non omnes eadem constantia perseuerant in tormentis, qua se torquendos offerunt. Ob hanc causam & in alio loco præcipit. Cum uos persecuti fuerint in ista ciuitate, fugite in aliam. Eleganter quoq; euangelista non ait: fugit in locum desertum, sed secessit: ut persecutores uitauerit magis quàm timuerit. Aliter: Postquam à Iudæis & rege Iudæorum prophetæ truncatum est caput, & linguam ac uocem apud eos perdidit prophetia: Iesus transijt ad desertum ecclesiæ locum: quæ uirum ante non habuerat. m ¶ *Et cum audissent turbæ, sequutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus.*] Potest & aliam ob causam audito Ioannis interitu secessisse in desertum locum

A ut credentium probaret fidem. Deniq; turbæ sequutæ sunt eum pedestres: non in iumentis: nō in diuersis uehiculis, sed proprio labore pedum, ut ardorem mentis ostenderent. Si uolumus singulorum uerborum aperire rationes, propositi operis breuitatem excedimus. Attamen dicendum est transitorie: quod postquam dominus uenerit in desertum, sequutæ sunt eum turbæ plurimæ. Nam antequam ueniret in solitudines gentium, ab uno tantum populo colebatur. a ¶ *Et exiens, etc.*] In euāgelicis sermonib. sem per literæ iunctus est spiritus, & quicquid primo frigere uidetur aspectu, si tetigeris calet. In loco deserto erat dominus: sequutæ sunt eum turbæ relinquentes ciuitates suas: hoc est prīstinas cōuersationes, & uarietates dogmatum. Egressus autem Iesus significat quod turbæ habuerint qui dem eundi uoluntatem, sed uires perueniendi nō habuerint:

sunt eum pedestres de ciuitatibus. Et exiēns uidit turbam multam, & misertus est eius, & curauit languidos eorum. c Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Desertus est locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas ut euntes in castella emant sibi escas. Iēsus autem dixit eis. Non habent necesse ire. Dāte illis uos manducare. Respōderunt ei: Non habemus hic ni si quinq; panes & duos pisces. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc. Et cūm iussisset turbam discumbere super fœnum: acceptis quinq; panibus & duobus piscibus, aspiciens in cœlum, benedixit & fregit: & dedit discipulis panes: discipuli autem dederunt turbis. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. Manducantium autem fuit numerus quinq; milia uirorum: exceptis mulieribus & paruulis. f Et statim compulit Iesus discipulos suos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. g Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. b Vespere autem facto solus erat ibi. Naūicula autem in medio mari iactabatur fluctibus

Aspicit in cœlum, ut illuc oculos dirigendos doceat. C Quinq; panes & duos pisciculos sumpsit in manus, & fregit eos, tradiditq; discipulis. Frangente dño, seminarium fit ciborum. Si enim fuissent integri, & non in frusta discerpti, nec diuisi in multiplicē segetem: turbas, & pueros, & fœminas & tantam multitudinem alere non poterant. Frangitur ergo lex cum prophetis, & in frusta discerpitur, & eius in mediū mysteria proferuntur: ut quod integrū & permanens in statu prīstino non alebat, diuisum in partes alatgē tium multitudinem. i ¶ *Discipuli autē, etc.*] Turbæ à domino per apostolos alimēta suscipiunt. k ¶ *Et tulerunt reliquias, etc.*] Vnusquisq; apostolorum de reliquijs saluatoris implet cophinum suum: ut uel habeat unde postea gentibus cibos præbeat: uel ex reliquijs doceat ueros fuisse panes: qui postea multiplicati sunt. Et simul quære quomodo in ere-

B Ideo saluator egreditur de loco suo, & pergit obuiam: sicut & in alia parabola filio pœnitenti occurrerat. Visaq; turba misereatur, & curat languores eorum: ut fides plena statim præmium consequatur. b ¶ *Vespere autem facto, etc.*] Omnia plena mysterijs sunt. Recedit de Iudæa, uenit in desertum locum: sequuntur eum turbæ relictis ciuitatib. suis: egreditur ad eos Iesus: misereatur turbis, curat languidos eorum, & hoc facit non mane, nō crescente die, non meridie, sed uespere quando sol iustitiæ occubuit. c ¶ *Iesus autem dixit eis: etc.*] Non habent necesse diuersos cibos quærere, & emere sibi ignotos panes, cum secum habeant cœlestem panem. d ¶ *Date illis uos manducare.*] Prouocat apostolos ad fractionem panis, ut illis se non habere testantibus, magnitudo signi notior fiat. e ¶ *Respondentes ei: Non, etc.*] In alio euangelista legimus: Est hic quidam puer qui habet quinq; panes, qui mihi uidetur significare Mosen. Duos autem pisces, uel utrunq; intelligimus testamentum: uel quia par numerus refertur ad legē. Igitur apostoli ante passionem saluatoris & coruscationem euangelij fulgurantis non habebant nisi quinq; panes & duos pisciculos: qui in salsis aquis & in amaris fluctibus uersabantur. f ¶ *Qui ait eis: Afferte mihi illos huc.*] Audi Marcion: audi Manichæe: quinq; panes & duos pisciculos ad se afferri iubet Iesus: ut eos sanctificet atq; multiplicet. g ¶ *Et cū iussisset turbam discumbere super fœnum, etc.*] Iuxta literā manifestus est sensus: spiritualis interpretationis sacramenta pandamus. Discumbere iubentur supra fœnum: & secundum alium euangelistam supra terram, per quinquagenos aut centenos: ut postquam calcauerint carnem suam, & omnes flores illius, & seculi uoluptates quasi arens fœnum sibi subiecerint: tunc per quinquagenarij numeri pœnitentiam, ad perfectum centesimi numeri culmen ascendant. h ¶ *Acceptis quinq; panibus & duobus piscibus, aspiciens in cœlū, benedixit & fregit, et dedit, etc.*]

mo & in tam uasta solitudine panes non inueniantur D nisi quinq; tantum & duo pisciculi, & tam facile duodecim cophini repleantur. l ¶ *Manducantium autem fuit numerus, etc.*] Iuxta numerum quinq; panum, & comedentium uirorum, quinq; milium multitudo est. Necdum enim secundum alterius loci narrationem ad septenarium numerum uenerat: quem qui comedunt, quatuor milia sunt, uicina euangeliorum numero. Comeduntur autem quinq; milia uirorum qui in perfectum uirum creuerant, & sequebantur eum de quo dicit Zacharias: Ecce uir, oriens nomen eius. Mulieres autem & paruuli, sexus fragilis & ætas minor, numero indigni sunt. Vnde & in Numerorum libro quotiens sacerdotes atq; leuitæ & exercitus uel turbæ pugnantium describuntur, serui & mulieres & paruuli & uulgus ignobile absq; numero prætermittitur. m ¶ *Et statim compulit discipulos suos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, etc.*] Discipulis præcepit transfretare, & compulit ut ascenderent nauiculam: quo sermone ostenditur inuitos eos à domino recessisse: dum amore præcepto ris ne punctum quidem temporis ab eo uolunt separari. n ¶ *Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare, etc.*] Si fuissent cum eo discipuli Petrus & Iacobus & Ioannes, qui uiderant gloriam transformati: forsitan ascendissent in montem cum eo: sed turba ad sublimia sequi non potest, nisi docuerit eam iuxta mare in littore, & aduerit in deserto. Quod autem ascendit solus orare: non ad eum referas qui de quinq; panibus, quinq; milia saturauit hominum, exceptis paruulis & mulieribus: sed ad eum qui audita morte Ioannis secessit in solitudinem: non quod personā domini separemus: sed quod opera eius inter deum hominemq; diuisa sint. o ¶ *Naucula autem in medio mari iactabatur, etc.*] Recte quasi inuiti & retractantes apostoli à domino recesserant: ne illo absente, naufragia sustinerent. Denique domino in

A montis cacumine commorante, statim uentus contrarius oritur, & turbat mare, & periclitantur apostoli: Et tamdiu imminens naufragium perseuerat, quamdiu Iesus ueniat. a ¶ *Quarta autem uigilia, etc.*] Stationes & uigiliq militares in terna horarum spacia diuidunt. Quādo ergo dicit: quarta uigilia noctis uenisse ad eos dominum: ostendit tota nocte periclitatos, & extremo noctis atq; in cōsummatione mūdi eis auxilium præbiturum. b ¶ *Et uidentes eū, etc.*] Si iuxta Marcionem & Manichæum, dominus noster non est natus ex uirgine, sed uisus in phantasmate: quomodo nunc apostoli timent ne phantasma uideant? c ¶ *Et præ timore clamauerunt, etc.*] Cōfusus clamor, & incerta uox, magni timoris indicium est. d ¶ *Statimq; Iesus locutus etc.*] Quod primum uersabatur in causa, hoc curat: & timentibus præcepit, dicens: Habete fiduciam, nolite timere. Et quod sequitur: Ego

B sum: nec subiungit quis sit: uel ex uoce sibi nota poterant eum intelligere, qui per obscurę noctis tenebras loquebat: uel ipsum esse repetebāt, quem

Exod. 3. d loquutum ad Moysen nouerant: Hęc dices filijs Israel: qui est, misit me ad uos. e ¶ *Respondens autem Petrus, etc.*] In omnibus locis ardentissimæ fidei inuenitur Petrus. Interrogatis discipulis: quem homines dicerent Iesum, dei filium confitetur. Volentē ad passionem pergere, prohibet, & licet erret in sensu, tamen non errat in affectu: nolens eum mori, quem filium dei fuerat pauloante confessus. In montem cum saluatore inter primos primus ascendit, & in passione solus sequitur. Peccatum negationis quod ex repentino timore descenderat, a-

Ioan. 21. b maris statim abluit lachrymis. Post passionem cum essent in lacu Genezareth & piscarentur, & dñs staret in litore: alijs paulatim nauigantibus, ille non patitur moras: sed accinctus ependyte suo, statim præcipitatur in fluctus. Eodem igitur fidei ardore quo semper, nunc quoq; cæteris tacentibus credit se posse facere per uoluntatem magistri, quod ille poterat per naturam. Iube me uenire ad te super aquas. Tu præcipe & ilico solidabuntur undæ: leue fiet corpus quod per se graue est. f ¶ *Et descendens Petrus, etc.*] Qui putant domini corpus ideo non esse uerum: quia super molles aquas, molle & aereum incesserit: respondeant quomodo ambulauerit Petrus: quem utiq; uerum hominem non negabūt. g ¶ *Videns uero uentum, etc.*] Ardebat animi fides, sed humana fragilitas in profundum trahebat. Paululū ergo relinquitur tentationi, ut augeatur fides, & intelligat se

fluctibus: erat enim contrarius uentus. Quārta autem uigilia noctis uenit ad eos ambulans supra mare. Et uidentes eum supra mare ambulantem, turbati sunt, dicentes quia phantasma est. Et præ timōre clamauerunt. Statimq; Iesus loquutus est eis, dicens: Habete fiduciam, ego sum: nolite timere. Respōndens autem Petrus, dixit: Domine, si tu es, iube me uenire ad te super aquas. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam ut ueniret ad Iesum. Videns uero uentum ualidum, timuit. Et cum cœpisset mergi, clamauit, dicēs: Domine, saluum me fac. Et cōtinuo Iesus extendēs manum, apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? k Et cum ascendisset in nauiculam, cessauit uentus. Qui autem in nauicula erant, uenerunt & adorauerunt eum, dicentes: Vere filius dei es. l Et cum transfretassent, ueneruut in terram Genezareth. Et cum cognouissent eum uiri loci illius, miserunt in uniuersam regionem illam: & obtulerunt ei omnes male habentes, & rogabant eum ut uel fimbriā uestimenti eius tangerent. Et quicunq; tetigerunt, salui facti sunt. Cap. XV

T Vnc accēsserunt ad eum ab Hierosolymis scribæ & pharisæi, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Nōn enim lauant manus suas, cum panem manducant. Ipse aūtem respondens, ait illis: Quare & uos transgredimini mandatum dei propter traditionem uestram? Nām deus dixit: Honora patrē & matrem: & qui maledixerit patri uel matri, morte

non facilitate postulationis, sed potentia domini cōseruatū. b ¶ *Et continuo Iesus, etc.*] Si apostolo Petro, de cuius fide & ardore mentis supra diximus, qui confidenter rogauerat saluatorem, dicens: Dñe, si tu es, iube me uenire ad te super aquas: quia paululū timuit dicitur: Modicæ fidei, quare dubitasti: quid nobis dicendum est, qui huius modicæ fidei ne minimā quidem habemus portiunculā? i ¶ *Qui autem in nauicula.*] Ad unum signū tranquillitate maris reddita, quæ post nimias procellas interdum & casu fieri solet, nautæ atq; uectores uere filiū dei confitentur, & Arius in ecclesia prædicat creaturam. k ¶ *Et cū transfretassent, etc.*] Si scire mus quid in nostra lingua resonaret Genezareth, intelligere mus quomodo Iesus per typum apostolorum & nauis, ecclesiam de persecutione & naufragio liberatam transducat ad litus, & in tranquillissimo portu faciat requiescere. l ¶ *Et cum cognouissent, etc.*] Cognouerunt eū rumore, non facie: uel certe pro signorum magnitudine, quæ parrabat in populis, etiam uultu plurimis notus erat. Et uide quāta sit fides hominum terrę Genezareth: ut non præsentium tantum salute cōtenti sint, sed mittant ad alias per circuitum ciuitates, quo omnes currant ad medicū. m ¶ *Et obtulerunt ei, etc.*] Qui male se habent, non tangant corpus Iesu: neq; rotū uestimentum eius, sed extremam fimbriā, & quicunq; tetigerint, sanabuntur. Fimbriam uestimenti eius, uel minimum mandatū intellige: quod qui transgressus fuerit, minimus uocabitur in regno cœlorum. Vel assumptionem corporis, per quam uenimus ad uerbum dei, & illius postea fruimur maiestate. CAP. XV

Vnc accesserunt ad, etc.] Mira pharisæorum scribarumq; stultitia, dei filium arguunt: quare hominum traditiones & præcepta non seruet. o ¶ *Non enim lauant, etc.*] Manus, id est, opera: nō corporis utiq;, sed animæ lauandæ sunt: ut fiat in illis uerbum dei. p ¶ *Ipse autem respondens, ait illis: etc.*] Falsam calumniam uera responsione confutat: Cum, inquit, uos propter traditionem hominum præcepta domini negligatis, quare discipulos meos arguendos putatis, quod seniorum iussa parui pendant, ut dei scita custodiant? q ¶ *Nam deus dixit: Honora patrem & matrem, etc.*] Honor in scripturis non tantum in salutationibus & officijs deferendis, quantum in eleemosynis ac munerum oblatione sentitur. Honora, inquit Apostolus, uiduas, quæ uere uidūæ sunt: hic honor donum intelligitur. Et in alio loco:

1. Tim. 5. a

Presbyteri

A Presbyteri duplici honore honorandi: maxime qui laDeut. 25.d borant in uerbo & doctrina dei. Et per hoc mandatum iubemur bouẽ trituranti os non claudere. Et dignus sit operarius mercede sua. Præceperat dñs, uel imbecillitates, uel ætates, uel penurias parentum considerans, ut filij honorarent, etiam in uitæ necessarijs ministrandis parentes suos. Hanc prouidentissimam dei legẽ uolentes scribæ & pharisæi subuertere: ut impietatem sub nomine pietatis inducerẽt, docuerunt pessimos filios: ut si quis ea quæ parentibus offerenda sunt, deo uouere uoluerit, qui uerus est pater: oblatio dñi
b 155 præponatur parentũ
X muneribus, uel certe ipsi parentes quę deo consecrata cernebãt, nę sacrilegij crimẽ in-
c 156 currerent, declinan-
V tes, egestate conficie-
d 157 bantur. Atque ita fie-
VI bat ut oblatio liberorũ sub occasione templi & dei, in sacerdotũ lucra cederet. Hæc pessima pharisæorũ traditio, de alia uenie
B bat occasione. Multi habẽtes obligatos ære alieno, & nolentes sibi creditũ reddere, delegabant sacerdotibus: ut exacta pecunia, ministerijs templi & eorum usibus deseruiret. Potest aũt & hunc breuiter habere sensum: Munus quod ex me est, tibi proderit. Cõpellitis, inquit, filios, ut dicant parentib. suis: quodcũq; donũ oblaturus erã deo, in tuos cõsumo cibos: tibiq; prodest ô pater & mater: ut illi timentes accipere quod deo mancipatũ uideant, inopem magis uelint uitã ducere, quàm comedere de consecratis. a ¶ *Non quod intrat, etc.*] Verbũ communicat, proprie scripturarũ est, & publico sermone nõ terĩ. Populus Iudæorũ partem dei esse se iactitans, cõmunes cibos uocat, quibus omnes utũtur homines. Verbi gratia: suillã carnẽ, ostreas, lepores, & istiusmodi animantia, quæ ungulã non findunt, nec ruminant, nec squamosa in piscibus sunt. Vn
Act. 10.c de & in Actibus apostolorum scriptum est: Quod deus sanctificauit, tu ne commune dixeris: Commune ergo quod cæteris hominibus patet, & quasi non est de parte dei, pro immundo appellaẽ. Non quod intrat in os, coinquinat hominẽ: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ. Opponat prudens lector & dicat: Si quod intrat in os, non coinquinat hominẽ: quare ido-
1.Cor. 10.c lothytis non uescimur? Et Apostolus scribit: Non potestis calicem dñi bibere, & calicẽ dæmoniorũ. Sciendum igitur quod ipsi quidẽ cibi & dei creatura, per se omnis munda sit: sed idolorũ ac dæmonũ inuocatio ea faciat immũda. b ¶ *Tunc accedentes, etc.*] Ex uno sermone omnis superstitio obseruationũ Iudaicarũ fuerat elisa: qui in cibis sumẽdis abominãdisq;, religionẽ suã sitã arbitrant. Et quia crebro teritẽ in ecclesiasticis scripturis, scãdalũ: breuiter dicamus quid significet. *σκολιὸν* & scandalum, nos offendiculum, uel ruinã & impactionẽ pedis possumus dicere. Quando ergo legimus: Quicũq; de minimis istis scandalizauerit quempiam, hoc intelligimus, qui dicto facto ue occasionem ruinæ cuiquam dederit. c ¶ *At ille respondens, ait: Omnis, etc.*] Etiam quæ plana uidentur in scripturis, plena sunt quæstionibus, Omnis, inquit, plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Ergo eradicabitur & illa plantatio, de qua apostolus ait: 1.Cor.3.b Ego plantaui, Apollo rigauit. Sed soluitur quæstio ex eo quod scribitur: Deus autẽ incrementum dedit. Dicit & ipse: Dei agricultura, dei ædificatio estis. Et in alio loco: Cooperatores dei 3.Ioan.b sumus. Si autem cooperatores: igitur plantante Paulo, & rigante Apolline, deus cũ operatorib. suis plantat & rigat. Abuntur hoc loco qui diuersas naturas introducunt, dicentes: Si plantatio quam non plantauit pater, eradicabitur; ergo quam plantauit ille, non potest eradicari. Sed audiãt illud Hieremiæ: Hier.2.d Ego uos plantaui uineam uerã, quomodo uersi estis in amaritudinem uitis alienæ? Plantauit quidem deus, & nemo potest eradicare plantationem eius. Sed quoniam ista plantatio in uoluntate proprij arbitrij est, nullus alius eam eradicare poterit, nisi ipsa præbuerit assensum.
D De morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri uel matri: munus quodcunq; est ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem suum aut matrẽ suam: & irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram. Hypocritæ, bene prophetauit de uobis Esaias, dicẽs: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est à me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Et conuocatis ad se turbis, dixit eis: Audite & intelligite. Nõn quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc communicat hominem. b Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei: Scis quia pharisæi audito uerbo hoc scandalizati sunt? At illẽ respondens, ait: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. c Sinite illos, cæci sunt, duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. d Rẽspondens autem Petrus, dixit ei: Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit: Adhuc & uos sine intellectu estis? Nõn intelligiũs, quia omne quod in os intrat, in uentrem uadit, & in secessum emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeũt, & ea coinquinãt hominem.

A concocta fuerit & digesta, per occultos meatus corporis quos Græci *πόρους* uocant, ad inferiora dilabitur, & in secessum uadit. a ¶ *De corde enim exeunt, etc.*] De corde, inquit, exeunt cogitationes malæ. Ergo animæ principale nõ secundũ Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde est, & arguendi ex hac sententia, qui cogitationes à diabolo immitti putãt, & nõ ex propria nasci uoluntate. Diabolus adiutor & incensor malarum cogitationum potest esse, autor esse non potest. Sin autẽ semper in insidijs positus, leuem cogitationũ nostrarum scintillã suis fomitibus inflammarit, nõ debemus opinari eum cordis quoque occulta rimari: sed ex corporis habitu & gestibus æstimare quid uersemus intrinsecus. Verbi gratia: si pulchram mulierem nos crebro uiderit inspicere, intelligit cor amorisiaculo uulneratum. b ¶ *Et egressus inde Iesus, etc.*] Scribis & pharisæis calũ-
B niatoribus derelictis, transgreditur in partes Tyri & Sidonis, ut Tyrios Sidoniosq; curaret. Mulier autem Cananæa egredit de finibus priũtinis, ut clamans filiæ impetret sanitatẽ. Obserua quòd in quinto decimo loco filia Cananææ sanetur. c ¶ *Miserere mei domine, etc.*] Inde nouit uocare filium Dauid: quia egressa iam fuerat de finibus suis, & errorem Tyriorum ac Sidoniorum loci ac fidei commutatione dimiserat. d ¶ *Filia mea male à dæmonio uexatur, etc.*] Ego filiam Cananææ, puto animas esse credentium: quæ male à dæmonio uexabantur ignorantes creatorem, & adorantes lapidem. e ¶ *Qui non respondit ei, etc.*] Non de superbia pharisaica, nec de scribarum supercilio: sed ne ipse sententiæ suæ uideretur esse contrarius; per quam iusserat: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Nolebat enim occasionem calumniatoribus dare: perfectamq; salutem gẽtium, passionis & resurrectionis tempori reseruabat. f ¶ ¶ *Et accedentes discipuli eius rogabant eum, dicentes: etc.*] Discipuli illo
Mar.7.c adhuc tempore mysteria domini neścientes, uel misericordia commoti, rogabant pro Cananæa muliere, quam alter euangelista Syrophœnissam appellat: uel importunitate eius carere cupientes: quia non ut clementem, sed ut durum medicum crebrius inclamaret. g ¶ *Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus.*] Non quo & ad gentes non missus sit, sed quo primum missus sit ad Israel: ut illis non recipientibus euangelium, iusta fieret ad gentes transmigratio. Et significanter dixit: ad oues perditas domus Israel, ut ex hoc loco etiam unam erroneam ouem de alia parabola intelligamus. h ¶ *At illa uenit & adorauit, etc.*] Mira De cõrde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ: hæc sunt quę coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominẽ. Et egrẽssus inde Iesus secesit in partes Tyri & Sidonis: Et ecce mulier Cananæa à finibus illis egressa clamauit, dicens ei: Miserére mei domine fili Dauid: filiã mea male à dæmonio uexatur. Qui nõn respondit ei uerbum. Et accẽdentes discipuli eius rogabant eum, dicentes: Dimitte eam: quia clamat post nos. e Ipse autem respondens ait: Nõn sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. f At illa uenit & adorauit eum dicens: Domine adiua me. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam domine: Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mẽsa dominorum suorũ. Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora. g Et cùm transisset inde Iesus, uenit secus mare Galilææ, & ascendens in montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos. Et proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita ut turbæ mirarentur uidentes mutos loquentes: claudos ambulantes, cæcos uidentes: & magnificabant deum Israel. Iẽsus autem conuocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ: quia iam triduo perseuerãt mecum. Misereor turbæ, quia non habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia. Et dicunt ei discipuli: Vnde nobis in deserto tanta turba? Vnde panes tot? Et dicit eis Iesus: Quot panes habetis? At illi dixerunt: Septem, & pauci pisciculi. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accepit septem panes & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli turbis. Et manducauerunt omnes & saturati sunt. Et quod superauit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerunt quatuor millia hominum, præter paruulos & mulieres. Et dimisit turbas, & ascendit in nauiculam, & uenit in fines Magedan. Et ascendens in montẽ, sedebat ibi, & accesserunt ad eum turbæ. Obserua quod muti, claudi & cæci, ducuntur ad montem, ut ibi curentur à dño. m ¶ *Iesus aũt conuocatis, etc.*] Vult pascere quos curaturus: prius aufert debilitates, ut postea sanis offerat cibos. Cõuocat quoq; discipulos suos, & quæ facturus est, loquitur: ut uel magistris exemplũ tribuat, cũ minoribus atq; discipulis cõmunicanda esse cõfilia: uel ex cõfabulatione intelligant signi magnitudinẽ: respondẽtes se panes in eremo nõ habere: Misereor, inquit, turbæ: quia triduo iam perseuerãt mecum. Misereor turbæ, quia

sub persona mulieris Chananitidis, ecclesiæ fides, patiẽtia & humilitas prædicatur. Fides, qua credidit sanari posse filiã suam. Patientia, qua totiens cõtempta, in precibus perseuerat. Humilitas, qua se non canibus, sed catulis comparat. Canes autem ethnici propter idololatriam dicuntur, qui esui sanguinis dediti, & cadaueribus mortuorum seruntur in rabiem. Nota quod ista Cananitis perseueranter primum filium Dauid, deinde dñm uocet, & ad extremum adoret ut deum. i ¶ *At illa dixit: etc.*] Scio me, inquit, filiorũ panem nõ meri: nec integros posse capere cibos: nec sedere ad mẽsam cum patre, sed contenta sum reliquijs catulorum: ut per humilitatem micarum, ad panis integri ueniã magnitudinem. O mirabilis conuersio: Israel quondam filius, nos canes. Pro diuersitate fidei, ordo nominũ commutatur. De illis postea dicit: Circumdederunt me canes multi. Et uidete canes: uidete malos operarios: uidete concisionem. Nos audimus cum Syrophœnissa, & muliere quæ sanguine fluxerat: magna est fides tua: fiat tibi sicut uis. Et: Filia, fides tua te saluã fecit. k ¶ *Et cum transisset, etc.*] In eo loco ubi Latinus interpres transtulit, debiles: in Græco scriptũ est, *κυλλούς*: quod non generale debilitatis, sed unius infirmitatis est nomen: ut quomodo claudus dicitur, qui uno claudicat pede: sic *κυλλὸς* appelleẽ qui unam manum debilem habet. Nos proprietatẽ huius uerbi non habemus. Vnde & in consequentib. euangelista cæterorũ debilitates exposuit sanitates, horũ tacuit. Quid enim sequitẽr l ¶ *Et curauit eos, etc.*] De *κυλλοῖς* tacuit: quia quid ecõtrario diceret, non habebat. Hoc de uno uerbo. Intueamur aũt quod sanata Cananæa filia, reuertatur ad Iudæã, & ad mare Galilææ, & ascendat in montẽ, & quasi auis teneros foetus prouocet ad uolandũ, ibiq; sedeat: & turbæ concurrant ad eum, deducentes siue portãtes secũ uarijs oppressos infirmitatibus: quos postq; curauit, dedit eis cibos, & hoc opere completo, ascendit in nauiculam, & uenit in fines Magedan. Et ascendens in montẽ, sedebat ibi, & accesserunt ad eum turbæ. Obserua quod muti, claudi & cæci, ducuntur ad montem, ut ibi curentur à dño. m ¶ *Iesus aũt conuocatis, etc.*] Vult pascere quos curaturus: prius aufert debilitates, ut postea sanis offerat cibos. Cõuocat quoq; discipulos suos, & quæ facturus est, loquitur: ut uel magistris exemplũ tribuat, cũ minoribus atq; discipulis cõmunicanda esse cõsilia: uel ex cõfabulatione intelligant signi magnitudinẽ: respondẽtes se panes in eremo nõ habere: Misereor, inquit, turbæ: quia triduo iam perseuerãt mecum. Misereret turbæ,

A quia in trium numero, patri, filio, spirituiq; sancto credebant. Et non habent quod manducent. Turba semper esurit, & cibis indiget, nisi saturetur à dño. Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia. Esuriebāt post magnas debilitates: & per patientiam futuros expectabant cibos. Non uult eos Iesus dimittere ieiunos, ne deficiant in uia. Periclitatur ergo qui sine cœlesti pane ad optatam mansionē peruenire festinat. Vnde & angelus lo-
3.Reg.19.b quitur ad Heliā: Surge, & manduca: quia grandem uiā ambulaturus es. a ¶ *Et dicunt ei discipuli: Vnde ergo.*] De hoc signo iā supra diximus, & eadem repetere, otiosi est: tātum in his quæ discrepant, immoremur. Supra legimus: Vespere aūt facto, ac-
a 161 cesserunt ad eum di-
IIII scipuli, dicentes: Desertus est locus, & reli-
b 162 qua. Hic discipulis cō-
V uocatis, ipse dñs loquitur: Misereor turbæ: quia triduo iam perseuerant mecum.
c 163 Ibi quinq; panes erāt
VI & duo pisces: hic sed-
B pitē panes & pauci pisciculi. Ibi super fœnū
d 164 discumbūt: hic super
II terram. Ibi qui comedunt, quinque milia
e 165 sunt, iuxta panū nu-
VI merū quos comedūt, hic quatuor milia. Ibi duodecim cophini replent de reliquijs fragmentorū: hic septem sportæ. In superiori ergo signo, quia propinquerant & uicini quinq; sensuū: non ipse dñs eorum recordatur, sed discipuli, & recordant uespere uicina nocte, & inclinā-
te iam sole. Hic aūt ipse dñs recordatur, & misereri se dicit, & causam miserationis exponit: quia triduo iam perseuerant mecū, & dimittere eos ieiunos non uult, ne deficiant in uia. Isti qui de septem panibus, hoc est, in sacrato alunt numero atq; perfecto, non sunt quinq; milia, sed quatuor milia: qui numerus semper in laude ponitur, & quadrangulus lapis non fluctuat, & non est instabilis, & ob hanc causam etiam euangelia in eo numero consecrata sunt. CAP. XVI

ET *accesserunt ad, etc.*] Hoc in plerisq; codicibus non habetur: sensusq; manifestus est, quod ex elementorum ordine atq; constantia, possint & sereni & pluuiæ dies prænosci. Scribæ autem & pharisæi qui uidebantur legis esse doctores, ex prophetarum uaticinio non potuerunt intelligere saluatoris aduentum, c C
¶ *Et relictis illis, etc.*] Relictis scribis & pharisæis quibus dixerat: Generatio mala & adultera signū quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionę prophetę: recte abijt trans fretum, & gentiū secutus est populus. Quid
Act.8.d autē sibi uelit signum Ionæ, iam supra dictū est. d ¶ *Qui dixit illis: Intuemini, etc.*] Qui cauet à fermento phart sæorū & sadduceorū, legis ac literæ præcepta non seruat, traditiones hominū negligit, ut faciat mandatū dei. e ¶ *Sciens autem Iesus, dixit: Quid cogitatis, etc.*] Per occasionem præcepti quod saluator iusserat, dicens: cauete à fermento pharisæorū & sadducæorum: docet eos quid Mæydλæ
significent quinq; panes, & septem: quinq; milia hominū, & quatuor milia, quæ pasta sunt in eremo: quod licet signorū magnitudo perspicua sit, tamen & aliud in spirituali intelligentia demonstretur. Si enim fermentum pharisæorum & sadducęorum D
non corporalē panē, sed traditiões peruersas & hæretica significat dogmata: quare et cibi quibus nutritus est populus dei, non uerā doctrinam integrāq; significēt? Quærat aliquis & dicat: Quomodo panes nō habebant, qui statim impletis septē sportis, ascenderunt in nauiculā: & uenerunt in fines Magedā: ibiq; audiūt nauigātes, quod cauere debeant à fermento pharisæorum & Sadducæorū? Sed scriptura testat quod obliti sint eos secum tollere. Hoc est fermentum, de quo & Apostolus loquitur: Modicum fermentum, totam massam corrumpit. 1.Cor.5
Istiusmodi fermentum quod omni ratione uitandum est, habuit Marcion & Valentinus & omnes hæretici. Fermentū hanc uim habet, ut si farinæ mixtum fuerit, quod paruū uidebatur, crescat in maius, & ad saporem suum uniuersam conspersionem trahat: ita & doctrina hæretica, si uel modicam scintillam in tuum pectus iecerit, in breui ingens flamma succrescit, & totam hominis possessionem ad se trahit. Denicq; sequitur: Tunc intellexerunt, quia non dixisset cauendum à fermento panū, sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum.

¶ Commentarij secundi in Matthæum finis.

Commen-

A COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Matthæum Liber tertius.

VEnit Iesus in partes Cæsareæ Philippi.] Philippus iste est frater Herodis, de quo suprà diximus, tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionum: qui in honorē Tiberij Cęsaris, Cęsaream Philippi, quæ nūc Paneas dicitur, appellauit, & est in prouincia Phœnices: imitatus Herodē patrem, qui in honorem Augusti Cæsaris appellauit Cæsareā, quæ prius Turris Stratonis uocabat, & ex nomine filiæ eius Iuliadem trans Iordanē extruxit. Ille locus est Cæsareæ Philippi, ubi Iordanis orit ad radices Libani, & habet duos fontes, unū nomine Ior, & alterū Dan: qui simul mixti Iordanis nomē efficiūt.
b ¶ *Et interrogabat discipulos suos.*] Non dixit: Quem me dicunt esse homines, sed filium hominis: ne iactanter de se quærere uideret. Et nota q; ubicunq; scriptum est in ueteri testamēto, filius hominis, in Hebræo
Psal.4.a filius Adam positū sit. Illud quoq; quod in psalmo le-
B gimus: Filij hominum usquequo graui corde: in Hebræo dicitur, filij Adam. Pulchre aūt interrogat: Quem dicunt homines esse filium hominis: quia qui de filio hominis loquuntur, homines sunt: qui uero diuinitatem eius intelligūt, non homines, sed dij appellantur.
c ¶ *At illi dixerunt.*] Miror quosdam interpretes causas errorum inquirere singulorum, & disputationem longissimam texere: quare dominū nostrum Iesum Christum, alij Ioannem putauerint, alij Heliam, alij Hieremiam, aut unum ex prophetis: cum sic potuerint errare in Helia & Hieremia: quomodo Herodes errauit in
Mar.6.b Ioanne, dicens: Quem ego decollaui Ioannem, ipse surrexit à mortuis, & uirtutes operantur in eo. d ¶ *Vos autem quem me esse dicitis?*] Prudens lector attende, quod ex consequentibus textuq; sermonis, apostoli nequaquam homines, sed dij appellantur. Cum enim dixisset: Quem dicunt homines esse filium hominis: subiecit: Vos autem quem me esse dicitis? Illis quia homines sunt humana opinantibus: uos qui estis dij, quem me esse existimatis? Petrus ex persona omniū apostolorū profitetur: Tu es Christus filius dei uiui. Deum uiuum appellat ad distinctionem eorum deorū qui putantur dij, sed mortui sunt: Saturnū, Iouem, Cererem, Liberū, Herculem, & cætera idolorum portenta significans.
d ¶ *Respondens aūt Iesus dixit ei.*] Testimonio de se apostoli reddit uicē. Petrus dixerat: Tu es Christus filius dei uiui: mercedē recepit uera confessio: Beatus es Simon Bariona, quare? quia nō reuelauit tibi caro & sanguis, sed reuelauit pater. Quod caro & sanguis reuelare nō potuit, spiritus sancti gratia reuelatum est. Ergo ex confessione sortitur uocabulum, quod reuelationē ex spiritu sancto habeat: cuius & filius appellādus sit. Siquidem Bariona in nostra lingua sonat, filius colūbæ. Alij simpliciter accipiunt, quod Simon, id est, Petrus, sit filius Ioannis, iuxta alterius loci interrogationē: Simon Ioannis diligis me? Qui respōdit: Domine tu scis. Et uo C
lunt scriptorum uitio deprauatū: ut pro Bariohanna, hoc est filius Ioannis: Bariona scriptum sit, una detracta syllaba. Iohanna autē interpretatur domini gratia: utrunq; autem nomen mystice intelligi potest, quod & columba spiritū sanctū, & gratia dei, do- f 166
nū significet spirituale. Illud quoq; quod I
ait: Quia caro & sanguis non reuelauit tibi, apostolicæ narrationi comparatur, in qua ait: Cōtinuo nō acquieui carni & sanguini: Carnem ibi & g 167
sanguinē, ludæos significans: ut hic quo X
que sub alio sensu demonstretur: quod ei nō per doctrinā pharisæorum, sed per dei gratiā Christus dei filius reuelatus sit. f
¶ *Et ego dico tibi, etc.*] Quid est quod ait: Et ego dico tibi? Quia b 168
tu mihi dixisti: Tu es II
Christus filius dei uiui, & ego dico tibi, nō

f Enit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicūt homines esse filium hominis? At illi dixerūt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij uero Hieremiam, aut unum ex prophetis. Dicit illis Iesus: Vos aūtem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus filius dei uiui. g Respondens aūtem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Et egó dico tibi: Quiā tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & pōrtæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Et dabó tibi claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutū in cœlis. h Tūnc præcepit discipulis suis ut nemini dicerent: quia ipse esset Iesus Christus.

Exinde sermone crasso, & nullum habente opus, sed dico tibi: quia meum dixisse, fecisse est. g ¶ *Quia tu es Petrus.*] Sicut ipse lumen apostolis donauit, ut lumen mundi appellarentur: cæteraq; ex domino sortiti sunt uocabula Petra & Simoni qui credebat in petram Christum, Petri largitus est nomen. Ac secundum metaphoram petræ, recte dicitur ei: Ædificabo ecclesiam meā super te. D
h ¶ *Et portæ inferi.*] Ego portas inferi reor uitia atq; peccata: uel certe hæreticorū doctrinas, per quas illecti homines ducuntur ad tartarū. Nemo itaq; putet de morte dici, quod apostoli cōditioni mortis subiecti nō fuerint: quorum martyria uideat coruscare. i ¶ *Et dabo tibi claues regni cœlorum.*] Istum locum episcopi & presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de pharisæorum assumunt supercilio: ut uel damnent innocentes, uel soluere se noxios arbitrentur: cum apud deum non sententia sacerdotum, sed reorum uita quæratur. Legimus Leu.14.d
in Leuitico de leprosis: ubi iubentur, ut ostendant se sacerdotibus, & si lepram habuerint, tunc à sacerdote immundi fiant: nō quo sacerdotes leprosos faciant & immundos, sed quo habeant notitiam leprosi & non leprosi, & possint discernere qui mūdus, quiue immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum sacerdos mundum uel immundum facit: sic & hic alligat, uel soluit episcopus & presbyter: nō eos qui insontes sunt uel noxij: sed pro officio suo, cum peccatorum audierit uarietates, scit qui ligandus sit, quiue soluendus. k ¶ *Tunc præcepit discipulis suis ut nemini dicerent, quia ipse esset Christus Iesus, &c.*] Supra mittens discipulos ad prædicandum, iusserat eis ut annunciarent aduentum suum: hic præcipit, ne se dicāt esse Iesum Christum. Mihi uidetur aliud esse Christum prædicare, aliud Iesum Christum. Christus commune dignitatis est nomen: Iesus proprium uocabulum saluatoris. Potest autem fieri ut ideirco ante passionem & resurrectionem se noluerit prædicari, ut completo postea sanguinis sacramento, opportunius apostolis diceret: Euntes docete omnes gentes, &c. Matt.ult.
Quod ne quis putet nostræ tantum esse intelligētiæ, & non sensus euangelici: quæ sequūtur, causas prohibitæ

A tunc prædicationis exponit. a ¶ *Exinde cœpit Iesus, etc.*] Et est sensus: Tunc me prædicate, cum ista passus fuero: quia non prodest Christum publicè prædicare, & eius uulgare in populis maiestatē, quem post paululum flagellatū uisuri sint & crucifixum, & multa pati à senioribus & scribis & principibus sacerdotū. Et nunc Iesus multa patitur ab his qui rursum sibi crucifigūt filium dei, & cum seniores putentur in ecclesia, & principes sacerdotum: simplicem sequentes literam, occidūt filium dei, qui
i 169 VI
k 170 II totus sentitur in spiritu. b ¶ *Et assumens eū Petrus, cœpit increpare illum, etc.*] Sæpe diximus nimij ardoris amorisq; quam maximi fuisse Petrū in dominū saluatorē: quia ergo post cōfessionē
l 171 X suam qua dixerat: Tu es Christus filius dei uiui, & præmium sal
m 172 II uatoris quod audierat: Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est: re
B pente audiuit à domino, oportere se ire Hierosolymā, ibiq; multa pati à senioribus & scribis & principibus sacerdotū, & occidi, & tertia die resurgere: non uult destrui confessionem suam: nec putat fieri posse, ut filius dei occidatur: assumitq; eum in affectū suum, uel separatim ducit, ne præsentibus cæteris condiscipulis magistrum uideatur arguere, & cœpit increpare illū amantis affectu & optantis dicere: Absit à te domine. Vel ut melius habetur in Græco: ἵλεώς σοι κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο, hoc est, propicius sis tibi domine, nō erit tibi hoc. Non potest fieri, nec recipiunt aures meæ, ut dei filius occidendus sit. Ad quem dominus cōuersus ait: Vade retro me satana, scandalum mihi es. Satanas interpretatur aduersarius, siue contrarius. Quia contraria, inquit, loqueris uoluntati meæ: debes aduersarius appellari. Multi putāt quod non Petrus correptus sit, sed aduersarius spiritus: qui hæc dicere apostolum suggerebat. Sed mihi hic error apostolicus & de pietatis affectu ueniens, nunq̄ incentiuum diaboli uidebit. Vade retro me satana. Diabolo dicitur: Vade retro. Petrus audit: Vade retro me, hoc est, sequere sententiam meam: quia nō sapis ea quæ dei sunt, sed quæ hominū. Meæ uoluntatis est & patris, cuius ueni facere uoluntatem, ut pro hominū salute moriar: tu tuam tantū considerans uoluntatem: non uis granū tritici in terram cadere, ut multos fructus afferat. Prudens lector inquirat quomodo post tantam beatitudinem: beatus es Simō Bariona. Et: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meā, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorū. Et quod ligaueris uel solueris super terram, erit ligatū uel solutum in cœlo: nūc audiat: Vade retro me satana, scandalum mihi es. Aut quæ sit tam repētina cōuersio, ut post tanta præmia, satanas appelletur. Sed si consideret qui hoc quærit, Petro illam benedictionē & beatitudinem C ac potestatem, & ædificationem super eum ecclesiæ in futuro promissam, non in præsenti datam intelliger. Aedificabo, inquit, super te ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & dabo tibi claues regni cœlorum: oīa de futuro. Quæ si statim dedisset ei, nunquam in eo prauæ confessionis error inuenisset locum. c ¶ *Tunc Iesus dixit discipulis suis.*] Qui deponit ueterem hominē cum operibus suis, denegat semetipsum, dicens: Viuo aūt non Col. 3. b ego, uiuit uero in me Gal. 2. d Christus: tollitq; crucem suam, & mundo crucifigitur. Cui autem mundus crucifixus est, sequitur dominum crucifixum. d ¶ *Aut quam dabit homo cōmutationem.*] Pro Israel datur commutatio Aegyptus & Aethiopia & Syene: pro anima humana illa sola est retributio, quam Psalmista canit: Quid retribuam Psal. 115 domino pro omnib. quæ retribuit mihi? D Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. e ¶ *Filius enim hominis uenturus est.*] Petrus ad prædicationem dominicæ mortis scandalizatus, sententia domini fuerat increpatus: prouocati discipuli, ut abnegarent se & tollerent crucem suam, & morientium animo sequerentur magistrum. Grandis terror audientium, & qui possit principe apostolorum perterrito, etiam alijs metum injscere: idcirco tristibus læta succedunt, & dicit: Filius hominis uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis. Times mortem, audi gloriam triumphantis. Vereris crucem, ausculta angelorum ministeria. Et tunc, inquit, Rom. 10. d reddet unicuiq; secundum opera eius. Non est distinctio Iudæi & ethnici, uiri & mulieris, pauperum & diuitum: ubi non personæ, sed opera considerantur. f ¶ *Amen dico uobis.*] Terrorem apostolorum spe medicari uoluerat promissorum, dicens: Filius hominis uenturus est in gloria patris sui cū angelis suis. Insuper autoritate iudicis addita, & reddet unicuiq; secundū opera sua. Poterat apostolorum tacita cogitatio, istiusmodi scandalum sustinere. Occisionē & mortem nunc dicis esse uenturam. Quod autem promittis te affuturū in gloria patris cum angelorū ministerijs & iudicis potestate, hoc in dies erit, & in tempora longa differetur. Prævidens ergo occultorū cognitor quid possent obijcere, præsentem timorem, præsenti compensat præmio. Quid enim dicit? Sunt quidā de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec uideant filium hominis uenientem in regno suo: ut qualis est postea uēturus, ob incredulitatem uestram præsenti tempore demonstret.

Exindè cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. i Et assumēns eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Absit à te domine, non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit Petro: Vade post me satana: scandalum es mihi: quia non sapis ea quæ dei sunt, sed ea quæ homi
k 170 II num. k Tunc Iesus dixit discipulis suis: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucē suam, & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluā facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uero suæ detrimentū patiatur? Aūt quam dabit homo cōmutationem pro anima sua? l Filiūs enim hominis uēturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuiq; secundum opus eius. m Amēn dico uobis: sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec uideāt filium hominis uenientem in regno suo.

Cap. XVII

ET pōst sex dies assumens Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius: ducit illōs in montē excelsum seorsum, & trāsfiguratus est ante eos. Et rēsplenduit facies eius sicut sol: uestimenta aūt eius facta sunt alba sicut nix. Et eccē apparuit illis Moyses & Elias cum eo loquentes. Respōndens autē Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse: si uis, faciāmus hic tria tabernacula: tibi unū, Moysi unū, & Eliæ unū. Adhūc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce uox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderūt in faciē suā, & timuerūt ualde. Et accēsit Iesus, & tetigit eos, dixitq; eis: Surgite, & nolite timere. Leuantes aūt oculos suos, neminē uiderūt nisi solū Iesum. Et dēscendentib. illis de monte, præcepit Iesus, dicens: Nemini dixeritis uisionē, donec filius hominis à mortuis resurgat. n Et interrogauerunt eum discipuli, dicētes: Quid ergo scribæ dicunt

A crebro diximus: nūc queritur quomodo post dies sex assumpserit eos, & duxerit in montē excelsum sursum:
Luc. 8. d cum Lucas euangelista octonariū numerū ponat. Sed facilis responsio est: quia hic medij ponuntur dies: ibi primus additur & extremus. Non enim dicitur: Post dies octo assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem, sed die octauo. a ¶ *Ducit illos in montem excelsum.*] Ducere ad montana discipulos, pars regni est. Ducūtur seorsum: quia multi uocati, pauci uero electi.
b ¶ *Et transfiguratus est ante eos.*] Qualis futurus est tempore iudicandi, talis apparuit apostolis. Quod autem dicit, transfiguratus est ante eos: nemo putet pristinā eum formam & faciē perdidisse: uel amisisse corporis ueritatē, uel assumpsisse corpus uel spirituale, uel aereum: sed quomodo transformatus sit euangelista demonstrat, dicens:
c ¶ *Et resplenduit facies eius sicut sol.*] Vbi splendor faciei ostenditur, & candor describitur uestium, nō substantia tollitur, sed gloria commutatur. Resplenduit facies eius sicut sol. Certè transformatus est dominus in eam
B gloriam qua uenturus est postea in regno suo. Transformatio splendorem addidit, faciem non subtraxit. Esto corpus spirituale fuerit: num & uestimenta mutata sunt: quæ in tantum fuere candida, ut alius euangelista dixerit: Qualia fullo super terram non potest facere. Quod autem fullo super terram potest facere, corporale est, & tactui subiacet, & non spirituale & aereum: quod illudat oculis, & tantum in phantasmate conspiciatur. d ¶ *Et ecce apparuit illis Moyses & Helias cum eo loquentes.*] Scribis & pharisæis tentantibus se, & de cælo signa poscentibus dare noluit: sed prauam postulationem confutauit responsione prudenti. Hic uero ut apostolorum augeat fidem, dat signum de cœlo: Elia inde descendente, quò conscenderat, & Moyse ab infe
Esa. 7. b ris resurgente: quod & Achaz per Esaiam præcipitur: ut petat sibi signum de excelso aut de inferno. Nam
Luc. 9. d quod dictum est: Apparuit illis Moyses & Elias cum eo loquentes, & in alio refertur euangelista nunciasse ei quæ Hierosolymis passurus esset: lex ostenditur & prophetæ: qui & passionem domini & resurrectionem crebris uocibus nunciarunt. e ¶ *Respondens autem Petrus dixit ad Iesum.*] Qui ad montana conscenderat, non uult ad terrena descendere: sed semper in sublimibus perseuerare. f ¶ *Si uis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliæ unum.*] Erras Petre, sicut & alius euan
Luc. 9. d gelista testatur: Nescis quid dicas: Noli tria tabernacula quærere, cum unum sit tabernaculum euangelij, in quo lex & prophetæ recapitulanda sunt. Si autem quæris tria tabernacula, nequaquam seruos cum domino conferas: sed fac tria tabernacula, imò unum patri, & filio, & spiritui sancto: ut quorum est una diuinitas, unum sit & in pectore tuo tabernaculum. g ¶ *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce uox de nube.*] Quia imprudenter interrogauerat, propterea responsionem domini non meretur: sed pater respondet pro filio, ut uerbum domini compleretur: Ego te
C stimonium non dico pro me, sed pater qui me misit, ipse pro me dicit testimonium. Nubes autem uidetur lucida & obumbrat eos, ut qui carnale è frondib. aut tentorijs quærebant tabernaculum, nubis lucidæ operiretur umbraculo. Vox quoque de cœlo patris loquētis auditur, quæ & testimonium perhibeat filio: & Petri errore sublato, doceat ueritatem: imò per Petrum cæteros apostolos. Hic est, ait, filius meus dilectus: huic figēdum est tabernaculū, huic obtemperandū. Hic est filius, illi seruit sūr. Moyses & Elias debēt & ipsi uobiscum in penetralibus cordis sui domino tabernaculum præparare.
h ¶ *Et audientes discipuli.*] Triplicem ob causam pauore terren
a 173 VI tur: uel quia se errasse cognouerāt: uel quia nubes lucida operuerat eos: aut quia dei patris uocem loquentis audierant: quia humana fragilitas conspectum maioris gloriæ ferre non sustinet, ac toto animo & corpore contremiscens ad terram cadit. Quanto quis ampliora quæsierit, tanto magis ad inferiora collabitur, si ignorauerit mensuram suam. i ¶ *Et accessit Iesus, & tetigit eos.*] Quia illi iacebant, & surgere non
D poterant, ipse clementer accedit, & tangit eos: ut tactu timorem fuget, & debilitata membra solidentur. k ¶ *Dixitq; eis: Surgite, & nolite timere.*] Quos manu sanauerat, sanat imperio. Nolite timere. Primum timor expellitur, ut postea doctrina tribuatur. l ¶ *Leuantes autem oculos suos, neminem uiderunt, nisi solum Iesum, &c.*] Rationabiliter postquam surrexerunt, non uiderunt nisi solum Iesum: ne si Moyses & Elias perseuerassent cum domino, patris uox uideretur incerta: cui potissimum daret testimonium. Vident ergo Iesum stantem ablata nube, & Moysen & Eliam euanuisse: quia postquam legis & prophetarum umbra discesserit: quæ uelamento suo apostolos texerat, utrumque in euangelio reperitur. m ¶ *Et descendentibus illis de monte, præcepit Iesus dicens: Nemini dixeritis uisionem, donec filius hominis à mortuis resurgat, &c.*] Futuri regni præmeditatio, & gloria triumphantis demonstrata fuerat in monte. Non ergo uult hoc in populos prædicari: ne & incredibile esset pro rei magnitudine, & post tantam gloriam apud rudes animos, sequens crux scandalum faceret. n ¶ *Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes: Quid ergo scribæ dicunt, quod Eliā oporteat, etc.*] Nisi causas nouerimus, quare interrogauerint discipuli super Eliæ nomine, stulta uidet & extra ordinaria eorū interrogatio. Quid enim pertinet ad ea quæ supra scripta sunt, de Eliæ aduētu quærere? Traditio pharisæorū est iuxta Malachiam prophetā, qui est Malac. 4. b nouissimus in duodecim, quod Elias ueniat ante aduentum saluatoris, & reducat cor patrū ad filios, & filiorū ad patres, & restituat omnia in antiquū statum. Aestimant ergo discipuli transformationē gloriæ hanc esse quam in monte uiderant, & dicunt: Si iam uenisti in gloria, quomodo præcursor tuus nō apparet: maxi
me quia Eliam uiderant recessisse. Quando autem adij

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A ciunt. Scribæ dicunt quod Eliam oporteat primum uenire: primum dicendo ostendunt, quod nisi Elias uenerit, non sit secundum scripturas saluatoris aduētus. *a ¶ At ille respondens ait illis: Elias quidem uenturus est, & restituet omnia.*] Ipse qui uenturus est in secundo saluatoris aduentu iuxta corporis fidem: nunc per Ioannem uenit in uirtute & spiritu. *b ¶ Et non cognouerunt eū, sed fecerunt in eo quæcunque uoluerunt.*] Hoc est spreuerunt & decollauerunt eum. *c ¶ Sic* b 174 II *& filius hominis passurus est ab eis.*] Quæritur autem cum Herodes & Herodias Ioānem interfecerint: quomodo ipsi Iesum quoq; crucifixisse dicantur: cum legamus eum à scribis & pharisęis interfectum. Et breuiter respondendum, c 175 V quod & in Ioannis nece pharisæorum factio consenserit, & in occisione domini Herodes iūxerit uoluntatem suam: qui illusum atq; despectum remiserit ad Pilatum d 176 II ut crucifigeret eum. *d ¶ Domine miserere filio meo: quia lunaticus est, & male patitur: nam sæpe* B *cadit in ignem.*] Quam e 177 X ob causam dæmō ob seruans lunę cursum corripiat homines: & per creaturas infamare studeat creatorem: suprà diximus. Mihi autem uidetur iuxta tropologiā lunaticus esse, qui per horarum momenta mutatur ad uitia: nec persistit in cœpto, sed crescit atque decrescit, & nunc in ignem fertur, quo adulterantium corda succensa sunt: nunc in aquas, quæ non ualent extinguere charitatem. Quod autem dicit: Obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum: latenter accusat apostolos: cum impossibilitas curandi, interdum non ad imbecillitatem curantium, sed ad eorum qui curandi sunt fidem referatur, dicente domino: Fiat tibi secundum fidem tuam. *e ¶ Respondens autem Iesus, ait: O generatio incredula & peruersa.*] Non quod tædio superatus sit, mansuetus ac mitis: qui nō aperuit, sicut agnus coram tondente, os suum: nec in uerba furoris eruperit: sed quod in similitudinem medici, si ægrotum uideat contra sua præcepta se gerere dicat: Vsquequo accedam ad domum tuam, quousque artis perdam industriam: me aliud iubente, & te aliud perpetrante? Interim autem non est iratus homini, sed uitio, & per unum hominem Iudæos arguit infidelitatis, ut statim intulerit: Afferte eum huc ad me. *f ¶ Et increpauit illum Iesus, & exijt ab eo dæmonium.*] Non ille qui patiebatur, sed dæmon debuerat increpari. Siue increpauit puerum, & exiuit ab eo dæmon: quia propter peccata sua, à dæmone fuerat oppressus. *g ¶ Et dixerunt: Quare nos non potuimus eijcere illum? Dicit illis Iesus: Propter incredulitatem uestram.* Amen quippe dico uobis: Si habueritis fidem sicut granū sinapis, dicetis mōti huic: Trāsi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit uobis. Hoc autē genus non eijcitur, nisi per orationem & ieiunium. *d* Cōuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominū, & occidēt eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt uehementer. *e* Et cùm uenissent Capharnaum, accesserūt qui didrachma accipiebant ad Petrum, & dixerūt: Magister uester non soluit didrachma? Ait: Etiam. Et cùm intrasset in domū, prœuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum uel censum: à filijs suis, an ab alienis? *f* Et cum intrasset domum, prœuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum uel censum: à filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos: uade ad marē & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit, tolle. Et aperto ore eius, inuenies stateram: illum sumens, da eis pro me & te.

Cap. XVIII

a In illa horā accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum? Et adūocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amēn dico uobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnum cœlorum. Quicunque ergō humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. *b* Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt: expēdit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius: & demergatur in profundum maris. Væ mundo à scandalis. Necesse enim est ut ueniant scandala: uerumtamen uæ homini illi per quem scandalum uenit. Si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te, abscide eum & proice abs te: bonum tibi est ad uitam ingredi debilem uel claudum, quam duas manus habentem uel duos pedes mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, eruе eum & proice abs te: bonum tibi est cum uno oculo in uitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis. Dico enim uobis, quia angeli eorum in cœlis semper uident faciem patris mei qui in cœlis est. Quid uobis uidetur? Si fuerint alicui centum oues, & unus ex eis erraverit, nonne dimittit nonaginta nouem in montibus & uadit quærere errantem? Et si contigerit ut inueniat eam, amen dico uobis, quia gaudet super eam magis quam super nonaginta nouem quæ non erraverunt. Ita non est uoluntas ante patrem uestrum qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis. Si autem peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem non audierit, adhibe tecum adhuc unum uel duos, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico uobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Iterum dico uobis: Si duo ex uobis consenserint super terram de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum dixit illi: Domine, quotiens peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Numquid usque septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies. Propterea assimilatum est regnum cœlorum homini regi qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus qui debebat decem millia talenta. Cum autem non haberet unde redderet, iussit eum dominus eius uendi & uxorem eius & filios & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus seruo illi dimisit eum & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille inuenit unum de conseruis suis qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens: Redde quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abiit & misit eum in carcerem donec reddat debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt ualde, & uenerunt & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant. Tunc uocauit illum dominus suus & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conseruo tuo sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusque reddat uniuersum debitum. Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris.

a ¶ Et cum intrasset in domum, prœuenit eum Iesus, dicens: &c.] Qui didrachma accipiebant, seorsum conuenerant Petrum. Cumq; intrasset domum, antequam Petrus suggereret, interrogat dominus, ne scandalizētur discipuli ad postulationem tributi, quum uideant eum nosse quæ absente se gesta sunt. *b ¶ Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiūt tributum uel censum: à filijs suis, an ab alienis? &c.*] Dominus noster, & secundum carnem, & secūdum spiritum filius regis erat: uel ex Dauid stirpe genera- tus, uel omnipotentis uerbum patris. Ergo tributa quasi regum filius non debebat: sed qui humilitatem carnis assumpserat, debuit adimplere omnem iustitiam. Noscq; infelices qui Christi cēsemur nomine, & nihil dignum tanta sacramus maiestate. Ille pro nobis & crucem sustinuit, & tributa reddidit: nos pro illius honore tributa non reddimus, & quasi filij regis à uectigalibus immu- B nes sumus. *c Vt autem non scandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle. Et aperto ore eius, inuenies stateram: illum sumens, da eis pro me, etc.*] Quid primum mirer in hoc loco, nescio: utrum præscientiam an magnitudinem saluatoris. Præscientiam, quod nouerat piscem habere in ore stateram, & quòd primus ipse capiendus esset. Magnitudinem atq; uirtutem: si ad uerbum eius, statim stater in ore piscis creatus est, & quod futurum erat, ipse loquendo fecerit. Videtur autem mihi secundum mysticos intellectus, iste esse piscis qui primus captus est, qui in profundo maris erat, & in sallis amarisq; gurgitibus morabatur, ut per secundum Adam liberaretur primus Adam: & id quod in ore eius, hoc est in confessione fuerat inuentum, pro Petro & domino redderetur. Et pulchrè ipsum quidem datur precium, sed diuisum est: quia pro Petro quasi pro peccatore precium reddebatur. Dominus autem noster peccatum non fecerat, nec dolus inuentus est in ore eius. Stater dicitur, qui duo habet didrachma: ut ostenderetur similitudo carnis, dum eodem & seruus & dominus liberantur. Sed & simpliciter intellectum ædificat auditorem, dum tantæ dominus fuerit paupertatis, ut unde tributa pro se & apostolo redderet, non habuerit. Quod si quis obijcere uoluerit: & quomodo Iudas in loculis portabat pecuniā? Respondebimus, res pauperum in suos usus conuertere, nefas putauit: nobisq; idem tributi exemplum.

Caput XVIII

In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum.] Quod sæpe monui, etiam nunc obseruandum est. Causæ quærendæ sunt singulorum dominī dictorum atq; factorū. Post inuentum stateren post tributa reddita: quid sibi uult apostolorum repētina interrogatio? In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum? Quia uiderant pro Petro & domino idem tributum redditum: ex æqualitate precij, arbitrati sunt Petrum omnibus apostolis esse prælatum: qui in redditione tributi domino fuerat comparatus: ideo interrogant: quis maior sit in regno cœlorum. Videns q; Iesus cogitationes eorum, & causas erroris intelligens: uult desiderium gloriæ, humilitatis contentione sanare. *c ¶ Et aduocāns Iesus paruulum, statuit eū in medio eorum, &c.*] Vel simpliciter quem liber paruulū: ut ætatem quæreret, & similitudinem innocētiæ demōstraret. Vel certe paruulū statuit in in medio eorum seipsum: qui nō ministra- *a* 178 ri sed ministrare uenerat: ut eis humilita- II tis tribueret exēplū. Alij paruulū interpretantur spiritū sanctū: quem posuerit in cordibus discipulorū, ut superbiam in humilitatem mutaret. *f ¶ Amē dico uobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, etc.*] Nō præcipitur apostolis ut ætatē habeant paruulorum, sed ut innocentiā, & quod illi per annos possident, hi possideant per industriā: ut malicia, non sa- D pientia paruuli sint. *g ¶ Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum, &c.*] Sicut iste paruulus, cuius uobis exemplum tribuo, non persecuerat in iracūdia, nō meminit læsus: non uidens pulchrā mulierē delectat: nō aliud cogitat, & aliud loquitur: sic & uos nisi talem habueritis innocentiam & animi puritatem, non poteritis regna cœlorum intrare. Siue aliter: Quicunq; humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorū. Qui imitatus fuerit me, & se in exemplum mei humiliauerit: tantū se deijciat, quantum ego deieci, formā serui accipiēs: hic intrabit in regnum cœlorū. *b ¶ Et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo, me suscipit, &c.*] Qui talis fuerit ut Christi imitetur humilitatē & innocentiam, in eo Christus suscipitur. Et prudenter, ne cum delatū fuerit apostolis, se putent honoratos, adiecit: non illos sui merito, sed magistri honore suscipiendos. *i ¶ Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis.*] Nota q; qui scādalizatur, paruulus est: maiores enim scandala non recipiunt. *k ¶ Expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.*] Quanquam hæc generalis possit esse sententia aduersus omnes qui aliquem scandalizant: tamen iuxta consequentiā sermonis, etiam contra apostolos dictū intelligi potest: qui interrogando quis maior esset in regno cœlorum, uidebantur inter se de dignitate contendere: & si in hoc uitio permansissent, poterant eos quos ad fidem uocabant, per suum scandalum perdere, dum apostolos uiderent inter se de honore pugnare. Quod autem dixit: Expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius: Secundum ritum prouinciæ eius loquitur: quo maiorum criminū ista apud ueteres Iudæos pœna fuerit, ut in profundum ligato saxo demergerentur. Expedit autem ei, quia multo melius est pro culpa breuem recipere pœnam, q; æternis

A scruari cruciatibus. Nō enim uindicabit dominus bis in idipsum. a ¶ *Væ mundo à scandalis. Necesse est enim ut ueniant scandala. Veruntamen uæ homini per quem scandalum, etc.*] Non quod necesse sit uenire scandala: alioquin sine culpa essent qui scandalum faciunt, sed cum necesse sit in isto mundo fieri scandala, unusquisq; suo uitio scandalis patet. Simulq; per generalem sententiam perc 180 VI cutitur Iudas, qui prditioni animam præparauerat. b ¶ *Si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te: abscide eum, & proijce abs te. Bonum est tibi ad uitam ingredi, etc.*] Necesse est d 181 X quidem uenire scandala: Væ tamen ei est homini: qui quod necesse est ut fiat in mūdo, uitio suo facit ut e 182 V per se fiat. Igitur omnis trūcatur affectus, & uniuersa propinquitas amputatur: ne per occasionem pietatis unusquisq; credentium scādalis pateat. Si, inquit, ita est f 183 V quis tibi coniunctus, ut manus, pes, oculus, & est utilis atque g 184 X sollicitus, & acutus ad B perspiciendum: scandalum autem tibi facit, & propter dissonātiam morum te pertrahit in gehennam: melius est ut & propinquitate eius, & emolumētis carnalibus careas: ne dum uis lucrifacere cognatos & necessarios, causam habeas ruinarum. Itaq; nō frater, nō uxor, non filij, non amici, non omnis affectus qui nos excludere potest à regno cœlorū, amori dñi præponatur. Nonit unusquisq; credētium, quid sibi noceat: uel in quo sollicitetur animus ac sæpe tentetur. Melius est uitam solitariam ducere, quàm ob uitæ præsentis necessaria, æternam uitam perdere. c ¶ *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis: quia angeli eorum, etc.*] Supra dixerat per manū, & pedem, & oculum, omnes propinquitates & necessitudines quæ scandalū facere poterant amputandas: austeritatem itaque sententiæ, subiecto præcepto temperat, dicens: Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis. Sic, inquit, præcipio seueritatem, ut commiseri clemētiam doceam. Quantum in uobis est, nolite contemnere: sed per uestram salutem etiam illorum quærite sanitatem. Sin autem perseuerantes in peccatis uideritis & uitijs seruientes: melius est solos saluos fieri quàm perire cū pluribus. Quia angeli eorum in cœlis uident semper faciem patris. Magna dignitas animarum: ut unaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delega-
Apoc. 1. 2. 3 tum. Vnde legimus in Apocalypsi Ioannis: Angelo Ephesi, Thyatiræ, & angelo Philadelphiæ, & angelo qua-
1. Cor. 11. b tuor reliquarū ecclesiarum scribe hæc. Apostolus quoque præcipit uelari capita in ecclesiis fœminarum propter angelos. d ¶ *Quid uobis uidetur? Si fuerint alicui centū oues, & errauerit una ex eis, nonne relinquit nonagintanouē in mōtibus, etc.*] Consequenter ad clementiā prouocat, q̄ præ C miserat, dicēs: Videte ne cōtēnatis unū ex pusillis istis: & subiungit parabolā nonagintanouem ouiū in mōtibus relictarū, & unius errātis: quā pastor bonus qa propter nimiā infirmitatē ambulare nō poterat, humeris suis ad reliquū gregē reportauit. Quidam Philip. 2. putant istū esse pastorem, qui cū in forma dei esset, nō rapinam arbitratus est se esse æqualē deo: sed exinaniuit se, formam serui accipiēs: factus obediens patri usque ad mortem, mortem aūt crucis: & ob id ad terrena descenderit, ut saluam faceret unam ouiculam quæ perierat, hoc est, humanū genus. Alij ueroin nonagintanouē ouibus iustorum putant numerum intelligi: & in una ouicula, peccatorum: secūdum quod in alio loco dixerat: Non uenī iustos uo- Luc. 5. f care, sed peccatores: non em̄ opus habent sani medico, sed hi q̄ se male habēt. Ista parabola in Euāgelio secundū Lucā cū alijs D duabus parabolis de cem drachmarum & duorum filiorū scripta est. e ¶ *Sic non est uoluntas ante patrem uestrum, etc.*] Refert ad superius propositum, de quo dixerat: Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis, & docet idcirco parabolam positam, ut pusilli non contemnantur. In eo autem quod dicit: Non est uoluntas ante patrem uestrū, ut pereat unus de pusillis istis: quotiens aliquis perierit de pusillis istis, ostenditur quod non uoluntate patris perierit. f ¶ *Si autem peccauerit in te, etc.*] Si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos læserit, dimittendi habemus potestatē, imo necessitatem: qua præcipitur, ut debitoribus nostris debita dimittamus. Si autē in deum quis peccauerit, non est nostri arbitrij. Dicit enim scriptura diuina: Si peccauerit homo in hominē, rogabit pro eo sacerdos. Si autem in deum peccauerit, quis rogabit pro eo? Nos ecō trario in dei iniuria benigni sumus, in nostris cōtumelijs exercemus odia. Corripiendus est autem frater seorsum: ne si semel pudorem ac uerecundiam amiserit, remaneat in peccato. Et si quidem audierit, lucrifacimus animam eius, & per alterius salutem, nobis quoq; acquiritur salus. Sin autem audire noluerit, adhibeatur frater. Quod si nec illum audierit, adhibeatur & tertius: uel corrigendi studio, uel conueniendi sub testibus. Porro si nec illos audire uoluerit, tunc multis dicē dum est: ut detestationi eum habeant, & qui nō potuit pudore saluari, saluetur opprobrijs. Quando aūt dicit: Sit tibi sicut ethnicus & publicanus: ostendit maioris esse detestationis: qui sub nomine fidelis agit opera in fidelium: quàm hi qui aperte gentiles sunt. Publicani enim uocantur secundum Tropologiam, qui seculi

ethnicus

sectantur

A sectantur lucra, & exigunt uectigalia per negociationes & fraudes, ac furta sceleratasq; periuria. a ¶ *Amen dico uobis, quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata, etc.*] Quia dixerat, si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, & poterat contemptoris fratris hæc occulta esse responsio uel tacita cogitatio: si me despicis, & ego te despicio: si tu me condemnas, & mea sententia condemnaberis: Potestatem tribuit apostolis, ut sciant qui à talibus condemnantur, humanam sententiam diuina sententia roborari, & quod cunq; ligatum fuerit in terra, ligari pariter & in cœlo. b ¶ *Iterum dico uobis, quia si duo ex uobis cōsenserint super terram, etc.*] Omnis supra sermo nos ad cōcordiam prouocarat. Igitur & præmiū pollicetur, ut sollicitius festinemus ad pacem, cum se dicat inter duos & tres medium fore: luxta illud exemplum tyranni, qui duos amicos captos, cū
B unus ad uisendā matrem reuertisset, & amicum pro se uadem dedisset, sic probare uoluit, ut uno tento, alterum dimitteret: Cumq; reuertisset ad condictam diem, admirans amborum fidem, rogauit ut se haberent tertium. Possumus & hoc spiritualiter intelligere, quod ubi spiritus & anima corpusq; consenserint, & non inter se bellum diuersarum habuerint uoluntatum, carne concupiscente aduersus spiritum, & spiritu aduersus carnem, de omni re quam petierint, impetrent à patre. Nullicq; dubium quin bonarum rerum postulatio sit, ubi corpus ea uult habere quæ spiritus. c ¶ *Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quotiens peccabit in me frater meus, & dimittam ei? usq; septies? etc.*] Hæret sibi sermo dominicus, & in modum funiculi triplicis, rumpi non potest. Supra dixerat: Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis, & adiecerat: Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum, & præmium reportasse, dicens: Si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re impetrabunt eum petierint, & ego ero in medio eorum. Prouocatus apostolus Petrus interrogat quotiens fratri in se peccanti dimittere debeat, & cum interrogatione profert sententiam, usque septies. Cui respondit Iesus: Non usque septies, sed usq; septuagies septies, id est quadringentis nonaginta uicibus, ut totiens peccanti fratri dimitteret in die, quotiens ille peccare non posset. d ¶ *Ideo assimilatum est regnum cœlorum homini regi qui, etc.*] Familiare est Syris & maxime Palæstinis ad omnem sermonem suum parabolas iungere, ut qđ per simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem exemplaq; teneatur. Præcepit itaq; Petro sub comparatione regis & domini, & serui, qui debitor decem milium talentorum, à domino rogans, ueniam impetrauerat, ut ipse quoque dimittat conseruis suis minora peccantibus. Si enim ille rex & dominus seruo debitori decē milia talentorum tam facile dimisit, quanto magis serui conseruis suis debent minora dimittere? Quod ut manifestius fiat, dicamus sub exemplo: Si quis nostrum commiserit adulterium, homicidium, sacrilegium, maiora crimina decem milium talentorum, roganti- D bus dimittuntur, si & ipsi dimittant minora peccantibus. Sin autem ob fidem contumeliam simplacabiles, & propter amarum uerbū perpetes habeamus discordias, nonne nobis uidemur recte redigendi in carcerem, & sub exemplo operis nostri hoc agere, ut maiorum nobis delictorum uenia non relaxetur. e ¶ *Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet unde redderet, iussit eum dominus uenundari & uxorem eius & filios, etc.*] Scio quosdam istum qui debebat decem milia talenta, diabolum interpretari, cuius uxorem & filios uenundatos perseueranter illo in malicia, in sipientiam & malas cogitationes intelligi uolunt. Sicut enim iusti uxor, dicitur sapientia: sic uxorem iniusti & peccatoris, appellari stultitiam. Sed quomodo ei dimittat dominus decem milia talenta, & ille nobis conseruis suis centum denarios non dimiserit: nec ecclesiasticæ interpretationis est, nec à prudentibus uiris recipiendæ. f ¶ *Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisq;, etc.*] Formidolosa sententia, si iuxta nostram mentē sententia dei flectitur atq; mutatur. Si parua fratribus non dimittimus, magna nobis à deo non dimittētur. Et quia potest unusquisq;

Et factum

A dicere, nihil habeo contra eum, ipse nouit, habet deum iudicem, non mihi curæ est, quid uelit agere, ego ignoui ei: confirmat sententiam suam, & omnem simulationem fictæ pacis euertit, dicens: Si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris.

Cap. XIX

ET factum est cum consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & uenit in fines Iudææ trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicētes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacunq; ex causa? Qui respondens ait eis: Non legistis, quia qui fecit ab initio, masculum & fœminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras, ab initio autem non fuit sic. [b] Dico autem uobis, quia quicunq; dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur. [c] Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat.

Tunc rium secundarum coniugum, quæ uel ditiores, uel iuniores, uel pulchriores essent, primas uxores interfici, aut malam uitam ducere, maluit indulgere discordiæ, quàm odia & homicidia perseuerare. Simulq; considera, quòd non dixit: Propter duritiam cordis uestri permisit uobis deus, sed Moyses, ut iuxta Apostolum, consilium sit hominis, non imperium dei. g ¶ *Dico autem uobis, quia quicunque dimiserit uxorem suã nisi ob fornicationẽ.*] Sola fornicatio est quæ uxoris uincat affectum: imò cum illa unam carnẽ in aliam diuiserit, & se fornicatione separauerit à marito, non debet teneri, ne utrum quoq; sub maledicto faciat, dicẽte scriptura: Qui adulteram tenet, stultus & impius est. Vbi cunq; est igitur fornicatio, & fornicationis suspicio, libere uxor dimittit. Et quia poterat accidere, ut aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarum ueteri crimen impingeret: sic priorem dimittere iubetur uxorem, ut secundã prima uiuente non habeat. Quod enim dicit, tale est: Si nõ propter libidinem, sed propter iniuriam dimittis uxorem, quare expertus infelices priores nuptias, nouarum te immittis periculo? Necnon quia poterat euenire, ut iuxta eandem legẽ, uxor quoq; marito daret repudiũ, eadem cautela præcipitur, ne secundũ accipiat uirum. Et quia meretrix, & quæ semel fuerat adultera opprobriũ non timebat: secundo præcipitur uiro, quod si talẽ duxerit, sub adulterij sit crimine. h ¶ *Dicũt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis, etc.*] Graue pondus uxorum est, si excepta causa fornicationis, eas dimittere non licet. Quid enim si tẽulenta fuerit, si iracunda, si malis moribus, si luxuriosa, si gulosa, si uaga, si iurgatrix, si male dica, tenenda erit istiusmodi? Volumus, nolumus, sustinenda est. Cum enim essemus liberi, uoluntariè nos subiecimus seruituti. Videtes ergo apostoli graue uxorum iugum, proferunt motum animi sui, & dicũt: si ita est causa homini cum uxore, non expedit nubere.

i ¶ *Qui dixit illis: Non omnes capiunt, etc.*] Nemo putet sub hoc uerbo uel fatum, uel fortunam introduci, quod hi sunt uirgines, quibus à deo datum sit, aut quos quidã ad hoc casus adduxerit: sed his datum est qui petierũt, qui uoluerunt, qui ut acciperent, laborauerunt. Omni enim petenti dabitur, & quærens inueniet, & pulsanti aperietur. k ¶ *Sunt enim eunuchi, etc.*] Triplex genus est eunuchorum, duorum carnalium, & tertij spiritualis. Alij sunt qui de matris utero sic nascũtur. Alij quos uel captiuitas facit, uel deliciæ matronales. Tertij sunt qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum: & qui cum possint esse uiri, propter Christum eunuchi fiunt: istis promittit præmiũ: superioribus aũt quibus castimoniæ

A castimoniæ necessitas non uoluntas est, nihil omnino debetur. Possumus & aliter dicere: Eunuchi sunt ex matris utero, qui frigidioris naturæ sunt, nec libidinem appetentes. Et alij qui ab hominibus fiunt, quos aut philosophi faciunt, aut propter idolorũ cultum emolliuntur in fœminas, uel persuasione hæretica simulant castitatem, ut mentiãtur religionis ueritatẽ. Sed nullus eorum consequitur regna cœlorum, nisi qui se castrauerit propter Christum. Vnde & infert: Qui potest capere capiat, ut unusquisque cõsideret uires suas, utrum possit uirginalia & pudicitiæ imperare præcepta. Per se enim castitas blanda est, & quemlibet ad se alliciens. Sed considerandæ sunt uires, ut qui potest capere, capiat. Quasi hortatis uox domini est, & milites suos ad pudicitiæ præmium concitãtis. Qui potest capere, capiat: qui potest pugnare, pugnet, superet ac triũphet.

B a ¶ *Tunc oblati sunt ei paruuli, ut manus eis imponeret & oraret, discipuli autem increpabant eos.*] Non quo nollent eis saluatoris & manu & uoce benedici, sed quo necdum habẽtes plenissimam fidem, putarent eum in similitudinem hominum, offerentium importunitate lassari. b ¶ *Sinite paruulos, & nolite prohibere eos ad me uenire.*] Significanter dixit taliũ, non istorum, ut ostenderet nõ ætatem regnare, sed mores, & his qui similem haberent innocentiam & simplicitatem, præmium repromitti. Apostolo quoq; in eandem sententiam congruente: Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malicia paruuli estote, sensu autem ut perfecti sitis. c ¶ *Et ecce unus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, ut habeam uitam æternam?*] Iste qui interrogat quomodo uitam consequatur æternam, & adolescens, & dives, & superbus, & iuxta alium euangelistam, non uoto discentis, sed tentantis interrogat. d ¶ *Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus deus.*] Qui magistrum uocauerit bonum, & non deum, uel dei filium confessus erat: discit quamuis sanctum hominem comparatione dei non esse bonum, de quo dicitur: Confitemini domino quoniã bonus. Ne quis autem putet in eo quod bonus deus dicitur, excludi à bonitate filium dei, legimus in alio loco: Pastor bonus ponit animã suam pro ouibus suis. Et in propheta: Spiritũ bonum, terramq; bonam. Igitur & saluator non bonitatis testimonium renuit, sed magistri absq; deo excludit errorẽ. e ¶ *Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facies.*] Adolescentem istum tentatorem esse, & ex eo probare possumus, quod dicente domino: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata: rursum fraudulenter interrogat quæ sint illa mãdata, quasi nõ ipse legerit, aut dominus possit deo iubere contraria. f ¶ *Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuẽtute mea. Quid adhuc mihi deest?*] Mentitur adolescẽs. Si enim hoc quod positum est in mãdatis: Diliges proximum tuum sicut teipsum, opere complesset, quomodo postea audiens:

d Tunc oblati sunt ei paruuli, ut manus eis imponeret & oraret. Discipuli autem increpabãt eos. Iesus uero ait eis: Sinite paruulos, & nolite prohibere eos ad me uenire, talium est enim regnum cœlorum. Et cum imposuisset eis manus, abijt inde. e Et ecce unus accedens ait illi: Magister bone, quid boni faciam ut habeam uitam æternam? Qui dixit: Quid me interrõgas de bono? Vnus est bonus deus. Si aũtem uis ad uitam ingredi, serua mandata. Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falsum testimonium dices. Honora patrem & matrem: & diliges proximum sicut teipsum. Dicit illi adolescẽs: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: f Si uis perfectus esse, uade & uende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. g Cum audisset autem adolescens uerbum, abijt tristis: erat enim habens multas possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico uobis, quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico uobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Auditis autem his discipuli mirabãtur ualde, dicentes: Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autẽ Iesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est, apud

Vade & uẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, tristis recessit: quia habebat possessiones multas. g ¶ *Si uis perfectus esse, uade & uende quæ habes, & da pauperibus.*] In potestate nostra est utrum uelimus esse perfecti. Tamen quicunq; perfectus esse uoluerit, debet uendere quę habet, & nõ ex parte uendere, sicut Ananias fecit & Sapphira, sed totum uendere, & cum uenderit omne, dare pauperibus, & sic sibi præparare thesaurum in regno cœlorum. Et hoc ad perfectionem non sufficit, nisi post contemptas diuitias, saluatorem sequatur: id est, relictis malis faciat bona. Facilius enim sæculus cõtemnitur q̃ uoluptas. Multi diuitias relinquentes, dominum non sequuntur. Sequitur autem dominum, qui imitator eius est, & per uestigia illius graditur. Qui enim dicit se in Christo credere, debet quomodo ille ambulauit & ipse ambulare. h ¶ *Abijt tristis: erat enim habens multas possessiones.*] Hæc est tristitia quæ ducit ad mortẽ. Cauq; tristitiæ redditur, quod habuerit multas possessiones: id est spinas & tribulos quæ semẽtem dominicam suffocauerint. i ¶ *Iesus autem dixit discipulis suis: Amẽ dico uobis, quia diues difficile intrabit in regnum cœlorũ.*] Et quomodo Abraham, Isaac & Iacob diuites intrarunt in regnũ cęlorum: & in euangelio Matthæus & Zachæus diuitijs derelictis, domini testimonio prædicantur? Sed considerandum quod eo tempore quo intrauerunt, diuites esse desierũt. Tam diu ergo nõ intrabunt, q̃ diu diuites fuerint. Et tamen quia difficulter diuitię contemnũtur, non dixit: Impossibile est diuites intrare in regnũ cœlorum, sed difficile. Vbi difficile ponitur, non impossibilitas prætenditur, sed raritas demonstratur. k ¶ *Et iterum dico uobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem in regnum cœlorũ. Auditis autem, etc.*] Hoc dicto ostenditur non difficile esse, sed impossibile. Si enim quomodo camelus non potest intrare per foramen acus, sic diues nõ potest intrare in regna cœlorũ, nullus diuitũ saluus erit. Sed & si legamus Esaiã quomodo cameli Madian & Epha uenitãt Hierusalẽ cum donis atq; muneribus: & qui prius curui erant & uitiorũ prauitate distorti, ingrediant portas Hierusalem: uidebimus quomodo & isti cameli quib. diuites cõparant, cũ deposuerint grauẽ sarcinã peccatorũ, & totius corporis prauitatẽ, intrare possint per angustã portam & artam

uiam

Universidad de Barcelona Biblioteca

A uiam quæ ducit ad uitam. Interrogantibus autem discipulis, & admirantibus austeritatē dicti, quis ergo saluus fiet: clementia sua seueritatem sententię temperauit, dicens: Quæ apud homines impossibilia, apud deum possibilia sunt. a ¶ *Tunc respondens Petrus, dixit ei:*] Grādis fiducia: Petrus pi
h 199 scator erat, diues nō
X fuerat, cibos manu et
arte quærebat: & tamen
i 197 longe confiden
II cior, reliquimus omnia. Et quia non sufficit tantū relinquere, iungit quod perfectū
k 198 est, & secuti sumus te.
II Fecimus quod iussisti, quid igitur nobis dabis præmijs? b ¶ *Ie*
l 199 *sus aūt dixit illis.*] Non
II dixit, qui reliquistis omnia: hoc enim & Socrates fecit philoso-
d 200 phus, & multi alij diuitias contempserūt, sed q secuti estis me: quod propriè apostolorū est atq; credētium. In regeneratione cū sederit filius hominis in sede maiestatis suę, quādo & mortui de corruptione resurgēt incorrupti, sedebitis & uos in so-
B lijs iudicantiū, cōdemnātes duodecim tribus Israel: quia uobis credētibus illi credere noluerūt. c ¶ *Et omnis qui reliquerit domū.*] Locus iste cum illa sententia cōgruit, in qua saluator loquitur: Non ueni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominē à patre suo, & matrē à nu-
ra, & nurū à socru, & inimici hominis domestici eius. Qui ergo propter fidē Christi & prædicationē euangelij oēs affectus contēpserint, atq; diuitias & seculi uoluptates, isti centuplū recipiēt, & uitā æternā possidebūt. Ex occasione huius sententię quidā introducunt mille annos post resurrectionē, dicētes tūc nobis centuplū omniū rerū quas dimisimus, & uitā æternam esse reddendā, non intelligētes quod si in cęteris digna sit repromissio, in uxorib. apparebit turpitudo, ut qui unam pro dño dimiserit, centū recipiat in futuro. Sensus ergo iste est: Qui carnalia pro saluatore dimiserit, spiritualia recipiet, quæ comparatione & merito sui itaerūt, quasi in paruo numero cētenarius numerus com-
pareā. Vnde dicit & Apostolus, qui unā tantū domū, &
2.Cor.6.b unius prouinciæ paruos agros dimiserat: Quasi nihil habentes, & omnia possidentes. Cap. XX

Similis est regnum cœlorum homini patrifamiliæ.] Parabola ista uel similitudo regni cœlorū, ex his quæ præmissa sunt intelligitur. Scriptū est enim ante eam: Multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Non tempore differente domino, sed fide. Dicitq; patremfamiliās primo mane exisse ut conduceret operarios in uineam suam, & precium operis constituisse denariū. C Deinde egressum circa horam tertiā uidisse alios stantes in platea ocioso, & illis nequaquam denarium, sed quod iustum est fuisse pollicitum. Sexta quoq; hora & nona fecisse similiter. Vndecima autem inuenisse alios stantes, qui tota die ocioſi fuerant, & misisse eos in uineam. Cum aūt sero factum esset, præcepisse procuratori suo, ut à nouissimis inciperet reddere: hoc est, ab operarijs horæ undecimæ usque ad operarios horæ primæ, omnesq; pariter contra nouissimos inuidia concitatos, iniquitatem arguisse patrisfamiliās: non quod minus acceperint q̄m fuerat constitutum, sed q̄ plus accipere uoluerint his in quos sē clementia conductoris effuderat. Mihi uidentur primæ horæ esse operarij Samuel & Hieremias & Baptista Ioannes, qui possunt cū psalmista dicere: Ex utero matris *Psal. 21.b*
mææ deus meus es
tu. Tertiæ uero horæ D
operarij sunt, qui à pubertate seruire deo cœperunt. Sextæ horæ, qui matura ætate susceperūt iugū Christi. Nonæ, qui iam declinant ad senīū. Porrò undecimæ, qui ultima senectute, & tamen omnes pariter accipiunt præmium, licet diuersus labor fuerit. Sunt qui hanc parabolam aliter differant. Prima horā uolunt missum esse in uineam Adam, & reliquos patriarchas, usq; ad Noe. Tertia, ipsum Noe usq; ad Abraham & circuncisionē ei datam. Sexta ab Abraham usq; ad Moysen, quando lex data est. Nona, ipsum Moysen & prophetas. Vndecima, apostolos & gentium populum quibus omnes inuident. Vnde hoc ipsum intelligens post horam iam undecimam, cum esset prope solis occasum ad uesperam, Ioannes euangelista loquitur: Filioli mei nouissima hora est. Et simul considera, *1.Ioan.2.d*
quòd iniustitiam patrisfamiliās, quam in undecimæ horæ operarijs omnes pariter accusant, in seipsis non intelligunt. Si enim iniquus est paterfamiliās, non in uno iniquus est, sed in omnibus: quia non sic laborauit tertiæ horæ operarius, quomodo ille qui prima hora est missus in uineam. Similiter & sextæ horæ operarius, minus laborauit tertiæ horæ operario, & nonæ, sextæ horæ operario. Omnis itaque retro uocatio gentibus inuidet, & in euangelij torquetur gratia. Vnde & saluator concludēs parabolam: Erūt, inquit, primi nouissimi, & nouissimi primi. Quod Iudæi de capite uertantur in caudam, & nos de cauda mutemur in caput.

Amice

A *¶ Amice non facio tibi iniuriam.*] Legi in cuiusdam libro: amicū istum qui increpatur à patrefamiliās, primæ horæ operarium, protoplastū intelligi, & eos qui illo tempore crediderunt. *b ¶ Nónne ex denario, etc.*] Denarius figuram regis habet. Recepisti ergo mercedē quam tibi promiseram: hoc est imaginem & similitudinē meā, quid quæris amplius, & non tam ipse plus accipere quàm alium nihil accipere desideras, quasi alterius consortio minuatur præmij meritum? *c ¶ Tolle quod tuum est, etc.*] Iudæos intellige, nō gratia sed opere saluatos. Qui cū fecerit eam, uiuet in ea. Vnde dicitur ad eum: *d ¶ An oculus tuus nequam, etc.*] Idipsum sonat & illa Lucæ parabola, ubi maior filius minori inuidet, & nō uult eū recipi pœnitētem, & patrem accusat iniustitiæ. Et ut sciamus hunc esse sensum quē diximus, titulus parabolæ huius finisq; cōsentiunt. Sic erūt, inquit, nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt uocati, pauci uerò electi. *e ¶ Et ascendens Iesus Hierosolymā, etc.*] Crebro hoc ipsum discipulis dixerat, sed quia multis in medio disputatis poterat labi de memoria quod audierant: iturus Hierosolymā, & secum ducturus apostolos, ad tentationē eos parat, ne cum uenerit persecutio & crucis ignominia, scandalizentur. *f ¶ Tunc accessit ad eum, etc.*] Vnde opinionem regni habet mater filiorum Zebedæi, ut cum dñs dixerit: filius hominis tradetur principibus sacerdotū & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent gentibus ad illudendū & flagellandū & crucifigendū, & ignominiā passionis timentibus discipulis nūciaret, illa gloriā postulet triumphantis: hac ut reor ex causa, quia post omnia dixerat dñs, & tertia die resurget: putauit eum mulier post resurrectionē ilico regnaturū: & hoc quod in secundo aduentu promittit, in primo esse cōplendū, & auiditate fœminea præsentia cupit, immemor futurorū. Quod aūt interrogat dñs, & illa petente respondit: quid uis? non uenit de ignorātia, sed ex eius persona dicit qui flagellandus & crucifigendus erat, quomodo & in hæmorrhoLuc.8.f
ssa: Quis me tetigit? Et de Lazaro: Vbi posuistis eum? Ioan.11.d
ueteri quoq; testamento: Adam ubi es? Et descēdens uiGene.3.b
debō si iuxta clamorē qui uenit ad me perficiā: sin au-Ibidem.18.c
tem non est, ut sciam. Postulat autē mater filiorū Zebedæi errore muliebri & pietatis affectu, nesciens quid peMar.9.a
teret. Nec mirū si ista arguat imperitiæ, cum de Petro dicat, quando tria uult facere tabernacula: Nesciens quid diceret. *g ¶ Respondens autē Iesus, etc.*] Mater postulat, & dñs discipulis loquitur, intelligens preces eius ex filiorum descendere uoluntate. *h ¶ Potestis bibere calicē, etc.*] Calicē in scripturis diuinis, passionē intelligimus, iuxta illud: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Et in psalmo: Quid retribuā dño pro omnibus quæ retri- *Psal. 115.a*
buit mihi? Calicē salutaris accipiam, & nomen dñi inuocabo. Statimq; infert quis iste sit calix. Preciosa in cōspectu dñi mors sanctorū eius. *i ¶ Ait illis: etc.*] Quærit quomodo calicem martyrij filij Zebedæi, Iacobus uidelicet & Ioannes biberint, cum scri- *b 201*
ptura narret Iacobū II
tantum apostolū ab Herode capite truncatum: Ioannes aūt propria morte uitā finierit. Sed si legamus ecclesiasticas historias, *c 202*
in quibus ferē, quod II
& ipse propter martyrium sit missus in feruentis olei dolium, & inde ad suscipiēdam coronā Christi athleta ꝓcesserit: statimq; relegatus in Pathmos insulā sit, uidebimus martyrio animū non defuisse, & bibisse Io- D
annem calicē confes- *d 203*
sionis, quē & tres pueII
ri in camino ignis biberunt: licet persecutor nō fuderit sanguinem. Quod autem dicit, sedere ad dexterā meam & sinistrā, non est meū dare uobis, Regnum cœlorū non est dantis, sed accipiētis. Non est enim acceptio personarum apud deum, sed quicunq; talem se præbuerit ut regno cœlorū dignus fiat: hic accipiet, quod non personæ sed uitæ paratum est. Si itaq; tales estis qui consequamini regnum cœlorum, quod pater meus triumphantibus & uictoribus præparauit, uos quoq; accipietis illud. Alij de Moyse & Helia dictū uolunt, quos paulo ante in monte cum eo uiderant loquentes, sed mihi nequaq; uidetur. Ideo enim sedentiū in regno cœlorū uocabula non dicuntur, ne paucis nominatis, cæteri putarentur exclusi. *k ¶ Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus.*] Decem apostoli non indignantur matri filiorum Zebedæi, nec ad mulieris audaciam referunt postulanda, sed ad filios, quod ignorantes mensuram suam, immodica cupiditate exarserint, quibus & dominus dixerat: Nescitis quid petatis. Subintelligitur autem uel ex responsione domini, uel ex indignatione apostolorum, quod filij matrem immiserint ad grandia postulanda. *l ¶ Iesus autem uocauit eos ad se & ait: Scitis quia principes etc.*] Humilis magister & mitis, nec cupiditatis immodicæ duos arguit postulātes: nec decē reliquos indignationis increpat & liuoris, sed talem ponit exemplū, quo doceat eū maiorē esse q minor fuerit: & illū dñm fieri qui omniū seruus sit. Frustra igitur

aus

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

aut illi immoderata quæsierãt, aut isti dolent super maiorum desiderio, cum ad summitatem uirtutũ non potentia sed humilitate ueniatur. Deniq; sui proponit exemplum, ut si dicta parũpenderent, erubescerẽt ad opera, & dicit: a ¶ *Sicut filius hominis non uenit ministrari sed ministrare, etc.*] Nota quæ crebro diximus, eũ qui ministrat, appellari filiũ hominis.

b ¶ *Et dare animã suam redemptionẽ pro multis.*] Quando formam serui accepit, ut pro mũdo sanguinem funderet. Non dixit animã suam redemptionem dare, p omnibus, sed pro multis: id est, pro his qui credere uoluerint. c ¶ *Et egredientibus illis ab Hiericho, secuta est eum turba multa, etc.*] Multi latrones erant in Hiericho, qui egredientes & descendentes de Hierusalẽ, interficere & uulnerare consueuerant. Idcirco dñs uenit Hiericho cũ discipulis suis, ut liberet uulneratos & multam turbã secũ trahat. Deniq; postq; egredi uoluit ab Hiericho, secuta est eum turba multa. Si manssisset Hierosolymis & nunq; ad humilia descendisset, turba usq; hodie sederet in tenebris & umbra mortis. Sed & duo cæci erãt iuxta uiam. Cæcos appellat qui necdum dicere poterant: In lumine tuo uidebimus lumen. Secus uiam, quia uidebant qui dem legis habere noticiam, sed uiam quæ Christus est ignorabant, quos pleriq; pharisæos intelligunt & Saducæos: alij uerò utrunq; populum, & ueteris testamenti & noui: quod alter scriptam legem, alter naturalem sequens, sine Christo cæcus erat. Hi quia per se uidere nõ poterant, audierunt præconia saluatoris, & cõfessi sunt filium Dauid. Sin autem uterq; cæcus refertur ad populum Iudæorum, hoc quod sequitur: Increpabat eos turba, super ethnicis intelligendum est, quos Apostolus monet ne glorientur & superbiant contra radicẽ suam, sed cum ipsũ errore priorũ inserti fuerint ex oleastro in bonam oliuam, nequaq; debeant inuidere priorum saluti. Miserere nostri fili Dauid. Increpantur à turbis, & nihilominus non tacent, sed crebrius idipsum ingeminant, ut desiderium plenũ ueræ lucis ostendant. d ¶ *Et stetit Iesus, & uocauit eos, & ait.*] Cæci erant, quò pergerent ignorabant, & sequi non poterant saluatorẽ. Multæ foueæ in Hiericho, multæ rupes & prærupta in profundũ uergẽtia: ideirco dominus stat, ut uenire possint: & uocari iubet, ne turbæ prohibeant: & interrogat quasi ignorans quid uelint, ut ex responsione cæcorum manifesta debilitas pateat, & uirtus ex remedio cognoscat. e ¶ *Miserius autem eorũ Iesus, etc.*] Tangit oculos, & præstat artifex quod natura non dederat. Aut certè quod debilitas tulerat, donat misericordia. Statimq; uiderunt & secuti sunt eum. Qui ante in Hiericho cõtracti sedebãt, & clamare tantum nouerant, postea sequuntur Iesum, non tam pedibus quàm uirtutibus. Cap. XXI

E T *cum appropinquassent Hierosolymis, & uenissent in Bethphage ad montem oliueti, tũc Iesus misit duos discipulos suos, dicens eis: Ite in castellum quod contra uos est, etc.*] Egreditur de Hiericho, turbis eductis inde quãplurimis, & cæcis reddita sanitate appropinquat Hierosolymis, magnis ditatus muneribus, salute credentium reddita, ingredi cupit urbẽ pacis, & locum uisionis dei, & arcem speculatorij. Cumq; approquaret Hierosolymis, & uenisset Bethphage ad domũ maxillarũ, qui sacerdotũ uiculus erat, & confessionis portabat typum, & erat situs in monte oliueti, ubi lumen scientiæ, ubi laborum & dolorũ requies, misit duos discipulos suos θεωρητικὴν καὶ πρακτικὴν, id est, scientiam & operam, ut ingrederentur castellum. Dixitq; eis: Ite in castellum quod cõtra uos est. Contra apostolos enim erat, nec iugum doctrinarum uolebat accipere. Et statim, inquit, inuenietis asinã alligatam, & pullum cum ea, soluite & adducite mihi. Alligata erat asina multis uinculis peccatorum. Pullus quoq; lasciuus, & frenorum impatiens cum matre, secundum euangeliũ Lucæ, multos habebat dominos, non uno errori & dogmati subditos: & tamẽ multi domini qui sibi potestatem illicitam uendicabant, uidentes uerum dominum & seruos eius uenisse, qui ad soluendum missi fuerant, nõ audent resistere. Quæ sit autem asina & pullus asinæ, dicemus in subditis. g ¶ *Hoc autem factum est, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentẽ: Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, etc.*] Hoc in propheta Zacharia scriptũ est, de quo plenius, si uitæ spacium fuerit, in suo dicetur loco. Nunc stringendum breuiter, quòd secundum literam in paruo itineris spacio super utrũq; animal sedere non quiuerit. Aut eñ in sedit asinæ, & pullus absq; sessore fuit: aut si pullo, quod magis competit, usus est ad sedendum, asina ducta est libera. Ergo cum historia uel impossibilitatem habeat uel turpitudinẽ, ad altiora transmittimur, ut asina ista quæ subiugalis fuit & edomita, & iugum legis traxerat, synagoga intelligat. Pullus asinæ lasciuus & liber, gentiũ populus, quibus insederit Iesus, missis ad eos duobus discipulis suis, uno in circumcisionem, & altero in gentes. h ¶ *Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit eis Iesus, & adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt, etc.*] Pullus iste & asina, quibus apostoli sternunt uestimenta sua, ut Iesus mollius sedeat: ante aduentũ saluatoris nudi erant, multisq; sibi in eos dominatũ uendicantibus, absq; operimento frigebant. Postquam uerò susceperε apostoli-

apostolicas uestes, pulchriores effecti, dominũ habuere sessorem. Vestis autem apostolica, uel doctrina uirtutum, uel edissertio scripturarũ intelligi potest, siue ecclesiasticorũ dogmatum uarietates, quibus nisi anima instructa fuerit & ornata, sessorem habere dominũ non meretur. a ¶ *Plurima autem turba, etc.*] Videte differẽtiam uniuscuiusq; personæ. Apostoli uestimẽta sua super asinum ponũt: turba quæ uilior est, substernit pedibus asini, necubi offendat in lapidem, ne calcet spinam, ne labatur in foueam. b ¶ *Alij autem, etc.*] De arboribus frugiferis, qbus mõs oliueti conситus est, cædebant ramos sternebantq; in uia, ut prauа recta facerẽt, & æquarent inæqualia, quo rectius atq; securius in corde credentiũ Christus dæmonũ atq; uitiorũ uictor incederet. c ¶ *Turbæ autem, etc.*] Quia manifesta est historia, spiritualẽ sequamur ordinẽ disserendi. Turbæ quæ egressæ fuerant de Hiericho, & sequutæ sunt saluatorem ac discipulos eius, postq; pullum asinæ solutũ uiderũt, qui ante ligatus fuerat, & apostolorũ uestibus exornatũ, & sedentẽ super eum dominũ Iesum, supposuerunt uestimenta sua, & straverunt uiam ramis arborum. Cumq; opere cuncta fecissent, uocis quoq; tribunt testimoniũ, & præcedentes atq; sequentes non breui atq; silentij confessione, sed clamore plenissimo resonant: Osanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini. Quod autẽ dicit: Turbæ quæ præcedebant & quæ sequebantur, utrũq; ostendit populum, & qui ante euangeliũ, & qui post euangeliũ dño credidерunt, consona Iesum confessionis uoce laudare: & secundũ superioris parabolæ exemplũ diuersarũ horarum operarios, unum fidei accipere præmium. Porrò quod sequitur: Osanna filio Dauid, quid significet, & ante annos plurimos in breui epistola ad Damasum tũc Romanæ urbis episcopũ dixisse me memini, & nũc perstringã breuiter. In centesimo decimoseptimo psalmo, qui manifestè de aduẽtu saluatoris scriptus est, inter cætera hoc quoq; legimus: Lapidẽ quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A dño factũ est istud, hoc est mirabile in oculis nostris. Hæc est dies quã fecit dñs, exultemus & lætemur in ea. Statimq; iungitur: O dñe saluũ me fac: O dñe bene prosperare. Benedictus qui uenit in nomine dñi: benedeximus uobis de domo dñi, &c. Pro eo quod habetur in Lxx. interpretibus, ὦ κύριε σῶσον δή, id est: O dñe saluum me fac. In Hebræo legimus: אָנָּא יְהוָה הוֹשִׁיעָה נָּא ק"ף manifestius interpretatus est Symmachus, dicẽs: Obsecro dñe saluũ me fac, obsecro. Nemo ergo putet ex duobus uerbis, Græco uidelicet & Hebræo sermone esse cõpositum, sed totũ Hebraicũ, & significare quod aduentus Christi salus mũdi sit. Vnde & sequitur: Benedictus qui uenit in nomine dñi. Saluatore quoq; id ipsum in euangelio cõprobante: Ego ueni in nomine patris mei, & non me recepistis. Alius ueniet in nomine suo, & recipietis eum. Necnõ quod iungitur: Osanna, id est, salus in excelsis: perspicuè ostendit, quod aduentus Christi non tantũ hominũ salus, sed totius mundi sit, terrena iungens cœlestibus: Vt omne genu ei flectat cœlestiũ, terrestriũ & infernorũ. d ¶ *Et cum intrasset Hierosolymam, etc.*] Introeunte Iesu cum turba, tota Hierosolymorum ciuitas cõmouetur, mirans frequentiũ, nesciens ueritatem & dicens: Quis est hic? Quod quidẽ in alio loco dicẽtes angelos legimus: Quis est iste rex gloriæ? Alijs autem uel ambigẽtibus uel interroganubus, uilis plebecula consitetur, à minorib. incipiens, ut ad maiora perueniat, & dicit: e ¶ *Hic est Iesus, etc.*] Propheta, quẽ & Moses similẽ sui dixerat esse uenturum, & qui proprie apd Græcos scribitur cum τῶ ἄρθρῳ μάρτυρι, id est, cum articuli testimonio. A Nazareth autẽ Galilææ, quia ibi educatus fuerat, ut flos campi nutriretur in flore uirtutum. f ¶ *Et intrauit Iesus, etc.*] Comtarus Iesus turbam credentium, quæ uestimenta sua ut illæso pede pullus incederet, straueratiingreditur templum, & ejcit omnes qui uendebãt & emebant in templo, mensasq; nummulariorũ subuertit, & cathedras uẽdentiũ columbas dissipauit, dixitq; eis de scripturis sanctis testimonium proferens, quod domus patris eius, orationis domus esse deberet, non spelunca latronum, uel domus negociationis: sicut in alio euangelista scriptũ est. Et hoc primũ sciendũ, quod iuxta mandata legis, augustissimo in toto orbe templo dñi, & de cũctis penè regionibus Iudæorũ illuc populo cõfluente, innumerabiles immolabantur hostiæ, maximè festis diebus, taurorũ, arietũ, hircorũ: pauperibus ne absq; sacrificio essent, pullos columbarũ & turtures offerentibus: accidebat plerunq;, ut qui de longe uenerãt, non haberent uictimas. Excogitauerunt igitur sacerdotes, quomodo prædam de populo facerent, & omnia animalia quibus opus erat ad sacrificia, uendebant, ut & uenderent non habentibus, & ipsi rursum empta susciperẽt. Hanc strophã eorũ crebra uenientiũ inopia dissipabat, qui indigebant sumptibus, & non solũ hostias non habebant, sed ne unde emerent quidem aues & uilia munuscula. Posuerũt itaq; & nummularios qui mutuam sub cautione darent pecuniã. Sed quia erat lege præceptum, ut nemo usuras acciperet, & prodesse non poterat pecunia fœnerata, quæ cõmodi nihil haberet, & interdũ fortè perderet, excogitauerunt & aliam technam, ut pro nummularijs colybistas facerẽt, cuius uerbi proprietatẽ Latina lingua non exprimit. Colyba dicuntur apud eos, quæ nos appellamus tragemata, uel uilia munuscula: Verbi gratia: frixi ciceris, uuarumq; passarũ, & poma diuersi generis. Igitur quia usuras accipere non poterãt colybistæ, qui pecuniã fœnerati erãt, pro usuris accipiebant uarias species, ut quod nõ nummo licebat, in his rebus exigerent quæ nũmis coemuntur, quasi non hoc ipsum Ezechiel prædicauerit, dicẽs: Vsurã & superabundantiã non accipietis. Iste iusmodi dominus cernens in domo patris negociationẽ seu latrocinij ardore spiritus concitatus: iuxta quod scriptũ est in sexagesimo octauo psalmo: Zelus domus tuæ comedit me: fecit sibi flagellũ de funiculis, & tantã hominum multitudinẽ eiecit de templo, dicens: Scriptũ est, domus mea, domus orationis uocacabitur, uos autem fecistis eam spelunca latronũ. Latro enim est, & templũ

A dei in latronum conuertit specum, qui de religione se-
ctatur, cultusq; eius non tam cultus dei q̃ negociatio-
nis occasio est. Hoc iuxta historiã. Cæterum secundum
mysticos intellectus, quotidie Iesus ingredit templum
patris, & ejcit omnes tam episcopos & presbyteros &
diaconos, quam lai-
g 212 cos, & uniuersam tur-
X bam de ecclesia sua, &
h 213 unius criminis habet
V uendentes pariter &
ementes. Scriptũ est
enim: Gratis accepi-
stis, gratis date. Men-
sas quoq; nummula-
i 214 riorũ subuertit. Ob-
VI serua propter auari-
ciam sacerdotum, al-
taria dei, nũmulario-
rum mensas appella-
ri. Cathedrasq; uen-
dentiũ columbas e-
uertit, q̃ uendunt gra-
tiam spiritus sancti, &
k 215 omnia faciũt ut subie
VI ctos populos deuo-
rent, de quibus dicit:
Psal. 13.b Qui deuorant popu-
lum meũ sicut escã pa-
nis. Iuxta simplicem
intelligentiam, columbæ non erant in cathedris, sed in
caueis, nisi fortè columbarii institores sedebant in ca-
thedris. Quod penitus absurdum est, quia in cathedris
magistrorũ magis dignitas indicatur, quæ ad nihilum
redigitur, cum mixta fuerit lucris. Quod de ecclesijs di-
B ximus, unusquisq; de se intelligat. Dicit enĩ apostolus:
2. Cor. 6.d Vos estis templũ dei, & spiritus sanctus habitat in uo-
bis. Non sit in domo pectoris nostri negociatio: non e-
mentiũ uendentiũq; cõmercia, non donorũ cupiditas,
ne ingrediatur Iesus iratus & rigidus, & nõ aliter mun-
det templum suum, nisi flagello adhibito, ut de spelun-
ca latronũ & de domo negociationis, domũ faciat ora-
tionis. a ¶ *Et accesserunt ad eum, etc.*] Nisi mensas nummu-
lariorũ euertisset, cathedrasq; columbas uendentium,
cæci & claudi lucem pristinã & concitũ gradũ non me-
ruissent recipere. b ¶ *Videntes autem principes, etc.*] Pleri-
que arbitrãtur maximũ esse signorum, quod Lazarus
suscitatus est, quod cæcus ex utero lumen acceperit, q̃
ad Iordanẽ uox audita sit patris, quod transfiguratus
in monte gloriam ostenderit triumphantis. Mihi inter
omnia signa quæ fecit, hoc uidetur mirabilius esse, quòd
unus homo & illo tempore cõtemptibilis, & intantum
uilis ut postea crucifigeret, scribis & pharisæis cõtra se
sæuientibus & uidentibus lucra sua destrui, potuerit ad
unius flagelli uerbera tantam ejcere multitudinẽ, men-
sasq; subuertere, & cathedras confringere, & alia facere
quæ infinitus non fecisset exercitus. Igneũ enim quid-
dam atq; sydereum radiebat ex oculis eius, & diuinita-
tis maiestas lucebat in facie. Cumq; manũ non audeãt
inijcere sacerdotes, tamen opera calumniantur, & testi-
monium populi atq; puerorũ qui clamabant: Osanna
filio Dauid, uertunt in calumniam, quod uidelicet hoc
non dicatur nisi soli filio dei. Videant ergo episcopi &
quantũlibet sancti homines, cum quanto periculo di-
ci ista sibi patiantur, si domino cui uerè hoc dicebatur,
quia necdum erat solida credentiũ fides, pro crimine
impingitur. c ¶ *Iesus autem dicit illis, etc.*] Quàm immo-
derate sententiam temperat, & responsio utrunq; uer-
gens, & calumniæ non patens. Non dixit quod scribæ
audire cupiebant, bene faciunt pueri, ut mihi testimo-
nium perhibeant: nec rursum errant, pueri sunt, debe- C
tis ætati ignoscere: sed profert exemplũ de octauo psal-
mo, ut tacente domino, scripturarũ testimoniũ puero-
rum dicta firmaret. d ¶ *Et relictis illis abijt foras extra ciuita-*
tem in Bethaniam, ibiq; mansit.] Reliquit incredulos, & ur-
bem egressus contra-
dicentium, fuit Betha-
niam, quod interpre-
tatẽ domus obedien-
tiæ: iam tunc uocatio
nem gentiũ præfigu-
rans, ibiq; mansit, qa
in Israel pmanere nõ
potuit. Hoc quoque
intelligendũ est quod
tantæ fuerit pauperta
tis, & ita nulli adula-
tus sit, ut in urbe ma-
xima nullum hospi-
tem, nullam inuene-
rit mansionem, sed in
agro paruulo apud
Lazarũ sororesq; e-
ius habitaret, eorum
quippè uicus Betha-
nia est. e ¶ *Mane autem reuertens in ciuitatem, esu-*
rijt. Et uidens ficu arborem unam secus uiam, uenit ad
huic
eam, & nihil inuenit in ea, etc.] Discussis noctis tenebris,
matutina luce radiante, & uicina meridie, in qua domi
nus passione sua illustraturus erat orbem, cum in ciui-
tatem reuerteretur, esurijt, uel ueritatẽ humanæ carnis
ostendens, uel esuriens salutem credentium, & æstuans
ad incredulitatem Israelis. Cumq; uidisset arborem u- D
nam, quam intelligimus synagogam, & cõcubitabulum
Iudæorum iuxta uiam: habebat enim legẽ, & ideo iuxta
uiam erat, quia non credebãt in uiam: uenit ad eam,
stantem scilicet & immobilem, & non habentẽ euange-
lij pedes: nihilq; inuenit in ea, nisi folia tantũ, promis-
sionum strepitum, traditiones pharisaicas, & iactatio-
nem legis, & ornamenta uerborũ absq; ullis fructibus
ueritatis. Vnde & alius euangelista dicit: Nondũ enim Mar. 11.b
erat tempus, siue quod tempus nondum uenerat salua
tionis Israel, eo quod nondum gentilium populus sub
intrasset: siue quod præterisset tempus fidei, quia ad il-
lum primum ueniens, & spretus, transisset ad nationes.
Et ait illi: Nunq̃ ex te fructus nascatur, uel in sempiter-
num uel in seculum, utrunq; enim αἰὼνα Græcus ser-
mo significat. Et aresacta est ficulnea, quæ esurienti do-
mino cibos quos ille cupierat non habebat. Sic autem
aruerunt folia, ut truncus ipse remaneret, & fractis ra-
mis uireret radix, quæ in nouissimo tempore si crede-
re uoluerit, uirgulta fidei pullulet, impleaturq; scriptu-
ra, dicens: Est arbori spes. Iuxta literam autem domi- Iob. 14.b
nus passurus in populis, & baiulaturus scandalum cru-
cis, debuit discipulorũ animos signi anticipatione fir-
mare. Vnde & discipuli mirantur, dicentes: Quomodo
continuo aruit? Potuit ergo saluator eadem uirtute e-
tiam inimicos siccare suos, nisi eorum per pœnitẽtiam
expectasset salutem. f ¶ *Respondens autem Iesus, ait eis: Amen*
dico uobis, si habueritis, etc.] Latrant contra nos gentilium
canes in suis uoluminibus, quæ in impietatis propriæ
memoriam reliquerunt, asserentes apostolos non ha-
buisse fidẽ, quia mõtes transferre non potuerint. Qui-
bus nos respondebimus multa facta esse signa à domi-
no, iuxta Ioannis euangelistæ testimoniũ, quæ si scripta Ioan. 20.b
essent, mũdus capere non posset. Non quo mũdus uo-
lumina capere non potuerit, quæ põt, q̃uis multiplicia
sint

A sint, unũ armariolũ uel unum capere scriniũ, sed quod
magnitudinẽ signorum præ miraculis & incredulitate
ferre non posit. Igitur & hæc credimus fecisse apostolos, sed ideo scripta non esse, ne infidelibus cõtradicendi maior daretur occasio. Alioquin interrogemus eos
utrum credant his si-
gnis, quæ scripta nar
tantur an nõ. Et cum
incredulos uideri-
mus, cõsequenter ꝓ-
babimus, nec maio-
ribus eos credituros
fuisse, qui minoribus
non crediderint. Hoc
aduersum illos. Cæte
rum nos ut ante iam
diximus, montẽ dia-
bolum intelligamus
superbientẽ, & iactan
tem se contra creato-
rem suum, qui à pro-
pheta mõs corruptus
appellat. Et cum ani-
mam hominis posse-
derit, & in ea fuerit ra
dicatus, ab apostolis
& his qui similes apo
stolorum sunt, trans-
ferri potest in mare:
hoc est in loca salsa &
fluctuantia & amara,
quæ nullã habẽt dul-
cedinem dei, & apud
incredulorum men-
B tem, ut porcorũ duo
milia suffocari. Idip-
sum & in psalmis legi
Psal. 45.c tur: Non timebimus
dum turbabitur ter-
ra, & trãsferent mon-
tes in cor maris. a
¶ *Et cum uenisset in tem-*
plũ, etc.] Diuersis uer
bis eandem quam su
pra calumniã struũt,
quando dixerunt: In
Beelzebub principe dæmoniorum ejcit hic dæmonia.
Quando enim dicunt: In qua potestate hæc facis: de dei
dubitant potestate, & subintelligi uolunt diaboli esse
quod faciat. Addentes quoq;: Quis tibi dedit hanc po-
testatẽ, manifestissimè dei filium negant, quem putant
non suis uiribus, sed alienis signa facere. b ¶ *Respondens*
autem Iesus, dixit illis: Interrogabo, etc.] Hoc est quod uulgò
dicitur: Malo arboris nodo, malus clauus aut cuneus
infigendus est. Poterat dñs aperta responsione tentato
rum calumniam confutare, sed prudenter interrogat,
ut suo ipsi uel silentio uel sententia condemnent. Si enĩ
respondissent baptisma Ioannis esse de cœlo, ut ipsi sa-
pientes in malicia pertractarunt, consequens erat re-
sponsio: quare ergo non estis baptizati à Ioanne? Si di-
cere uoluissent, humana deceptione esse compositũ, &
nihil habuisse diuinum, seditionẽ populi formidabant.
Omnes enim gregatim multitudines Ioannis recepe-
rant baptisma, & hic eum habebant ut prophetam. Re-
spõdit itaq; impijssima factio, & humilitatis uerbo quo
nescire se diceret, usa est ad insidias coaptãdas. c ¶ *Ait*
illis & ipse: Nec ego dico uobis in qua potestate hæc facio.] Illi in
eo quod nescire se responderãt, mentiti sunt: cõsequens
ergo erat iuxta responsionẽ eorum dominũ quoq; di-
cere, nec ego scio: sed mentiri ueritas non potest, & ait:
Nec ego dico uobis. Ex quo ostẽdit & illos scire, sed re-
spondere nolle: & se nosse, & ideo non dicere, quia illi
quod sciunt, taceant: & statim infert parabolam, quæ &
illos impietatis arguat, & ad gentes regnum dei doceat
transferendum. d
¶ *Quid autem uobis uide* l 216
tur, homo habebat duos fi- IIII
lios, etc.] Hi sunt duo m 217
filij, qui & in Lucæ pa II
rabola describuntur, Luc. 15
frugi & luxuriosus, &
de quibus Zacharias
propheta loquit: As- Zach. 11.b
sumpsi mihi duas uir
gas, unã uocaui deco
rem, & alteram uoca
ui funiculum, & paui
gregem. Primo dici-
tur gentilium popu-
lo per naturalis legis
noticiam: Vade & o-
perare in uinea mea:
hoc est, quod tibi nõ
uis fieri, alteri ne fece
ris. Qui superbè re- n 218
spondit: Nolo. Postea X
uerò in aduentu sal-
uatoris, acta pœniten
tia, operatus est in ui-
nea dei, & sermonis
contumaciam labore
correxit. Secũdus au
tẽ filius, populus Iu-
dæorum est, qui re- D
spõdit Mosi: Omnia Exod. 24.a
quæcunq; dixerit do
minus, faciemus, &
non fuit in uineã, qa
interfecto patrisfami
liãs filio, se putauit hę o 219
redem. Alij uerò non 11
putant gentiliũ & Iu-
dæorum esse parabo
lam, sed simpliciter
peccatorum & iusto-
rum, ipso quoq; domino propositionem suam postea
differente. c ¶ *Amen dico uobis, quia publicani & meretrices*
præcedunt uos in regno dei.] Eo quod illi qui per mala ope
ra deo se seruire negauerant, postea pœnitentiæ baptis-
mum acceperint à Ioanne. Pharisæi autẽ qui iustitiam
præferebant, & legẽ se dei facere iactabant, Ioannis con
tempto baptismate, dei præcepta non fecerunt. Vnde
dicit: f ¶ *Venit enim ad uos Ioannes in uia iustitiæ, & non credi-*
distis ei, etc.] Porrò quod dicitur: Quis ex duobus fecit
uoluntatẽ patris? Et illi dicunt: Nouissimus. Sciendum
est in ueris exemplaribus non haberi nouissimum, sed
primum, ut proprio iudicio condemnentur. Si autem
nouissimum uoluerimus legere, manifesta est interpre
tatio, ut dicamus intelligere quidem ueritatem ludęos,
sed tergiuersari, & nolle dicere quod sentiunt: sicut &
baptismum Ioannis scientes esse de cœlo dicere nolue-
runt. g ¶ *Aliam parabolam audite: Homo erat paterfamiliãs qui*
plantauit uineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular,
& ædificauit, etc.] Hoc est quod dominus sumptũ de ꝓ-
uerbio significauit: Durum est aduersus stimulũ calci-
trare. Principes sacerdotũ & seniores populi qui inter-
rogauerunt dñm, in qua potestate hæc facis, & quis ti-
bi dedit hanc potestatẽ: & uoluerãt in uerbo capere sa-
pientiam

A pientiam, sua arte superantur, & audiunt in parabolis quod aperta facie non merebantur audire. Homo iste paterfamilias, ipse est qui habebat duos filios, & qui in alia parabola conduxit operarios in uineam suam, qui plantauit uineam: de qua & Esaias plenissimè per canticum loquitur, ad extremum inferens: Vinea domini sabaoth domus Israel est. Et in psalmo: Vineam de Aegypto, inquit, transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam. Et sepem circumdedit ei, uel murum urbis, uel angelorum auxilia: & fodit in ea torcular, aut altare, aut illa torcularia, quorum & tres psalmi titulo prænotantur, octauus & octogesimus & octogesimustertius. Et ædificauit turrim, haud dubium quin templum, de quo dicit per Michæam: Et tu turris nebulosa filia Sion. Et locauit eam agricolis, quos alibi uineæ operarios appellauit, qui conducti fuerat hora prima, tertia, sexta, nona & undecima. Et peregre profectus est, non loci mutatione. Nam deus unde abesse potest quo copulentur omnia? & qui dicit per Hieremiam: Ego deus appropinquans, & non de longinquo, dicit dominus. Sed abire uidetur à uinea, ut uinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat. *a* ¶ *Cum autem tempus fructuum appropinquasset, etc.*] Dederat eis legem, & in hac eos uinea operari iusserat, ut fructum legis in operibus exhiberent. Postea misit ad eos seruos, quos illi apprehensos uel cæciderunt, ut Hieremiam: uel occiderunt, ut Esaiam: uel lapidauerunt, ut Naboth: & Zachariam, quem interfecerunt inter templum & altare. Legamus epistolam Pauli ad Hebræos, & ex ea plenissimè discemus qui seruorum domini quanta perpessi sint. *b* ¶ *Nouissimè autem misit, etc.*] In eo quod supra legimus: Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter: patientia ostendit patrisfamilias, & frequentius miserit, ut malos colonos ad pœnitentiam prouocaret: illi autem thesaurizauerunt sibi iram in die iræ. Porrò quod iungit. Verebunt filium meum, non de ignorantia uenit. Quid enim nesciat paterfamilias, qui hoc loco deus pater intelligitur? Sed semper ambigere dicit deus, ut libera uoluntas homini reseruet. Interrogemus Arium & Eunomium: Ecce pater dicit ignorare, & sententiam temperat, & quantum in uobis est probat esse mentitus. Quicquid pro patre responderint, hoc intelligant pro filio, qui se dicit ignorare consummationis diem. *c* ¶ *Et apprehensum eum, etc.*] Et Apostolus loquitur, & extra portam Iesus crucifixus sit. Possumus & aliter intelligere, & eiectus sit extra uineam, & ibi occisus, ut susciperentibus se gentibus, alijs uinea locaret. *d* ¶ *Cũ ergo uenerit, etc.*] Interrogat eos dns, non q ignoret quid respõsuri sint, sed ut propria responsione damnentur. Locata est autem nobis uinea, & locata ea conditione, ut reddamus domino fructũ temporibus suis: & sciamus unoquoque tempore quid oporteat nos uel loqui uel facere. *e* ¶ *Dicit illis Iesus: Nunquam legistis, etc.*] Varijs parabolis diuersisq; sermõibus res eadem contexuntur. Quos eñ supra operarios & uinitores & agricolas appellarat, nunc ædificatores, id est, cemẽtarios uocat. Vnde dicit apostolus: Dei agricultura, dei ædificatio estis. Hi ergo cementarij quomodo & uinitores accipiũt uineam, sic acceperunt lapidẽ, quẽ uel in fundamentis ponant, iuxta architectũ Paulum, uel in angulo, ut duos parietes, id est populũ utrũq;, consocietqui reprobatus ab eis, factus est in caput anguli. Et hoc à domino factum est, non humanis uiribus, sed dei potentia. De hoc lapide adiutorij Petrus quoque loquitur cõfidenter: Iste lapis qui reprobatus est à uobis ædificantibus, hic factus est in caput anguli. Et Esaias: Ecce, ait, immittam in fundamenta Sion lapidem electum, preciosum, angularem, & qui crediderit in eum, non confundetur. *f* ¶ *Ideo dico uobis, quia auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius.*] Aliquotiens dixi, regnum dei, scripturas sanctas intelligi, quas dominus abstulit à Iudæis & nobis tradidit, ut faciamus fructus earũ. Ista est uinea quæ traditur agricolis & uinitoribus, in qua qui operati non fuerint, nomen tantum habẽtes scripturarũ, fructus uineæ perdituri sunt. *g* ¶ *Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem uerò ceciderit, conteret eum.*] Aliud est offendere Christum per mala opera, aliud negare. Qui peccator est, & tamẽ in illum credit, cadit quidem super lapidem & confringitur, sed non omnino conteritur: reseruatur enim per pœnitentiam ad salutem. Super quem uerò ille ceciderit: hoc est, cui lapis ipse irruerit, & qui Christum penitus negauerit, sic conteret eum, ut nec testa quidem remaneat in qua hauriatur aquæ pusillum. *h* ¶ *Et cum audissent principes sacerdotum & pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret, & quærentes eum tenere, etc.*] Quamuis duro corde essent, & propter incredulitatem & impietatem in filium dei, habentes tamen apertas propositiones negare non poterant: & intelligebant contra se omnes domini sententias dirigi. Vnde uolebant quidem eum interficere, sed timebant turbas, quia sicut & prophetam eum habebant. Semper turba mobilis est, nec in proposita uoluntate persistens, atq; in morẽ fluctuũ diuersorumq; uentorum, huc illucq; trahitur. Quem nunc quasi prophetam uenerant & colunt, postea contra eum clamanti Crucifige, crucifige talem.

Etre-

peregre profectus est. Cum aũtem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium cæciderunt, alium occiderunt, alium uerò lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissimè autẽ misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meum. Agricolæ autem uidentes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres, uenite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eum, eiecerunt extra uineam, & occiderunt. Cũm ergo uenerit dominus uineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos male perdet, & uineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: Nunquam legistis in scripturis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? Ideó dico uobis, quia auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem uerò ceciderit, cõteret eum. *f* Et cum aũdissent principes sacerdotum & pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut prophetam eum habebant.

Esa. 5.a
Psal. 79.b
Mich. 4.c
p. 220 I
B
4. Reg. 21
2. Par. 24.f
Hier. 23.c
Heb. 11
1. Cor. 3.b
1. Pet. 2.d
D
Esa. 28.d

A Caput XXII

ET respondens Iesus, dixit in parabolis eis, dicens: Simile factũ est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.] Pharisæi intelligentes de se dici parabolas, quærebant eum tenere & occidere. Hanc eorum sciens dominus uoluntatẽ nihilominus increpat sæuientes, nec timore superat, quo minus arguat peccatores. Rex iste qui fecit nuptias filio suo, deus omnipotens est. Facit aũt nuptias domino nostro Iesu Christo & ecclesiæ, quæ tam ex Iudæis q̃ ex gentibus congregata est. *b* ¶ *Et misit seruum suum uocare inuitatos ad nuptias, & nolebant uenire.*] Haud dubium quin Mosen per quem legem inuitaris dedit. Si autẽ seruos legerimus, ut plerag; habent exemplaria, ad prophetas referendum est, q̃ inuitati per eos uenire contempserint. *c* ¶ *Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis, ecce prandium meum paraui, etc.*] Serui q̃ secundo missi sunt, melius est ut prophetæ intelligantur q̃ apostoli: ita tamen si supra seruum, scriptũ fuerit. Sin autem seruos, ibidem legas: hic secundi serui, apostoli intelligendi sunt. Prandium paratum, & tauri & altilia occisa, uel per metaphoram opes regiæ describuntur, ut ex carnalibus intelligant spiritualia: uel certe dogmatum magnitudo & doctrina dei lege plenissima senturi potest. *d* ¶ *Et abierunt, alius in uillam suam, alius uerò ad negociationem suam, etc.*] Inter eos qui non recipiunt euangelij ueritatem, multa diuersitas est. Minoris enim criminis sunt qui occupati alijs rebus uenire noluerũt, his qui contempto inuitantis affectu, uerterunt humanitatem in crudelitatem, & tentos seruos regis, uel contumelijs affecerunt, uel occiderũt. In hac parabola sponsi filetur occisio, & per seruorũ mortes, contemptus ostenditur nuptiarum. *e* ¶ *Rex autẽ cum audisset, iratus est.*] De quo dictum supra fuerat: Simile factum est regnum cœlorum homini regi, quando inuitabat ad nuptias, & agebat opera clementiæ, hominis nomẽ appositum est: nunc quando ad ultionẽ uenit, homo siletur, & rex tantum dicitur. *f* ¶ *Et missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, etc.*] Exercitus seu ultores angelos, de quibus in psalmis scribit: Immissiones per angelos pessimos: seu Romanos intelligamus sub duce Vespasiano & Tito, qui occisis Iudææ populis, præuaricatricem succenderint ciuitatem. *g* ¶ *Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. etc.*] Gentilium populus non erat in uijs, sed in exitibus uiarũ. Quæritur antẽ quomodo in his qui foris erant inter malos, & boni aliqui sint reperti: Hunc locũ plenius tractat Apostolus ad Romanos, quod gentes naturaliter faciẽtes ea quæ legis sunt, condemnent Iudæos, qui scriptã legem nõ fecerint. Inter ipsos quoq; ethnicos est diuersitas infinita, cum sciamus alios esse procliues ad uitia & ruentes ad mala, alios ob honestatẽ morum uirtutibus deditos. *h* ¶ *Intrauit autem rex, ut uideret discumbentes, & uidit ibi hominem non uestitũ esse ueste nuptiali, etc.*] Hi q̃ inuitati fuerãt ad nuptias, de sepibus & angulis & plateis & diuersis locis, cœnã regis impleuerant. Sed postea quum uenisset rex ut uideret discumbẽtes in cõuiuio suo, hoc est, in sua quasi fide requiescẽtes, ut in die iudicij uisitaret cõuituas, & discerneret merita singulorũ: inuenit unum qui ueste indutus non erat nuptiali. Vnus iste, omnes qui sociati sunt malicia intelligũtur. Vestis autem nuptialis, præcepta sunt domini, & opera quæ cõplent ex lege & euangelio, nouiq; hominis efficiũt uestimentum. Si quis igitur in tẽpore iudicij inuentus fuerit sub nomine Christiano non habere uestem nuptialem: hoc est, uestem superi cœlestis hominis, sed uestem pollutam, id est, ueteris hominis exuuias: hic statim corripitur, & dicitur ei: Amice quomodo huc intrasti? Amicũ uocat quod inuitatus ad nuptias est: arguit impudentiæ quod uestem sordida, mundicias polluerit nuptiales. At ille obmutuit. In tempore enim illo non erit locus pœnitentiæ, nec negandi facultas, cum omnes angeli & mundus ipse testis sit peccatorum. *i* ¶ *Tunc dixit rex ministris: Ligatis pedibus & manibus eius mittite eum in tenebras exteriores, etc.*] Manus ligatas & pedes, fletumq; oculorum & stridorẽ dentium, uel ad comprobandam resurrectionis intellige ueritatem. Vel certe ideo liganter manus & pedes, ut male operari & currere desistãt ad effundendum sanguinem: In fletu quoq; oculorũ & stridore dentium, per metaphoram membrorũ corporalium, magnitudo ostenditur tormentorũ. *k* ¶ *Multi autem sunt uocati, pauci uerò electi.*] Omnes parabolas breui sententia cõprehendit, quod & in opere uineæ, & in ædificatione domus, & in conuiuio nuptiali, non initia, sed finis quæratur. *l* ¶ *Tunc abeuntes pharisæi, consilium inierunt, etc.*] Nuper sub Cæsare Augusto Iudæa subiecta Romanis, quando in toto orbe est celebrata descriptio, stipendiaria facta fuerat: & erat in populo magna seditio, dicentibus alijs pro securitate & quiete, quia Romani pro omnibus militarẽt debere tributa persolui: Pharisæis uerò qui sibi applaudebant de iustitia ecõtrario dicentibus, non debere populum dei qui decimas solueret, & primitiua daret: & cætera quæ in lege scripta sunt, faceret, humanis legibus subiacere: Cæsar Augustus Herodẽ filiũ Antipatris alienigenã, & proselytum

Caput XXII

ET respondens Iesus dixit iterum in parabolis eis, dicens: Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruum suum uocare inuitatos ad nuptias, & nolebant uenire. Iterum misit alios seruos, dicẽs: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt. Et ãbierunt, alius in uillam suam, alius uerò ad negociationem suam. Reliqui uerò tenuerunt seruos eius, & cõtumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum, & quoscunq; inueneritis, uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. *b* Intrauit autem rex, ut uideret discumbentes, & uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis pedibus & manibus eius mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Multi aũt sunt uocati, pauci uerò electi. *c* Tunc abeuntes pharisæi, consilium inierũt ut caperent eum in sermone: Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis

4 221 V
b 222 X
c 223 II
D

A regem Iudæis constituerat, qui tributis præesset, & Romano pareret imperio. Mittunt igitur pharisæi discipulos suos cum Herodianis, id est, militibus Herodis, seu quos illudentes pharisæi, quia Romanis tributa soluebant, Herodianos uocabãt, & non diuino cultui deditos. Quidam Latinorũ ridicule Herodianos putant, qui Herodem Christũ esse credebant, quod nusq; omnino legimus. a ¶ *Magister, scimus quia uerax es, & uiã dei in ueritate doces, & nõ est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi uidetur: Licet censum dari Cæsari, an nõ?*] Blãda & fraudulenta interrogatio, illuc prouocat respõdentẽ, ut magis deum q̃ Cæsarẽ timeat, & dicat non debere tributa solui, ut statim audiẽtes Herodiani, seditionis cõtra Romanos principem teneant. b ¶ *Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ?*] Prima uirtus est respondentis, interrogantium mentem cognoscere, & non discipulos, sed tẽtatores uocare. Hypocrita ergo appellatur, qui aliud est, & aliud simulat: id est, aliud opere agit, & aliud uoce prætendit. c ¶ *Ostendite mihi numisma census, etc.*] Sapientia semper sapienter agit, ut suis potissimum tentatores sermonibus cõfutentur. Ostendite, inquit, mihi denarium: hoc est genus nummi quod pro decem nummis imputabatur, & habebat imaginem Cæsaris. d ¶ *Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & superscriptio?*] Qui putant interrogationem saluatoris ignorantiam esse, & non dispensationẽ: discant ex præsenti locó, quod utiq; potuerit scire Iesus cuius imago esset in nummo, sed interrogat, ut ad sermonẽ eorũ cõpetenter respondeat. e ¶ *Dicũt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo.*] Cæsarem non putemus Augustum, sed Tyberium significari priuignum eius, qui in locũ successit ipsius, sub quo passus est dominus. Omnes autẽ reges Romani, à primo Caio Cæsare qui imperium arripuerat, Cæsares appellati sunt. Porrô quod ait: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, id est nummũ, tributum, & pecuniam, & quæ sunt dei deo: decimas, primitias, & oblationes ac uictimas sentiamus, quomodo & ipse reddidit tributa pro se & Petro, & deo reddidit quæ dei sunt, patris faciẽs uoluntatem. f ¶ *Et audientes, mirati sunt.*] Qui credere debuerant ad tantam sapientiam, mirati sunt, quòd calliditas eorum insidiandi non inuenisset locum. g ¶ *Et relicto eo abierunt.*] Infidelitatem cum miraculo pariter reportantes. h ¶ *In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem.*] Duæ hæreses erant in Iudæis, una Pharisæorum, altera Sadducæorum. Pharisæi traditionum & obseruationũ, quas illi Δευτερώσεις uocant, iustitiam præferebant, unde & diuisi uocabantur à populo. Sadducæi autem qui interpretantur iusti, & ipsi uendicabant sibi quod non erant: prioribus, & corporis & animæ resurrectionẽ credentibus, cõfitentibusq; & angelos & spiritũ, sequentes (iuxta Acta apostolorũ) omnia denegabant. Istæ sunt duę domus, de quibus Esaias manifestius docet, quod offensuræ sint in lapidem scandali. *Esa. 8.d*

i ¶ *Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, Moses dixit: si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater eius uxorem illius, & suscitet semen fratri suo, etc.*] Qui resurrectionẽ corporũ nõ credebãt, & animam putabãt interire cum corporib. recte istiusmodi fingunt fabulã, quæ delyramenti arguat eos qui resurrectionem asserãt mortuorũ. Potest autẽ fieri ut uerè in gente eorum aliquando hoc acciderit. k ¶ *In resurrectione ergo cuius erit de septem uxor? Omnes enim habuerunt eam.*] Turpitudinem fabulæ opponũt, ut resurrectionis denegent ueritatem. l ¶ *Respondens autem Iesus, ait illis: Erratis, nescientes scripturas neq; uirtutẽ dei.*] Propterea errant, quia scripturas nesciunt, & quia scripturas ignorant, consequenter nesciunt uirtutem dei: hoc est, Christum qui est dei uirtus & dei sapientia. m ¶ *In resurrectione enim neq; nubent neq; nubentur, etc.*] Latina consuetudo, græco idiomati non respondet. Nubere enim propriè dicuntur mulieres, & uiri uxores ducere: sed nos simpliciter dictum intelligamus, quod nubere de uiris, & nubi de uxoribus scriptum sit. Si in resurrectione non nubent, neq; nubentur, resurgent ergo corpora quæ possunt nubere & nubi. Nemo quippe dicit de lapide & arbore, & his rebus quæ non habent membra genitalia, quòd non nubant neq; nubantur, sed de his qui cum possunt nubere, tamen alia ratione non nubunt. Quod autem infertur: Sed sunt sicut angeli dei in cœlo, spiritualis repromittitur conuersatio. n ¶ *De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à deo dicente uobis? Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. Non est deus mortuorum, sed uiuentium, etc.*] Ad comprobandam resurrectionis ueritatem, multo alijs manifestioribus exemplis uti potuit, è quibus est illud: Suscitabunt mortui, & resurgent qui in sepulchris sunt. Et in alio loco: Multi dormientium de terræ puluere cõsurgent, alij in uitam, & alij in opprobriũ & cõfusionẽ æternã. Quæritur itaq; quid sibi uoluerit dñs hoc proferre testimonium, quod uidetur ambiguũ, uel non satis ad resurrectionis pertinens ueritatẽ: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, & quasi hoc plato pbauerit quẽ uolebat, statim intulerit: Nõ est deus mortuorũ, sed uiuentiũ. Cuius rei turbæ quoq; circũstantes mysteriũ cognoscen *Esa. 26.d Dan. 12.d*

A cognoscẽtes, admiratæ sunt de doctrina & responsis illius. Suprà diximus Sadducæos nec angelũ, nec spiritum, nec resurrectionẽ corporũ confitentes: animarũ quoq; interitũ prædicasse. Hi quinq; tantũ libros Mosi recipiebãt, prophetarũ uaticinia respuẽtes. Stultũ ergo erat inde proferre testimonia: cuius auctoritatẽ non sequebantur. Porrò ad æternitatẽ animarũ probandam de Mose ponit exemplum: Ego sum deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob: statumq; infert: Non est mortuorũ deus, sed uiuentiũ: ut cum probauerit animas permanere post mortẽ: neq; eã poterat fieri, ut corũ esset deus, qui nequaq; subsisterẽt: consequẽter introducerẽt & corporum resurrectio quæ cum animabus bona malaue gesserũt. Hũc locum plenius in extrema parte primæ epistolæ ad Corinthios 2.Cor.4.15 Paulus apostolus exequitur. a ¶ *Pharisæi audito, etc.*] Quod de Herode & Pontio B Pilato legimus in domini nece eos fecisse concordiã: hoc etiam nunc de pharisæis cernimus & Sadducæis, qui inter se contrarij sunt: sed ad tentandũ Iesum pari mẽte consentiunt. Qui uero iã suprà in ostensione denarij fuerãt confutati, & aduersæ partis factionẽ uiderãt subrutã, debuerãt exemplo moneri ne ultra molirentẽ insidias: sed maleuolẽtia & liuor nutrit impudentiã. Interrogat unus ex legis doctoribus non scire desiderans, sed tentãs, an interrogatus nosset quod interrogabatur, quod sit maius mandatum: nõ de mãdatis interrogãs, sed quod sit primũ magnumq; mandatũ: ut cum omnia quæ deus mãdauerit magna sint: quicquid ille responderit, occasionem habeat calumniandi: aliud asserẽs magnum esse de pluribus. Qui cumq; igitur nouit & interrogat non uoto discendi, sed studio cognoscendi, an nouerit ille qui respõsurus est: in similitudinẽ pharisæorum non quasi discipulus, sed quasi tentator accedit.

deo, dicẽte uobis: Ego sum deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob. Non est deus mortuorũ, sed uiuentiũ. Et audientes turbæ, mirabant̃ de doctrina eius. d Phãrisæi aũt audiẽtes quod silentiũ imposuisset Sadducæis, conuenerũt in unũ: & interrogauit eum unus ex eis legis doctor, tentans eũ: Magister, quod est mandatũ magnũ in lege? Ait illi Iesus: Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mẽte tua: hoc est maximũ & primum mandatũ. Secundum autem huic est simile: Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & prophetæ.

Congregatis autem pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicẽs: Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eũ dñm, dicens: Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ? f Si ergo Dauid uocat eũ dñm, quomodo filius eius est? Et nẽmo poterat ei respondere uerbũ: neq; ausus fuit quisquã ex illa die eũ amplius interrogare.

Cap. XXIII

Tunc Iesus loquutus est ad turbas & ad discipulos suos, dicens: Super cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisæi: omnia ergo quæcunque dixerint uobis, seruate & facite: secundum opera uero eorũ nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. b Alligãt aũt onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominũ, digito pro quo Melchisedec obtulerit panẽ & uinũ, & à quo decimas prædæ acceperit. c ¶ *Et nemo poterat ei respondere uerbum, neq; ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.*] Pharisæi & Sadducæi quærentes occasionem calumniæ, & uerbum aliquod inuenire quod pateret insidijs: quia in sermonibus confutati sunt: ultra nõ interrogant, sed aperuisimẽ cõprehensum, Romanæ tradũt potestati. Ex quo intelligimus uenena inuidiæ posse quidem superari, sed difficile conquiescere.

Caput XXIII

Tunc Iesus loquut. ut est ad turbas.] Quid mansuetius, quid benignius domino? Tentatur à pharisæis, constringuntur insidiæ eorum, & secundum psalmistam: Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum: *Psal. 63.b* & nihilominus propter sacerdotij & nominis dignitatem, hortatur populos ut subijciantur eis, non opera, sed doctrinam considerantes. Quod autem ait: Super cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisæi, per cathedram doctrinam legis ostendit. Ergo & illud quod dicitur in psalmo: In cathedra pestilentiæ non sedit, & cathedras uendentium columbas euertit: doctrinam debemus accipere. e ¶ *Alligant autem onera grauia & importabilia, etc.*] Hoc generaliter aduersus omnes magistros qui grauia iubent, & minora non faciunt. Notandum aũt quod & humeri & digitus & onera & uincula quibus alligantur onera, spiritualiter intelligẽda sunt.

Congregatis autem pharisæis.] Qui ad tentandũ Iesum fuerant congregati, & ueritatem fraudulenta interrogatione capere nitebantur: occasionem prębuerunt confutationis suę. Interrogãturq; de Christo cuius filius sit. Interrogatio Iesu nobis proficit usq; hodie cõtra Iudæos. Et hi enim qui confitentẽ Christũ esse uenturũ, hominẽ simplicẽ & sanctũ uirũ asserũt de genere Dauid. Interrogemus ergo eos docti à domino: si simplex homo est, & filius tã

A d ¶ *Omnia uero opera faciunt.*] Quicunq; igitur ita facit quodlibet, ut uideatur ab hominibus, scriba & pharisæus est. b ¶ *Dilatant enim phylacteria.*] Væ uobis miseris, ad quos pharisæorum uitia transierunt. Dominus cum dedisset mandata legis per Moysen, ad extremum intulit: Ligabis ea in

c 229 manu tua, & erũt immota ante oculos tuos. Et est sensus: Præ-
11 cepta mea sint in manu tua, ut opere compleantur: sint ante ocu-
d 230 los tuos, ut die ac nocte mediteris in eis. Hoc pharisæi male in-
X terpretãtes, scribebãt in membranis decalogũ Mosi, id est decem
c 231 uerba legis: cõplicantes ea, & ligãtes in frõte, & quasi coronã ca-
V piti facientes: ut semper ante oculos morerentur quod usq; hodie Indi & Persæ & Babylonij faciũt: & qui hoc habuerit, quasi religiosus in populis
g 233 iudicat. Iusserat quo-
X que aliud Moses, ut
Num. 15.d in quatuor angulis palliorum hyacinthinas fimbrias facerẽt: ad Israelis populũ di-
B noscendũ: ut quõ in corporibus circũcisio signũ Iudaicæ gentis daret: ita & uestis haberet aliquã differentiã. Superstitiosi magistri captãtes auram popularem, atq; ex mulierculis sectantes lucra, faciebant grandes fimbrias: & acutissimas in eis spinas ligabant: ut uide licet ambulantes & sedẽtes interdũ pungerent: & quasi hac admonitione retraherent ad officia dñi & ministeria seruitutis eius. Quia ergo dixerat dñs: omnia opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus: quod generaliter accusarat, nunc per partes diuidit. Pictaciola illa decalogi, phylacteria uocabãt: quod quicunq; habuisset ea, quasi ob custodiam & munimentũ sui haberet: non intelligentibus pharisæis quod hæc in corde portanda sint, non in corpore: alioquin & armaria & arcæ habent libros, & notitiã dei nõ habent. Hoc apud nos superstitiosæ mulierculæ, in paruulis euãgelijs & in crucis ligno, & istiusmodi rebus, quæ habẽt quidẽ zelum dei, sed non iuxta scientiã, usq; hodie facũtant: culicem liquantes, & camelum glutientes. Istiusmodi erat fimbria parua & breuis ex lege præcepta: quã & mulier illa quæ sanguine fluebat, tetigit in pallio dñi: sed nõ est cõpuncta superstitiosis sentibus pharisæorũ, magisq; sanata ad tactũ eius. Cũq; superfluè dilatent phylacteria, & magnas faciant fimbrias, gloriã captãtes ab hominibus: arguunt in reliquis, cur quærãt primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & in publico gulam sectentur & gloriã, & uocẽtur ab hominibus rabbi, quod Latino sermone magister dicitur. Denicq; C
sequitur: c ¶ *Vos autem nolite.*] Nec magister, nec pater uocandus est alius: nisi deus pater, & dominus noster Iesus Christus. Pater, quia ex ipso sunt omnia. Magister: quia per ipsum omnia: uel quoniã per dispensationẽ carnis eius oẽs reconciliati sumus deo. Quæritur quare aduersum hoc præceptũ, doctorẽ gẽtium Apostolus se esse dixerit: aut quomodo uulgato sermone, maxime in Palæstina & Aegypti monasteriis se inuicem patres uocent. Quod sic soluit: Aliud esse natura patrẽ uel magistrũ: aliud indulgẽtia. Nos si hominẽ patrẽ uocamus, honorẽ ætati deferimus: nõ autorem nostræ ostẽdimus uitæ. Magister quoq; dicitur ex cõsortio ueri magistri. Et ne infinita replicẽ: quomodo unus p naturã deus, & unus filius nõ prætudicat alijs, ut ab D
usiue appellentur patres & magistri. d
¶ *Væ autem uobis.*] Habentes scribæ & pharisæi legis prophetarumq; notitiã: sciunt Christũ esse filiũ dei, non ignorãt natũ esse de uirgine: sed dũ præ dam de subiecta sibi plebe appetũt: nec ipsi introeũt regna cœlorum, nec eos qui poterant intrare permittũt. Hoc est quod in Osee propheta arguit: Absconderũt sacerdotes uiam, interfecerunt Sicimã. Et rursum: Sacerdotes non dixerũt, ubi est dominus. Vel certe omnis magister qui scandalizat malis operib. discipulos suos, claudit ante eos regnũ cœlorũ. e ¶ *Væ uobis.*] Non eo studio seruamus quæsita quo quærimus. Scribæ & pharisæi totum lustrantes orbem, propter negociationes uel diuersa lucra tam à discipulis captanda, quàm per imaginem sanctitatis, studij habebant de gentibus facere proselytum, id est aduenam, & incircuncisum miscere populo dei. Sed qui ante dum esset ethnicus simpliciter errabat, & erat semel filius gehennæ, utdens magistrorum uitia, & intelligens destruere eos opere, quod uerbis docebãt, reuertit ad uomitũ suum: & gentilis factus quasi præuaricator pœna maiori dignus erit. Filius aũt uocat gehennæ, quomodo filius perditionis & filius huius seculi. Vnusquisq; enim cuius opera agit, eius filius appellat. f ¶ *Væ uobis duces.*] Suprà ut nobis uisum est exposuimus qd significaret traditio pharisæorũ, dicentiũ: donũ quodcunq; est ex me, tibi proderit: nũc duplex & ad unã auaritiæ occasionẽ trahens pharisæorum, nec eos qui poterant intrare permittũt. Hoc est quod in Osee propheta arguit: Absconderũt sacerdotes uiam, interfecerunt Sicimã. Et rursum: Sacerdotes non dixerũt, ubi est dominus. Vel certe omnis magister qui scandalizat malis operib. discipulos suos, claudit ante eos regnũ cœlorũ. e ¶ *Væ uobis.*] Non eo studio seruamus quæsita quo quærimus. Scribæ & pharisæi totum lustrantes orbem, propter negociationes uel diuersa lucra tam à discipulis captanda, quàm per imaginem sanctitatis, studij habebant de gentibus facere proselytum, id est aduenam, & incircuncisum miscere populo dei. Sed qui ante dum esset ethnicus simpliciter errabat, & erat semel filius gehennæ, utdens magistrorum uitia, & intelligens destruere eos opere, quod uerbis docebãt, reuertit ad uomitũ suum: & gentilis factus quasi præuaricator pœna maiori dignus erit. Filius aũt uocat gehennæ, quomodo filius perditionis & filius huius seculi. Vnusquisq; enim cuius opera agit, eius filius appellat. f ¶ *Væ uobis duces.*] Suprà ut nobis uisum est exposuimus qd significaret traditio pharisæorũ, dicentiũ: donũ quodcunq; est ex me, tibi proderit: nũc duplex & ad unã auaritiæ occasionẽ trahens pharisæo-

2.Cor.5.d Col.1.c

Osee 6.d Ibid.4.c

A pharisæorum traditio condemnatur: ut arguãtur cuncta pro lucro facere, & non pro timore dei. Sicut enim in phylacterijs & fimbrijs dilatatis opinio sanctitatis captabat gloriam, & per occasionem gloriæ quærebat lucra: sic alia traditionis inuẽta stropha, impietatis arguit præceptores. Si quis in contentione seu in aliquo iurgio, uel in causa ambiguo iurasset in templo, & postea conuictus esset mendacij, non tenebatur criminis reus. Sin autem iurasset in auro & pecunia, quæ in templo sacerdotibus offerebatur, statim id in quo iurauerat cogebatur exoluere. Rursum: si quis iurasset in altari, periurij reũ nemo retinebat. Sin autem periurasset in oblationibus: hoc est in hostijs, in uictimis & in similia, & cæteris quæ offeruntur deo super altare: hæc studiosissimè repetebãtur. Arguit ergo eos dominus & stultitiæ & fraudulẽtiæ, quod maius sit templum quàm aurum,
B quod sanctificatur à templo, & altare quàm hostiæ, quæ sanctificant ab altari. Totum autem faciebant, non ob dei timorem, sed ob diuitiarum cupiditatem. d ¶ *Væ uobis.*] Multa in lege præcepta sunt, quæ typos præferant futurorũ. Alia
Psal.18.b uero aperta sunt iuxta psalmistam dicentem: Mandatum domini lucidum illuminans oculos: quæ statim opera desiderant. Verbi gratia: Non adulterabis, non furtum facies, non testimonium falsum dices, &c. Pharisæi autem, quia præceperat dominus, interim ut intellectus mysticos dimittamus, propter alimoniam sacerdotum & leuitarum, quorum pars erat dominus: omnium rerum offerri in templo decimas: hoc unum habebant studij: ut quæ iussa fuerant, comportarentur: cætera quæ erant maiora, utrum quis faceret, an nõ, parui pendebãt. Ex hoc itaq; capitulo arguit eos auaritiæ, quod studiosè etiam uilium holerum decimas exigãt: & iudicium in disceptatione negociorum, misericordiam q; in pauperes, pupillos & uiduas, & fidẽ in deũ, quæ magna sunt, prætermittant. b ¶ *Duces cæci.*] Camelum puto esse secundũ sensum præsentis loci, & magnitudinem præceptorum, iudicium, & misericordiã, & fidem. Culicem autem decimas menthæ, anethi, & cymini, & reliquorum uilium holerum. Hæc contra præceptum dei, quæ magna sunt deuoramus atq; negligimus, & opinionem religionis in paruis quæ lucrũ habent, diligentiã demonstramus. c ¶ *Væ uobis scribæ.*] Diuersis uerbis eodẽ sensu quo suprà arguit pharisæos simulationis atq; mendacij, quod aliud ostendant hominibus foris, aliud domi agant. Non quod in calice & paropside eorũ superstitio moraretur, sed q; foris hominibus ostenderent sanctitatẽ, in habitu, in sermone, throno dei, & in eo qui sedet super eũ. b Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia decimatis menthã & anethũ & cyminũ, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudiciũ, & misericordiã, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa nõ omittere. i Dũces cæci, excolantes culicẽ, camelũ aũt gluti
ẽtes. k Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qa mundatis quod deforis est calicis & paropsidis: intus aũt pleni estis rapina & immunditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis: ut fiat & id quod deforis est mundum. l Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorũ, & omni spurcitia. Sic & uos à foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. m Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ: quia ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorũ, & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorũ, non fuissemus socij eorum in sanguine prophetarũ. Itaq; testimonio estis uobismetipsis: quia filij estis eorum qui prophetas occiderũt. n Et uos implete mensurã patrum uestrorũ. Serpẽtes, genimina uiperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? o Ideò ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis: & ex eis flagellabitis in synagogis in phylacterijs, in fimbrijs, in orationũ longitudine, & cæteris huiusmodi: intrinsecus aũt essent uitiorũ sordibus pleni. d ¶ *Væ uobis.*] Quod in calice & paropsi de demõstrarat, eo quòd foris loti essent, & intrinsecus sordidi: hoc nunc per exemplum sepulchrorũ replicat: quod quomodo sepulchra forinsecus lita sunt calce, & ornata marmoribus & auro coloribusq; distincta: intus autẽ plena sunt ossib. mortuorũ: sic & peruersi magistri, qui alia dõcẽt, & alia faciũt, mundiciã habitu uestis, & uerborũ humilitate demonstrãt: intus autẽ pleni sunt omni spurcitia, auaritia, & libidine. Deniq; manifestius hoc ipsum exprimit, inferẽs: Sic & uos à foris quidẽ pareus hominib. iusti, intus autẽ pleni estis hypocrisi & iniqtate. e ¶ *Væ uobis.*] Prudẽtissimo syllogismo coarguit eos filios esse homicidarũ: dũ ipsi opinione bonitatis & gloriæ in populos, sepulchra ædificant prophetarum, quos maiores eorũ interfecerũt, & dicũt: Si fuissemus tẽpore illo, nõ fecissemus ea quæ fecerunt patres nostri. Hoc aũt etiam si sermone non dicant, opere loquũtur: eo quod ambitiosè & magnificè ædificẽt memorias occisorum, quos à patribus suis esse iugulatos nõ negãt. f ¶ *Et uos implete.*] Probato superioribus dictis quod si lij essent homicidarum, & eorum qui prophetas occidissent: nunc concludit quod uoluerat, & quasi extremam syllogismi partem ponit. Et uos implete mensurã patrum uestrorum. Quod illis defuit, uos adimplete. Illi interfecerunt seruos, uos dominum crucifigite. Illi prophetas, uos eum qui à prophetis prædicatus eſt.
g ¶ *Serpentes, genimina uiperarum.*] Hoc ipsum & Ioannes Baptista dixerat. Sicut ergo de uiperis nascuntur uiperæ, sic de homicidis patribus, uos, inquit, nati estis homicidæ. h ¶ *Ideo ecce.*] Hoc quod antea dixeramus, implete mensurã patrum uestrorũ: ad personam domini pertinere, eo quod occidendus esset ab eis: potest & ad discipulos eius referri, de quib. nũc dicit: Ecce ego mitto ad uos prophetas & sapiẽtes & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatẽ: ut implea
tis mensurã patrũ uestrorũ. Simulq; obserua iuxta Apostolũ scribentẽ ad Corinthios, uaria esse dona discipulorũ Christi. Alios prophetas, qui uentura prædicẽt: alios sapientes, qui nouerunt quando debeant proferre sermonem: alios scribas in lege doctissimos, ex quibus lapidarus est Stephanus, Paulus occisus, crucifixus Petrus, flagellati in Actibus apostolorum discipuli, & persecuti sunt eos de ciuitate in ciuitatẽ: expellentes de Iudæa, ut ad gentium populum transmigrarent.

Luc.3.b

1.Cor.7.b

¶ Vt

Universidad de Deusto Biblioteca

A a ¶ *Vt ueniat super uos.*] De Abel nulla est ambiguitas, quin is sit quē Cain frater eius occiderit. Iustus aūt non
Gen.4.a solum ex dñi nunc sententia, sed ex Geneſis testimonio cōprobatur: ubi accepta eius à deo narrantur munera.
Quæritur quis sit iste Zacharias filius Barachię: quia multos legimus Zacharias. Et ne libera nobis tribueret erroris facultas, additum est: quē occidistis inter templū & altare. In diuersis diuersa legi, & debeo singulo-
p 241 V rū opiniones ponere. Alij Zachariā filiū Barachiæ dicunt, qui in duodecim prophetis undecimus est: patrisq; in eo nomē cōsentiat: sed ubi occisus sit inter templū & altare, scriptura nō loquit: maxime cū tem-
d 242 II poribus eius uix ruinæ tēpli fuerint. Alij Zachariā patrē Ioannis intelligi uolūt: ex quibusdam apocry-
b 243 II phorum sōmnijs approbātes, q̄ propter ea occisus sit, quia saluatoris prędicarit aduentū. Hoc quia de scripturis non habet
B autoritatē, eadē facilitate contēnitur, qua probatur. Alij iustū uolunt esse Zachariam, qui occisus est à Ioas rege Iudæ
2.Par.24.c inter templū & altare, sicut Regum narrat historia. Sed obseruandum, quod ille Zacharias non sit filius Barachiæ, sed filius Ioiadæ sacerdotis. Vnde & scriptura refert: Non fuit recordatus Ioas patris eius Ioiadæ, quia sibi fecisset bona. Cum ergo & Zachariā teneamus, & occisionis consentiat locus: quærimus quare Barachiæ dicatur filius, & nō Ioiadæ? Barachia lingua nostra, benedictus domini dicitur, & sacerdotis Ioiadæ iustitia, Hebræo nomine demōstratur. In euangelio quo utuntur Nazareni, pro filio Barachiæ, filium Ioiadæ reperimus scriptum. Simpliciores fratres inter ruinas templi & altaris: siue in portarū exitibus, quæ Siloam ducunt, rubra saxa monstrantes, Zachariæ sanguine putāt esse polluta. Non condemnamus errorem, qui de odio Iudæorum, & fidei pietate descendit. Dicamus breuiter quare sanguis Abel iusti usq; ad Zachariam filium Barachiæ ab illa generatione requiratur, cum neutrū eorum occiderit. Regula scripturarū est, duas generationes bonorum & malorū nosse, hoc est, singulorum singu-
Psal.23.a las. De bonis sumamus exempla: Quis ascendet in montē dñi? aut quis requiescet in monte sancto eius? cumq; plures qui ascensuri sunt in montē domini descripsisset, qui diuersis fuere ętatibus, postea infert: Hęc est generatio quærentiū dominum, quærētium faciem
Psal.111.a dei Iacob. Et in alio loco de omnibus sanctis: Generatio iustorū benedicet. De malis uero ut in præsenti loco: Generatio uiperarū. Et: Requirentur omnia à generatione ista. Et in Ezechiel cū peccata terræ describisset, sermo propheticus adiecit: Si Noe, & Iob, & Daniel
Ezec.24.c ibi fuerint inuenti, non dimittam peccata terrę illi: Omnes iustos qui similes forēt uirtutibus eorum, per Noe & Iob & Daniel, uolens intelligi. Ergo & isti qui similia C
Cain & Ioas cōtra apostolos gesserint, de una generatione esse referunt. b ¶ *Hierusalem, Hierusalem.*] Hierusalē, nō saxa & ædificia ciuitatis, sed habitatores uocat, quā patris plangit affectu: sicut & in alio loco legimus, q̄ uidens eā fleuerit. In eo aūt quod dicit: quoties uolui cōgregare filios tuos: oēs retro prophetas à se missos esse testat. Gallinæ quoq; similitudinē congregantis sub alas pullos suos, in canuco Deuteronomij legimus: Sicut aquila protegit nidū suum, & super pullos suos desiderauit: expandens alas suas suscepit eos: & tulit super pennas suas. c ¶ *Ecce relinquetur.*] Hoc ipsum ex persona Hieremiæ iam ante dixerat: Reliqui domum meā: dimisi hæreditatem meā: facta est mihi hęreditas mea quasi spelunca hyenæ. Deferā Iudęorū domū, id est templum illud quod fulgebat augustius, oculis cōprobamus: quia habitatorē D
Christum perdidit, & hæreditatem prærupere gestiens, occidit hæredem. d ¶ *Dico enim uobis.*] Ad Hierusalem loquitur, & ad populum Iudæorū. Verisculum autem istum, quo & paruuli atq; lactentes in ingressu Hierusalem domini saluatoris usi sunt, quando dixerunt: Benedictus qui uenit in nomine domini, osanna in excelsis: sumpsit de centesimo decimoseptimo psalmo: qui manifeste de aduentu domini scriptus est. Et quod dicit, hoc uult intelligi: Nisi pœnitentiam egeritis, & confessi fueritis ipsum me esse, de quo prophetæ cecinerunt, filium omnipotētis patris: meam faciem non uidebitis. Habent Iudæi datum sibi tempus pœnitentiæ: confiteantur benedictum qui uenit in nomine domini, & Christi ora conspicient.

gogis uestris, et persequemini de ciuitate in ciuitatem: ut
ueniāt super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super terrā, à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachię, quem occidistis inter templū & altare.
Amen dico uobis: uenient hæc omnia super generationem istam. f Hierūsalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodū gallina cōgregat pullos suos sub alas, & noluisti? Eccē relinquetur uobis domus uestra deserta. Dicō enim uobis: non me uidebitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini.

Cap. XXIIII

Luc.19.f

Hier.12.d

Caput XXIIII

E T egrēssus Iesus de templo ibat: & accesserunt discipuli eius, ut ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens, dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico uobis: nō relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. b Sedentē autem eo super montem oliueti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes: Dic nobis quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi? Et respondens Iesus dixit eis: Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: & multos seducent

E T egressus Iesus.] Iuxta historiam manifestus est sensus. Recedente autem domino de templo: omnia legis ædificia, & compositio mandatorum ita destructa est, ut nihil à Iudæis possit impleri, & capite sublato, uniuersa inter se membra compugnent. f ¶ *Sedente aūt.*] Sedit in monte oliueti, ubi uerū lumen scientiæ nascebatur, & accedūt ad eum discipuli secreto: qui mysteria, & futurorum reuelationem nosse cupiebant: & interrogant tria: Quo tempore Hierusalem destruenda sit: quo uenturus Christus: quo consummatio seculi futura sit. g ¶ *Multi enim uenient.*] Quorum unus est
Act.8.b Simon Samaritanus, quem in Actibus apostolorū legimus: qui se magnam dicebat esse dei uirtutem: hæc quoq; inter cætera in suis uoluminib. scripta dimittēs: Ego sum sermo dei, ego sum speciosus, ego paracletus, ego omnipotens, ego omnia dei. Sed & Ioānes apostolus in epistola sua loquitur: Audistis, quia antichristus
1.Ioan.2.a uenturus est: nunc aūt antichristi multi sunt. Ego reor omnes

A omnes hæresiarchas, antichristos esse, & sub nomine Christi ea docere quæ contraria sunt Christo. Nec mirum si aliquos ab his uideamus seduci, cum dominus dixerit: Et multos seducent. a ¶ *Audituri enim estis prælia & opiniones prœliorum, uidete ne turbemini. Oportet enim hæc fieri: sed nondum est finis, &c.*] Cum hęc igitur fieri uidemus, non putemus diem instare iudicij: sed in tempus aliud reseruari, cuius signum perspicue in consequentibus ponit. b ¶ *Consurget enim gens contra gentem, & regnū cōtra regnum: & erunt pestilentiæ & fames & terræ motus per loca. Hæc autem omnia initia sunt dolorum.*] Non ambigo & hæc quidem iuxta literā futura quæ scripta sunt: sed mihi uidetur regnū contra regnum, & pestilentia eorum quorum sermo serpit ut cancer, & fames audiēdi uerbum dei, & commotio uniuersæ terræ, & à uera fide separatio, in hæreticis magis intelligi: qui cōtra se in-
B uicem dimicantes, ecclesiæ uictoriam faciunt. Quod autem dixit: Hæc autem omnia initia sunt dolorum: melius transfertur parturitionū: ut quasi cōceptus quidā aduētus antichristi, non partus intelligatur. c ¶ *Tunc tradent uos.*] Per apostolos omnium credentium persona signatur: non quo eo tempore apostoli in corpore reperiendi sint.
d ¶ *Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.*] Non omnium negauit fidem, sed multorū. Multi enim uocati, pauci uero electi. Nam in apostolis & similibus eorum permansura est charitas: de qua scri-
Cant.8.c ptum est: Aquæ multæ non poterunt extinguere chari-
Rom.8.g tatem. Et ipse Paulus: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia? an fames? & reliqua.
e ¶ *Et prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe.*] Signum dominici aduentus, est euangelium in toto orbe prædicari: ut nullus sit excusabilis: quod aut iam completum, aut in breui cernimus esse complendum. Non enim puto aliquā remansisse gentem, quæ Christi nomen ignoret. Et quanquā nō habuerit prædicatorē: tamen ex uicinis nationibus, opinionē fidei nō potest ignorare. f ¶ *Cum ergo uideritis abominationē desolationis.*] Quando ad intelligentiā prouocamur, mysticū monstratur esse quod dictū est. Legimus aūt in Daniele hoc
Dan.9.g modo: Et in dimidio hebdomadis auferetur sacrificiū & libamina: & in templo abominatio desolationū erit
2.Thes.2.a usq; ad consummationē temporis, & consummatio dabitur super solitudinē. De hoc & Apostolus loquitur: q̄ homo iniquitatis & aduersarius eleuandus sit contra omne quod dicitur deus & colitur: ita ut audeat sare in templo dei, & ostendere quod ipse sit deus: cuius aduentus secundum operationem satanę destruat eos,

seducent. Audituri enim estis prælia & opiniones prœliorum: uidete ne turbemini. Oportet enim hæc fieri: sed nondum est finis. Cōsurget enim gēs contra gentem, & regnum contra regnum: & erunt pestilentiæ, & fames, & terræ motus per loca. Hæc autem omnia initia sunt dolorum. c Tunc tradent uos in tribulationem, & occident uos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. d Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophetæ surgent & seducent multos: & quōniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui aūt perseuerauerit usq; in finē, hic saluus erit. e Et prædicabitur hoc euāgeliū regni in uniuerso orbe in testimoniū omnibus gentibus: & tūc ueniet consummatio. f Cū ergō uideritis abominationē desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta stantē in loco sancto: qui legit, intelligat. g Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes: & qui in tecto, nō descēdat tollere aliquid de domo sua, & qui in agro, non reuertat tollere tunicā suam. h Væ aūt prægnantibus & nutrientib. in illis diebus. i Oratē aūt ut nō fiat fuga uestra hyeme uel sabbato. k Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usq; modo, neq; fiet. l Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret
C salua omnis caro: sed propter electos breuiabunt dies illi. Tunc

& ad dei solitudinē redigat, qui se susceperint. Potest autem simpliciter aut de antichristo accipi, aut de imagine Cæsaris, quam Pilatus posuit in templo: aut de Hadriani equestri statua, quæ in ipso sancto sanctorum loco usq; in præsentem diem stetit. Abominatio quoq; secundum ueterē scripturam, idolū nuncupat, & idcirco additur desolationis: q̄ in desolato templo atq; destructo idolum positum sit. g ¶ *Tunc hi qui in Iudæa sunt, fugiāt ad montes.*] Abomina- c 244
tio desolationis intel 1
ligi potest, & omne
dogma peruersum: d 245
quod cū uiderimus X
stare in loco sancto,
hoc est, in ecclesia, &
se ostendere deū: de-
bemus fugere de Iu- e 246
dæa ad montes: hoc VI
est, dimissa occidente
litera & Iudaica pra- f 247
uitate, appropinqua VI
re montibus æternis:
de quibus illuminat
mirabiliter deus: & g 248
esse in tecto & in do- II
mate, quo nō possint
ignita diaboli iacula h 249
peruenire: nec descen II
dere & tollere aliqd i 250
de domo cōuersatio VI
nis pristinæ: nec quæ D
rere quæ retrorsum k 251
sunt: sed magis serere II
in agro spirituali l 252
scripturarum, ut fru- II
ctus capiamus ex eo. Nec tollere alterā tunicam, quam apostoli habere prohibent. De hoc loco, id est de abominatione desolatiōis, quæ dicta est à Daniele prophe
ta, stante in loco sancto: multa Porphyrius tertiodecimo operis sui uolumine contra nos blasphemauit: cui Eusebius Cæsariensis episcopus tribus respondit uoluminibus, decimooctauo, decimonono, & uicesimo. Apollinaris quoq; scripsit plenissimè: superfluęq; conatus est uno capitulo uelle disserere, de quo tātis uersuū milibus disputatum est. h ¶ *Væ autem prægnantibus.*] Væ illis animabus, quæ non in perfectum uirū sua genimina perduxerunt, sed initia habent fidei, ut enutritione indigeant magistrorū. Hoc quoq; dici potest, q̄d in persecutione antichristi, seu Romanæ captiuitatis, prægnantes & nutrientes uteri, & filiorū sarcina prægrauati, expeditā fugā habere non quiuerint. i ¶ *Orate aūt ut non fiat fuga uestra.*] Si de captiuitate Hierusalem uoluerimus accipere, quando à Tito & Vespasiano capta est: orare debent, ne fuga eorum hyeme uel sabbato fiat: quia in altero duricia frigoris prohibet ad solitudines pergere, & in montibus desertisq; latitare: in altero aut transgressio legis est, si fugere uoluerint: aut mors imminens, si remanserint. Si autem de consummatione mundi intelligitur: hoc præcipit, ut non refrigescat fides nostra & in Christum charitas, neq; ut ocio si in opere dei torpeamus uirtutum sabbato. k ¶ *Et nisi abbreuiati fuissent dies.*] Abbreuiatos dies nō secundū delyramenta quorundā, qui putant temporū mōēta mutari: nec recordantur illius scripti: Ordinatione tua

permanet

permanet dies: sed iuxta temporum qualitatem sentire debemus: id est, abbreuiatos nō mensura, sed numero:
Psal. 118.m ut quomodo in benedictione dicitur: Longitudine dierum replebo eum: sic & nūc abbreuiati dies intelligantur: ne temporum mora, fides concutiatur credētium.

a ¶ *Tunc si quis uobis dixerit: ecce hic Christus aut illic, nolite credere.*]
m 253 II Multi captuitatis Iudaicæ tempore prinO 254 cipes uoluere, q Christos esse se dicerēt: intV tantū ut obsidētibus
p 256 Romanis, tres intus V fuerint factiones. Sed
q 257 melius de cōsummaV tione mūdi intelligit.
r 258 II

m Tunc si quis uobis dixerit: ecce hic Christus aut illic: nolite credere. n Surgent enim pseudochristi, & pseudo prophetæ, & dabunt signa magna & prodigia: ita ut in errorem inducātur, si fieri potest, etiam electi. Ecce prædixi uobis. o Si ergō dixerint uobis: ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. p Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret usq; in occidentem: ita & aduentus filij hominis. q Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. r Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna nō dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorum cōmouebuntur, & tunc parebit signum filij hominis in cœlo. s Et tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cœli cum uirtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & uoce magna, et congregabunt electos suos à quatuor uentis, à summis cœlorum usq; ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit & folia nata: scitis quia prope est æstas. Ita & uos cum uideritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico uobis: quia non præteribit generatio hæc, donec omnia ista fiant. Cœlum & terra transibunt: uerba autem mea non præteribunt. t De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli cœlorum

b ¶ *Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa et prodigia.*] Triplicīter, ut antè iam dixi, locus
s 259 hic differēdus est: aut II de tempore obsidionis Romanæ, aut de cōsummatione mundi: aut de hæreticorū contra ecclesiam pugna, & istiusmodi antichristis, qui sub optione falsæ scientiæ contra Christum dimicant. c ¶ *Si ergo dixerint uobis, ecce in deserto, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.*] Si quis promiserit uobis quod in de-
t 260 serto gentium & phiVI losophorum dogma

te Christus moretur: aut in hæreticorum penetralibus, qui dei pollicentur arcana, nolite exire, nolite credere: siue quia persecutionis & angustiarū tempore semper pseudoprophetæ decipiendi inueniunt locum: si quis sub nomine Christi se iactare uoluerit, non statim accō modetis fidem. d ¶ *Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret usq; in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis.*] Nolite exire, nolite credere, quod filius uel in deserto gētium sit, uel in penetralibus hæreticorum: sed quod ab oriente usque in occidentem fides eius in catholicis ecclesiis fulgeat. Hoc quoque dicendum, quod secundus salutoris aduentus non in humilitate ut prius, sed in gloria demonstrandus sit. Stultum est itaque eum in paruo loco uel abscondito quærere, qui totius mundi lumen sit. e ¶ *Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ, etc.*] De exemplo naturali, quod quotidie cernimus, Christi instruimur sacramento. Aquilæ & uultures etiam trans maria dicuntur sentire cadauera, & ad escam hutuscemodi congregari. Si ergo irrationabiles uolucres naturali sensu tantis terrarum spacijs, & maris fluctibus separatæ, paruum cadauer sentiunt ubi iacet: quanto magis nos, & omnis multitudo credentium debet festinare ad eum, cuius fulgur exit ab oriente, & paret usq; ad occidentem? Possumus aūt corpus, id est, σῶμα: quod significantius Latinè dicitur cadauer, ab eo quod per mortem cadat, passionem Christi intelligere, ad quam prouocamur: ut ubicunq; in scripturis legitur, cōgregemur, & per illā uenire possimus
Psal. 21.d ad uerbum dei: ut est illud: Foderūt manus meas & pedes meos. Et in Esaia: Sicut ouis ad uictimam ductus: et
C Esa. 53.c cætera his similia. Aquilæ autē appellantur sancti, quibus innouata est iuuentus ut aquilæ, & qui iuxta Esaiā plumescunt, & assumunt alas, ut ad Christi ueniāt passionem. f ¶ *Statim tamen post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur.*] Sol & luna obscurabunt, & non dabunt lumen suum: & cætera astra cadent de cœlo: uirtutes q; cœlorum commouebuntur, non diminutione luminis:
Esa. 30.f alioquin legimus solem septuplū habiturū luminis: sed ut ad comparationē ueræ lucis omnia uisui tenebrosa sint. Si itaq; iste sol qui nunc per totum orbem rutilat, & luna quæ secundū est luminare, & stellæ quæ ad solatium noctis accensæ sunt omnesq; uirtutes, quas angelorum multitudines intelligimus, in aduentu Christi in tenebras reputabūtur: decutiat supercilium eorum qui se sanctos arbitrantes, præsentiam iudicis non formidant. g ¶ *Et tunc parebit signum filij hominis in cœlo.*] Signum
D hic, aut crucis intelligamus: ut uideant, iuxta Zachariam &
Zach. 12.d Ioannem, Iudæi quem compunxerunt: aut uexillum
Ioan. 19.b uictoriæ triumphantis. h ¶ *Et tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebunt filium hominis.*] Plangent hi qui municipatum non habuere in cœlis, sed scripti sunt in terra.
i *Et mittet angelos suos cum tuba & uoce magna, & congregabunt electos suos.*] De hac tuba & Apostolus loquitur, & in Apocalypsi Ioannis legimus, & in ueteri testamento, tubæ ductiles ex auro, & ære argentoq; fieri præcipiuntur: ut sublimia doctrinārum resonent sacramenta.
1.Cor. 15.f 1.Thes. 4.d Apoc. 8.d Num. 10.d
k ¶ *Ab arbore autem fici discite parabolam, cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata.*] Sub exēplo arboris, docuit consummationis aduentum. Quomodo, inquit, quando teneres fuerint in arbore ficus cauliculi, & gēma erumpit in florem, cortexq; in folia parturit, intelligitis æstatis aduentum, & fauonij ac ueris introitum: Ita cum hæc omnia quæ scripta sunt, uideritis: nolite putare iā adesse consummationem mundi, sed quasi procœmia & præcursores quosdā uenire: ut ostendant quod prope sit & in ianuis. l ¶ *Amen dico uobis, quia non præteribit generatio hæc.*] Suprà diximus generationes bonorum & econtrario malorum esse singulas. Igitur aut omne genus hominum significat, aut specialiter Iudæorum.
m ¶ *Cœlum & terra transibunt.*] Cœlum & terra transibunt immutatione, non abolitione sui: alioquin quomodo sol obscurabitur, & luna non dabit lumē suum, & stellæ cadent: si cœlum in quo ista sunt, terraq; non fuerit. n ¶ *De die autem illa & hora nemo scit quæ, etc.*] In quibusdam Latinis codicibus additum est, neq; filius: cum in Græcis, & maxime Adamātij & Pierij exemplaribus

A ribus hoc non habeatur asscriptum: sed quia in nonnullis legitur, disserendum uidetur. Gaudet Arius & Eunomius: quasi ignorantia magistri, gloria discipulorum sit, & dicunt: Non potest æqualis esse qui nouit & qui ignorat. Contra quos breuiter ista dicenda sunt: cum omnia tempora fecerit Iesus, hoc est, uerbum dei: Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil: In omnibus autem temporibus, etiam dies iudicij sit: qua consequentia potest eius ignorare partem, cuius totum nouerit? Hoc quoq; dicendum est: Quid est maius, noticia patris: an iudicij? Si maius nouit, quomodo ignorat quod minus est? Scriptū legimus:
Luc. 10.c Omnia quæ patris sunt, mihi tradita sunt. Si omnia patris filij sunt, qua ratione unius sibi diei noticiā reseruauit, & noluit eam cōmunicare cū filio? Sed & hoc inferendum: Si nouissimum diem temporum ignorat, ignorat
B & penultimum & retrorsum omnes. Non enim potest fieri: ut qui primum ignorat, sciat quid secundum sit. Igitur quia probamus non ignorare filium consummationis diem, causa reddenda est cur
Col. 2.d ignorare dicatur. Apostolus super saluatore scribit: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Sunt ergo omnes thesauri in Christo sapientiæ & scientiæ: sed absconditi sunt. Quare absconditi sunt?
Act. 1.d Post resurrectionem interrogatus ab apostolis, de die manifestius respondit. Non est uestrum scire tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Quando dicit, non est uestrum scire, ostendit quod ipse sciat: sed non expediat nosse apostolis: ut semper incerti de aduentu iudicis, sic quotidie uiuant, quasi die alia iudicandi sint. Deniq; & consequens euangelij sermo idipsum cogit intelligi: dicens quoq; patrem solum nosse, in patre comprehendit & filium. Omnis enim pater filij nomen est. a ¶ *Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus, etc.*] Quæritur quomodo supra scriptum sit: Surget enim gens contra gentem, & regnum contra regnū, & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus, & nunc ea futura memorentur quæ pacis indicia sunt. Sed existimandum iuxta Apostolum, quod post pugnas, & dissensiones, pestilentias, & fames, & terræmotus, & cætera quibus genus uastatur humanum: breui subsecutura sit pax, quæ quieta omnia repromittat, ut fides credentium comprobetur, utrum transactis malis sperent
1.Thes. 5.d iudicem esse uenturum. Hoc est enim quod in Paulo legimus: Quando dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus: sicut dolor parturientis, & non effugient. b ¶ *Tunc duo erunt in agro, unus assumetur, & unus relinquetur, etc.*] Tunc, inquit, duo erunt in
C agro, quando tempore uidelicet consummationis atq; iudicij, duo in agro pariter inuenientur eundem habentes laborem, & quasi parem sementem, sed fructus laboris non æque recipientes. Duæ quoq; molentes simul erunt: una assumetur, & una relinquet. In duobus qui
a 261 V in agro commorantur, & in duabus quæ pariter molunt: uel synagogam intellige & ecclesiam, quod simul molere uideantur in lege, & de eisdem scripturis farinam terere præcepto
x 262 V rum dei: uel cæteras
y 263 VI hæreses, quæ de utroque testamēto aut de
z 264 II altero uidentur molere farinam doctrinarum suarum: & cū unum nominis Christiani propositum habeant, non eandem
a 265 V mercedem recipient, alijs assumptis, & alijs derelictis. c ¶ *Vigilate ergo, quia nescitis qua hora, etc.*]
b 266 V Perspicue ostendit, quare supra
c 267 V dixerit: De die autem illa & hora nemo scit: neq; filius hominis,
D neq; angeli, nisi pater solus: quod non expediat scire apostolis: ut pendulæ expectationis incerto, semper eum credant esse uenturum, quem ignorant quando uenturus sit. Et non dixit: quia nescimus qua hora uenturus sit dominus, sed nescitis. Præmissoq; patrisfamilias exemplo, cur reticeat consummationis diem, manifestius docet dicens: d ¶ *Ideo & uos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis uenturus est. Quis putas, etc.*] Plenius inculcat & replicat: quare de die consummationis & hora, nec angelos cœlorum scire prædixerit, sed solū patrem, quod non expediat scire apostolis: & exemplum patrisfamilias, hoc est, sui & fidelium seruorum, id est apostolorum ad cohortationem sollicitæ mentis interserit: ut spe præmiorum ministrent conseruis in tempore suo cibaria doctrinarum. e ¶ *Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: Moram facit dominus meus uenire, & cœperit percutere, etc.*] Ex superioribus pendet: quod sicut sollicitus seruus & semper aduentum domini præstolans, tradit conseruis cibaria in tempore suo, & postea super omnia bona patrisfamilias constituitur: ita econtrario, qui iuxta Ezechielem dixit: In tempora longa fiet istud, & non putat dominum cito esse uenturum: factus securior, uacat epulis atq; luxuriæ, & non lenem patremfamilias, sed seuerissimum sentiet iudicem. f ¶ *Veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis. Illic erit fletus &, etc.*] Hoc ipsum docet: ut sciant quando non putatur dominus tunc eum esse uenturum, & uigilantiæ ac sollicitudinis dispensatores admonet. Porrò quod dicit, diuidet eum: nō quo gladio eum dissecet, sed quo à sanctorum consortio

A consortio eum separet, & partem eius ponat cum hypocritis: cum his uidelicet qui erant in agro, & qui molebant, & nihilominus derelicti sunt. Sæpe diximus hypocritam aliud esse, aliud ostendere: sicut & in agro & in mola idem uidebatur facere quod ecclesiasticus uir: sed exitus diuersæ uoluntatis apparuit.

CAP. XXV

a 268 *Tunc simile erit regnum cœlorum etc.*] Hanc parabolam, id est, similitudinem decem uirginũ fatuarum atque prudentium, quidã simpliciter in uirginibus interpretantur: quarum aliæ iuxta Apostolum, & corpore & mente sunt uirgines: Aliæ uirginitatem tãtum corporum reseruantes: uel cætera opera non habent proposito suo similia: uel parẽtum custodia reseruatæ, nihilominus mente nupserũt. Sed mihi uidetur ex superioribus alius sensus esse qui dicitur, & nõ ad uirginalia corpora, sed ad omne hominum genus comparatio pertinere. Sicut enim duo in

B agro, & duæ molentes, duos significant populos, Christianorum & Iudæorum, siue sanctorum & peccatorũ: qui in ecclesia constituti, uidentur quidem & ipsi arare & molere, sed cuncta in hypocrisi faciunt: sic & nunc decem uirgines omnes homines complectuntur: qui uidentur deo credere, & applaudunt sibi in scripturis sanctis, tam ecclesiasticos quàm Iudæos atq; hæreticos. Qui idcirco omnes uirgines appellantur: quia gloriantur in unius dei noticia, & mens eorum idololatriæ turbine non constupratur. Oleum habent uirgines, quæ iuxta fidem & operibus adornantur. Non habent oleum, quæ uidentur simili quidem fide dominum confiteri, sed uirtutum opera negligunt. Possumus quinq; uirgines sapientes & stultas, quinq; sensus interpretari: quorum alij festinant ad cœlestia, & superna desiderant: alij terrenis fecibus inhiantes, fomenta non habent ueritatis, quibus sua corda illuminent. De uisu & auditu & tactu spiritualiter dictum est: Quod uidimus, quod audiuimus, quod oculis nostris perspeximus, &

Psal.33.b manus nostræ palpauere. De gustu: Gustate & uidete
Cant.1.a quoniam suauis est dominus. De odoratu: In odorem
1.Cor.2.d unguentorum tuorum currimus. Et: Christi bonus odor sumus. *b ¶ Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, etc.*] Non enim parum temporis inter priorem & secundum aduentum domini prætergreditur. Omnes dormitauerunt, id est, mortuæ sunt: quia sanctorum mors, somnus appellatur. Consequenter autem dicitur, dormierunt: quia postea suscitandæ sunt. *c ¶ Media autem nocte clamor factus est: ecce, etc.*] Subito enim quasi intempesta nocte & securis omnibus, quando grauissimus sopor est, per angelorum clamorem, & tubas præcedentium fortitudinum, Christi resonabit aduentus. Dicamus aliquid quod forsitan lectori utile sit. Traditio Iudæorum est, Christum media nocte uenturum in similitudinem Aegyptij temporis, quando pascha celebratum est, & exterminator uenit, & dominus C
super tabernacula transijt, & sanguine agni postes nostrarum frontium consecrati sunt. Vnde reor & traditionem apostolicam permansisse: ut in die uigiliarum paschæ ante noctis dimidium, populos dimittere non liceat, expectantes ad uentum Christi. Et postquam illud tempus transierit, securitate præsumpta, festũ cũctis agentib. diem. Vnde & psalmista dicebat: Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis Psal.118.b
tuæ. *d ¶ Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ: & ornauerunt lampades suas, etc.*] Omnes uirgines surrexerunt & ornauerunt unaquæque lampades suas, id est sensus, in quibus oleum scientiæ recipiebant: ut haberent opera uirtutum, quæ ante uerum iudicem refulgerent. *e ¶ Fatuæ autem sapientibus dixerunt, etc.*] Quæ lampades suas quæruntur extingui, o-

neq; stendunt eas ex parte lucere: & tamen non habent lumen indeficiens, nec opera perpetua. Si quis igitur ha- D
bet animam uirginalem, & amator est pudicitiæ, nõ debet mediocribus esse contentus, quæ cito exolescunt, & exorto caumate arefiunt: sed perfectas uirtutes sequatur, ut lumen habeat sempiternum. *f ¶ Responderunt prudentes, dicentes: etc.*] Hoc non de auaritia, sed de timore respondent. Vnusquisq; enim pro operibus suis mercedem recipiet: neq; possunt in die iudicij aliorum uirtutes, aliorum uitia subleuare. Et quomodo tempore Babyloniæ captiuitatis, Hieremias peccatores iuuare non Hier.7.d
potuit, & dicitur ad eum: Ne oraueris pro populo isto: sic formidolosa erit illa dies, cum unusquisq; pro semet ipso sollicitus erit. *g ¶ Ite potius ad uendentes, etc.*] Venditur hoc oleum & multo emitur precio, ac difficili labore cõquiritur: quod in eleemosynis cunctisq; uirtutibus & consilijs intelligimus magistrorum. *h ¶ Dum autem irent, etc.*] Dant quidem quasi prudentes consilium, quod non debeant sine oleo lampadarum sponso occurrere: uerum quia iam emendi tempus excesserat: & aduenient iudicij die, locus non erat pœnitentiæ: psal- Psal.6.b
mista dicente: In inferno autem quis confitebitur tibi: non noua opera parare, sed præteritorum coguntur ratione exoluere. *i ¶ Et quæ paratæ, etc.*] Post iudicij diẽ, bonorum operum, & iustitiæ occasio non relinquetur. *k ¶ Nouissime uentunt, etc.*] Egregia quidem in domini appellatione confessio: idemq; repetitum, indicium fidei est. Sed quid prodest uoce inuocare, quem operibus
neges *l ¶ At ille respondens, ait: Amen dico, etc.*] Nouit 2.Tim.2.c
dominus eos qui eius sunt, & qui ignorat, ignorabitur: 1.Cor.14.b
Nescit dominus operarios iniquitatis, & licet uirgines sint, & secundum duplicem intelligentiam de corporis puritate, & de confessione ueræ glorientur fidei: tamen quia oleum non habent scientiæ, sufficit eis pro pœna quod ignorantur à sponso. *m ¶ Vigilate itaq;: quia, etc.*] Prudentem semper admoneo lectorẽ: ut non superstitiosis

A tiosis acquiescat interpretationib. & quæ comatice profingentium dicuntur arbitrio: sed cõfideret priora, media, & sequẽtia, & nectat sibi uniuersa quæ scripta sunt. Ex hoc ergo quod infert: Vigilate, quia nescitis diẽ neq; horam: intelliguntur uniuersa quæ dixit: id est de duobus qui in agro sunt, & de duabus molentibus, & de patrefamilias qui seruo suo credidit substantiam, & de decẽ uirginibus, ideo parabolas esse præmissas: ut quia ignoramus omnes iudicij diẽ, sollicite nobis lumen bonorum operũ præparemus: ne dum ignoramus, iudex ueniat. *a ¶ Sicut enim homo, etc.*] Homo iste paterfamilias, haud dubium quin Christus sit: qui ad patrem post resurrectionem uictor ascẽdens, uocatis apostolis, doctrinam euangelicam tradidit: non pro largitate & parcitate alteri plus, & alteri minus tribuens, sed pro

2.Cor.3.d accipiẽtium uiribus: quomodo & Apostolus eos qui solidum

B cibum capere nõ poterant, lacte potasse se dicit. Denicq; & illum qui de quinq; talentis, decem fecerat, & qui de duobus quatuor, simili recepit gaudio: non considerans lucri magnitudinem, sed studij uoluntatem. In quinque & duobus & uno talento: uel diuersas gratias intelligamus: quæ unicuiq; traditæ sunt. Vel in primo, omnes sensus examinatos: In secundo, intelligentiam & opera: In tertio, rationem, qua homines à bestijs separamur. *b ¶ Abijt autem qui quinq; talenta acceperat, etc.*] Acceptis terrenis sensibus, cœlestium sibi noticiam duplicauit, ex creaturis intelligẽs creatorem: ex corporalibus, incorporalia: ex uisibilibus inuisibilia: ex breuibus æterna. *c ¶ Similiter qui duo acceperat, etc.*] Et iste pro uiribus quicquid in lege didicerat, in euangelio duplicauit: Siue scientiam & opera præsentis uitæ, futuræ beatitudinis typos intellexit. *d ¶ Qui autem unum, etc.*] Nequam seruus terrenis operibus & seculi uoluptate, dei

Luc.19.d præcepta neglexit & polluit: quanquam in alio euangelistia scriptum sit, quod in sudario ligauerit: id est, doctrinam patrisfamilias molliter & delicate uiuendo enerauerit. *e ¶ Post multum uero temporis, etc.*] Grande tempus est inter ascensionem saluatoris, & secundum eius aduentum. Si aũt apostoli reddituri sunt rationem, & sub metu iudicis surrecturi, quid nos oportet facere? *f ¶ At illi dominus, etc.*] Vtriq; seruo (ut ante iam dixi) & qui de quinq; talentis, decem fecerat, & qui de duobus quatuor: idem patrisfamilias sermo blanditur. Et notãdum quod omnia quæ in præsenti habemus, licet magna uideantur & plurima: tamen comparatione futurorum, parua & pauca sunt. Intra, inquit, in gaudium dñi tui: & suscipe quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Quid autẽ potest maius dari fideli seruo, quàm esse cum dño, & uidere gaudium dñi sui? *g ¶ Accedens autem, etc.*] Vere *b* 269
quod scriptũ est: Ad II
excusandas excusa- *c* 270
tiones in peccatis: etiam huic seruo contigit, ut ad pigritiam & negligentiã, superbiæ quoq; crimen accederet. Qui enim simpliciter debuit inertiam confiteri & orare patremfamilias: ecõtrario calumniatur, & dicit se prudenti fecisse cõsilio: ne dum lucra pecuniæ quæreret, etiam de sorte periclitaretur. *h ¶ Respondens autem, etc.*] Quod putauerat se pro excusatione dixisse, in culpam propriam uertitur. Seruus autẽ malus appellatur: quia calumniã dño facit. Piger: quia noluit talentum duplicare: ut in altero superbiæ, in altero negligentiæ cõ- D
demnetur. Si, inquit, durum & crudelẽ esse me nouerας, & aliena sectari: ibiq; metere ubi non seuerim: quare non tibi istiusmodi cogitatio incussit timorem: ut scires mea diligentius quæsiturũ, & dares pecuniam meã siue argentũ nummularijs? Vtrunq; emꝑ ἀργύριον Græcus sermo significat. Eloquia, inquit, dñi, eloquia casta, argentũ igne examinatum, probatũ ter- Psal.11.b
ræ, purgatum septuplũ. Pecunia ergo & argentũ, prædicatio euangelij est, & sermo diuinus: qui dari debuit nũmularijs & trapezitis: id est uel cæteris doctoribus, quod fecerũt & apostoli, per singulas prouincias presbyteros & episcopos ordinantes: uel cunctis credẽtib. qui possunt pecuniã duplicare, & cum usuris reddere: ut quicquid sermone didicerant, opere explerent. Tollitur aũt talentum, & datur ei qui decem talenta fecerat: ut intelligamus licet in utriusq; labore æquale sit gaudium domini, hoc est, & eius qui quinq; in decem duplicauerat, & eius qui duo in quatuor: tamen maius deberi præmium ei qui plus in dñi pecunia laborarit. Vn
de dicit & Apostolus: Presbyteros honora qui uere 1.Tim.5.e
presbyteri sunt: maxime qui laborant in uerbo dei. Ex eo quod malus seruus ausus est dicere: Metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparsisti: intelligimus, etiam gentilium & philosophorum bonam uitam recipere dominum, & aliter habere eos qui iuste, aliter qui iniuste agant, & ad comparationem eius qui naturali legi seruiat condemnari eos qui scriptam legem negligãt. *i ¶ Omnia enim, etc.*] Multi cum sapientes sint

A naturaliter, & habeant acumen ingenij: si fuerint negligentes, & desidia bonū naturæ corruperint: ad cōparationē eius qui paululū tardior, labore & industria compensauit quod minus habuit, perdunt bonū naturæ, & præmiū quod eis fuerat repromissum, uident trāsire ad alios. Potest & sic intelligi: ei qui fidē habet, & bonam in dño uoluntatē: etiā si quid minus in opere ut homo habuerit, dabit à bono iudice. Qui aūt fidē non habuerit, etiam cæteras uirtutes quas uidebaī naturaliter possidere, perdet. Et eleganter etiā quod uidet, inquit, habere auferetur ab eo. Quicquid em̄ sine fide Christi est, nō ei debet imputari qui male eo abusus est: sed illi qui malo etiā seruo naturæ bonum tribuit. *a* ¶ *Et inutilem seruū eijcite etc.*] Dñs lumen est: qui ab eo foras mittitur, caret uero lumine. Quid sit autē fletus & stridor dētiū, supra diximus. *b* ¶ *Cum autem uenerit, etc.*] Post biduum pascha facturus, & tradendus cruci, & illudendus ab hominib. & aceto ac felle potandus, recte præmittit gloriam triumphantis: ut secutura scandala, pollicitationis præmio compēsaret. Et notandum quod qui in maiestate cernendus est, filius hominis sit. Quodq; sequitur: Statuet oues quidē à dextris suis: hœdos autem à sinistris: iuxta illud intellige, quod alibi legis: Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. Et supra in hoc eodem euangelio: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Oues in parte iustorū stare iubentur ad dexterā: hœdi, hoc est, peccatores ad sinistrā, qui semper pro peccato offerunt in lege. Nec dixit, capras: quæ possunt habere fœtus & tonsæ egrediunt̄ de lauacro, oēs gemellis fœtibus, & sterilis nulla inter eas: sed hœdos, lasciuum animal & petulcū & feruens semper ad coitū. *c* ¶ *Venite benedicti, etc.*] Hoc iuxta præscientiam dei accipiendum, apud quē futura iā facta sunt. *d* ¶ *Amen dico, etc.*] Libera nobis erat intelligētia, quod in omni paupere, Christus esuriens pasceretur: sitiēs potaretur: hospes induceretur in tectū: nudus uestiret̄, infirmus uisitaret̄, clausus carcere haberet solatiū colloquentis. Sed ex hoc quod sequitur: Quādo fecistis uni de his fratrib. meis minimis, mihi fecistis: non mihi uidetur dixisse generaliter de pauperib. sed de his qui pauperes spiritu sunt, ad quos tendens manū dixerat: Fratres mei & mater mea hi sunt, qui faciunt uoluntatem patris mei. *e* ¶ *Et ibunt hi, etc.*] Prudēs lector attende, quod & supplicia æterna sint, & uita perpetua, metū deinceps non habeat ruinarum.

C

CAP. XXVI

Et factum est, etc.] Erubescant qui putant saluatorē timuisse mortē, & passionis pauore dixisse: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Post biduū pascha facturus, tradendū se ut crucifigatur nouit, & tñ non declinat insidias: nō territus fugit: intantum ut etiā cæteris ire nolentibus, pergat intrepidus: quādo dicit Thomas: Eamus & nos: & moriamur cū eo. Et si nē carnali festiuitati uolēs imponere: umbraq; transeunte, pascha reddere ueritatē, dixerit: Desiderio desideraui hoc pascha māducare uobiscū, anteq; patiar. Et enim pascha nostrum immolatus est Christus, si tamen comedamus illud in azymis synceritatis & ueritatis. Porrò quod ait, Post biduum pascha fiet: simplici intelligentia prætermissa: id quod sacratū est, requiramus. Post duos dies clarissimi luminis, ueteris ac noui testamēti: uerū pro mūdo pascha celebrat̄. Pascha quod Hebraice dicit̄ פסח nō à passione ut pleriq; arbitrant̄, sed à trāsitu nominat̄: eo quod exterminator uidēs sanguinē in forib. Israelitarū pertransierit, nec percusserit eos: Vel ipse dñs præbēs auxiliū populo suo desuper ambulauerit. Lege Exodi librū: de quo plenius, si uita comes fuerit, disputabimus. Trāsitus aūt noster, id est phase, ita celebrat̄: si terrena & Aegyptū dimittētes, ad cœlestia festinemus. *g* ¶ *Tūc cōgregati, etc.*] Qui debuerant paschate uicino præparare uictimas: leuigare tēpli parietes: pauimenta uerrere: uasa mūdare, & secundū ritū legis purificari non habet, & quod uidetur habere auferetur ab eo. *e* Et inutilem seruū eijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentiū. *f* Cūm autē uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo: tunc sedebit super sedē maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues quidem à dextris suis: hœdos aūt à sinistris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Vēnite benedicti patris mei, possidete paratū uobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: Sitiui, & dedistis mihi bibere: Hospes erā, & collegistis me: Nudus, & operuistis me: Infirmus & uisitastis me: In carcere eram & uenistis ad me. Tunc respondebūt ei iusti, dicentes: Dñe, quando te uidimus esurientē, & pauimus te: sitientē, & dedimus tibi potū? Quando aūt te uidimus hospitē, & collegimus te: aut nudū, & cooperuimus te: aut quādo te uidimus infirmū, aut in carcere, & uenimus ad te? Et respōdens rex dicet illis: Amēn dico uobis: quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tūc dicet & his qui à sinistris erūt: Discedite à me maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui em̄, & nō dedistis mihi māducare: Sitiui, & nō dedistis mihi potū: Hospes erā, & nō collegistis me: Nudus, & nō operuistis me: Infirmus & in carcere eram, & nō uisitastis me. Tūc respondebūt ei & ipsi, dicentes: Dñe, quādo te uidimus esurientē, aut sitientem, aut hospitem, aut nudū, aut infirmū, aut in carcere, & non monstrauimus tibi? Tūc respondebit illis, dicens: Amen dico uobis: quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibūnt hi in supplicium æternum: iusti aūt in uitam æternam.

Cap. XXVI

Et factum est cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur. b Tūnc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent

A ficari, ut esu agni digni fierent: congregant̄ ineuntes cōsilium, quomodo occidant dūm: non timentes sectitionem, ut simplex sermo demonstrat: sed cauentes ne auxilio populi de suis manibus tolleretur. *a* ¶ *Cūm autē Iesus esset in Bethania, etc.*] Passurus pro omni mundo, & uniuersas nationes suo sanguine redempturus: moratur in Bethania, domo obedientiæ: quæ quondā fuit Simonis leprosi. Non quod leprosus & illo tēpore permaneret: sed qui antea leprosus, postea à saluatore mūdatus est: nomine pristino permanente, ut uirtus curātis appareat. Nam in Catalogo apostolorū cum pristino uitio & officio, Matthæus publicanus appellatur: qui certe publicanus esse desierat. Quidam Simonis leprosi domū, eam uolunt intelligi partē populi quæ crediderit dño, & ab eo curata sit. Simon quoq; ipse obediens dicitur: qui iuxta aliā intelligentiā mundus interpretari potest: in

Luc. 5. f

B cuius domo curata est ecclesia. *b* ¶ *Accessit ad eum mulier, etc.*] Nemo putet eandem esse quæ super caput effudit unguentū, & quæ super pedes. Illa enim & lachrymis lauat, & crine tergit, & manifeste meretrix appellatur. De hac aūt nihil tale scriptū est. Nec enim poterat statim capite dñi meretrix digna fieri. Alius euangelista pro alabastro unguenti precioſi: quod genus est marmoris, nardū pistica possuit: hoc est uerā, & absq; dolo: ut fidem ecclesiæ & gentiū demonstraret. *c* ¶ *Videntes autem discipuli, etc.*] Scio quosdā hunc locum calumniari: quare alius euangelista Iudā solum dixerit contristatū, coq; loculos tenuerit, & fur ab initio fuerit: & Matthæus scribat omnes apostolos indignatos: nescientes tropū qui uocatur συλλῆψις: quo & pro uno, omnes, & pro multis, unus appellari soleat. Nam & Paulus in epistola sua quæ scribitur ad Hebræos, licet de ea multi Latinorum dubitent: cum sanctorū passiones & merita describisset, intulit: Lapidati sunt, tentati sunt, serrati sunt, in occisione gladij mortui sunt: cum unū tantummodo Esaiam prophetā sectum Iudæi autument. Possumus & aliter dicere, quod apostoli uere propter pauperes indignati sint: Iudas aūt propter sua. Vnde & musitatio eius cum crimine ponitur: quod non cutā pauperū habuerit, sed suo furto uoluerit prouidere. *d* ¶ *Sciens autem Iesus, ait illis: etc.*] Alia oborit̄ quæstio: quare dñs post resurrectionem dixerit ad discipulos: Ecce ego uobiscū sum usq; ad consummationē mundi, & nūc loquatur: me autem nō semper habetis. Sed mihi uidetur in hoc loco de præsentia dicere corporali: quod nequaquam cum eis ita futurus sit post resurrectionem: quomodo

Matth. 26. d

Heb. 11. g

C nunc in oīni cōuictu & familiaritate. Cuius rei memor Apostolus ait: Et si nouerамus Iesum Christum secundum carnē, sed nunc iam non nouimus eum. *e* ¶ *Mittens enim hæc, etc.*] Quod uos putatis perditionē esse unguentū, officiū sepulturæ est. Nec mirū si mihi bonū odorem fidei suæ dederit: cum ego pro ea susurus sim sanguinem meū. *f* ¶ *Amen dico uobis, etc.*] In toto mūdo non tam mulier ista, quàm ecclesia prædicatur, quod sepelierit saluatorem, quod unxerit caput eius. Et attende notitiā futurorum, quod passurus post biduū & moriturus, sciat euangelium suū toto orbe celebrā dū. *g* ¶ *Et ait illis: etc.*] Infelix Iudas damnū quod ex effusione unguenti se fecisse credebat, uult magistri precio compensare. Nec certam tamen postulat summā, ut saltem lucrosa uideret̄ prodītio: sed quasi uile tradens mancipium: in potestate ementū posuit quantum uellent dare. *h* ¶ *At illi constituerunt, etc.*] Ioseph non, ut multi putant iuxta Lxx. interpretes, uiginti aureis uenditus est: sed iuxta Hebraicam ueritatem, uiginti argenteis: neq; enim pretioſior poterat esse seruus, quàm dominus. *i* ¶ *Prima autem die azymorum, etc.*] Prima azymorum, quartadecima dies mensis primi est, quando agnus immolatur, & luna plenissima est, & fermentum abiicitur. Inter eos autem discipulos qui accesserunt ad Iesum interrogantes: Vbi uis paremus tibi comedere pascha, & Iudam æstimo fuisse proditorem. *k* ¶ *At Iesus dixit: Ite in ciuitatem, etc.*] Morem ueteris testamenti, noua scriptura conseruat. Frequenter legimus: Dixit ille illi, & in loco illo & illo: quod Hebraice dicitur פלוני אלמוני & tamen personarum locorumq; non ponitur nomen. Et inuenietis ibi quendā portantem lagenam aquę. Quorum ideirco uocabula prætermissa sunt: ut omnibus qui pascha facturi sunt, libera festiuitatis occasio pandaretur. *l* ¶ *Et fecerunt discipuli, etc.*] In alio euangelista scriptum est: quod inuenerunt cœnaculum magnum, stratum atq; mundarum, & ibi parauerunt ei. Videtur autem mihi cœnaculum, lex spiritualis intelligi: quæ de angustijs literæ egrediens in sublimi loco recipit saluatorem, Paulo idipsum loquente: quod ea quæ ante pro lucro reputabat, quasi purgamenta quisquiliasq; contempserit, ut dignum domino hospitium præpararet. *m* ¶ *Vespere autem facto, discumbebat, etc.*] Omnia sic agit Iudas, ut tollatur suspicio proditoris. *n* ¶ *Et edentibus illis, dixit: Amen dico uobis: quia unus uestrum me traditurus est, etc.*] Qui de passione prædixerat, & de proditore prędicit: dans locum pœnitentiæ: ut cum intellexisset

Ioan. 12. d

A ferri cogitationes suas & occulta cõsilia, pœniteret eum facti sui: & tamen non designat specialiter, ne manifeste coargutus impudentior fieret. Mittit crimen in numero, ut conscius agat pœnitentiam. *a* ¶ *Et contristati ualde, cœperunt singuli dicere. Nunquid ego sum? etc.*] Et certe nouerant undecim apostoli, quod nihil tale contra dominum cogitarent: sed plus credunt magistro, quàm sibi, pertimescentes fragilitatem suam, tristes

g 280 I
h 281 II
i 282 VI
k 283 X
l 284 I

interrogant de peccato, cuius conscientiam non habebant. *b* ¶ *At ipse respondens ait. Qui intingit mecũ, etc.*] O mira domini patientia. Primum dixerat: Vnus uestrũ me traditurus est. Perseuerat proditor in malo: manifestius arguit,

m 285 II
n 286 VI

& tamen nomen proprie non designat. Iudas cæteris contristatis, & retrahentibus manum, & interdicentib. cibos ori suo:

o 287 IIII
p 288 VI

temeritate & impudentia, qua proditurus erat: etiam manũ cum magistro mittit in paropsidem, ut audacia bonam conscientiam mentiretur.

B
q 289 I

c ¶ *Filius quidem hominis uadit.*] Nec primo nec secundo correptus à prodítione retrahit pedem: sed patientia domini nutrit impudentiã suam, & thesaurizat sibi iram in die iræ. Pœna prædicitur: ut quem pudor non uicerat, corrigant denunciata supplicia. Quod autem sequitur, *d* ¶ *Bonum erat ei, si natus non fuisset, etc.*] Non ideo putandus est ante fuisse ẽqui nascereturi: quia nulli possit bene esse, nisi ei qui fuerit. Sed simpliciter dictum est: multo melius esse non subsistere, quàm male subsistere. *e* ¶ *Respondens autem Iudas, etc.*] Quia cæteri tristes, & ualde tristes interrogauerãt: Nunquid ego sum domine? Ne tacendo se prodere uideretur, & ipse similiter interrogat, quem conscientia remordebat: qui manum audacter miserat in paropside. *f* ¶ *Nunquid ego sum rabbi, etc.*] Et blandientis iungit affectum, siue incredulitatis signum. Cæteri enim qui non erant prodituri, dicunt: Nunquid ego sum dominẽ? Iste qui proditurus erat: non dominum, sed magistrum uocat: quasi excusationem habeat: si domino denegato, saltem magistrum prodiderit. Et ait illi: Tu dixisti. Eadem responsione confutatus est proditor, qua Plato postea responsurus est. *g* ¶ *Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, etc.*] Postquam typicũ pascha fuerat impletum, & agni carnes cum apostolis comederat: assumit panem, qui confortat cor hominis, & ad uerum paschæ transgreditur sacramentum: ut quomodo in præfiguratione eius Melchisedec summi dei sacerdos, panem & uinum offerens fecerat, ipse quoq; ueritatem

Gen.14.d
Luc.22.b

sui corporis & sanguinis repræsentaret. In Luca legimus duos calices, quibus discipulis propinarit. Vnum primi mensis, & alterũ secundi: ut qui inter sanctos primo mense agnum comedere non potuerit, secundo mense inter pœnitentes hœdum comedat. *h* ¶ *Dico autem uobis: etc.*] De carnalibus transit ad spiritualia: quod uinea de Aegypto transplantata sit populus Israel: cui per Hieremiam dominus loquitur: Ego te plantaui uineam ucram: quomodo mutata es in amaritudinem uitis alienæ? Et Esaias prophetа in cantico, quod dicturus canit, & omnis sparsim scriptura testatur. Dicit ergo se dominus de hac uinea nequaquam esse bibiturum, nisi in regno patris sui. Regnũ patris, fidem puto esse credentium: apostolo quoq; idipsum confirmante. Regnũ dei intra uos est. Ergo cum Iudæi receperint regnum patris: attẽde quod dicat patris, non dei. Omnis pater nomen est filij. Cum, inquam, crediderint in deo patre, & adduxerit eos pater ad filium, tunc de uino eorum bibet dominus, & in similitudinem Ioseph regnãs in Aegypto, inebriabitur cum fratribus suis. *i* ¶ *Et hymno dicto, exierunt in montem oliueti.*] Hoc est quod in quodam psalmo legimus: Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ. Iuxta hoc exemplum, qui pane saluatoris saturatus, & calice inebriatus fuerit, potest laudare dominum: & conscendere in montem oliueti: ubi laborum refectio, doloriscq; solatium, & ueri luminis notitia est. *i* ¶ *Tunc dicit illis Iesus: etc.*] Prædicit quod passuri sunt: ut cum passi fuerint non desperent salutem: sed agentes pœnitentiam, liberentur. Et signanter addidit, in ista nocte scandalum patiemini: quia quomodo qui inebriantur, nocte inebriantur: sic & qui scandalum patiuntur, in nocte & in tenebris sustinent. Nos uero dicamus: Nox præterijt: dies autem appropinquauit. *k* ¶ *Scriptum est enim: etc.*] Hoc alijs uerbis in Zacharia propheta scriptum est, & (ni fallor) ex persona prophetæ ad deum dicitur: Percute pastorem & dispergentur oues gregis. Sexagesimo quoq; & octauo psalmo qui totus à domino canitur, huic sensui congruente. Quoniam quem tu percussisti, ipsi persequuti sunt. Percutitur autem pastor bonus, ut ponat animam suam pro ouibus suis, & de multis gregibus errorum fiat unus grex, & unus pastor. De hoc testimonio in libello quem de optimo genere interpretãdi scripsimus, plenius dictum est. *l* ¶ *Respondens autem Petrus, etc.*] Non est temeritas nec mendacium sed fides est apostoli Petri, & ardẽs affectus erga dñm saluatorem: de quo supra diximus. *m* ¶ *Ait illi Iesus: etc.*] Et Petrus de ardore fidei promittebat, & saluator quasi deus futura nouerat. Et nota quod Petrus in nocte neget, & neget tertio. Postquam autẽ gallus cecinit & decrescentibus tenebris uicina lux nunciata

uestrũ me traditurus est. *a* Et cõtristati ualde, cœperunt singuli dicere: Nunquid ego sum dñe? *b* At ipse respondens, ait: Qui intingit mecũ manũ in paropside, hic me tradet. Filiũs quidẽ hominis uadit sicut scriptũ est de illo: *c* Væ autẽ homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonũ erat ei, si natus non fuisset homo ille. *k* Respondẽs autẽ Iudas qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti. *l* Cœnantibus autẽ eis, accepit Iesus panem & benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait: Accipite & comedite: hoc est corpus meũ. *m* Et accipiens calicẽ gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ. *n* Dicõ autẽ uobis: non bibam amodo de hoc genimine uitis usq; in diẽ illũ, cũ illud bibam uobiscũ nouũ in regno patris mei. Et hymnó dicto exierunt in montem oliueti. *o* Tũnc dicit illis Iesus: Omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte. *p* Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam uos in Galilæam. *q* Respõdens autem Petrus, ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquã scãdalizabor. Ait illi Iesus: Amẽ dico tibi: quia in hac nocte antequã gallus cantet, ter me negabis. Ait illi

Hier.2.d

Esa.5.a

Luc.17.c

Psal.21.d

Rom.13.d

Zach.2.c

Ioan.10.c

A ciata est, conuersus fleuit amare, ternæ negationis sordes lachrymis lauans. *a* ¶ *Tunc uenit Iesus cum, etc.*] Gethsemani, interpretatur uallis pinguissima, in qua iussit discipulos sedere paulisper & expectare redeuntẽ, donec pro cunctis solus dominus oraret. *b* ¶ *Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedei cœpit contristari & mœstus esse.*] Illud qđ supra diximus de passione & propassione, etiam in præsenti capitulo ostenditur: quod dominus ut ueritatem probaret assumpti hominis, uere quidem contristatus sit, sed ne passio in animo illius dominaretur, per propassionem cœperit contristari. Aliud est eñ cõtristari, & aliud incipere cõtristari. Contristabatur autem nõ timore patiendi, qui ad hoc uenerat ut pateretur, & Petrum timiditatis arguerat, sed propter infelicissimum Iudam, & scandalum omnium apostolorum, & reiectionem populi Iudæorum, & euersionẽ mi

B

Ionæ 4.c

seræ Hierusalem. Vnde & Ionas super arditate cucurbitæ uel hederæ contristatus est, nolẽs perire quõdam tabernaculũ suum. Si autem tristitiã animi non affectũ saluatoris erga perituros, sed passionẽ hæretici interpretantur: respondeant, quomodo exponũt illud quod ex persona dei per Ezechielem dicitur: Et in omnibus istis contristabas me. *c* ¶ *Tunc ait illis, etc.*] Quæ cõtristat, anima est, & nõ propter mortẽ, sed usq; ad mortẽ contristatur, donec apostolos sua liberet passione. Quod aũt præcepit: Sustinete hic & uigilate mecũ: non à somno prohibet, cuius tẽpus non erat imminẽte discrimine, sed à somno infidelitatis & torpore mẽtis. Dicãt ergo qui irrationabilẽ Iesum sumpsisse animã suspicantur, quomodo cõtristetur & nouerit tẽpus tristitiæ. Quanq; enim & bruta animalia mœreant, tamen non nouerũt, nec causas, nec tempus, usq; ad quod debeant contristari. *d* ¶ *Et progressus, etc.*] Dato Apostolis præcepto ut sustinerent, uigilarentq; cum domino, paululum procedens ruit in faciem suam, & humilitatẽ mentis habitu carnis ostendit, dicitq; blandiens: Mi pater: & postulat, ut si possibile est, transeat ab eo passionis calix, de quo supra diximus. Postulat autem non timore pauẽdi, sed misericordia prioris populi, ne ab illis bibat calicem propinatũ. Vnde & signãter nõ dixit: transeat à me calix, sed calix iste: hoc est, populi Iudæorum, qui excusationem ignorantiæ habere nõ potest, si me occiderit, habẽs legem & prophetas, qui me quotidie uaticinãtur. Attamen reuertens in semetipsum, qđ ex hominis pſona trepidãter renuerat, ex dei filijq; cõ

firmat. Verũtamen nõ sicut ego uolo, sed sicut tu. Non inquit, hoc fiat quod humano affectu loquor, sed propter quod ad terras tua uoluntate descendi. *c* ¶ *Et uenit ad discipulos, etc.*] Ille qui supra dixerat: Etiã si oẽs scãdalizati fuerint in te, ego nũquam scandalizabor: nũc tristitiæ magnitudine somnum uincere nõ

r 290 VI

potest. *f* ¶ *Vigilate & orate, etc.*] Impossibile est humanã animam non tentari. Vnde & in oratiõe dominica dicimus: Ne nos inducas in tẽtationẽ,

s 291 I
t 292 VI
u 293 IIII

quam ferre nõ possimus: non tentationẽ penitus refutãtes, sed uires sustinẽdi in tentationibus deprecantes. Ergo & in præsentiarum nõ ait: Vigilate & orate ne tentemini, sed ne intretis in tẽtationem: hoc est, ne tẽtatio uos superet &

x 294 II
y 295 I
z 296 II
a 297 IIII
b 298 VI

uincat, & uos intra cassẽs teneat. Verbi gratia: Martyr q pro cõfessione dñi sangui

c 299 IIII

nem fundit, tentatus quidẽ est, sed tẽtatiõ nũ retibus non ligat. Qui autem negat, in plagas tentationis incurrit. *g* ¶ *Spiritus quidem, etc.*] Hoc ad uersum temerarios, qui quicquid crediderint, putãt se posse cõsequi. Itaq; quantũ de ardore mẽtis cõfidimus, tãtum de carnis fragilitate timeamus. Sed tamẽ iuxta

D
d 300 I
e 301 II

1.Pet.3.c

Apostolũ, in spiritu, carnis opera mortificantur. *h* ¶ *Iterum secundo abijt & orauit, etc.*] Secũdo orat, ut si Niniue aliter saluari non potest nisi aruerit cucurbita, fiat uolũtas patris, quæ nõ est contraria filij uoluntati, dicẽte ipso per prophetam: Vt facerẽ uoluntatẽ tuam deus meus uolui. *i* ¶ *Et uenit, etc.*] Solus orat pro omnibus, sicut & solus patit pro uniuersis. Langueſcebant aũt & opprimebant Apostolorũ oculi negatione uicina. *k* ¶ *Tunc uenit, etc.*] Postq; tertio orauerat, ut in ore duorum uel trium testiũ staret omne uerbũ: & Apostolorum timorem sequenti pœnitentia impetrauerat corrigendũ, securus de passione sua pergit ad persecutores, & ultro se interficiendum præbet, dicitq; discipulis suis: *l* ¶ *Surgite eamus, etc.*] Ne nos inueniant quasi timentes & retrahentes, ultro pergamus ad mortem, ut confidentiam & gaudium passuri uideãt. *m* ¶ *Qui autem tradidit eum, etc.*] Miser Iudas & tamen non miserabilis, eadem infidelitate qua magistrum & dominũ tradidit, putabat signa quæ saluatorem uiderat facientẽ, non maiestate diuina, sed magicis artibus facta. Et quia eum forte audierat in monte transfiguratum, timebat ne simili transformatione elaberetur é manibus ministrorum. Dat ergo signũ, ut sciant ipsum esse quem osculo demonstraret. *n* ¶ *Et confestim accedens ad Iesum, dixit: Aue rabbi. Et, etc.*] Impudens quidem &

Pſal.39.b

A scelerata confidentia, magistrum uocare, & osculum ei ingerere, quem tradebat. Tamen adhuc aliquid habet de uerecundia discipuli, cum non eū palàm tradit per securoribus, sed per signum osculi. Hoc est signū quod Gen.4.c posuit deus in Cain, ne quicunq; inuenisset, interficeret eum. a ¶ *Dixitq; illi Iesus: Amice ad, etc.*] f 302 I Verbum, amice, uel κατ' ἀντίφρασιν intelligendū. Vel certe iuxta illud quod supra legimus: Amice, g 303 X quomodo huc intrasti non habens uestē nuptialem? b ¶ *Et ecce unus, etc.*] In alio euangelista scriptum est, quod Petrus hoc b 304 I fecerit eodem mentis ardore quo cætera. Seruus quoq; principis sacerdotum, Malchus appellat, auriculam quæ amputat, dextra est. Transitorie dicēdū quod Malchus, k 306 I id est, rex quondā populus Iudæorum, seruus factus sit impietatis & deuorationis sacerdotū: Dexteramq; perdiderit auriculā, l 307 IIII ut totam literæ uilitatē audiat in sinistra, m 308 II sed dñs in his qui ex Iudæis credere uoluerunt, reddidit aurem dextrā, & fecit seruū n 309 VI genus regale & sacerdotale. c ¶ *Tunc ait illi Iesus: etc.*] Et si non frustra portat gladiū, qui ultor dominicæ irę positus est in eum qui malū operat: attamen quicunq; gladium sumpserit, gladio o 310 I peribit. Quo gladio Illo nēpe q̄ igneus uertit ante paradisum: & gladio spiritus, qui in dei describit armatura. d *An putas, etc.*] Nō indigeo duodecim Apostolorū auxilio, etiā si oēs me defenderent, qui possum habere duodecim legiōes angelici exercitus. Vna legio apud ueteres, sex milibus cōplebatur hominū. Pro breuitate tēporis numerū nō occurrimus explicare, typos tantū dixisse sufficiat: septuaginta duo milia angelorū, in quor gentes hominū lingua diuisa est, de duodecim legiōibus fieri. Sequēs sententia promptū ad patiendū demonstrat animum, quod frustra prophetæ cecinerint, nisi dñs eos uere dixisse passione sua asseruerit. e ¶ *In illa hora dixit Iesus turbis, etc.*] Stultum est, inquit, eum cū gladijs & fustibus quærere, qui ultro se tradit uestris manibus, & in nocte quasi latitantem, & à uestris oculis declinātem, per proditorem inuestigare, qui quotidie in templo docēat. Sed ideo aduersum me in tenebris congregamini, quia potestas uestra in tenebris est. f ¶ *Hoc autem totum factum, etc.*] Quæ sunt scripturæ prophetarum? Fo- Psal. 21.d derūt manus meas & pedes meos. Et alibi: Sicut ouis Esa. 53.c ad uictimā ductus est. Et in alio loco: Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. g ¶ *At illi tenentes Iesum, etc.*] Moyses deo iubente præceperat, ut pontifices patribus succederēt, & generationis in sacerdotibus series texeretur. Refert Iosephus istum Caiphā unius tantum anni pontificatū ab Herode precio redemisse. Nō ergo mirum est, si ne quam pōtifex inique iudicet. h ¶ *Petrus autem sequebatur eum à longe usq; in atrium principis sacerdotum.*] A lōge sequebatur qui erat dominum negaturus. i ¶ *Et ingressus.*] Vel amore discipuli, uel humana curiositate scire cupiebat, quid iudicaret de domino pontifex, utrum eum neci addiceret, an flagellis cæsum dimitteret. Et in hoc diuersitas decem Apostolorū & Petri. Illi fugiunt, iste quanquam procul, sequitē tamen saluatorem. k ¶ *Nouissime autem uenerunt duo falsi test. etc.*] Quomodo falsi testes sunt, si ea dicunt quę dominum supra dixisse legimus? Sed falsus testis est, q non eodem sensu dicta intelligit quo dicūtur. Dominus enim dixerat de templo corporis sui. Sed & in ipsis uerbis calumniātur, & paucis additis uel mutatis quasi iustam calumniā faciunt. Saluator dixerat: Solute templum hoc: isti commutant & aiunt: possum destruere tēplū dei. Vos, inquit, soluite, nō ego, quia illicitū est ut ipsi nobis inferamus manus. Deinde illi uertunt, & post triduum reædificare illud, ut proprie de templo Iudaico dixisse uideatur. Dominus autē ut ostenderet animale & spirans tēplū, dixerat: & ego in triduo suscitabo illud. Aliud est ædificare, aliud suscitare. l ¶ *Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes, etc.*] Ira præceps & impatiens non inueniens calumniæ locum, excutit de solio pontificem, ut uesaniā mentis motu corporis demonstraret. Quāto Iesus tacebat ad indignos responsione sua, falsos testes, & sacerdotes impios, tanto magis pontifex furore superatus eum ad respondendū prouocat, ut ex qualitate occasione sermonis, locū inueniat accusandi. Nihil ominus Iesus tacebat. Sciebat ēn quasi deus quicqd respondisset torquendum ad calumniā. m ¶ *Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te, etc.*] Quid adiuras impiissime sacerdotum, ut accuses, an credas? Si ut accuses, arguunt alij condemnare tacentem. Si ut credas, quare confitenti credere noluistis? n ¶ *Dixit illis Iesus: Tu dixisti, etc.*] Et aduersum Pilatum & aduersum Caipham similis responsio, ut propria sententia condemnentur.

Tunc

A a ¶ *Tunc princeps, etc.*] Quēm de solio sacerdotali furor excusserat, eadē rabies ad scindēdas uestes prouocat. Scidit autem uestimenta sua, ut ostendat Iudæos sacerdotij gloriam perdidisse, & uacuā sedem habere pontifices. Sed & consuetudinis Iudaicę est, cum aliquid blasphemiæ & quasi contra deum audierint, scindere uestimenta sua. Quod Paulum quoq; & Barnabam quando in Lycaonia deorum cultu honorabantur, fecisse legimus. Herodes autem quia non dedit honorem deo, sed acquieuit immoderato fauori populi, statim ab angelo percussus est. b ¶ *Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæciderunt.*] Vt ad impleretur quod dictum est: Dedi maxillam meam alapis, & faciem meam non auerti à cōfusione sputorum. c ¶ *Alij autem, etc.*] Stultum erat uerberantibus respōdere, & prophetizare cædentibus, cum palam percutiētis uidere rē insania. Sed sicut B hoc uobis non ꝓphetauit, sic illud manifestissime uaticinatus ē. qđ circūdaretur Hierusalem ab exercitu, & non relinqueretur lapis super lapidē in templo. d ¶ *Petrus uero, etc.*] Foris sedebat, ut uideret exitū rei. Et non appropinquabat Iesu, ne ministris aliqua suspicio nasceretur. e ¶ *Et iterum negauit cum iuramento, etc.*] Scio quosdam pij affectus erga apostolū Petrū, locū hunc ita interpretatos, ut dicerēt Petrū nō deū negasse, sed hominē, & esse sensum: Nescio hominē, qa scio deū. Hoc q̄n friuolum sit, prudēs lector intelligit, si defendunt apostolū ut deū mendacij reum facīāt. Si enim iste nō negauit, ergo mētitus dñs, qui dixerat: Amē dico tibi, quia hac nocte anteq̄ gallus cantet, ter me negabis. Cerne quid dicat, me negabis, nō hominem. f ¶ *Vere & tu, etc.*] Nō quod alterius sermonis esset Petrus aut gentis exteræ. Oēs quippe Hebræi erāt, & qui arguebant & qui arguebant, sed quod unaquæq; prouincia & regio habeat proprietates suas, & uernaculū Iudic. 12.c loquendi sonum uitare nō possit. Vnde & Ephratæi in iudicū libro nō possunt συνθημα dicere. g ¶ *Tunc cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit, etc.*] In alio Euāgelio legimus, quia post negationem Petri & cantū galli respexerit saluator Petrū, & intuitu suo eum ad amaras lachrymas prouocarit. Nec fieri poterat, ut in negatiōis tenebris permaneret, quē lux respexerat mundi. h ¶ *Et egressus foras fleuit amare.*] In atrio Caiphæ sedens non poterat agere pœnitētiam. Egreditur foras de impiorum consilio, ut pauidę negationis sordes, amaris fletibus lauet. Cap. XXVII

M *Ane autem facto, etc.*] Non solum ad Pilatum, sed etiam ad Herodem ductus est, ut uterq; domino illuderet. Et cerne solicitudinē sacerdotum in malū. Tota nocte p 311 uigilauerūt, ut homicidiū facerent. Et uinctum tradiderunt Pi q 312 II lato. Habebant enim r 313 hūc morem, ut quem I adiudicassent morti, ligatum iudici traderent. k ¶ *Tunc uidēs Iudas, etc.*] s 314 C Auaritiæ magnitudine impietatis pōdus excluſit. Videns Iudas dominum adiudicatū mor t 315 ti, precium retulit sa I cerdotibus, quasi in potestate sua esset, p̄ securorū mutare sententiā. Itaq; licet mutauerit uolūtatē suā, tamen uoluntatis primæ exitum non mu u 316 tauit. Si autem pecca II uit ille q tradidit sanguinem iustū, quanto magis Iudæi pecca a 317 II uerunt, qui emerunt sanguinem iustum, et D offerēdo precium ad b 318 proditionem discipu I lū prouocarūt? Qui c 319 diuersas naturas co X nantur introducere, & dicunt Iudam proditorē malæ fuisse naturæ: nec electionem apostolatus potuisse seruare, respondeant quō natura mala egerit pœnitentiam. l ¶ *At illi dixerunt, etc.*] Nihil profuit ei sera pœnitentia, per quam scelus corrigere non potuit. Si quādo fic frater peccat in fratrē, ut emēdare ualeat qđ peccauit, potest ei dimitti. Sin aūt permanēt opera, frustra uoce assumitur pœnitēia. Hoc est quod in psalmo Psal. 108.d de eodē infelicissimo Iuda dicitur: Et oratio eius fiat in peccatū, ut non solū emēdare nequiuerit proditiōis nefas, sed ad prius scelus etiā proprij homicidij crimē addiderit. Tale quid & Apostolus in secūda ad Corinthi- 2.Cor.2.b os epistola loquit: Ne abundantiori tristitia absorbeat frater. m ¶ *Principes autem, etc.*] Vere culicem liquantes & camelum glutientes. Si enim ideo non mittūt pecuniam in corbonam: hoc est, in gazophylacium & dona dei, quia precium sanguinis est, cur ipsum sanguinē effundunt. n ¶ *Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum, etc.*] Illi quidē fecerūt alia uolūtate, ut æternū impietatis suæ relinquerent ex agri emptione monumentū. Cæterū nos qui peregrini eramus à lege & prophetis, praua eorū studia suscepimus in salutē, & in precio sanguinis eius requiescimus. Figuli aūt ager appellatur, quia figulus noster est Christus.

Tunc

CANON

A a ¶ *Tunc impletum est, etc.*] Hoc testimonium in Hieremia non inuenitur. In Zacharia uero qui pene ultimus est duodecim prophetarum, quædam similitudo fertur, & quanq; sensus non multũ discrepet, tamen & ordo & uerba diuersa sunt. Legi nuper in quodã Hebraico uolumine, quod Nazarenæ sectæ mihi Hebræus obtulit, Hieremiæ apocryphum, in quo hæc ad uerbum scripta reperi. Sed tamẽ mihi uidetur magis de Zacharia sumptum testimonium,
d 320 I Euangelistarũ & Apostolorũ more uulgato, qui uerborum ordine prætermisso sensus tantum de ueteri testamẽto proferũt in exemplum. b ¶ *Iesus autem stetit ante præsidem, etc.*] Pilato nihil aliud interrogãte criminis, nisi utrum rex
e 321 IIII
g 323 IIII Iudæorum sit: arguũtur impietatis Iudæi, quod ne falsõ quidẽ inuenire potuerint
h 324 X quod obijcerent saluatori. c ¶ *Dixit illi Iesus: Tu dicis.*] Sic respondit ut & uerũ diceret, & sermo eius calũniæ non pateret. Et attende quod Pilato qui inuitus promebat sentẽtiam, aliqua
k 326 I ex parte responderit: sacerdotibus autẽ & principibus respondere noluerit, indignos suo sermone iudicans. d ¶ *Tunc dicit, etc.*] Ethnicus quidem est, qui condemnat Iesum, sed causam refert in populũ Iudæorum. Non audis
l 327 X
m 328 I quanta aduersum te dicunt testimonia? Iesus autem nihil respõdere uoluit, ne crimen diluens à præside dimitteretur, & crucis utilitas differretur. e ¶ *Habebat autem tunc uinctum insignem qui dicebatur Barrabas.*] Iste in Euangelio quod scribitur iuxta Hebræos, filius magistri eorum interpretatur, qui propter seditionem & homicidium fuerat condemnatus. Offert autem eis optionem Pilatus dimittendi quem uelint, latronem, an Iesum, non dubitans Iesum potius eligendum, sciens eum propter inuidiam traditum. Igitur causa crucis manifeste inuidia est. f ¶ *Sedente autem, etc.*] Nota quod gentibus sæpe à deo somnia reuelentur: & quod in Pilato & uxore eius iustum dominum confitentibus gentilis populi testimonium fit. g ¶ *Dicit illis Pilatus: Quid, etc.*] Multas liberandi saluatoris Pilatus occasiones dedit. Primum latronem iusto conferens. Deinde inferens: Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus: hoc est, qui rex uester est. Cumq; responderent: Crucifigatur, non statim acquieuit, sed iuxta suggestionem uxoris quæ mandauerat: Nihil tibi & iusto illi, ipse quoq; respõdit: Quid enim mali fecit? Hoc dicẽdo Pilatus absoluit Iesum. At illi magis clamabãt, dicentes: Crucifigatur. Vt impleret quod in XXI. psalmo dixerat: Circũdederũt me canes multi, & cõgregatio malignantiũ obsedit me. Et illud Hieremiæ: Facta ẽ mihi hæreditas mea sicut leo in sylua, dederunt super me uocem suam. Esaia quoque in hac sententia cõgruente: Expectaui ut faceret iudicium: fecerũt autem iniquitatẽ, & nõ iustitiam, sed clamorem. h ¶ *Videns autem, etc.*] Pilatus accipit aquam, iuxta illud propheticum: Lauabo inter innocentes manus meas: ut in lauacro manuũ eius, gentilium opera purgarentur, & ab impietate Iudæorũ qui clamauerunt, crucifige eũ, nos alienos faceret: quodãmodo hoc contestans & dicens: Ego quidẽ innocentẽ uolui liberare, sed qm̃ seditio oritur, & perduellionis mihi cõtra Cæsarem crimen impingitur, innocẽs ego sum à sanguine iusti huius. Iudex q
D cogit̃ contra Christũ sententiam ferre, non damnat oblatum, sed arguit offerentes, iustum esse pronunciãs qui crucifigẽdus est. Vos inquit, uideritis. Ego minister sum legũ, uestra uox sanguinẽ fundit. i ¶ *Et respondens uniuersus, etc.*] Perseuerat usque in præsentem diem hæc imprecatio super Iudæos, & sanguis domini non auseretur ab eis. Vnde per Esaiam loquitur: Si leuaueritis ad me manus, non exaudiam uos. Manus enim uestræ plenæ sunt sanguine. Optimam hæreditatem Iudæi filijs reliquerunt, dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. k ¶ *Tunc dimisit illis Barrabam, Iesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur.*] Barrabas latro, qui seditiones faciebat in turbis, qui homicidiorũ autor erat: dimissus est populo Iudæorum, id est, diabolus, qui usq; hodie regnat in eis, & idcirco pacem habere non possunt. Iesus autem à Iudæis traditus, absoluitur ab uxore Pilati, & ab ipso præside iustus appellatur. Et Cẽturio confitetur quod uere dei filius sit. Quærat eruditus lector quomodo sibi conueniat Pilatum lauisse manus suas & dixisse: Innocens ego sum à sanguine iusti huius: & postea flagellatum tradidisse Iesum ut crucifigeretur. Sed sciendum est Romanum eum legibus ministrasse, quibus sancitum est, ut qui crucifigitur, prius flagellis uerberetur. Traditus est itaq; Iesus militibus uerberandus, & illud sacratissimũ corpus
Psal.31.c pẽctusq; dei capax, flagella secuerunt. Hoc aũt factum est, ut quia scriptũ erat: Multa flagella peccatorũ, illo flagellato nos à uerberibus liberaremur, dicente scriptura ad uirũ iustum: Flagellũ non appropinquabit tabernaculo tuo. a ¶ *Tũc milites præsidis, etc.*] Milites quidẽ quia rex Iudæorũ fuerat appellatus, & hoc ei scribæ & sacerdotes crimen obiecerant, quod sibi in populo Israel usurparet imperium: illudentes hoc faciũt, ut nudatũ pristinis uestibus induant chlamydẽ coccineã pro rufo limbo, quo reges ueteres utebant: & pro diademate ponunt ei coronam spineam, pro sceptro regali dant calamũ, & adorãt quasi regem. Nos autẽ omnia hæc intelligamus mystice. Quomodo enim
Ioan.11.f Caiphas dixit: Oportet unũ hominẽ mori pro omnibus, nesciens quid diceret: sic & isti quæcunq; fecerunt, licet alia mente
B fecerint, tamen nobis qui credimus, sacramenta tribuerunt. In chlamyde coccinea, opera gentium cruenta sustentat: in corona spinea, maledictũ soluit antiquũ: in calamo, uenenata occidit animalia. Siue calamum tenebat in manu, ut sacrilegiũ scriberet Iudæorũ. b ¶ *Et exuentes in eum acceperunt, etc.*] Eo tempore completũ est:
Esa.50.c Non auerti faciem meã à confusione sputorũ, & tamen cum caput eius percutiant arundine, sustinet cũcta patienter, ut Esaiæ uerũ ostendat uaticiniũ, dicentis: Arundinem quassatam non confringet. c ¶ *Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, etc.*] Quando flagellatur Iesus & conspuitur & irridetur, non habet propria uestimenta, sed ea quæ propter nostra peccata sumpserat. Cum autem crucifigitur, & illusionis atq; irrisionis põpa præterierit, tunc pristinas uestes recipit, & propriũ assumit ornatũ, statimq; elementa turbantur, & creatori testimoniũ dat creatura. d ¶ *Exeuntes autem inuenerũt hominem Cyreneum nomine Simonem, hunc angariauerunt ut tolleret crucem eius.*] Ne quis putet huic loco Ioannis Euangelistæ historiam esse contrariã. Ille enim dixit exeuntẽ dominũ de prætorio portasse crucem suam: Matthæus autem refert quod inuenerunt hominem Cyreneũ, nomine Simonem, quẽ angariantes imposuerunt ei crucem Iesu. Sed hoc intelligendũ est, quod egrediens de prætorio Iesus, ipse portauerit crucem suã: postea obuium habuerint Simonem, cui portandam crucẽ imposuerint. Iuxta Anagogen uero, crucẽ Iesu suscipiunt nationes, & peregrinus obediens portat ignominiam saluatoris. e ¶ *Et uenerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est caluariæ locus.*] Audiui quendam expo-

CANON

C
Hier.12.b
Esa.5.e
Psal.72.b
D
Esa.1.d
C
Ephe.5.d
n 329 IIII
o 330 VI
p 331 I
q 332 I
r 333 IIII
s 334 I
t 335 I
u 336 I
D
x 337 VI
Iosue 14.d
y 338 II
Hier.2.d
Psal.21.d

in sepulturã peregrinorũ, propter hoc uocatus est ager ille Acheldemach, hoc est, ager sanguinis, usq; in hodiernũ diẽ. Tũc impletũ est quod dictũ est per Hieremiam prophetã, dicentẽ: Et acceperũt triginta argẽteos, preciũ appreciati, quod appreciauerũt à filijs Israel, & dederũt eos in agrũ figuli, sicut cõstituit mihi dominus. d Iesus aũtem stetit ante præsidẽ, & interrogauit eũ præses, dicens: Tu es rex Iudæorũ? e Dixit illi Iẽsus: Tu dicis. Et cũ accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tũc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicũt testimonia? Et non respondit ei ad ullũ uerbũ, ita ut miraretur præses uehementer. f Per diẽ aũt solẽ nẽ cõsueuerat præses populo dimittere unũ uinctum quẽ uoluissent. g Hãbebat aũt tunc uinctũ insignem, qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem uultis dimittã uobis: Barabã, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum. h Sedẽnte aũt illo pro tribunali, misit ad eum uxor eius, dicens: Nihil tibi & iusto illi, multa enim passa sum hodie per uisum propter eum. i Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis ut peterent Barrabam, Iesum uero perderent. Respondens autem præses, ait illis: Quẽ uultis uobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabã. Dicit illis Pilatus. k Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. l Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus corã populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine huius iusti, uos uideritis. Et respondens uniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros. m Tũc dimisit illis Barabã: Iesum autem flagellatũ tradidit eis ut crucifigeretur. n Tũc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum uniuersam cohortẽ, & exuentes eũ, chlamydem coccineã circumdederunt ei. Et plectentes coronã de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinẽ in dextera eius, & genu flexo ante eum illudebãt ei, dicẽtes: Aue rex Iudæorũ. o Et expuẽtes in eũ, acceperũt arundinẽ & percutiebãt caput eius. Et põst quã illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum uestimẽtis eius, & duxerunt eum ut crucifigerent. p Exeuntes autẽ inuenerũt hominẽ Cyreneum, nomine Simonẽ, hunc angariauerũt ut tolleret crucẽ eius. q Et uẽnerunt in locũ qui dicitur Golgotha, quod est caluariæ locus. r Et dederunt ei acetum bibere cum felle mixtum: & cum gustasset, noluit bibere. s Põstquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt uestimenta eius, sortem mittentes, ut implerẽtur quod dictum est per prophetam dicentem: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem. Et sedẽntes seruabant eum. t Et impõsuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus rex Iudæorum. u Tũc crucifixi sunt cum eo duo latrones, unus à dextris, & unus à sinistris. x Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum dei, & in triduo illud reædificas: salua temetipsum, si filius dei es, descende de cruce. y Similiter & principes sacerdotũ illudentes cum scribis in Iesu filij Naue uolumine legimus. f ¶ *Et dede, etc.*] Deus loquitur ad Hierusalẽ: Ego te plantaui uineã ueram, quomodo facta es in amaritudinẽ uitis alienę? Amara uitis, amarum uinũ facit, quod propinat domino Iesu, ut impleatur quod scriptũ est: Dederunt in escã meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Quod aũtẽ dicit: Et cũ gustasset noluit bibere: hoc indicat, quod gustauerit quidẽ pro nobis mortis amaritudinem, sed tertia die resurrexerit. g ¶ *Postquam, etc.*] Et hoc in eodẽ psalmo fuerat prophetatũ: Diuiserunt sibi uestimẽta mea, & super uestẽ meam miserunt sortẽ. h ¶ *Et sedentes, etc.*] Diligentia militũ & sacerdotũ nobis profecit, ut maior & apertior resurgentis uirtus appareat. i ¶ *Et imposuerunt, etc.*] Non possum digne admirari pro rei magnitudine, quod redẽptis precio falsis testibus, & ad seditionẽ clamorẽq; infelici populo cõcitato, nullã aliã inuenerint causam interfectiõis eius, nisi quod rex Iudæorũ esset: Et illi forsitan illudẽtes ridẽtesq; hoc fecerint. Cæterũ Pilatus etiã nolentibus respondit: Quod scripsi scripsi. Velitis, nolitis Iudæi, omnis uobis gentiũ turba respõdit: Iesus rex Iudæorũ est: hoc est, imperator credentiũ & confitentiũ. k ¶ *Tunc cru. etc.*] Si Golgatha tumulus est Adam, & non damnatorum locus, & ideo dominus ibi crucifigitur, ut suscitet Adã, duo latrones quare in loco isto eodẽ crucifiguntur. l ¶ *Prætereũtes autem, etc.*] Blasphemant, quia prætergrediebantur uiam, & in uero itinere scripturarũ ambulare nolebãt.

Mouer-

A Mouebant capita sua, quia iam antea mouerāt pedes, & nō stabant super petrā. Idipsum autē insultans dicit fatuus populus, quod falsi testes confinxerant. a ¶ *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.*] Etiam nolentes confitentur scribæ & pharisæi, quod alios saluos fecerit. Itaq; uos uestra condēnat sententia. Qui enim alios saluos fecit, utiq; si uellet, seipsum saluare poterat. b ¶ *Descendat nunc de cruce, & credemus ei.*] Fraudulenta promissio. Quid est plus, de cruce adhuc descendere uiuē tem, an de sepulchro mortuum resurgere? Resurrexit & nō credidistis: Ergo si etiam de cruce descēderet, si militer nō credideretis. Sed mihi hoc uidentur dæmones immittere. Statim enim ut crucifixus est dñs, seruant uirtutē crucis, & intellexerūt fractas esse uires suas, & hoc agunt ut de cruce descendat: sed dñs scīēs aduersariorū insidias, permanet in patibulo, ut diabolū destruat. c ¶ *Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.*] Hic per tropū qui appellat συλλῆψις pro uno latrone uterq; inducit blasphemasse. Lucas uero asserit, quod altero blasphemante, alter cōfessus sit, & econtrario increpauerit blasphemantē. Non quod discrepent euangelia, sed quod primum uterq; blasphemauerit: dehinc sole fugiente, terra commota, saxisq; disruptis, & ingruentibus tenebris, unus credi derit in Iesum, & priorē negationē sequenti confessione emendauerit. In duobus latronibus, uterq; populus, & gentilium & Iudæorum primū dominū blasphemauit. Postea signorum magnitudine alter exterritus egit pœnitentiam, & usq; hodie Iudæos increpat blasphemantes. d ¶ *A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram, etc.*] Qui scripserunt contra euāgelia, suspicantur deliquiū solis, quod certis statutisq; tēporibus accidere solet, discipulos Christi ob imperitiā super resurrectione domini interpretatos, cū defectus solis nunquam nisi ortu lunæ fieri soleat. Nulli autē dubiū est paschæ tempore lunam fuisse plenissimā. Et ne forsitan uideretur umbra terræ, uel orbis lunæ soli oppositus, breues & ferrugineas fecisse tenebras: triū horarum spaciū ponitur, ut omnis causantiū occasio tolleretur. Et hoc factum reor ut cōpleatur prophetia, dicens: Occūbet sol meridie, & contenebrabit super terram in die lux. Et in alio loco: Occubuit sol cum adhuc media esset dies. Videturq; mihi clarissimū lumen mūdi, hoc est, luminare maius retraxisse radios suos, ne aut pendentē uideret dominum, aut impij blasphemātes sua luce fruerentur. e ¶ *Et circa horam nonam clamauit Iesus uoce magna, dicens: Eli, Eli lamma azabthani, Hoc, etc.*] Principio uicesimiprimi psalmi abusus est, illudq; qđ in medio uersiculo legitur: Respice in me, superfluū est. Legitur enim in Hebræo: Deus meus, deus meus quare me dereliquisti? Ergo impij sunt qui psalmū istū ex persona Dauid siue Hester & Mardochæi dictū putant, cum etiā euangelistæ testimonia ex eo sumpta super saluatore intelligant. Vt est illud: Diuiserūt sibi uestimenta mea, & super uestē meam miserunt sortem. Et aliud: Foderunt manus meas & pedes meos. Ne mireris uerborū humilitatem & querimonias derelicti, cū formam serui sciens, scandalū crucis uideas. f ¶ *Quidam autem illic stantes, etc.*] Non oēs, sed quidā, quos arbitror milites fuisse Romanos, non intelligentes sermonis Hebraici proprietatē, sed ex eo qđ dixit: Elī, Eli, putātes Eliā ab eo inuocatū. Sin autē Iudæos qui hoc dixerint intelligere uoluerimus, & hoc more sibi solito faciunt, ut dñm imbecillitatis infamēt, qui Eliæ auxiliū deprecetur. g ¶ *Et con. etc.*] Et hæc facta sunt ut cōpleretur prophetia: In siti mea potauerunt me aceto. Vsque hodie Iudęi & omnes increduli dominicæ resurrectionis, aceto & felle potant Iesum: & dant ei uinum myrrhatū, ut eū consopiant, & mala eorum non uideat. h ¶ *Iesus autem iterum clamans uoce magna emisit spiritum.*] Diuinæ potestatis indiciū est emittere spiritum, ut ipse quoq; dixerat: Nemo potest tollere animā meā à me, sed ego pono eā à meipso, & rursum accipiā eā. i ¶ *Et uelū, etc*] Velū tē pli scissum est, & omnia legis sacramenta quæ prius tegebantur prodita sunt, atq; ad gentiū populū transiērūt. In euangelio cuius sæpe facimus mentionē, superliminare templi infinitæ magnitudinis fractum esse atque diuisum legimus. Iosephus quoq; refert uirtutes angelicas præsides quondam templi tunc pariter conclamasse: Transeamus ex his sedibus. k ¶ *Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, etc.*] Nulli dubium est quid significet iuxta literam magnitudo signorum, ut crucifixū dominum suum & cœlum & terra & omnia demōstrarent. Sed mihi uidetur terræmotus & reliqua typū ferre credentiū, quod pristinis errorū uitijs derelictis & cordis emollita duricia, qui prius similes erāt tumulis mortuorum, postea agnouerint creatorē. l ¶ *Et multa, etc.*] Quomodo Lazarus mortuus resurrexit, sic & multa corpora sanctorū resurrexerunt, ut dñm ostenderent resurgentē. Et tamen cum monumenta aperta sint, non antea resurrexerunt q̄ dominus resurgeret, ut esset primogenitus resurrectionis ex mortuis. Sanctā aūt ciuitatē in qua uisi sunt resurgentes, aut Hierosolymā cœlestem intelligamus, aut hanc terrenā, quæ ante sancta fuerat. Sicut & Matthæus appellat publicanus, nō quod & Apostolus adhuc permaneat publicanus, sed quod pristinū uocabulū teneat. Sancta appellabat ciuitas Hierusalē propter templū & sancta sanctorum, & ob distinctionē aliarum urbiū, in quibus idola colebantur. Quando uero dicitur, apparuerunt multis, ostendit non generalis fuisse resurrectio, quæ omnibus appareret, sed specialis ad plurimos, ut hi uiderent qui

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A cernere merebantur. a ¶ *Centurio autem, etc.*] In alio Euangelio post terræmotum manifestior causa miraculi Centurionis exponitur: quod cum uidisset eū spiritum dimisisse dixerit: Vere filius dei erat iste. Nullus em̄ habet potestatem dimittendi spiritum, nisi ille qui animarum cōditor est. Spiritum autē in hoc loco pro anima intelligamus, seu quod spiritęale & uitale corpus faciat: seu qđ' animæ ipsius substantia spiritus sit, iuxta illđ quod scriptū est: Auferes spiritum eorum & deficiēt. Et hoc considerandū quod Centurio ante crucem in ipso scandalo passionis uere dei filiū confiteat: & Arius in ecclesia prædicet creaturam. b ¶ *Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ secutæ, etc.*] Consuetudinis Iudaicæ fuit, nec ducebat in culpam more gentis antiquo, ut mulieres de substantia sua uictum atq; uestitum præceptoribus ministrarent. Hoc qa scandalum facere poterat in natiōibus, Paulus abiecisse se memorat. Dicit enim ipse: Nunqđ non habemus potestatem sorores mulieres circūducēdi, sicut & cæteri Apostoli faciunt. Ministrabāt autē domino de substantia sua, ut meteret earū carnalia, cuius illæ metebāt spiritualia. Non quod indigeret cibis dñs creaturarum, sed ut typū ostenderet magistrorū, quod uictu atq; uestitu ex discipulis deberent esse cōtenti. Sed uideamus quales comites habuerit: Mariam Magdalenam à qua septem dæmonia ejecerat, & Mariam Iacobi & Ioseph matrem, materterā suam, sororem Mariæ matris domini, & matrem filiorū Zebedæi, quę paulo ante regnū liberis postulauerat, & alias quas in cæteris Euangelijs legimus. c ¶ *Cum sero factum esset, etc.*] Dies refertur, nō de iactantia scriptoris, quo uirum nobilē atq; ditissimū referat Iesu fuisse discipulum, sed ut ostendat causam quare à Pilato corpus Iesu potuerit impetrare. Pauperis enim & ignoti non erat ad Pilatum præsidem Romanæ potestatis accedere, & crucifixi corpus impetrare. In alio euangelista Ioseph iste βουλευτὴς appellat, id est, consiliarius, & de ipso quidā putant primum psalmum esse compositū: Beatus uir qui non abijt in consilio impiorum, & reliqua. d ¶ *Et accepto corpore Ioseph inuol. etc.*] Ex simplici sepultura domini, ambitio diuitum condemnatur, qui nec in tumulis quidem possunt carere diuitijs. Possumus aūt iuxta intelligentiam spiritualē & hoc sentire, quod corpus domini nō auro, gēmis & serico, sed linteamine puro obuoluendū sit, quanquā & hoc significet, qđ' ille in sindone mūda inuoluit Iesum, qui pura mente eum susceperit. e ¶ *Et posuit illud in monumento, etc.*] In nouo ponitur monumento, ne post resurrectionem cæteris corporibus remanentibus resurrexisse alius fingeretur. Potest aūt & nouū sepulchrū, Mariæ uirginalē uterum demonstrare, saxumq; ostio appositum, & saxū magnū, ostendere absq; auxilio plurimorū sepulchrum nō potuisse reserari. f ¶ *Erat autem ibi, etc.*] Cęteris relinquentibus dominū, mulieres in officio perseuerant, expectantes quod promiserat Iesus, & ideo meruerūt primæ uidere resurgentem, quia qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. g ¶ *Iube ergo, etc.*] Nō sufficerat principibus sacerdotū & scribis ac pharisæis crucifixisse dominū salutorem, nisi sepulchrū custodirent, cohortē acciperent, signarent lapidem, & quantum in illis est, manū opponerent resurgenti, ut diligentia eorū nostræ fidei proficeret. Quanto em̄ amplius reseruatur, tanto magis resurrectionis uirtus ostenditur. Vnde & in monumento nouo quod excisum fuerat in petra, conditus est, ne si ex multis lapidibus ædificatū esset, suffossis tumulis fundamētis, ablatus furto diceret. Quod aūt in sepulchro ponendus esset, prophetæ testimoniū est, dicētis: Hic habitabit in excisa spelūca petræ fortissimæ. Statimque post duos uersiculos sequitur: Regem cum gloria uidebitis.

Caput XXVIII.

V Espere autem sabbati quæ lucescit in prima sabbati, uenit Maria Magdalene & altera Maria uidere sepulchrum. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de cœlo, & accedens reuoluit

multis.g Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, uiso terræmotu & his quæ fiebant, timuerunt ualde, dicentes: Vere filius dei erat iste. h Erant autem ibi mulieres multæ à longe quæ secutæ fuerant Iesum à Galilæa ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. i Cūm autem sero factum esset, uenit quidā homo diues ab Arimathia nomine Ioseph: qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. k Et accepto corpore Ioseph, inuoluit illud in sindone munda. Et posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra: & aduoluit saxum magnū ad ostium monumenti, & abijt. l Erat autem ibi Maria Magdalene & altera Maria sedentes contra sepulchrum. m Altera autem die quæ est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotū & pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc uiuens: post tres dies resurgam. Iubē ergo custodiri sepulchrum usq; in diem tertiū: ne forte ueniant discipuli eius & furentur eum, & dicāt plebi, surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore: Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, signātes lapidem cum custodibus.

Ps. 103. a

B 1. Cor. 9. a

Luc. 8. a

Luc. 23. g

A nit custos sepulchri dominici, & in uestitu candido sig
nat gloriam triumphantis. Necnon ascendente ad cœ-
los domino, duo angeli in oliueti monte cernūtur, pol
licentes apostolis secundū saluatoris aduentū. *a* ¶ *Præ
timore, etc.*] Custodes timore perterriti, instar mortuo-
rum stupefacti iacēt,
& tamē angelus non
illos, sed mulieres cō
b 353 II solatur: Nolite timere
uos. Illi, inqt, timeāt:
in his perseueret pa-
uor, in quibus per-
manet incredulitas.
Cæterū uos quia Ie-
sum quæritis crucifi-
xum, audite quod re
surrexerit, & promis-
c 354 II sa perfecerit. *b* ¶ *Ve
nite & uidete ubi, etc.*]
Vt si meis uerbis nō
d 355 X creditis, uacuo creda
tis sepulchro, & gra-
du concito pergite ac
nūciate discipulis e-
ius. *c* ¶ *Quia surre-
xit, etc.*] Hoc est, in uo
lutabrū gentium, ubi
ante error erat & lu-
bricū, & firmo ac sta-
bili pede uestigiū nō
ponebat. *d* ¶ *Et ex-
terīt, etc.*] Duplex mē
tes mulierū tenebat
affectus, timoris &
B gaudij: alter de mira-
culi magnitudine, al
ter ex desiderio resur
gentis, & tamen uter-
que fœmineum cōci
tabat gradum. Perge
bāt ad Apostolos, ut
per illos fidei semina
rium spargeretur. *e*
¶ *Et ecce Iesus occurrit il-
lis, etc.*] Quæ sic quę-
rebant, quæ ita curre
bant, merebanť ob-
uiū habere dominū
resurgentem, & pri-
mum audire: Auete,
ut maledictū Euę mu
lieris, in mulieribus subuerteretur. *f* ¶ *Illæ autem acces-
serunt & tenuerunt pedes eius, etc.*] Istę accedunt & tenēt pe-
des eius, quia adorauerūt eum. Cæterū illa quæ quære
bat uiuentē cū mortuis, & nesciebat adhuc filiū dei sur
rexisse, merito audit: Ne tāgas me, nondū em̄ ascēdi ad
patrē meū. *g* ¶ *Tunc ait, etc.*] Et in ueteri & in nouo te
stamēto hoc semper obseruandū est, quod quando au
gustior aliqua apparuerit uisio, primum timor pelli-
tur, ut sic mente placata possint quæ dicuntur audiri.
h ¶ *Ite nunciate fratribus meis, etc.*] His fratribus de qui-
Psal. 21. c bus in alio loco dixit: Annunciabo nomen tuum fra-
tribus meis, qui saluatorem nequaquam in Iudæa con
spiciunt, sed in gentium multitudine. *i* ¶ *Et congrega-
ti cum senioribus, etc.*] Custodes miraculum confitentur,
ad urbem conciti redeunt: nunciant principibus sacer
dotum quæ uiderint, quæ facta conspexerint. Illi qui
debuerunt conuerti ad pœnitentiam, & Iesum quæ-
rere resurgentem, perseuerant in malitia, & pecuniam
quæ ad usus tēpli data fuerat, uertunt in redēptionem C
mendacij, sicut antea triginta argenteos dederāt Iudæ
proditori. Omnes igitur qui stipe templi, & his quę cō
ferunť ad usus ecclesiæ abutūtur in alijs rebus, quibus
suā expleāt uoluntatē: similes sunt scribarū & sacerdo-
tum redimentiū men
dacium, & saluatoris
sanguinē. *h* ¶ *Vnde
cim autem.*] Post resur
rectionē Iesus in mō-
te Galilææ cōspicitur,
ibiq; adoraťur, licet qui
dā dubitēt, & dubita
tio eorū nostrā auge
at fidē. Tunc manife-
stius ostenditur Tho
mæ, & latus lācea uul
neratum, & manus fi
xas demōstrat clauis
i ¶ *Accedens Iesus, etc.*]
Illi potestas data est,
qui paulo ante cruci-
fixus, qui sepultus in
tumulo, qui mortuus
iacuerat, qui postea
resurrexit. In cœlo au
tē & in terra potestas
data est, ut qui ante
regnabat in cœlo, per
fidē credentiū regnet
in terris. *m* ¶ *Euntes
autem docete omnes, etc.*]
Primum docent om-
nes gētes, deinde do-
ctas intingunt aqua. D
Non enim potest fie-
ri ut corpus baptismi
recipiat sacramentū,
nisi ante anima fidei
susceperit ueritatem.
Baptizantur autē in
nomine patris & filij
& spiritus sancti, ut
quorum una est diui
nitas, una sit largitio:
nomenq; trinitatis,
unus deus. *n* ¶ *Do
centes eos seruare omnia
quæcunq; mandaui, etc.*]
Ordo præcipuus: Ius
sit apostolis ut primū
docerēt uniuersas gētes, deinde fidei intingerent sacra
mento: & post fidem ac baptisma quæ essent obseruan
da præciperent. Ac ne putemus leuia esse quę iussa sunt
& pauca, addidit: Omnia quæcunq; mandaui uobis.
Vt quicunq; crediderint, qui in trinitate fuerint bapti-
zati, omnia faciant quæ præcepta sunt. *o* ¶ *Et ecce ego
uobiscum sum usq; ad consummationem seculi.*] Qui usq; ad cō
summationem seculi cum discipulis se futurū esse pro-
mittit, & illos ostendit semper esse uicturos, & se nun-
quam à credentibus recessurum. Qui autem usque ad
consummationem mundi sui præsentiam polli-
cetur, non ignorat eam diem in qua se scit
futurum cum apostolis.

Diuo

Commentariorum Hieronymi in
Matthæum, finis.

A

DIVO HIERONYMO PRESBYTERO INSCRIPTA IN Euangelium secundum Marcum præfatio. C

Hi commentarij nō sunt Hieronymi, tametsi non indigni qui legantur.

QMnis scriba doctus in regno cœlorū, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Ego uero similis pauperculę uiduę, duo minuta in gazophylaciū mittenti, discētibus meis pauperculis, ac de paupere pera sperantibus alimenta, has de mensā diuitū mitto micas, quas catuli mei auide cū Syrophœnissā flagitant. Porro anxiata, aurū & argentū, lapides precioſos minime habēs: pelles scilicet hyacinthinas de cœlestibus, nō de terrestribus offerā, si potuero de naturis: id est, de Marci euāgelistæ historia, uel mystico intellectu, ut maiores mei tradiderūt, deo adiuuante intimare curabo. Quē ideo Euangelistā tractantes intactū ut puto præteruent, quia eadē pene quæ Matthæus narrat, licet in proprijs quibusdam sint distincti testimonijs, ut ala alterius, alam alterius tangat animalis, & rota rotam eadem sequatur uia, ut uersis inuicem uultibus, sese sancta contueātur animalia. In primo canone Marcus cum Matthæo Lucaq; comitatur & Ioanne. In secundo cum Matthæo & Luca. In quarto cum Matthæo & Ioanne. In sexto canone uelut in uno uecte duo anuli, Matthæus semper coniungit & Marcus, id est, in quadraginta & septem capitulis. In octauo canone cum Luca comitatur: id est, in tredecim capitulis. In proprijs uero quæ maxime utcunq; explanare dispono, decem & octo incedit speciatim capitulis, quæ simul omnia ducenta & triginta quinq; sunt capitula. Marcus euangelista dei, Petri discipulus, Leuiticus genere, & sacerdos in Italia hoc scripsit euangelium. Qui initium euangelij sui de uocibus prophetarū præsumens, præcursorem Christi Ioannem, Malachiæ, id est, angeli testimonio comprobans, uerbū caro factum, uoce Esaiæ designans, principium Euangelicæ prædicationis instituit: & inuenit in uerbo uocis quod in cōsonantibus, id est, in genealogijs dei & hominis perdiderat. Vnde totus in primis à perfectione Christi ætatis prædicare inchoat: nec laborat in natiuitate infantuli, qui loquitur de perfectione filij dei. Sed & ieiunium numeri legalis, repulsam diaboli, ministerium angelorū proferens magna in breui comprehendit. Qui primus Alexandrinæ fuit episcopus, cuius per singula opus fuit scire, & euangelij in se dicta disponere, & disciplinam in se legis cognoscere, & diuinā in carne domini intelligere naturā. Qui seminat post Matthæum, qui fremit ut leo, qui uolat ut aquila, qui discit ut homo, qui immolat ut sacerdos, qui irrigat ut flumen, qui floreſcit ut ager, qui feruet ut uinū: Christus etenim de quo loquitur, homo nascendo, uitulus moriendo, leo surgendo, aquila est ascēdendo. Quatuor sunt qualitates de quibus sancta euangelia contexuntur: præcepta, mandata, testimonia, exempla. In præceptis iustitia, in mādatis charitas, in testimonijs fides, in exemplis perfectio consistit. Vt sunt hæc præcepta. Tunc Iesus præcepit discipulis suis duodecim: In uiam gentium ne abieritis, & reliqua: hoc est, diuertere à malo. Mandata autem hæc sunt quibus dicitur: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicē: hoc est, facere bonum, & charitatem implere. Testimonia sunt, quæ in ore duorum uel trium testium stant. Vt est illud: Ioannes testimonium perhibet de me, sed habeo testimonium maius Ioanne. Pater ipse qui in me manet, testimonium perhibet de me. Et ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, & ego testimonium perhibeo ueritati. Exempla uero sunt quibus Iesum imitantur dicentem: Discite à me, quia mitis sum, & reliqua. Et: Estote perfecti: id est, misericordes, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Et alibi: Exemplum enim dedi uobis, ut & uos ita faciatis. Has quatuor qualitates psalmographi uersus concinunt, dicentes: Præceptum domini lucidum illuminans oculos. Historiam maxime præcepta continent. Et alibi: Latum mandatum tuum nimis. Quia qui diligit proximum, totam legem impleuit. Item, testimonia tua intellexi: non est enim omnium testimonia intelligere. Vnde alias dicit: Testimonium domini fidele. Quia potius fide animi, quàm oculis carnis testimonium indiget. Quarto: Iudicia dei uera iustificata in semetipsa: id est, ut sic sint iudiciorum exempla nostrorum iustificata, sicut in iudicijs dei comperta habemus. Vnde idem Videns alio loco ait: à iudicijs enim tuis timui. In quo enim iudicio iudicauerimus, iudicabitur de nobis. In his quatuor qualitatibus sunt, timor, fides, spes charitas. Timore nanque incipimus, fide seruamus quod incipimus, spe erigimur, charitate consummamur. Finis enim præcepti est charitas. Hi sunt quatuor menses quos Christus ante messem prędixit, D

A dicens: Nonne quatuor menses sunt usq; ad messem? Vt & nos per præcepta dei & mandata ac testimonia atq; exempla, maturos post iudicium metamus cum gaudio fructus, qui in lachrymis timoris semina pœnitentiæ iactauimus in terra, nostros portantes charitatis manipulos cum gaudio metamus in cœlo. C

COMMENTARII HIERONYMI in Euangelium secundum Marcum.

Initium Euangelij, etc.] *κατὰ μάρκον* Euangelium per quod uenit redemptio fidelium & beatitudo sanctorum, quia quatuor unum sunt, & unus quatuor: quatuor Euangelia multarum constat esse uirtutum. Quid enim fortius q̄ animas saluare, quæ errorum suorum uitijs poterāt interire? Secundum qd' in sexagesimo septimo psalmo iamdudum propheta spiritu sancto instigāte denudauit: Dominus dabit uerbum Euāgelizantib. uirtutes multas. Versus istius ordo talis est, qui huic operi cōgruenter inseritur, dominus dabit uirtutes multas Euangelizantibus uerbū. Dedit enim uirtutes multas apostolis qui uerbū eius ueneranda confessione prædicabāt, quando eis languentiū turbas sanare cōcessum est. *εὐαγγέλιον* Græce, latine bona annūciatio prædicatur, quod proprie ad regnū dei & remissionē pertinet peccatorū. Vnde dicit: Pœnitemini & credite Euāgelio, & appropinquabit regnū cœlorū. Iesu Christi, id est saluatoris uncti. In Hebræo משוח, In Græco σωτὴρ, in Latino saluator. משיח Hebraice, χριστὸς Græce, unctus Latine. Idē rex & sacerdos dicit, dum de genere Dauid regis Christus nascitur, & uocibus uatū Leuitici generis prophetatur. Vnde sequit: Vox clamātis in deserto, & reliqua. Vox est Ioannes, de qua uoce clamabit dominus Iesus ad Iudæos, quod inter natos mulierū maior illo esset nemo. Clamor aūt ad surdos longe positos siue cū indignatione fieri solet, quæ Iudaico certū est euenisse populo, dū lōge est à peccatoribus salus, & aures suas grauiter obturauerūt, sicut aspides surdæ, & indignationē & iram & tribulationē à Christo audire meruerunt. In deserto autē fit uox & clamor, quia deserti à spiritu dei sicut domus uacans & scopata, deserti à prophetis, à rege atq; sacerdote. Vnde Ioānes & Iesus quærūt quod in deserto amissum est. Vbi uicit diabolus, ibi uincit: ubi cecidit homo, ibi exurgit. Ecce ego mitto angelū meū. Vox *πνεύματος ἁγίου* per Malachiā ad patrē sonat de filio qui est facies patris, unde agnitus est. Angelus aūt nuncius interpretatur qui prænūciat de Christo. Post me uenit qui ante me factus est, qui præparauit uiā tuā. Via domini qua ad homines ingreditur, pœnitētia est, per quam deus ad nos descēdit, & nos ad illum ascēdimus. Vnde angeli ascendentes descendētesq; memorā tur ad filium hominis: Parate uiam dñi: hoc est, pœnitentiā agite & prædicate. Vnde *παρασκευὴ* ante sabbatum dicit, id est pœnitentia ante requiem futurā. Hinc nanq; initiū prædicationis Ioānis & Christi orit. Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorū, quia in die septima requieuit deus ab omnib. operibus suis: Septē etenim nobis necesse est delere uitia per pœnitētiam uelut mala genera, ut requiescētes postea possideamus desiderabilē terrā. Rectas facite semitas eius. Quas semitas incuruauimus declinantes in dexterā atq; sinistram. Nunc deus præcipit nobis ut uia regia incedentes, proximos nostros ut nos, & nosmetipsos ut proximos diligamus. Nā q diligit iniquitatē, odit animā suam. Qui enim semetipsum diligit, & nō diligit proximum, ad dexteram declinat. Et qui semet ipsum odiens proximum diligit, ad sinistram diuertit. Nam multi bene agunt, sed non bene corrigunt, ut fuit Heli. Et multi bene corrigūt, sed nō bene agunt, ut fuerūt scribę & pharisęi, qui sedebant super cathedrā Moysi. Vnde os turturis in lege ad ascellas eius retorqueri iubetur, ne separet os ab opere, & opus nostrum non diuidat ab ore. Semitæ autē post uiam sequunt, quia mādata moralia post pœnitentiā secundū Marcum explanant. Paratur uia per fidē & baptismum & pœnitentiam. Rectæ semitæ fiunt per austera indicia uestis cilicinæ, & zonæ pelliceę, & cibi locustini, & potus mellis syluestris et humillimæ uocis. Vnde sequitur. *b* ¶ *Fuit in deserto Ioannes baptizans, etc.*] Ioannes gratia dei interpretat. A gratia narratio incipitur. Vnde sequitur: Baptizās, per baptismum enim gratia datur qua peccata gratis dimittūtur. Vnde dicitur: Quod gratis accepistis, gratis date. Et Apostolus ait: Gratia salui facti estis per fidē, & hoc nō ex uobis, dei enim donum est, ne quis glorietur. Et prædicans baptismū pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Quod cōsumatur per sponsum, initiatur per paranymphū. Vnde catechumeni, hoc est instructi incipiunt per sacerdotem, & chrismātur per episcopum. Nunc autem per amicū spōsi inducitur spōsa, ac si per Isaac puerum Rebecca pallio uelata albo cōducitur. Et egrediebatur ad illum omnis Iudææ regio & Hierosolymitę uniuersi, & baptizabātur ab illo in Iordane flumine cōfitētes peccata sua. Cōfessio & pulchritudo in cō spectu eius, id est spōsi. Vnde desilit sponsa de camelo, cum humiliat se nunc ecclesia uiso uero Isaac Iesu Christo, in cuius natiuitate risum fecit deus Saræ, sicut ad Mariā dicitur, quæ est princeps cū deo. Benedicta tu inter mulieres. Iordanis autē descensio aliena interpretatur, ubi peccata abluuntur. Arca enim Iordane trāsuadato per marmora peregrina in terrā transiuit alienā: & media parte in mare defluēte, altera pars turgida mōtis erigitur forma. Sic nos olim alienati à deo per superbiam, per baptismi symbolum humiliati, erigimur in alta. Quia qui se humiliauerit exaltabitur. Pars autem quæ fluit in mare amaricatur: cum arca dei, hoc est corpus Christi, non mundatis non profuit, sed in deterius illa mutauit. Sequitur. *c* ¶ *Et erat Ioannes uestitus de pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius, & locustas & mel syluestre edebat, etc.*] Vestis pphetæ & cibus & potus, totam austeram uitam prædicantium significāt, & futuras gentes ad gratiā dei, quæ est Ioannes, intus & foris esse coniungendas. Pilis uero cameli, diuites gentiū, & zona pellicea, pauperes mūdo mortui, & locustis serratis, sapientes huius mūdi, qui stipulas Iudæis aridas relinquentes, frumēta mystica cruribus trahūt, & in calore fidei saltus inhabitāt, & melle syluestri, fideles inspiratis de inculta sylua ignibus præparati ac mergentes significātur. Quæ omnia à gratia euangelij sumūtur: In qua non est distinctio Iudæi & Græci. *d* ¶ *Et prædicabat dicens: Veniet fortior me post me.*] Quis fortior est gratia qua peccata abluūtur? Ille nimirum qui septies & septuagiessepties remittit peccata. Gratia prior quidem est, sed semel remittit per baptismū. Misericordia uero in miseros ab Adā usq; Christum, per septuagintaseptem generationes: & usq; ad centū quadraginta quatuor milia peruenit. *b* ¶ *Cuius non sum dignus, etc.*] Non est digna sola gratia procumbens in baptismo soluere corrigiam calciamentorum eius: id est mysteriū incarnationis dei. Calx enim extrema pars est corporis. In fine enim ad iustitiā adest saluator incarnatus. Vnde bene per prophetam dicitur: Idumæam extendam calciamentū meum: quia nisi iungatur scientia spiritus, nemo per gratiā remissionis inuestigat incarnationis Christi mysteriū, quomodo uerbum caro factū est, unde caro Christi, unde anima, unde spiritus sumit exordiū, ut homo uerus fiat per omnia absq; peccato, & deus uerus in deo uero sine principio idē filius hominis qui est in cœlo, & quomodo tanquam sponsus procedens de thalamo suo, id est uirginali utero, clausum relinquēs. Vnde aduenīēte uero sponso, domus discalciati dicitur domus Ioānis, q dicit: qui habet spōsam spōsus est. Vnde in specie columbæ spiritus sanctus descendit, cui in cātico cāticorum canitur: Sponsa mea, amica mea, proxima mea, dilecta mea, columba mea. Sponsa in patriarchis, amica in prophetis, proxima in Ioseph & Maria, dilecta in Ioāne baptista, colūba in Christo & Apostolis, quibus dicitur: Estote prudentes sicut serpētes, & simplices sicut columbæ. Sequitur: *c* ¶ *Ego baptizaui uos, etc.*] Dei uero fluuius semper plenus, semper est æqualis, de quo dictum est: Fluminis impetus lætificat ciuitatē dei. Quid interest inter aquam & spiritū sanctum qui ferebatur super aquas? Aqua ministerium est hominis: Spiritus uero ministerium est dei. Vnde scriptū est: Spiritus dei ferebatur super aquas: Super, inquit, non subter. Sicut excellētior est anima quàm corpus quod regit, ita eminentior est spiritus quàm anima. Sed mansit super eū spiritus: hæc est unctio Christi secundum carnem, de qua dicit: Propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Oleū non potest esse sub aqua, sic creator nō potest esse sub creatura. Oleum de amaritudine surgit radicis & in pabulum luminis, & in medicamina uulnerum, & in refectionē esurientiū, in cacumine crescit. Vnde fit unctio corporis Christi, de amaritudine passiōis, & peruenit ad gloriā resurrectiōis, unde nos Apostolus admonet, dicens: Hoc enim sentite nobis quod

& in Christo Iesu, & reliqua usq; ad mortē, mortem autem crucis: propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomē, quia dominus Iesus in gloria est dei patris. *d* ¶ *Et fuchum est in diebus illis, uenit Iesus à, etc.*] Marcus Euangelista sicut ceruus ad fontes aquarum desiderans, saltus in planis & arduis dat, & culmina tātum pratorum carpit, & palmas in uertice portat, & uelut apis melliflua, flores agri cut odor ueri Isaac similatur summatim gustat, unde à Nazareth Galilææ uenīē tem Iesum ad baptismum in Iordane à Ioanne acceptum enarrat, & statim de aqua ascendisse, & apertos cœlos uidisse, & spiritum ut columbā descēdisse, & in ipso mānsisse, & uoce de cœlis facta patris, in dilecto filio complacuisse, & spiritum eum in desertū expulisse, & tentatum à satana quadraginta diebus & noctibus fuisse cum bestijs, & angelis ministrantibus cōmoratū esse. Qui ordo moraliter nobis secūdū Christi exēplum sequendus est, festinantibus ad cōsortia angelica, quem Iesus prius opere ostēdit q̄ uoce doceret. Sic nos de uolubilitate mūdi, pendulæ uolūtatis odore floris mūdicia tracti, cū adolescentibus post spōsum currimus, & per baptismi sacramenta de duobus fontibus dilectiōis dei & proximi à gratia remissiōis abluimur, & ascendentes spe cœlestia secreta mundis cordis oculis intuemur. Dehinc spiritū sanctū spiritu cōtrito & humiliato cū simplici corde descendentē ad mansuetos, & cum charitate nunq̄ cadente manētem suscipimus, & uox de cœlis domini ad nos à deo dilectos dirigit. Beati pacifici, quoniā filij dei uocabuntur. Et tūc in nobis complacet pater cum filio & spiritu sancto, quādo efficimur unus spiritus cū deo. Vnde filius patrē interpellat pro nobis dicēs: Pater sancte conserua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unū, sicut & nos unū sumus. Tūc spiritus nos expellit in desertū quadragenario numero tētandos à satana, ut patiēria nobis, probationem: probatio autem spē, spes uero charitatē generet: Cum non sit nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinem, sed aduersus principatus & reliqua. Et tūc bestiæ pacatæ erūt nobiscū, cum in arca animæ nostræ, munda cum immundis animalibus mansuescimus: & cum leonibus sicut Daniel cubamus, cū spiritus nō sit aduersus carnē & sanguinē, nec caro cōcupiscit aduersus spiritū. Post hęc angeli ministri q uidēt faciē patris nostri in cœlis, semper mittūtur nobis, ut respōsa & solatia cordibus uigilātibus dēt, dicētes: Exaudita est oratio tua: Et, nolite timere, Iesum quærētes Nazarenū. Et, ego quos amo arguo et castigo: Et, uincēti dabo edere de ligno q̄ est in paradiso dei mei. Sequtur. *e* ¶ *Postquā, etc.*] Postq̄ accepimus gratiā, p gratia, carnalia decollā tur, spiritualia uiuificant: cessāte umbra adest ueritas. Ioannes in carcere, lex in Iudæa, Iesus in Galilęa, salus in gētibus, prędicās euangeliū regni: Beati paupes spiritu q̄n ipsorū est regnum cœlorū. Regno terreno succedit pauptas, paupertati Christianorū tribuit regnū sempiternū. Vnde dñs dicit: Regnū meū nō est de hoc mūdo.

A Omnis enim honor terrenus ſpumæ aquæ gracili, uel fumo, uel ſomnio cõparatur. Sequitur. a ¶ *Pœnitemini & credite euangelio, etc.*] Nam niſi crediderit is nõ intelligetis. Amaritudinẽ radicis, dulcedo pomi compenſat: pericula maris, ſpes lucri delectat: dolorem medicinæ, ſpes ſalutis mitigat. Qui deſiderat nucleũ, frãgit nucẽ. Pœnitẽtiã agit q uult æterno bono adhærere.

k 10 Præcõia Chriſti narrare digne poſsũt, q
11 ad palmã indulgẽtiæ
I 11 meruerũt peruenire.
VI Poſt hæc uocant miſſi quatuor piſcatores, Simõ & Andreas, Iacobus & Ioãnes, relictis retib. patre & na-
m 12 ue cum mercẽnarijs.
VIII Hac quadriga uehi-
n 13 mur ad æthera, ut Elias: his quatuor angu-
II lis cõſtruit prima ec-
o 14 cleſia, his quatuor lite-
VIII ris Hebraicis, id eſt tetragrãmatõ nomẽdñi agnoſcit à nobis. Quibus ſimili exẽplo præcipitur, ut audiamus uocẽ dñi uocantis, & obliuiſcamur popu-
lũ uitiorũ & domum paternæ traditionis
B quæ eſt ſtultitia deo: Et rete aranearum in
p 15 quo nos uelut culices
II penẽ lapſos tenebat aer inanis, nauẽ priſtinæ cõuerſatiõis abominãtes: pellibus eñ mortuis tegit Adam, qui genitor eſt noſter ſecũdũ carnẽ. Et nũc depoſito uetere homine cũ actibus ſuis, nouũ ſequẽtes hominẽ,
q 16 pellibus tegimur Sa-
VIII lomonis, quibus ſpõ-
r 17 ſa gloriat ſe factã eſſe
VIII formoſam. Simõ, obediẽs: Andreas, uirilis, Iacob, ſupplãtãs, Ioãnes gratia, in Latino ſonat. Quib. quatuor nominib. in agmen domini cõiungimur: obediẽtia, ut au-
s 18 diamus: uirilitate, ut
II pugnemus: ſupplantatione, ut perſeueremus: gratia, ut conſeruemur. Niſi enim dominus ædificauerit domũ, inuanũ laborant qui ædificant eã. Quæ quatuor uirtu-
t 19 tes cardinales dicun-
X tur, quia per pruden-

quabit regnum dei: Pœnitẽmini & credite Euãgelio. Et præteriens ſecus mare Galilææ, uidit Simonem & Andream fratrem eius mittẽtes retia in mare. Erant autẽ piſcatores. [k] Et dixit eis Ieſus: Venite poſt me, & faciam uos fieri piſcatores hominum. Et protinus relictis retibus ſecuti ſunt eum. [l] Et progreſſus inde puſillum, uidit Iacobum Zebedæi & Ioannẽ fratrem eius, & ipſos componentes retia in naui, & ſtatim uocauit illos. Et relicto patre ſuo Zebedæo in naui cũ mercennarijs, ſecuti ſunt eũ. [m] Et ingrediũt Capharnaum, & ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynagogã docebat eos: [n] Et ſtupebãt ſuper doctrina eius. Erat enim docens eos quaſi poteſtatem habens, & nõ ſicut ſcribæ. [o] Et erat in ſynagoga eorum homo in ſpiritu immundo, & exclamauit, dicẽs: Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene, ueniſti perdere nos? Scio qui ſis, ſanctus dei. Et comminatus eſt ei Ieſus: dicens. Obmutesce & exi de homine. Et diſcerpens eum ſpiritus immundus, & exclamans uoce magna, exijt ab eo. Et mirati ſunt omnes, ita ut conquirerent inter ſe, dicentes: Quidnam eſt hoc? Quæ nam doctrina hæc noua? Quia in poteſtate ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Et proceſsit rumor eius ſtatim in omnem regionem Galilææ. [p] Et protinus egredientes de ſynagoga uenerunt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne. Recũbebat autem ſocrus Simonis febricitans, & ſtatim dicũt ei de illa. Et accedens eleuauit eam apprehenſa manu eius, & cõtinuo dimiſit eam febris, & miniſtrabat eis. Veſpere autem facto cum occidiſſet ſol, afferebant ad eum omnes male habentes & dæmonia habentes. Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam, & curauit multos qui uexabantur uarijs languoribus. [q] Et dæmonia multa eijciebat, & non ſinebat ea loqui, quoniam ſciebant eum. [r] Et diluculo ualde ſurgens, egreſſus abijt in deſertum locum, ibiq; orabat, & proſecutus eſt eum Simõ & qui cũ illo erant. Et cum inueniſſent eum, dixerunt ei, quia omnes quærunt te. Et ait illis: Eamus in proximos uicos & ciuitates, ut & ibi prædicẽ: Ad hoc enim ueni. Et erat prædicans in ſynagogis eorũ & in omni Galilæa, & dæmonia eijciẽs. [s] Et uenit ad eum leproſus deprecans eum, & genu flexo dixit: Si uis potes me mũdare. Ieſus aũt miſertus eius, extendit manum ſuam, & tangens eũ, ait illi: Volo, mundare. Et cum dixiſſet, ſtatim diſceſsit ab eo lepra, & mundatus eſt, & comminatus eſt ei, ſtatimq; eiecit illum, & dicit ei: Vide nemini dixeris, ſed uade oſtende te principi ſacerdotũ, & offer pro emundatione tua quæ præcepit Moyſes in teſtimoniũ illis. [t] At ille egreſſus cœpit prædiam obedimus, per iuſticiã uiriliter agimus, per tẽperantiam ſerpentẽ calcamus: per fortitudinẽ gratiã dei meremur. Curis fratrum occupatus Marcum Euangeliſtam explanare ut uolui nõ ualui, ſed illum imitatus ſummatim eius propria tango: & ſicut Ruth cognata Chriſti ſpicas & racemos de poſt metẽtes, Noemi orbatæ colligo. Sed utinã ad Booz p hãc penuriã meã cõiuuia peruenirẽ, furtũ laudabile faciẽs. Marcus dicta Euãgelij in ſemetipſo, nõ in ſemetipſis diſponẽs, ordinẽ hiſtoriæ nõ ſecutus, myſteriorũ ordinẽ ſeruat. Vnde in ſabbatis primã uirtutẽ narrat, dicẽs:

b ¶ *Et ingrediũt, etc.*] Capharnaũ uilla conſolatiõis interpretat: Sabbatũ aũt requies. Homo in ſpiritu immũdo, genus humanũ eſt, in quo immũdicia regnarit ab Adã uſq; Moyſen. Nã qui ſine lege peccauerũt, ſine lege perierunt, q ſciẽs ſanctum dei obmuteſcere iubeẽ: dũ Rom. 2.b
ſcientes quidem deũ, non ſicut deum glori D
ficauerunt, ſed ſeruierunt potius creaturæ q̃ creatori. Spiritus diſcerpens hominẽ exĩt ab eo. Approp̃inquante ſalute, appropinquat tentatio. Pharao dimiſſus ab Iſrael perſequit Iſrael: diabolus contẽptus ſurgit in ſcandala. Socrus Petri febricitãs, ſecunda uirtute leuatur: & apprehẽſa manu eius ſanat. Febris intẽperantiã ſignificat, de qua nos filij ſynagogæ per manũ diſciplinę, & eleuationẽ deſiderij ſanamur, & huius q ſanat nos ad
ueſperũ declinantis à
nobis miniſtramus uolũtati. c ¶ *Et erat.*] Ianuaregni moraliter pœnitẽtia eſt cũ fide, quæ operat ſalutẽ languoribus. uarijs. Varia eteñ ſunt uitia, q̃bus lãgueſcit ciuitas mundi. Vnde leproſus tertia uirtute mũdat, deprecãs genu flexo dñi uolũtatẽ, qui nõ uult mortem

A mortem peccatoris, ſed ut conuertatur & uiuat. Lepra noſtra, peccatum primi hominis eſt: quæ à capite cœpit, quando regna mundi deſiderauit. Radix enim omnium malorũ eſt cu-
1.Tim. 6.b piditas. Vnde Giezi
4.Reg. 6.f auaritiam ſecutus lepra ſuſſunditur: quæ ſacerdotij uero ſecundum ordinẽ Melchiſedec oſtenſa oblatione mundatur dicen-
Luc. 11.f ti: Date eleemoſynã: & ecce omnia munda ſunt uobis. Sequitur de propriis Marci:

a ¶ *Quod non poterat latere ſuos, etc.*] Certe non omnibus manifeſtatus eſt Ieſus qui latis atq; planis ſeruiunt laudibus & propriis uoluptatibus: ſed his qui foris cum Petro exeunt, & in deſertis locis quæ elegit dñs ad orandum & reficiendum populũ: qui deſerunt delectationes mundi & deſerunt o-
B mnia quæ poſsident:
Pſal. 118.d ut dicant: Portio mea dominus. Gloria uero domini manifeſtatur his, qui conueniunt undiq; id eſt, per plana & ardua: quòſque nihil poteſt à charitate Chriſti ſeparare. CAP. II

ET iterũ, etc.] Deinde quarta uirtute, ueniũt quatuor uiri portãtes paralyticũ in grabato: qui turba offenſi nudant tectum. Quorũ per fidẽ dimittuntur paralytico peccata: qui portat lectũ, quo portatus eſt, & uadit in domum ſuã corã omnib. Paralyſis aũt typus eſt torporis: quo piger iacet in mollicia carnis habẽs deſideriũ ſalutis: & torporis ignauia & duplis cogitationibus, ac ſi eneruatus membris offenditi: quẽ portant quatuor quas ſupra diximus uirtutes, ad regulas diuinitatis & ſapiẽtiæ in domo carnis Chriſti patefactas. Cui uice dicitur muneris, portare carnem quæ ſe portabat: ut per aliã uiam d 26
cum magis in ſuã re- I
deat regionem. Poſt hæc uocatur Leui Alphæi. Leui appoſitus interpretatur: qui relicto telonio negocio rum ſeculariũ, ſolum ſequitur uerbũ quod dicit: Qui non renunciauerit omnib. quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

CAP. III

ET introiuit, etc.] Quinta uirtute, erat homo manũ habẽs aridã cui dicitur. Extende manũ tuam

C

ET rurſus intrauit Capharnaum poſt dies: & auditum eſt quod in domo eſſet, & conuenerũt multi, ita ut non caperet neq; ad ianuam, & loquebatur eis uerbum. Et uenerunt ad eum ferentes paralyticũ qui à quatuor portabatur, & cum nõ poſſent offerre eum illi præturba, nudauerunt tectũ ubi erat: & patefacientes ſubmiſerunt grabatũ in quo paralyticus iacebat. Cum autẽ uidiſſet Ieſus fidem illorũ ait paralytico: Fili dimittuntur tibi peccata tua. Erant aũt illic quidã de ſcribis ſedentes & cogitantes in cordibus ſuis: Quid hic ſic loquitur? Blaſphemat. Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus deus? Quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo, quia ſic cogitarent intra ſe, dicit illis: Quid iſta cogitatis in cordibus ueſtris? Quid eſt facilius dicere paralytico, dimittuntur tibi peccata: an dicere: Surge, tolle grabatũ tuũ & ambula? Vt aũt ſciatis quia filius hominis habet poteſtatẽ in terra dimittendi peccata, ait paralytico. Tibi dico: Surge, tolle grabatũ tuũ, & uade in domũ tuã. Et ſtatim ſurrexit ille, & ſublato grabato abijt inde corã omnibus, ita ut mirarentur omnes & honorificarent deũ, dicentes: quia nunquã ſic uidimus. [b] Et egreſſus eſt b 21
rurſus ad mare omniſq; turba ueniebat ad eũ, & docebat eos. Et cũ præteriret, II
uidit Leui Alphæi ſedentẽ ad teloniũ, & ait illi: Sequere me. Et ſurgens ſecutus c 22
eſt eũ. [c] Et factũ eſt cum accũberet in domo illius: multi publicani & peccato- II
res ſimul diſcumbebant cũ Ieſu & diſcipulis eius. Erant enim multi qui ſequebantur eũ. Et ſcribæ & phariſæi uidentes quia mãducaret cũ peccatoribus & D
publicanis, dicebant diſcipulis eius. Quare cũ publicanis & peccatoribus manducat & bibit magiſter ueſter? [d] Hoc audito, Ieſus ait illis: Non neceſſe habent d 23
ſani medico, ſed qui male habent. Non enim ueni uocare iuſtos, ſed peccato- II
res. Et erant diſcipuli Ioannis & phariſæi ieiunantes, & ueniunt & dicunt illi: Quare diſcipuli Ioannis & phariſæorũ ieiunant, tui aũt diſcipuli nõ ieiunant? Et ait illis Ieſus: Nunquid poſſunt filij nuptiarũ quamdiu cum illis ſponſus eſt ieiunare? Quanto tempore habent ſecũ ſponſum non poſſunt ieiunare. Venient aũt dies cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo aſſumentũ panni rudis aſſuit ueſtimento ueteri: alioquin aufert ſupplementũ nouũ à ueteri, & maior ſciſſura fit: Et nemo mittit uinũ nouum in utres ueteres: alioquin diſrumpet uinum utres, & uinũ effundetur & utres pe- e 24
ribunt. Sed uinum nouũ in utres nouos mitti debet. [e] Et factũ eſt iterũ cum do- II
minus ſabbatis ambularet per ſata, & diſcipuli eius cœperunt prægredi & uellere ſpicas. Phariſæi autem dicebant ei: ecce quid faciunt diſcipuli tui ſabbatis quod non licet. Et ait illis: Nunquam legiſtis quid fecerit Dauid quando neceſsitatem habuit, & eſurijt ipſe & qui cum eo erãt: quomodo introiuit in domũ dei ſub Abiathar principe ſacerdotũ, & panes propoſitionis manducauit quos nõ licebat manducare niſi ſacerdotibus, & dedit eis etiã qui cũ eo erant. Et dicebat eis: [f] Sabbatũ propter hominem factũ eſt, & non homo propter f 25
ſabbatũ. Itaq; dñs eſt filius hominis etiam ſabbati. Cap. III II

ET introiuit iterum in ſynagogam, & erat ibi homo habens manum aridam, & obſeruabant eum ſi ſabbatis curaret ut accuſarent illum. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium. Et dicit eis: Licet ſabbatis bene facere, an male: animã ſaluam facere, an perdere? At illi tacebãt. Et circunſpiciens

A cũ: qui significat auaros: qui uolentes dare, noluntaccipere: prædari & non largiri. Quibus dicitur: ut extendant manus suas: id est qui furabatur iam non furetur: magis aũt laboret operando manu sua quod bonũ est: ut habeat unde cõmunicet indigentibus. a ¶ *Et ascendens in, etc.*] Est consuetudo scripturæ diuinæ allegorice loqui, ut cum aliud dicat, aliud uelit intelligi.

a 26 IIII Quod in euangelijs

b 27 I positũ frequenter inuenies: sed nobis necesse est: ut sic excelsiora sensibus nostris applicemus, ut tamẽ cũcta secũdum historiæ ueritatem cernamus: Christus enim solus spiritualiter mõs est: mons quidẽ breuiter

c 28 VIII à nobis laudatus: sed cœlestiũ rerũ qualitate copiosus: ex quo

d 29 II aquæ uiuæ decurrũt: lac in paruulorũ salutem præparat: pinguedo spiritualis agnoscitur, & quicquid sume bonũ creditur, in

e 30 II mõtis istius est gratia constitutum: qui est mons montiũ, & sanctus sanctorum: quos

B quotidie ad se de præsentibus ærumnis in-

f 31 X uitat. In montem uocantur excelsi merito & uerbo: ut locus meritis congruat altis, ut

spiciẽs eos in ira, cõtristatus super cęcitate cordis eorũ dicit homini: Extẽde manũ tuam. Et extẽdit, & restituta est manus illius. [c] Exeũtes aũt pharisæi, statim cũ Herodianis consiliũ faciebãt aduersus eũ quomodo eũ perderẽt. [b] Iesus aũt cum discipulis suis secessit ad mare: & multa turba à Galilæa & Iudæa secuta est eũ, & ab Hierosolymis & ab Idumæa & trans Iordanẽ, & qui circa Tyrũ & Sidonẽ, multitudo magna, audientes quæ faciebat, uenerunt ad eũ. Et dixit discipulis suis: ut in nauicula sibi deseruirẽt propter turbã ne cõprimerẽt eũ. Multos enim sanabat, ita ut irruerẽt in eũ ut illũ tangerent quotquot habebant plagas. [d] Et spiritus immũdi cũ illũ uidebãt, procidebãt ei. Et clamabãt dicentes: Tu es filius dei, & uehementer cõminabatur eis, ne manifestarẽt illũ. [e] Et ãscendẽs in montẽ uocauit ad se quos uoluit ipse, & uenerũt ad eũ. Et fecit ut essent duodecim cũ illo, & ut mitteret eos prædicare. Et dedit illis potestatẽ curãdi infirmitates, & eijciendi dæmonia. [f] Et imposuit Simoni nomen Petrus: & Iacobum Zebedęi, & Ioannẽ fratrẽ Iacobi: & imposuit eis nomina Boanerges: quod est filij tonitrui, & Andreã & Philippũ & Bartholomæum & Matthæũ, & Thomam & Iacobũ Alphæi & Thaddæum & Simonẽ Cananęum, & Iudam Iscariotem qui & tradidit illum. [f] Et ueniũt ad domũ: & cõuenit iterum turba, ita ut non possent neq; panem manducare

C

Matth. 5.d

Esa. 65.d

2. Cor. 12.d

Psal. 90.d

D

Eph. 6.b

Hier. 9.f

Iscariotem qui & tradidit illum. [f] Et ueniũt ad domũ: & cõuenit iterum turba, ita ut non possent neq; panem manducare

esset duodecim cũ illo. Speciẽ Iacob dilexit dñs & cum diuideret altissimus gẽtes & separaret filios Adę: statuit terminos populorũ iuxta numerũ filiorũ Israel: ut sint ipsi super thronos duodecim iudicãtes duodecim trib. Israel: quibus data est potestas quã filius à patre accepit secũdũ carnẽ: ut opera quæ ipse fecit & ipsi faciãt, & maiora horũ faciãt. Et imposuit Simoni nomẽ Petrus. De obediẽtia ascẽdit ad agnitionẽ: Qui eũ habet, dabitur ei & abũdabit, & Iacobũ qui supplãtata habet tota desideria carnis, & Ioãnẽ qui gratia accepit quod alij per laborẽ tenẽt: & imposuit eis nomina boanerges, qđ est filij tonitrui, quorũ triũ sublime meritũ, in mõte meretur audire tonitruũ patris, per nubẽ de filio tonãtis: Hic est filius meus dilectus: ut per nubẽ carnis, & ipsi ignẽ uerbi ac si fulgura in pluuiã spargerẽt in terris: qñ deus fulgura in pluuiã fecit: ut extinguat misericordia quod iu-

Psal. 100.d diciũ inurit: Vnde, ppheta dicit: Misericordiã & iudiciũ cãtabo ubi dñe. Et Andream qui uirili forma uim facit perditioni suę: ut respõsum mortis in se semper habeat, & anima eius sit semper in manib. suis. Et Philippũ qui est os lãpadis: qui illuminare potest ore quod corde cõcepit. Cui dedit dñs apertionẽ oris illuminati. Scimus hũc modũ locutionis propriũ scripturarũ esse diuinarũ, qñ Hebræorũ nomina ad aliquod mysteriũ significationis sunt posita: quod nũc euãgelista ex dei persona uehemẽter affectãs interserit. Et Bartholomæũ qui fi-

Esa. 5.b lius est suspẽdẽtis aquas. Et quis est filius suspẽdẽtis aquas: nisi qui dixit: Et mãdabo nubib. meis ne pluant super eã imbrẽ: Nomen uero filij dei, per pacem & dilectionẽ acquiritur inimici. Beati enim pacifici, quoniã filij dei sunt, & diligite inimicos uestros ut sitis filij dei & reliqua. Et Matthæũ qui est donatus: cui donatur à dño ut non solũ remissionẽ peccatorũ adipiscatur: sed in numero asscribatur apostolorũ: ut leo & bos simul comedant, & lupus cum agno pascatur. Et Thomam qui est abyssus. Multi enim profunda scientes dei, minime proferunt: ut Paulus ait: Scio hominẽ, & reliqua: usq; quæ non licet hominib. loqui. Et Iacobum Alphei: id est docti uel millesimi. Cuius à latere cadũt mille, & decem milia à dextris eius. Iacobus alter, cui colluctatio nõ est aduersus carnẽ et sanguinẽ: sed aduersus spirituales nequitias. Et Thaddæũ qui est corculũ: id est cordis cultor: qui cõseruat cor suum omni custodia. Mũditia nãq; cordis deus uidetur, ut per uitrũ mundũ forma ostenditur expressa. Et Simonẽ Cananæũ qui & zelotes. Simon ponens tristitiã interpretat. Beati nãq; qui lugent: qũ ipsi cõsolabunt. Trinũ luctum implet qui cõsolationẽ futurã quærit. De-

Apoc. 5.d

Psal. 68.b

1. Mach. 2.c

Psal. 102.b

Tit. 3.d

Matth. 5.d

flet peccata propria, cũ Dauid & Maria: flet cum flentibus cum Paulo: & flet multũ cum Ioanne qui dicebat: Et ego flebã multũ: quia nemo dignus inuentus est qui aperiret librũ & soluere et signacula eius. Zelotes aũt dicitur, quẽ zelus domus dei comedit: ut Phinees sacerdos, ut cesset quassatio. Et Iudã Iscariotem qui tradidit illum: qui non delet peccatũ suũ per pœnitentiã: nec illud deletur per memoriã. Vnde de eo dicit: Et peccatũ matris eius non deleatur. Fiãt cõtra dñm semper. Iudas cõfitens uel gloriosus interpretat. Iscariotis aũt, memoria mortis. Cõfessores sunt multi in ecclesia superbi & glorioſi: quorũ primus Simon magus & Arius, & cæteri hæretici: quorũ memoria mortalis ideo in ecclesia celebratur, ut deuitent. Hæ sunt duodecim differentiæ apostolorũ & prædicatorũ: qui terni, quaterni circa tabernaculũ dñi excubant: & sancta dñi uerba humeris operũ proprijs portant: ut tabernaculũ unum mansionibus multis ad terrã repromissionis portent: quos unius exemplũ ad timorẽ humiliat, ut angelos luciferi illius casus conseruat: ut nõ glorietur sapiens in sapientia sua: sed qui gloriatur, in dño glorietur. b ¶ *Et ueniũt ad, etc.*] Hic proprie Marcus conuenire Iesum cum discipulis suis ad domũ narrat: Et iterũ turbas ut nõ possent panẽ manducare, conuenisse cõmemorat: Et discipulos putasse quod in furorem uerteretur: quia scribæ qui ab Hierosolymis uenerant, dicebãt: Beelzebub habet. Sicut exaltanẽ cœli à terra: sic exaltatæ sunt uiæ dñi à uijs nostris. Ad hoc nanq; uenit quod audiuit & patitur, qui nobis dicit: Beati eritis cũ maledixerint uobis homines

A homines, & reliqua usq; merces uestra in cœlis. Domus ad quã ueniunt primitiua est ecclesia. Turbæ quæ impediũt panẽ man-

1. Cor. 11.f ducare, peccata & uitia sunt: quia qui mãducat indigne, iudicium sibi mãducat & bibit, non dijudicans corpus dñi. Vnde dominus in furorẽ uerti

Ioan. 6.f tur cum dicit: Nisi mã ducaueritis carnem filij hominis, & reliqua: usq; non habebitis uitã in uobis. a ¶ *Et qui blasphemauerit, etc.*] Quia non meretur pœnitentiam agere ut recipiatur: qui Christũ intelligens, principem dæmoniorum esse dicebat: quia nũquã soluitur à carcere, qui quadrãtem uerbi nouissimũ nõ soluerit ante finem uitæ. Quatuor nanque partibus denarius uitæ fundatur æternæ: ut quod corde credis, ore confitearis: &

B quod confiteris, opere impleas, & quod impleueris, docere non cesses. Qui enim fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. b ¶ *Et ueniunt mater, etc.*] Vt sciamus nos esse fratres eius & matrẽ: si uoluntatem patris eius impleuerimus: ut cohæredes simus eius qui non in sexibus, sed in factis discernit. CAP. IIII

ET *iterum cœpit.*] Vt locus docendi indicet auditores amaros fuisse, ac insuabiles. Et ideo in parabolis loquitur eis: ut requirerent quod non intelligerent, & per apostolos quos contemptos habebant, discerent mysteriũ regni quod ipsi non habebant. Mare, mundũ istũ debere suscipi, frequenti lectione iã notũ est: quod & gustu amarũ est, & uitiorũ fluctib. inquietũ est. Sed ab ipso domanducare, & cum audissent sui, exierunt tenere eum. Dicebant enim: quoniã in furorem uersus est. [g] Et scribæ qui ab Hierosolymis descenderant, dicebant: quoniam Beelzebub habet: & quia in principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. [b] Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quomodo potest satanas satanã eijcere? Et si regnum in se diuidatur, non potest regnũ illud stare. Et si domus super semetipsam dispertiatur, non potest domus illa stare: & si satanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & non poterit stare, sed finẽ habet. Nemo potest uasa fortis ingressus in domũ diripere, nisi prius fortẽ alliget, & tunc domũ eius diripiet. [c] Amen dico uobis: quoniã omnia dimittentur filijs hominũ peccata & blasphemiæ, quibus blasphemauerint. Qui aũt blasphemauerit in spiritũ sanctũ, non habet remissionem in æternũ, sed reus erit æterni delicti: quoniã dicebant, spiritũ immundũ habet. [b] Et ueniunt mater eius & fratres, & foris stantes miserunt ad eum uocantes eum, & sedebat circa eum turba, & dicunt ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et respondens eis ait: Quæ est mater mea, & fratres mei? Et circunspiciens eos qui in circuitu eius sedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit uoluntatem dei, hic frater meus, & soror mea & mater mea est.

Cap. IIII

E [a] T itẽrum cœpit docere ad mare, & cõgregata est ad eum turba multa: ita ut in nauim ascendens, sederet in mari: & omnis turba circa mare super terrã erat: & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua: Audite. Ecce exijt seminans ad seminandum. Et dum seminat, aliud cecidit secus uiam, & uenerunt uolucres cœli & comederunt illud. Aliud uero cecidit super petrosa ubi non habuit terrã multam, & statim exortum est: quoniam non habebat altitudinem terræ, & quando exortus est sol, exæstuauit, & eo quod non habebat radicẽ, exaruit. Et aliud cecidit in spinas: & ascenderunt spinæ & suffocauerunt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum ascendentẽ & crescẽtem, & afferebat unum tricesimũ, & unum sexagesimum, & unum centesimũ. Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat. Et cum esset singularis, interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim parabolam. Et dicebat eis: Vobis datum est nosse mysterium regni dei. [b] Illis autem qui foris sunt in parabolis omnia fiunt: ut uidentes uideant, & non uideant, & audientes audiant & non intelligant: ne quando conuertantur & dimittantur eis peccata. Et ait illis: Nescitis parabolam hanc, & quomodo omnes parabolas cognoscetis? [c] Qui seminat, uerbum seminat. Hi autem sunt qui circa uiam ubi seminatur uerbum, & cum audierint, confestim uenit satanas & aufert uerbum quod seminatum est in cordibus eorum. Et hi sunt similiter qui super petrosa seminantur: qui cum audierint uerbum, statim cum gaudio accipiunt illud, & non habent radicem in se, sed temporales sunt: deinde orta tribulatione & persecutione propter uerbum, confestim scandalizantur. Et alij sunt qui in spinis seminant. Hi sunt qui uerbũ audiũt, & ærumnæ sæculi &

mino eripi potuisset, C
g 32 qui amara mutat in
II dulcedinẽ, tristia uertit in gaudiũ, & ægritudines detestabiles in salutem. Parabola est natura discrepan-
b 33 II tiũ rerum, sub aliqua similitudine facta cõparatio more prouintiæ suæ, ut qui cœlestia capere non poterant, per similitudines terrenas, audita percipere potuissent. παραβολὴ Græco uocabulo dicitur similitudo: quando illud
i 34 II quod intelligi uolumus, per comparationes aliquas indicamus: Sic enim ferreũ
k 35 II quempiam dicimus: quando durũ ac fortem desideramus intelligi: cui uelocẽ uentis aut auibus cõparamus: Quod in trigesimo, & sexagesimo, & centesimo fructu continetur: hoc est, lege, & prophetia, & euangelio: quod in ore tri-
d 36 II um testium mysterium regni in monte ostensum, id est Moysi, & D
Eliæ, & Iesu consistat.

b 37 II

c 38 II

deceptio

A i ¶ *Et dicebat illis: etc.*] Lucerna, uerbū est de tribus seminibus. Modius aūt tegens, auditus est inobedientium. Candelabrū apostoli sunt: quos illuminauit uerbum dki absconditum & occultū. Parabola utriusq; seminis est. In palam uero uenit, dum à dño tractatur. Et dicebat: In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Etenim secūdum mensurā fidei, unicuiq; diuiditur intelligētia mysteriorum: & adijcietur, dum sciētiæ etiā adijcientur uirtutes. Qui enim habet, dabitur ei, id est, qui habet fidem, habebit uirtutē: Et qui habet opus uerbi, habebit intelligentiam mysterij. Et qui non habet contra fidem, deficit uirtute. Et qui nō habet opus uerbi, eius intelligentia caret. Et qui non intelligit, iam auditum perdidit, ac si non audisset. b ¶ *Et dicebat: Sic est regnum dei, etc.*] Et hanc parabolam prædictis consequētem proprie sumpsit Marcus. Scripturas nouimus diuinas per similitudines terrenas plerunq; cœlestia sacramenta monstrare: sicut totum corpus constat euangeliorum. Regnum dei, ecclesia est, quæ regitur à deo, & ipsa regit homines, & cōtrarias uirtutes & uitia calcat: ut est centurio habens sub se milites. Homo iactās semen, filius hominis est: semen, uerbū uitæ: terra, corda humana. Dormitatio hominis mors est saluatoris. Exurgit semen nocte & die. Post somnum Christi, numerus credentiū per aduersa & prospera magis magisq; germinabat in fide, & creuit in opere, dū nescit ille. Tropica est ista locutio, & in scripturis diuinis crebberrima consuetudine seminatur, id est, nescire nos facit, quis fructum in finem afferat: dum dicit: qui perseuerauerit usq; in finem, ipse saluabitur. Ultro enim terra fructificat, dum uoluntatem nostram deus expectat, dicens: Si uis peruenire ad uitam, serua mādata. Primū, herbam, id est, timorem. Initium enim sapientiæ timor dñi. Deinde spicā, id est pœnitentiā lachrymosam. Deinde plenum fructū in spica, id est, charitatē. Plenitudo eñ legis, charitas est. c ¶ *Et cum ex, etc.*] Falx, est mors uel iudiciū, quod secat omnia: qñ adest messis, id est cōsummatio seculi: In qua iusti gaudebunt, qui in lachrymis seminauerunt. Quod semen iterum similat grano sinapis: quod minimum in timore est, magnū aūt in charitate: quæ est maior omnibus holeribus: quia deus charitas est. Et: omnis caro fœnum. Et, qui infirmus est, holera mā ducet: & fert ramos misericordiæ & compassionis. Cuius sub umbra paupes Christi, qui sunt cœli animalia, delectantur habitare. d ¶ *Seorsum autem, etc.*] Illi enim digni erant audire mysteria in penetrali intimo sapientiæ: qui remotis cogitationum malarū tumultib. in solitudine uirtutum permanebant. Sapientia enim est in tempore otij. Deinde ad mare ueniunt, & fluctibus turbantur. e ¶ *Et erat ipse, etc.*] Pupis, mortuis pellibus uiuos continet, & fluctus arcet, & ligno solidatur, id est cruce & morte dñi, ecclesia saluatur. Ceruical, corpus dñi est: cui diuinitas sicut caput inclinata est. Puppis, initiū ecclesiæ est: in qua dñs dormit morte corporali: Quia nunquam dormiet, qui custodit Israel. Cōminatur uento & mari, ut taceat: de quo dicitur: Tu dominaris potestati maris, & reliqua. Ventus & mare, dæmones & persecutores sunt: quibus dicit, tace: quando compescit edicta regum iniquorū ut uoluerit, quia nō est hominis ut dirigat gressus suos. Tranquillitas magna, pax ecclesiæ est post pressuram: siue theoria, post actualem uitam.

deceptio diuitiarū, & circa reliqua concupiscētiæ introeuntes suffocant uerbū, & sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terrā bonā seminati sunt: qui audiunt uerbū & suscipiūt, & fructificant unū tricesimū, unū sexagesimū, & unū centesimū. d Et dicebat illis: Nūquid uenit lucerna ut sub modio ponatur, aut sub lecto: Nonne ut super candelabrū ponatur? e Non est eñ aliquid absconditum quod nō manifestetur: nec factū est occultū quod non ueniat in palām. Si quis habet aures audiendi audiat. f Et dicebat illis: Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis, remetiet uobis, & adijcietur uobis. g Qui eñ habet dabitur illi: & qui non habet, etiā quod habet, auferetur ab eo. h Et dicebat: Sic est rēgnū dei, quemadmodū si homo iaciat sementē in terrā, & dormiat & exurgat nocte & die & semē germinet, & increscat dū nescit ille. Ultro enim terra fructificat, primū herbā, deinde spicā, deinde plenū frumentū in spica. Et cū ex se produxerit fructus, statim mittit falcē: qñ adest messis. i Et dicebat: Cui assimilabimus regnū dei: aut cui parabolæ cōparabimus illud? Sicut granū sinapis quod cū seminatū fuerit in terra, & cum seminatū fuerit, ascendit & fit maius omnibus holeribus, & facit ramos magnos: ita ut possint sub umbra eius aues cœli habitare. k Et talibus multis parabolis loquebatur eis uerbū prout poterant audire: sine parabola aūt non loquebatur eis. l Seorsum aūt discipulis suis disserebat omnia. m Et ait illis in die illa cum sero esset factū: Transeamus contra. Et dimittentes turbā, assumunt eum ita ut erat in naui, & aliæ naues erant cum illo. Et facta est procella magna uenti, & fluctus mittebat in nauim, ita ut impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens, & excitant eum, & dicunt illi: Magister, non ad te pertinet quia perimus? Et exurgens comminatus est uento, & dixit mari: Tace, & obmutesce. Et cessauit uentus, & facta est tranquillitas magna. Et ait illis: Quid timidi estis? Necdum habetis fidem. Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quis putas est iste, quia uentus & mare obediunt ei?

Caput v

ET uenerunt trans fretum maris in regionem Gerasenorum. Et exeunti ei de naui, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, qui domiciliū habebat

Psal. 88.b

CAP. V

ET uener. etc.] Sexta uirtute sanat, q̄ in monumētis domiciliū habebat: nec catenis ligatus, nec cōpedib. Nemo eñ domare eū poterat. In mōtib. & in monumen-

A monumentis erat: clamans & concidens se lapidib. Hic est desperatissimus gentiū populus, quē enumerat
2.Tim.2.a Apostolus: Superbus, elatus, immundus, sanguinarius, idololatra, ignominiosus, nec lege naturæ, nec dei, nec humano timore alligatus. a ¶ *Cui legio.*] Id est decē milia, quæ cadunt ad dexteram patris, quæ est Christus. Cui dæmonio grex porcorū creditī: cui nihil est utile, nisi ut simul in abyssō, id est, in inferno, sine respectu misericordiæ suffocet per impetū immaturæ mortis: à quib. fugiūt multi qui pascē-
Prou.19.d bāt eos. Flagellato etenim stulto, sapiēs prudētior fit. Et rogāt Iesum, ut exeat à finib. eorū ut ait Petrus: Exi à me dñe, qñ immundus sum: Ne tāgāt arcā dei ut Oza. Homo
2.Reg.b sanatus mittit in domū suā, & prædicat in
B decapoli: dū à Romano nūc regno, Iudæi cōuertunt, qui in litera tm̄ pendēt decalogi. Post hæc uenit Iairus archisynagogus: quia cū intrauerit plenitudo gēiū, tūc omnis Israel saluus fiet.
Rom.11.c Iairus, siue illuminās, siue illuminatus interpretat, id est, Iudaicus populus umbra literæ depositā, spiritu illustratus & illuminatus: pcidens ad pedes uerbi, id est ad incarnationē Iesu se humiliās, rogat p filia. Qui sibi uiuit, alios uiuere facit. Abrahā & Moyses & Samuel rogāt p plebe mortua & sequitur Iesus preces eorū. Septima uirtute suscitat mortua. Sed interuiam tāgit fimbriā retro mulier sanguinaria: quæ profligatā cū salute perdidit in medicos nihil proficientes substātiā. Septimo die requieuit deus ab omnib. operib. suis. habebat in monumentis. Et neq; catenis iam quisquā poterat eum ligare: qm̄ sæpe compedib. & catenis uinctus, dirupisset catenas & compedes comminuisset: & nemo poterat eum domare. Et semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat clamans & concidens se lapidibus. Videns aūt Iesum à longe, cucurrit & adorauit eū, & clamans uoce magna dixit: Quid mihi & tibi Iesu fili dei altissimi? Adiuro te per deū, ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine. Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Et dicit ei: Legiō mihi nomen est: quia multi sumus. Et deprecabatur eum multū ne se expelleret extra regionē. Erat aūt ibi circa montem grex porcorū magnus pascens. Et deprecabant eum spiritus, dicētes: Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immūdi, introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus est in mare ad duo milia, & suffocati sunt in mari. Qui autem pascebant eos, fugerunt & nunciauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egressi sunt uidere quid esset factī, & ueniunt ad Iesum, & uident illum qui à dæmonio uexabatur sedentē uestitū & sānæ mentis, & timuerunt. Et narrauerunt illis qui uiderant qualiter factum esset ei qui dæmoniū habuerat & de porcis. Et rogare cœperūt eum, ut discederet de finibus eorum. a Cumq; ascēderet nauim, cœpit illū deprecari qui à dæmonio uexatus fuerat, ut esset cum illo. Iesus autem non admisit eum, sed ait illi: Vade in domū tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi dñs fecerit & misertus sit tui. Et abijt, & cœpit prædicare in decapoli, quanta sibi fecisset Iesus, & omnes mirabantur. b Et cum transcendisset Iesus in naui rursus trans fretum, cō uenit turba multa ad eum, & erat circa mare. Et uenit quidam de archisynagogis nomine Iairus, & uidens eum, procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum, dicēs: Quoniam filia mea in extremis est: ueni, impone manus super eam: ut salua sit, & uiuat. Et abijt cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebāt eum. Et mulier quæ erat in profluuio sanguis annis duodecim, & fuerat multa perpessa à compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterius habebat: cum audisset de Iesu, uēnit in turba retro, & tetigit uestimentum eius. Dicebat enim: quia si uel uestimentum eius tetigero, salua ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius, & sensit corpore, quia sanata esset à plaga. Et statim Iesus in semetipso cognoscens uirtutem quæ exierat de illo, conuersus ad turbam aiebat: Quis tetigit uestimenta mea? Et dicebant ei discipuli sui: Vides turbam comprimentem te, & dicis, quis me tetigit? Et circunspiciebat uidere eam quæ hoc fecerat. Mulier uero timens & tremens, sciens quod factum esset in se, uenit & procidit ante eum, & dixit ei omnem ueritatem. Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te saluam fecit: uade in pace, & esto sana à plaga tua. Adhuc eo loquente, ueniunt ad archisynagogum, dicentes, quia filia tua mortua est, quid ultra uexas magistrum? Iesus autem audito uerbo quod dicebatur, ait archisynagogo: Noli timere, tantummodo crede. Et non admisit

Quādo suscitat mortua intus, & semiuiua foris cum turbis. fluxus sanguinis sterilitatē facit. unde dicitur ad ecclesiā gentiū: Lætare sterilis quæ non paris. b ¶ *Venit in turba retro, etc.*] Id est post resurrectionem. Fimbriā tangit, ac si cymbala & mala punica, quæ pendēt de extremis oris tunicæ summi sacerdotis. Cymbalū, confessionem: malum punicū, martyrij uoluntatē, & uirtutum cādorem: siue unitatē significat. Ad puellā dicitur: Tabita cumi, id est puella surge. Archisynagogo dicitur: Filia tua mortua est. Iesus aūt dixit: Non est mortua, sed dormit. Vtrunq; est: mortua est uobis, mihi dormit. Annorum duodecim erat puella: & annis duodecim erat mulier perpessa. a Peccata non credentium, apparent in initio fidei credentium. Vnde dicitur. Credidit Abraham deo & reputatum est ei ad iustitiam.

C
Esa.59.a
a 48 VIII
D
Gal.3.a
b 49 II

quenquam

CAP. VI

E T egressus, etc.] Deinde iens in patriam suã, filius fabri Iesus uocatur. Et hoc mystice: sed fabri qui fabricatus est auroram & solem, id est ecclesiã primam & sequẽtem: in quarum figura mulier & puella sanatur.

a 50 b ¶ Quia non est prophe
I ta.] Comitatur sæpe
1.Reg.25.b uilitas originem: ut
est, quis est filius Isai?
Sed humilia domi-
nus respicit, & alta à
longe cognoscit. Mit-
b 51 tuntur deinde duode
I cim apostoli, & datur
eis potestas præcepta
docendi: ut comitẽ
c 52 uerbum simul & fa-
II ctum: & cum promis-
d 53 sis inuisibilibus, uisi-
II biles uirtutes micent,
& cum ungebãt oleo
e 54 ægros, infirmitatem
II fidei uirtute corrobo
f 55 rãt. e ¶ Et audiuit, etc.]
II Lucernam sub mo-
g 56 dio abscondi fas non
VIII est. d ¶ Quo audito, He
B rodes ait: etc.] Per Iro-
b 57 niam expresse pronũ
II ciat Herodes pellice-
us. Caput legis quod
i 58 est Christus de corpo
X re abscidit proprio,
id est Iudaico popu-
k 59 lo, & datur gentili pu
II ellæ, id est Romanæ ec
clesiæ, & puella dat
matri suæ adulterę, id
est synagogæ, creditu
rę in fine. Corpus Ioã
nis sepelitur: caput in
disco collocatur: lite-
l 60 rã humo tegitur: spi-
VI ritus in altari honora
tur ac sumitur. e ¶ Et
conuenientes apostoli ad te
sum, renunciauerũt, etc.]
Eccles.1.b Ad locum unde ex-
eunt flumina reuer-
tuntur. Deo semper
gratias referunt missi
quod acceperant. f
¶ Et ait illis: Venite seor-
sum in desertum locum,
etc.] Et hoc proprie
Marcus. Seorsum du
cit quos elegit: ut
inter malos uiuen-
m 61 tes, mala non inten-
VIII dant: ut Lot in So-
n 62 domis, & Iob in terra
V Hus, & Abdias in do

quenquam se sequi: nisi Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi. Et ue c
niunt in domum archisynagogi, & uidit tumultum & flentes & eiulantes multum: & ingressus ait illis: Quid turbamini & ploratis? puella non est mortua, sed dormit. Et irridebant eum. Ipse uero eiectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingrediuntur ubi puella erat iacens, & tenens manum puellæ, ait illi: Tabita cumi, quod est interpretatum: Puella tibi dico, surge. Et confestim surrexit puella & ambulabat. Erat autem annorũ duodecim, & obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis uehementer, ut nemo id sciret, & dixit dare illi manducare. Cap. VI

E [a]T egrẽssus inde abijt in patriã suã, & sequebantur eũ discipuli sui. Et facto sabbato cœpit in synagoga docere, & multi audientes admirabãtur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc omnia? Et quæ est sapientia quæ data est illi, & uirtutes tales quæ per manus eius efficiunt? Nonne hic est faber filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioseph, & Iudæ, & Simonis? Nonne & sorores eius hic nobiscũ sunt? Et scandalizabant in illo. [b] Et dicebat illis Iesus: Quia non est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Et non poterat ibi uirtutẽ ullã facere: nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatẽ eorũ: [c] & circuibat castella in circuitu docens. [d] Et conuocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatẽ spirituũ immundorum: Et præcepit illis ne quid tollerent in uia, nisi uirgã tantum: non perã, non panẽ, neq; in zona æs, sed calciatos sandalijs, & ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat eis: [e] Quocunq; introieritis in domũ, illic manete donec exeatis inde. [f] Et quicunq; non receperint uos, neq; audierint uos: exeuntes inde, excutite puluerẽ de pedib. uestris in testimoniũ illis. [g] Et exeuntes prædicabãt ut pœnitentiã agerent, & dæmonia multa eijciebant, & ungebãt oleo multos ægros, & sanabant. [h] Et aũdiuit rex Herodes (ma d
nifestũ enim factũ est nomen eius) & dicebat: Quia Ioannes baptista resurrexit à mortuis: & propterea uirtutes operantur in illo. Alij aũt dicebant, quia Elias est: alij uero dicebant, quia propheta est, quasi unus ex prophetis. [i] Quo audito, Herodes ait: Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis resurrexit. [k] Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannẽ, & uinxit eum in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui: quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, & uolebat occidere eũ, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum uirum iustum & sanctum, & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. [l] Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus, & tribunis & primis Galilææ. Cumq; introisset filia ipsius Herodiadis & saltasset, & placuisset Herodi: simulq; recumbentibus, rex ait puellæ: Pete à me quod uis, & dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris, dabo tibi: licet dimidiũ regni mei. Quæ cum exisset dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis baptistæ. Cumq; introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit, dicens: Volo, ut protinus des mihi in disco caput Ioannis baptistæ. Et contristatus est rex propter iusiurandum, & propter simul recumbentes noluit eam contristare: sed misso spiculatore, præcepit afferri caput eius in disco, & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. Quo audito, discipuli eius uenerũt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento. [m] Et cõuenientes apostoli ad Iesum, renunciauerũt ei omnia quæ egerãt & docuerãt. Et ait illis: [n] Venite seorsum in desertum

Universidad de Sevilla Biblioteca

A mo Achab. a ¶ Et ait illis: requiescite, etc.] Vt aues in ramis sinapis. Pusilla hic sanctis requies, lõgus labor. Sed postea dicit illis, ut requiescãt à laboribus suis. Erãt enim qui ueniebant & redibãt multi, nec mãducãdi spaciũ habebãt in arca Noe: & animalia quæ intus erant foris nitebant, & quæ foris erãt, intro crũpebãt. Sic nimirũ agit in ecclesia: Iudas recessit: latro accessit. Quãm diu recedit à fide, nec ecclesiæ requies est sine mœrore. Rachel plorãs filios suos, noluit cõsolari. Non est hic cõuiuiũ, in quo bibit uinũ nouũ, quando cãtabit canticũ nouum, in cœlo nouo, & in terra noua, ab hominib. nouis: cum mortale hoc induerit immortalitatẽ, cum quinq; panib. & duobus piscibus, quinq; milia hominũ uespera uitæ pascentur, & duodecim cophini octaua uirtute pleni fragmẽtis colligũtur, cum sedẽt super thronos duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Qui sunt fragmẽta? Abraham, Isaac & Iacob: qñ reliquiæ saluæ fient ex Israel? qñ facie ad faciẽ uidebimus, quod in lege Moysi, & prophetis, & psalmis, scriptũ legimus de Christo. Vnde post quartã uigiliã noctis, cõpescit Iesus tumorẽ maris, ambulãs super illud, & dicit: Cõfidite, ego sum: quia uidebimus eũ sicuti est. Tũc cessauit uentus & procella Iesu sedente, id est regnante in naui: quæ est uniuersalis ecclesia. Sequitur. b ¶ Et quotquot, etc.] Qũ fugiet dolor & gemitus.

B

Cap. VII

E [c]T cõueniũt ad eum pharis. etc.] Pharisæorũ superfluum latratum, surC
o 63 sertũ locũ, & rẽquiescite pusillũ. Erant enim qui ueniebãt & redibãt, multi. Et nec spaciũ manducandi habebant. [o] Et ascẽdentes in nauim, abierũt in desertũ locũ seorsum. Et uiderunt eos abeuntes, & cognouerũt multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus cõcurrerũt illuc, & præuenerũt eos. Et exiẽs uidit turbã multã Iesus, & misertus est super eos: qa erãt sicut oues nõ habẽtes pastorẽ. Et cœpit illos docere multa. [p] Et cũ iam hora multa fieret, accesserũt discipuli eius, dicẽtes: De- P 64
I sertus est locus hic: & iam hora prẽterijt: dimitte illos, ut euntes in proximas uillas & uicos emant sibi cibos quos manducent. Et respõdens ait illis: Date illis uos mãducare. Et dixerũt ei: Eũtes emamus ducẽtis denarijs panes, & dabimus illis mãducare. Et dixit eis: Quot panes habetis? Ite & uidete. Et cũ cognouissent, dicũt: Quinq;, & duos pisces. Et prẽcepit illis, ut accũbere facerẽt oẽs, secundũ cõtubernia super uiride fœnũ. Et discubuerũt in partes per cẽtenos & quinquagenos. Et acceptis quinq; panib. & duobus piscibus, intuẽs in cœlũ benedixit: & fregit panes, & dedit discipulis suis, ut ponerẽt ante eos. Et duos pisces diuisit omnibus, & manducauerũt oẽs, & saturati sunt. Et sustulerũt reliquias fragmẽtorũ duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erãt aũt q mãducauerũt, quinq; milia uirorũ. [q] Et statim coegit discipulos suos ascẽdere nauim, ut præcederẽt eũ trãs fretũ ad Bethsaidã, q 65
VI dũ ipse dimitteret populũ. [r] Et cũ dimisisset eos: abijt in montẽ orare. r 66
II [s] Et cũ sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra, & uis 67
IIII dens eos laborãtes in remigãdo: erat enim uẽtus cõtrarius eis. Et circa quartã uigiliam noctis uenit ad eos ambulans super mare, & nolebat præterire eos. At illi ut uiderũt eũ ambulantẽ super mare, putauerunt phãtasma esse, & exclamauerũt: Oẽs enim uiderũt eũ, & cõturbati sunt. D
Et statim locutus est cũ eis, & dixit eis: Cõfidite, ego sum, nolite timere. [t] Et ascẽdit ad illos in nauim, & cessauit uẽtus. Et plus magis intra se t 68
VI stupebant. Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatũ. Et cum transfretassent, uenerunt in terram Genezareth, & applicuerunt. [u] Cumq; egressi essent de naui, continuo cognouerunt u 69
II eum, & percurrentes uniuersam regionẽ illam, cœperunt in grabatis eos qui se male habebant circumferre, ubi audiebãt eum esse: & quocunq; introibat in uicos, uel in uillas aut ciuitates, in plateis ponebãt infirmos, & deprecabantur eum, ut uel fimbriã uestimenti eius tangerent. Et quõtquot tangebant eum, salui fiebant. Cap. VII

E [a]T cõueniũt ad eũ pharisæi, & quidã de scribis ueniẽtes ab Hiero a 70
X solymis. Et cũ uidissent quosdã ex discipulis eius cõmunibus manibus, id est nõ lotis, mãducare panes, uituperauerũt. Pharisæi aũt & oẽs Iudæi nisi crebro lauerint manus, nõ mãducãt: tenẽtes traditionẽ seniorũ: Et à foro ueniẽtes nisi baptizẽtur nõ comedũt. Et alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare: baptismata calicũ & urceorũ & æramentorũ & lectorũ. [b] Et interrogabãt eum pharisæi & scribæ: Quare discipuli tui non ambulãt iuxta traditionẽ seniorũ: sed cõmunibus b 71
VI manibus manducãt panẽ? At ille respõdens, dixit eis: Bene prophetauit Esaias de uobis hypocritis: sicut scriptũ est: Populus hic labijs me honorat: cor aũt eorũ longe est à me. In uanũ aũt me colunt, docẽtes doctrinas & præcepta hominũ. Relinquẽtes enim mandatũ dei, tenetis traditionẽ hominũ: baptismata urceorũ & calicũ, & alia similia his facitis multa. Et dicebat illis: Bene irritũ facitis præceptũ dei, ut traditionẽ uestrã seruetis. Moyses enim dixit: Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuam,

A ca rationis obtundit, id est Moysi & Eliæ increpatione: ut nos aduersantes hæreses uerbis scripturę uincamus, uidētes discipulos nō lotis manib. māducare: qđ futurā gentiū cōmunionē significat. Mundicia & baptismū pharisaicū sterile est. Cōmunicatio non lota apostolica extēdit palmites suos usq; ad mare: qđ culpa maius est. Traditio aūt pharisaica immensis & puris uasis nō est tractāda: sed abscindenda & radēda. Sæpe enim traditionibus hominū mandata dei cedunt. Post hoc signū mulier Syrophœnissa, cuius filia spiritū immundū habebat, intrās procidit ad pedes eius: erat

c 72 eīm gētilis mulier, ro
VI gat, p filia, quę est mater nostra, Romana ecclesia, & nata dęmoniaca, barbarica est occidētalis natio: cuius fides fecit de cane ouē: micas spiritualis intellectus, non panē fractū literæ sumere cupit. Fidelis prudēs & humilis mereī qđ poscit. a ¶ *Et iterum exiens de finibus.*] Et hic

B proprie narrat Marcus decimā uirtutē. Tyrus interpretatur angustia significās Iudææ: cui dns dicit: Coangustatū est stratū:

d 73 breue est pallium, u
VI trunq; operire nō potest: ut trāsferat se ad gētes alias. Sidon uero uenatio interpretatu, quæ fera indomitaq; nostra natio est, & uenit ad mare Galilææ, quod fluctuosa uolubilitas est: inter medios fines Decaa

e 74 poleos, quod interpretaī decalogi mandata. Saluator ad saluandas gētes ab apostolis ducit: qui interroganti se adolescēti quid faceret, respondit: Nosti mandata?

b ¶ *Et adducunt.*] Genus humanum per

f 75 multa membra, ac si
VIII unus homo uaria pęste absumpta enumeratur: in protoplasto

g 75 cæcatur, dum uidet.
VI Surdus fit, cū audit: dum odoraī, emungitur. Obmutescit dū loquiī. Mancus fit dum manū extēdit. Incuruaī, dū eri C gitur. Hydropicus fit, dū cōcupiscit: claudus fit, dū progreditur: lepra suffundit, dum nudaī: dæmone implei, dum diuinitatē appetit: morte moriī, dū audacter excusat quod inobediēter cōmisit.

& qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos aūt dicitis: Si dixerit homo patri uel matri corban, quod est donum quodcunq; ex me tibi proderit, & ultra non dimittitis eum quicquā facere patri suo aut matri: rescindentes uerbū dei per traditionē uestram quam tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis. Et aduocās iterū turbam, dicebat illis: Audite me omnes & intelligite: Nihil est extra hominē introiens in eū, quod possit eū coinquinare: sed quæ de homine procedunt, illa sunt quę coinquinant hominē. Si quis habet aures audiendi audiat.

c Et cum introisset in domū à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. Et ait illis: Sic & uos imprudentes estis. Non intelligitis, quia omne extrinsecus introiēs in hominem, non potest eum coinquinare: quia non intrat in cor eius, sed in uentrē & in secessum exit, purgans omnes escas. Dicebat autem: quoniam quæ de homine exeunt, illa coinquinant hominē. Ab intus enim de cor- de hominū malæ cogitationes procedunt: adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auariciæ, nequitię, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia hæc mala ab intus procedunt, & coinquināt hominem. Et inde surgens, abijt in fines Tyri & Sidonis: & ingressus domum, neminē uoluit scire, & non potuit latere. Mulier enim statim ut audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gētilis Syrophœnissa genere: d & rogabat eum ut dæmoniū eijceret de filia eius. Qui dixit illi: Sine prius saturari filios. Non est enim bonū sumere panem filiorū, & mittere canibus. At illa respondit, & dicit illi: Vtiq; domine, nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorū. Et ait illi: Propter hunc sermonē uade, exijt dæmoniū à filia tua. Et cum abijsset domū suam, inuenit puellam iacentē supra lectū, & dæmoniū exijsse.

e Et iterū exiens de finibus Tyri, uenit per Sidonē ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos: & adducūt ei surdum & mutū, & deprēcabantur eum, ut imponat illi manum, & apprēhendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuēns tetigit linguam eius: & suspiciēns in cœlum, ingemuit, & ait illi: Ephetā, quod est adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius, & solutū est uinculū linguę eius, & loquebantur recte, & præcēpit illis, ne cui dicerēt. f Quanto aūt eis precipiebat, tanto magis plus prędicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes: g Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Cap. VIII

IN diębus illis iterum cum turba multa esset, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis, ait illis

A culi benedicuntur: & de fragmētis septem sportæ plenæ sustolluntur. Septē panes, dona sunt septem spiritus sancti. Quatuor milia, annus est noui testamenti cum quatuor temporibus. Septem sportæ, primæ septem ecclesiæ. Fragmenta panum, mystici intellectus primæ septimanæ sunt. Pisciculi benedicti libri sunt noui testamenti: quoniā piscis assi partem, dominus resurgens postulat, & piscem superpositum prunis, discipulis in captura piscium porrigit. Post hęc ueniūt Bethsaida, quæ domus uallis interpretatur: quæ est alia nisi mundus, qui est uallis lachrymarū? Adducunt duodecima uirtute, cęcū qui non uidet: nec ante, nec retro: id est, qui fuit, q est, qui erit. d ¶ *Et rogabant eum ut illum tangeret.*]

B Quis est qui tangit, nisi qui compungitur? e Et apprehendit manum cæci, ut lamentationem cæcitate cordis sui agat deflens ut Hieremias euersionem ciuitatis dei, hoc est, animæ suæ. b ¶ *Eduxit eum extra uicum.*] Id est, uicinitatem malorum.

1.Cor. 15.d Corrūpunt enim mores bonos colloquia mala. Et expuens in oculos eius, ut uideat uoluntatem domini per flatum spiritus sancti: impositis manibus, interrogat eū si aliquid uideret. Per opera domini uidet maiestatē eius. A magnitudine enim creaturæ creator agnoscitur. c ¶ *Et aspiciens ait.*] Id est, omnes homines existimans superiores sibi: indignum se iudicans, ut

1.Reg.26.d Dauid, uocari homi-
2.Reg.16.b nem, & canem mortuum, & pulicē unū. Iterū manus posuit super oculos eius, ut illis: Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in uia. Quidam enim ex eis de longe uenerūt. Et respondērūt ei discipuli sui: Vnde istos quis poterit hic satiare panibus in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septē panes, gratias agens, fregit, & dabat discipulis suis, ut apponerent. Et apposuerunt turbę, & habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt, & saturati sunt. Et sustulerunt quod superauerat de fragmentis septē sportas. Erāt autem qui manducauerant quasi quatuor milia, & dimisit eos. Et statim ascendens nauim cum discipulis suis, uenit in partes Dalmanutha: a & exierunt pharisæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærētes ab eo signum de cœlo, tentantes eum. Et ingemiscens spiritu ait: Quid generatio ista signum quæriī? b Amen dico uobis, si dabitur generationi isti signum. Et dimittens eos ascendens iterum nauim, abijt trans fretum. Et obliī sunt panes sumere, & nisi unum panem non habebant secū in naui. c Et præcipiebat eis, dicens: Videte & cauete à fermento pharisæorum & fermento Herodis. d Et cogitabant ad alterutrum dicentes: quia panes non habemus. Quo cognito, ait illis Iesus: Quid cogitatis, quia panes non habetis? Nondum cognoscitis nec intelligitis? Adhuc cæcatū habetis cor uestrum: oculos habentes, non uidetis: & aures habentes, non auditis. Nec recordamini, quando quinque panes fregi in quinq; milia, & quot cophinos fragmentorū plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim. Quando & septem panes in quatuor milia, quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei: Septem. Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis? e Et ueniunt Bethsaida, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum ut illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra uicū, & expuens in oculos eius, impositis manibus suis interrogauit eū, si quid uideret. Et aspiciēns ait: Video homines uelut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit uidere, & restitutus est, ita ut clarè uideret omnia, et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam: & si in uicū introieris, nemini dixeris.

f Et egressus est Iesus & discipuli eius in castella Cæsaręæ Philippi, & in uia interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me dicunt esse homines? Qui respondērunt illi, dicentes: Ioannem Baptistam: alij Eliam: alij uero quasi unum de prophetis. Tunc dicit illis: Vos uero quem me esse dicitis? Respondens Petrus ait ei: Tu es Christus. g Et cōminatus est eis, ne cui dicerent de illo. Et cœpit docerē eos, quoniam oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & à summis sacerdotibus, & scribis, & occidi, & post tres dies resurgere, & palam uerbum loquebatur. h Et apprehendens eū Petrus, cœpit increpare eum. Qui conuersus & uidens discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: Vade retro me satana, quoniam non sapis quæ dei sunt, sed quę sunt hominum. i Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis: Si quis uult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim uoluerit

C uideret clarè omnia: id est, per opera uisibilia, inuisibilia intelligeret, & quæ oculus nō uidit, & clarè animæ suæ statum, post rubiginē peccati mūdi cordis oculo contueretur. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Et misit eum in domum suam, ut uideret in se quod antè non uidit. Non enim putat homo despe- rans de salute omnino posse, quod facile illuminatus per spē potest perficere. Et di-

a 77 cit ei: d ¶ *Si in uicum*
IIII *introieris, nemini dixeris, &c.*] Id est, uicinis cę-

b 78 citatem tuam semper
VI enarra, nō uirtutem: ut ait Paulus: Qui fui blasphemus, & persecutus sum ecclesiam

c 79 dei. e ¶ *Post hæc cœ-*
II *pit docere illos.*] Sicut

d 80 gubernator peritus
VI tempestatem in tranquillitate præcauens nautas paratos uult esse suos. Vnde domi- D nus: *Si quis uult post* me sequi, deneget semetipsum, id est, alter ex altero efficiaī. Post confirmationem crucis, gloria resurrectionis ostenditur. Vnde & sequitur tertiadecima uirtute.

e 81 &
X & adducunt ei cæcum, & rogabant eum ut illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra uicū, & expuens in oculos eius, impositis manibus suis interrogauit eū, si quid uideret. Et aspiciēns ait: Video homines uelut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit uidere, & restitutus est, ita ut clarè uideret omnia, et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam: & si in uicū introieris, nemini dixeris.

f Et egressus est Iesus & discipuli eius in castella Cæsaręæ Philippi, & in uia interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me dicunt esse homines? Qui respondērunt illi, dicentes: Ioannem Baptistam: alij Eliam: alij uero quasi unum de prophetis. Tunc dicit illis: Vos uero quem me esse dicitis? Respondens Petrus ait ei: Tu es Christus. g Et cōminatus est eis, ne cui dicerent de illo. Et cœpit docerē eos, quoniam oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & à summis sacerdotibus, & scribis, & occidi, & post tres dies resurgere, & palam uerbum loquebatur. h Et apprehendens eū Petrus, cœpit increpare eum. Qui conuersus & uidens discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: Vade retro me satana, quoniam non sapis quæ dei sunt, sed quę sunt hominum. i Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis: Si quis uult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim uoluerit

A *T dicebat illis.*] Post dies sex in monte excelso trāsfiguratus est corā discipulis suis, ne timerēt opprobria cru
k 86 cis, q uiderant oculis
11 suis gloriā futuræ re-surrectionis. b ¶ *Et uerbum.*] Hoc propriè
1.Cor.15.g Marci: id est cum absorpta fuerit mors in uictoria, nō erunt in
d 87 memoria priora, &
11 non ascendent super cor: cū abstulerit dñs
Esa.4.b sordes filiæ Sion, auferēs omnē lachrymā ab omni facie sanctorum. c ¶ *Et uenies.*] Nō est homini reqes sub sole. Semper paruulos occidit inuidia: magnos percutiunt fulgura mōtes. Alij discentes cū fide: alij inuidentes cū fastu, ad ecclesiā conueniunt. Et populus uidens eū, stupefactus est, & expauerūt. Nō est timor in charitate. Timor em̄ est seruorū, stupescere stultorum. B d ¶ *Et interrogauit eos.*] Quod scit
b 88 dñs, rogat: ut confessio pariat salutem, &
X
c 89 murmur cordis no-
VI stri, sermonib. soluat
Esa.43.d pijs: ut est illud: Dic tu iniqtates tuas prius, ut iustificeris. Postea quartadecima uirtute unus de turba affert filium spiritū ha-
d 90 bentē immundū, &
X reliqua. Quē nō poterant discipuli curare, saluator curauit. Infidelitas utrorūq; impediuit salutē. Spiri-
e 91 tus discerpit spumantem & stridentē & arescentē. Peccator spumat inuidia, stultitia, stridet iracundia, arescit ignauia. Discerpit eū spiritus appropinquantē ad salutē, q̄d est esca dilecta: quos in uentrē suū trahere desiderat, per terrores & dāna: ut fecit in Iob. Interrogat Iesus tēpus. e ¶ *Et ait pa.*] Hic significatur gentilis populus: cui à nati uitate increuit cultus inutilis idolorum: ut C
stulte immolaret filios suos dæmoniis. Vnde sequit: f ¶ *Et frequenter eum.*] Alij enim de gētibus ignē uenerabantur, alij aquam. g ¶ *Et ait illi Iesus.*] Libertatem hic arbitrij indicat. b ¶ *Omnia possibilia sunt, etc.*] Quæ sunt oīa, nisi quę in nomine Iesu, id est, salutis postulantur cū lachrymis? Pater pueri aiebat: Credo domine: adiua incredulitatē meā. Credulitas nostra ut rostrata lingua infirma est, nisi innixa subsistat robore adiutorij dei. Fides cum lachrymis, optata uota capit: ut est: Fiat tibi secūdum fidem tuam. i ¶ *Et cum uideret.*] Deinde Marcus proprie narrat. Mina dominī potentia eius est. k ¶ *Surde.*] Spiritui im putat deus, quod homini diabolus præstat, dum ille nunquā audiret nec loquere- D
tur: quod peccator penitus audiuit & loquitur. l ¶ *Exi ab eo.*] Exiens ab homine, nunquam reuertitur: si cor suum clauis seruauerit humilitatis & charitatis, & ostiū obtinuerit homo mu
nitatis. Vnde prophe- *Psal.30.d*
ta dicit: Esto mihi in deum protectorem, & in locū munitum, ut saluum me facias.

Cap. IX

E"T dicēbat illis: Amen dico uobis: quia sunt quidā de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec uideant regnum dei ueniens in uirtute. Et post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannē, & ducit illos in montem excelsum seorsum solos, & transfiguratus est coram ipsis. Et uestimenta eius facta sunt splendentia & candida nimis uelut nix: qualia fullo non potest super terrā candida facere. Et apparuit illis Elias cum Mose, & erant loquētes cum Iesu. Et respondens Petrus ait Iesu: Rabbi, bonum est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, tibi unum, & Moysi unū, & Eliæ unum. Nō enim sciebat quid diceret. Erant enim timore exterriti. Et facta est nubes obumbrans eos, & uenit uox de nube dicens: Hic est filius meus charissimus, audite illum. Et statim circumspicientes, neminem amplius uiderunt, nisi Iesum tantum secum. Et descendentibus illis de monte, præcepit illis ne cui quæ uidissent narrarent: nisi cum filius hominis à mortuis resurrexerit. b Et uerbū conti nuerunt apud se: conquirētes, quid esset, cum à mortuis resurrexerit. c Et interrogabant eum dicentes: Quid ergo dicunt pharisæi & scribæ: quia Eliam oporteat uenire primum? Qui respondens ait illis: Elias cum uenerit, primo restituet omnia, & quomodo dictum est in filiū hominis, ut multa patiatur & cōtemnatur. Sed dico uobis, quia Elias uenit, & fecerūt illi quæcunq; uoluerunt, sicut scriptū est de eo. d E ueniēns ad discipulos suos uidit turbam magnam circa eos, & scribas conquirentes cum illis. Et confestim omnis populus uidens Iesum, stupefactus est, & expauerūt, & accurrentes salutabant eum, & interrogauit eos: Quid uos cōquiritis? e Et respōdēs unus de turba dixit: Magister, attuli filium meū ad te habentē spiritū mutū: qui ubicunq; eū apprehenderit, allidit eū, & spumat, & stridet dentibus, & arescit. Et dixi discipulis tuis, ut eijcerēt illum, & nō potuerūt. Qui respondēs eis, dicit: O generatio incredula, q̄diu apud uos ero, q̄diu uos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerūt eū. Et cum uidisset eum statim spiritus conturbauit illū, & elisus in terrā, uolutabat spumans, & interrogauit patrem eius: Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantiā: & frequēter eum in ignem & aquas misit, ut eum perderet. Sed si quid potes, adiuua nos, misertus nostri. Iesus aūten ait illi: Si potes credere: omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Et cùm uidisset Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicēs illi: Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi: exi ab eo, & amplius ne introeas in eum

A a ¶ *Et factus est.*] Sanatis etenim dicitur: Mortui estis, &
Col.3.a uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Vnde infirmitas Christianorum non est mors, sed mortis similitudo. b ¶ *Et dixit illis.*] Stultitia ad luxuriam carnis pertinet, & ieiunio sanatur & oratione. Ira & ignauia oratione depellitur. Medicina cuiusque uulneris adhibenda est ei. Non sanat oculum, quod calcaneo adhibetur. Ieiunio, passiones corporis: & oratione pestes sanandæ sunt mentis.
c ¶ *Et uenerunt.*] Capharnaum, uilla consolationis. Congruit interpretatio prædictæ sententiæ, qua dicit: Et occisus, tertia die resurget. Granū frumenti moritur, ut multiplicius colligat: si nō moriē, solū manet. d ¶ *Qui cum domi essent.*] In uia enim tractabāt de principatu: similis tractatio loco. Principatus nāq; ut ingredi, sic deseri
B tur: & q̄ diu tenetur, labi: & incertū est in qua mansione, id est, in qua die finiat. Vn- D
de dicit: Qui uult esse primus, ut puer sit minister. e ¶ *Bonum est tibi.*] Id est, sine cupito principatu. f ¶ *Quam duas manus.*] Duæ manus, principatus sunt & superbia. Abscinde superbiam tenēs humilem principatū. g ¶ *Vermis non moritur.*] Vermis, est conscientia sera. Ignis, pœna inconsummata. Vnde per
Esa.50.b prophetā dicit: Ambulate in lumine ignis uestri, & in flāmis quas succendistis uobis. h ¶ *Omnis enim igne salietur.*] Mirē dictum est: quod enim sale conditur, uermis putredinē arcet. Q̄d uero, id est, aspersio sale carnē quæq; consumit: hoc secundū legē in hostijs fiebat, quæ
Leuit.2.d in altari cremabant. Vnde in omni uictima & sacrificio sal offerri præceptū est. Sal dulcedo sapientiæ, & ignis spiritus sancti gratia. Omnis ignis salietur: quia omnis electus, sapien

eum. Et exclamans, & multum discerpens eum, exijt ab eo. Et factus est quasi mortuus: ita ut multi dicerēt, quia mortuus est. Iesus autem tenens manū eius eleuauit eum & surrexit. f Et cùm introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eū: Quare nos nō potuimus eijcere eum? Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. g Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam: nec uolebat quēquam scire. Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis: quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occisus, tertia die resurget. At illi ignorabant uerbum, & timebant eum interrogare. h Et uenērūt Capharnaum. Qui cùm domi essent, interrogabat eos: Quid in uia tractabatis? i At illi tacebant. Siquidem in uia inter se disputauerant, quis eorum maior esset. Et residens uocauit duo decim, & ait illis: Si quis uult primus esse, erit omniū nouissimus, & omnium minister. Et accipiens puerū statuit eum in medio eorū. quem cum complexus esset, ait illis: k Quisquis unū ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicunq; me susceperit, nō me suscipit, sed eum qui me misit. l Respondit illi Ioannes, dicens: Magister, uidimus quēdam in nomine tuo ejicientem dæmonia: qui nō sequitur nos, & prohibuimus eū. m Iesus autem ait: Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui facit uirtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersum uos, pro uobis est. Quisquis enim potum dederit uobis calicem aquæ calidæ in nomine meo, quia Christi estis: amen dico uobis, non perdet mercedē suā. n Et quisquis scandalizauerit unū ex his pusillis credentibus in me: bonū est ei magis si circundaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur. o Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam. Bonum est tibi debilem introire in uitam, q̄ duas manus habentē ire in gehennam, in ignem inextinguibilem: ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum. Bonū est tibi claudum introire in uitam æternā, q̄ duos pedes habentē mitti in gehennā ignis inextinguibilis: p ubi uermis eorum non moritur, & ignis nō extinguitur. Quod si oculus tuus scādalizat te, eijce eū. Bonū est tibi luscum introire in regnū dei, q̄ duos oculos habentē mitti in gehennam ignis: ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim ignē salietur, & omnis uictima sale salietur. q Bonum est sal. Quod si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? Habetē in uobis sal, & pacem habete inter uos.

tia conditi: ut digna uictima dei altaribus efficiat. Vnde C
bene addit: i ¶ *Et omnis uictima.*] Ille enim uere uictima dñi est, qui corpus & animā à uitijs emūdando deo per amorē spiritus sancti consecrat: nec sale aspergitur, sed igne consumit: quando non peccati tantū contagio pellit, sed & præsentis uitæ delectatio tollit, & futuræ cōuersatio- *f* 92
ni tota mēte suspirat. X
Vnde nostra cōuersatio in cœlis est. Et: Ob *f* 92
secro per misericordiā dei, ut exhibeatis corpora uestra, &cæt. X
Altare dei, est cor bo- *g* 93
norū: hostiæ & sacrifi- 11
cia, bona opera fideliū. In omnib. sacrifi-
cijs sal: quia nullū opus bonū sine sapientia. Ignis sacrificia altare cōsumit: de quo *h* 94
ipse nos baptizauit X
spiritu sancto & igne. *i* 95
Ignis, tribulationes: 11
respicit hoc ad superiora, ubi scādalizantia mēbra euelli præcepta sunt: qa & hoc est igne saliri, tētationib. exerceri ob Christi amorē dilectos & *k* 96
1
proximos nobis abnegare. Omnis enim *l* 97
uictima salietur. Victima dñi, est genus humanū, quod ratione VIII
sapientiæ salit: dū cor- *m* 98
ruptio sanguinis cu- VI
stodia putredinis, id est mater uermiū cōsumit, & illic purgatorio igne examinatur.
k ¶ *Bonum est sal.*] Sal insulsū, q amat prin- *n* 99
cipatū: qui increpare 11
nō audet & confiteri, ne de synagoga ejiciatur: diligēs gloriā ho- *o* 100
minum magis q̄ dei. VI
l ¶ *Habete in uobis sal.*] Salsitudinē correctionis, amor proximi tē
peretur et dilectionē, p-
ximi sal iustitiæ con-
diat. Et in domo iterū
discipuli eius interro- *p* 101
gabant eū de eodē. Et X
hoc proprie: in itera-
ta scientia uerbi nō fastidiū, sed esuriē & sitim præstat: ut est illud sapientiæ: Qui me comedūt, adhuc esuriēt: & qui me bibūt, adhuc sitiēt. Melliflua *q* 102
sapientiæ eloquia gu- II
stata diligētius, multi

modū saporē reddūt. Quādo pluit dñs māna ad man-

Cap. x

ducãdum sub sole liquescens ut cera, redens mollita dicta: ut est illud: Fulgebũt iusti sicut sol in regno patris eorũ. Ad ignẽ perduratur: ut, Paris cor hominis confirms. Ad aspera: ut est, Si qs uult post me uenire, abneget seipsum sibi, & tollat crucem suã & sequat me.

Cap. x

[b] Et inde exurgens.] Itẽ post aliquanta. b ¶ In domo.] Id est de cõiugij statu interrogatur: sicut sequẽs capitulum indicat. Et dicit illis: Quicunq; dimiserit uxorẽ suã, & reliqua. Sed quod dicit Marcus, iterum discipuli eius interrogauerunt eum: Non discipuli interrogauerunt prius, sed pharisæi. Sed secunda interrogatio ab alijs, id est ab apostolis: iterum dicta est de eadem re, de qua pharisæi eum interrogauerunt.

ET inde exurgens uenit in fines Iudææ ultra Iordanem, & conueniunt iterum turbæ ad eum: & sicut consueuerat, iterum docebat illos. Et accedentes pharisæi interrogabant eum: si licet uiro uxorem dimittere, tẽtantes eum. At ille respondens dixit eis: Quid uobis præcepit Moses? Qui dixerunt: Moses permisit libellum repudij scribere, & dimittere. Quibus respondens Iesus, ait: Ad duritiam cordis uestri scripsit uobis præceptum istud: Ab initio autem creaturæ masculum & fœminã fecit eos deus. Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit ad uxorem suam: & erunt duo in carne una. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. [b] Et in domõ iterum discipuli eius de eodem interrogauerũt eum. [c] Et ait illis: Quicunq; dimiserit uxorẽ suam, & aliam duxerit, adulterium cõmittit super eam. Et si uxor dimiserit uirũ suũ, & alij nupserit, mœchatur. [d] Et offerebant illi paruulos ut tangeret eos. Discipuli aũt cõminabantur offerentibus. Quos cum uideret Iesus, indignè tulit, & ait illis: Sinite paruulos uenire ad me, & ne prohibueritis eos: talium est enim regnum cœlorum. Amen dico uobis, quisquis non receperit regnum dei uelut paruulus, nõ intrabit in illud. Et complexatus eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. [e] Et cum egressus esset in uiã, procurrens quidã genu flexo ante eũ, rogabat eum, dicens: Magister bone, quid faciã ut uitam æternã percipiam? Iesus aũt dixit ei: Quid me dicis bonũ? Nemo bonus, nisi unus deus. Præcepta nosti: Ne adultereris, ne occidas, ne fureris, ne falsum testimoniũ dixeris: ne fraudem feceris: honora patrem tuum & matrem. At ille respondens, ait illi: Magister, hæc omnia obseruaui à iuuentute mea. [f] Iesus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deest: uade, quæcunq; habes uende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & sequere me. [g] Qui contristatus in uerbo, abijt mœrens. Erat enim habens multas possessiones. Et circumspiciens Iesus, ait discipulis suis: Quàm difficile qui pecunias habent in regnum dei introibunt. Discipuli autem obstupescebant in uerbis eius. At Iesus rursus respondens ait illis: Filioli, quàm difficile est confidẽtes in pecunijs in regnum dei introire. Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum dei. Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos: Et quis potest saluus fieri? Et intuens illos Iesus, ait: Apud homines impossibile est, sed non est apud deum: omnia enim possibilia sunt apud deum. Et cœpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. [b] Respondẽs Iesus ait: Amen dico uobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me & propter euangelium: qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus, & in seculo futuro uitam æternam. [i] Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. [k] Erant autem in uia ascendentes Hierosolymã, & præcedebat illos Iesus, & stupebant, & sequẽtes timebãt. Et assumẽs iterũ duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei uẽtura. Quia ecce ascendimus Hierosolymã, & filius hominis tradetur principibus sacerdotũ, & scribis, & senioribus, & damnabunt eũ morte, & tradẽt eũ gentibus, & illudẽt ei, & conspuẽt eũ, & flagellabũt eũ, & interficient eũ, & tertia die resurget. [l] Et accedunt ad eũ Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Magister, uolumus ut quodcunq; petierimus, facias nobis. At ille dixit eis: Quid uultis ut faciam uobis? Et dixerũt: Da nobis ut unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Iesus aũt ait eis: Nescitis quid petatis: potestis bibere calicẽ quem ego bibo: aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei: Possumus. Iesus autem ait eis: Calicem quidem quem ego bibo, bibetis, & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini: sedere aũt ad dexteram meam, uel ad sinistram, non est meũ dare uobis, sed quibus paratũ est. [m] Et audientes decẽ, cœperũt indignari de Iacobo & Ioanne. Iesus aũt uocans eos, ait illis: Scitis quia hi qui uidentur principari gẽtibus, dominantur eis, & principes eorum potestatẽ habent ipsorũ. Non ita est aũt in uobis: sed quicunq; uoluerit fieri maior, erit uester minister: & quicũq; uoluerit in uobis primus esse, erit omniũ seruus. Nam

[b] Post hæc uenerũt in Hiericho.] Hiericho, luna, siue anathema interpretat, quod congruit passioni appropinquanti. Defectus nanq; carnis Christi, neomenia est cœlestis Hierusalẽ. Vnde Hiericho deserentes, Hierosolymæ, id est, uisioni pacis appropinquant. b ¶ Et proficiscente, etc.] Quintadecima uirtute illuminatur cæcus. Cæcitas ex parte facta Iudæis illustrabit in fine, qñ eis mittet Eliã prophetam. Iuxta uiã mendicans. Qui scripturam cõseruat, nec cõplet, iuxta uiã mendicans esurit. c ¶ Et quum audiuit, etc.] Per merita patriarcharũ, Iudaicus illuminat populus. Cui misericors & miserator dñs adest, illuminans cæcos, erigẽs elisos, diligens pauperes, custodiens aduenas. d ¶ Et cõminabantur, etc.] Peccata & dæmonia cõpescunt clamorem pauperis, quem exaudiuit dñs. At ille magis clamabat. ingrauescẽte bello, manus ad lapidẽ adiutorij: hoc est, Iesum Nazarenũ, cum clamore leuãdæ sunt. e ¶ Et præcepit Iesu. etc.] Quàm cõueniens est ordo salutis, audimus primo, deinde clamamus, postea uocamur, postremo surgimus. Audimus per pphetas, clamamus per fidem, uocamur per apostolos, surgimus per pœnitentiã, exuimur per baptismũ, interrogamur p uolũtatẽ. Vnde sequitur: f ¶ Qui proiecto, etc.] Exilire nudus ueteri homine dicitur, ut hinnulus saliẽs super colles, exiliens super montes, segnitiã deponẽs, patriarchas, pphetas & apkos in altis cõsiderãs, ad superna se extẽdit. g ¶ Dixit illi Iesus: etc.] Cõsiderãs Iesus promptã uolũtatẽ, cõpletione desiderij remunerat. Vnde & aliàs dicit: Omne quodcũq; petieritis in oratiõe, credẽtes accipietis. h ¶ Cæcus aũtẽ, etc.] Vnã petijtà dño, hoc requirit, ut uideat uoluntatẽ dñi, & inde uidẽs uisitet templũ eius. Vnde sequit: i ¶ Iesus aũt, etc.] In uia cæcus mendicabat, qui dicit: Ego sum uia, ueritas & uita. Hæc est uia angusta quæ ducit ad ardua Hierosolymæ & Bethaniæ ad montẽ oliuarũ, qui est mons luminis & consolationis.

Cant. 2. b
Ioan. 15. a
Psal. 26. b
Ioan. 14. a

Caput XI

ET cum appropinquarent, etc.] Quæ est uisio pacis in qua manet fixa immobilisq; felicitas, quæ secũdũ Apostolũ mater est omniũ credentiũ, & bene uiGal. 4. d

uentiũ in Christo. l ¶ Misit duos, etc.] Bini uocant, & bini mittuntur discipuli Christi, quoniam charitas non consistit cum uno, unde dicit: Væ soli, & reliqua. Duo educunt Hebræos de Ægypto. Duo deportant botrum de terra sancta, ut semper præpositi coniungant opus & scientiam: & duo mandata de duabus tabulis proferãt, & duob. fontibus abluantur, & abluant: & duobus uectibus arcam domini portent, & inter duos cherubim deũ cognoscant, spiritu & mente psallẽtes. Pullũ ligatũ ducũt & indomitũ, quẽ soluunt & domant, q est populus gentilis ligatus ante ianuã fidei cum uinculis peccatorũ suorũ, in biuio stantẽ, in libertate arbitrij dubitantẽ inter uitam & mortẽ. m ¶ Quidam dicebant.] Ac si diceret, quis potest dimittere peccata? n ¶ Et imponũt uest. etc.] Id est, stolã primã immortalitatis per baptismi sacramẽta assumpserunt. o ¶ Et sedit Iesus super eum.] Id est, in eo regnare cœpit, ut nõ regnet peccatũ in lasciua carne, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. p ¶ Multi aũt, etc.] Qui sunt pedes, nisi q portant, & extremi quos ad iudicãdũ cõstituit Apostolus? Qui & ipsi & si non sunt dorsũ in quo sedit dñs, tamen cum militibus à Ioanne instruuntur. q ¶ Alij autẽ etc.] Magis hoc ad orandũ & sacramẽtũ pertinet, q̃ ad necessitatẽ. Iusti ut palma florebunt, angusti in radicib. lati in floribus & fructibus, quoniã bonus odor Christi sunt, & sternũt uiã mãdatorũ dei bona fama. Qui præibant, pphetæ sunt, & q sequebant, apostoli: Vt abyssus abyssũ inuocat, id est, lex legẽ alterã. Osanna, id est, saluifica, dicẽtes in excelsis & imis, ut iusti ædificent in ruinam angelorũ: & terreni & subterranei saluent ab eo benedicto uincẽte & ueniẽte in nomine dñi, id est patris sui, qm̃ filius de patre suscepit nomen, & pater de filio. r ¶ Et intrauit, etc.] Et reliqua, usq; ad speluncã latronũ. Iesus intrat in templũ, ue spera exijt in Bethaniã cũ duodecim, mane ad ludæam uenit, atq; nos in uespera mundi uisitat. Esuriens dñs salutẽ hominũ, uidit à longe ficũ, folijs non fructibus ornatã: ad est, synagogã uestitã mãdatis hominũ & superstitionib. scopatã, cui denegat fructũ in æuũ. Inde templũ

A ingressus, eiecit uendentes & ementes, & mẽsas & cathedras euertit: id est, qui uendunt honorẽ, & gradus emũt. Scriptum
Esa. 56.c est ẽm: Domus mea,
Hiere. 7.b domus orationis uocabit
c 121 cabitur, iuxta Esaiã.
I Vos aũtẽ fecistis eam
spelũcam latronum, iuxta Hieremiam. d
¶ *Et cum uesperа facta esset egred. etc.*] Et hoc proprie. Post se relinquẽs tenebras ut sol in Iudæorũ cordibus egrediebatur de ciui-
f 122 tate ad aliam, quæ est
I benęuola & obediẽs.
Mane reuertentes uiderũt ficum aridam.
g 123 Occidit sol, oritur sol,
X lux ablata à scribis lucet in apostolis. Ficus arida à radicibus, synagoga est à Cain & à
b 124 cęteris, à quibus om-
VI nis sanguis ab Abel usq; ad Zachariã requiritur. b ¶ *Et dixit Petrus: etc.*] Petrus agnouit aridam & ab-
i 125 scisam radicẽ, cui succedit oliua pulchra,
IIII fructifera uocata à domino. Vnde sequitur:
k 126 VI ¶ *Amen dico uobis: Qui cũq; ex uobis dixerit huic monti.*] Id est Christõ, qui est mons crescẽs
l 127 de lapide abscisso sine
II manibus. d ¶ *Tollere & mittere, etc.*] Hoc factũ est, quando dixerunt apostoli: Digne trãsferimur ad gẽtes, qa uos indignos iudicastis audiendi uerbum dei. Sequit:
e ¶ *Et cum stabis ad orationem, etc.*] Septẽ uersus orationis dominicæ, Marcus suo more in una oratione cõprehendit. Is nanque cui dimissa sunt omnia, quid amplius rogabit, nisi q perseue-
a 128 ret in eo qđ obtinuit?
II f ¶ *Et uenerunt etc. Et dicunt illi seniores: In qua potestate hæc facis? Respondit illis Iesus: Baptisma Ioannis de cœlo erat, an ex hominibus? Et cogitantes, dixerunt: Nescimus.*] De lucerna inuidi obscu-
Psal. 131.c rantur, ut dicitur: Paraui lucernam Christo meo, inimicos eius induam confusione. g ¶ *At Iesus ait: nec ego dico uobis, in qua potestate hæc facio.*] Hic cum peruerso subuertitur deus. C

Cap. XII

ET cœpit illis in parabolis loqui: Homo plantauit uineam, & circumd. etc.] Homo deus dicit̃ pater humano affectu. Vinea, domus Israel est. Sepis, est custodia angelorũ. Lacus, est lex: turris, templum: agricolæ, sacerdotes. Peregrinatio dei, libertas est nostri arbitrij. Serui missi, prophetę. Fructus uineę, obedientia. De prophetis alij cęsi, alij uulnerati, alij occisi sunt. Filius charissimus & nouissimus unigenitus est. Verebuntur filium meum. Per ironiam hoc dicitur. Et eiecerunt eum extra uineam: id est, extra plebẽ, dicentes: Quia Samaritanus es, & dęmonium habes. Datur uinea alijs, id est, ab oriente & occidente & austro & ab aquilone uenientibus, & recumbentibus cum Abraham, Isaac & Iacob in regno dei. Hic est lapis reꝓbus quẽ gestat angulus, coniungens in cœna pura agnum cum pane, finiẽs uetus, nouum inchoans testamentum. Hic præstat mira in oculis nostris, ut topazion. Tunc interrogant cum mellitis uerbis, & circũdabãt eũ sicut apes, mel portantes in ore, aculeũ in tergo, dicentes: D

Caput XII

ET cœpit illis in parabolis loqui: Vineam pastinauit homo, & circumdedit sepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est. Et misit ad agricolas in tempore seruum, ut ab agricolis acciperet de fructu uineæ. Qui apprehensum eum cæciderunt & dimiserunt uacuũ. Et iterũ misit ad illos alium seruum, & illũ in capite uulnerauerunt, & contumelijs affecerũt. Et rursum aliũ misit, & illũ occiderũt, & plures alios, quosdã cædentes, alios uerò occidentes. Adhuc ergo unum habens filium

A a ¶ *Magister, scimus quia, etc.*] Malæ siquidẽ cogitationes in ima terræ merguntur, quia de ipsis exeunt, & in eadem iterũ cœnolitate uoluunt̃. Quod Iudæis euidenter accidit cum blasphemi, in innocẽtis Christi cruore uersati sunt. Respondit illis imaginẽ Cæsaris habentibus, nummũ coactũ Cæsari, uos ipsos libenter deo reddite. Signatũ est super nos lumen uultus tui dei, nõ Cæsaris. Et ueniũt ad eũ Sadducæi, & reliqua. De hac quæstione aliàs disputabimus: hic nobis non est cura erroris alieni. Sed cꝓ erũt homines sicut angeli dei, id est, nemo ibi moriẽ, nemo ibi nasciẽ, nec infans nec senex. Mulier sterilis non relinquens semen ex septẽ fratribus nouissimè moriens, quid aliud significat q̃ Iudaicã synagogam relictã quasi mortuã à spiritu septiformi qui septem patriarchas impleuit? Qui non reliquerunt semẽ ei Abrahę quod est Iesus Christus. Licet ẽm puer natus est
B illis, nobis tamẽ genitibus datus est. Quæ mulier mortua erat Christo, nec cuiq̃ patriarchæ de septem in resurrectione cõiungetur. Septeno nanq̃ numero uniuersitas perfectorũ signat̃, ut uersa uice per Esaiam
Esa. 4.a dicit̃: Apprehendent septẽ mulieres uirum unum: id est septẽ ecclesiæ, quas dñs unus amat, arguit & castigat, adorãt eum una fide. Hæ sunt septem sportæ fragmentis panũ plenæ. Panes uerba sunt spiritus sancti. Sportæ uerò ecclesiæ. Quos panes Iesus benedicẽs fregit, & discipuli eius diuiserũt turbæ, dum die septimo benedixit omnia opera sua, requiescẽs in eis. Vnde luce facta primo die q est sapiẽtiæ, & firmamẽto in secũdo, qui est intellectus, & arida teruo, q est cõsilij, & luminarib. accensis quarto, quæ sunt uirtutes, & uolatilib. piscibusq̃ factis quinto, quæ sunt scientiæ, & anima uiuẽte sexto, id est, homine ad imaginẽ dei facto, qđ est pietatis: septimo die spũ timoris dñi, q pmanet sanctus in seculũ seculi, & replet orbẽ terrarũ, sancta repleẽ ecclesia, nõ habẽs maculã neq; rugã. Cur aũt ecclesia septiformis: id est, perfecta, timore repleẽ? Quia iustus uix saluabiẽ, q rogat: Et nõ intres in iudiciũ cũ seruo tuo dñe, qa non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Vnde his septem qualitatibus spiritus psalteriũ cantauit: cõmemoras in eo, quid negligentia nostra pepererit, qd diligẽtia quęsierit, qd diuina, puidẽtia cõtulerit, qd inimici instigatio fraudauerit, qd obliuio lubrica subtraxerit, qd humana fragilitas intulerit, qd ignorãtia imꝓuida fefellerit. Oẽs hos septẽ affectus in psalmis inuenim9 expressos, ut est illę. Primus: Cõcepit doloreꝫ & peperit iniquitatẽ. Secũdus: Pręueni in maturitate & clamaui. Tertius: Incerta & occulta sapiẽtiæ tuæ manifestasti mihi. Quartus: Inimici mei animã meã circumdederunt. Quintus: Obliuiõi datus sum tanq̃ mortuus à corde. Sextus: Qm̃ lũbi mei impleti sunt illusiõib. Septimus: Delicta iuuẽtutis meæ & ignorantias meas ne memineris domine. Quos affectus spiritus septiformis emũdat & illuminat, ut septem lucernæ ab austro ardẽtes, aquilonares tenebras expellãt in tabernaculo dñi. Spũs sapiẽtiæ in pigro negligentiã repellit. Spiritus intellectus diligẽtiã rationabiliter quærit. Spiritus cõsilij, diuinã, puidentiã prudenter inuenit. Spiritus uirtutis, instigationes fortiter retundit. Spiritus scientiæ, obliuiõem lubricam diu esse integre nõ finit. Spũs pietatis, humanam fragilitatẽ clemẽter indulget. Spiritus timoris, dei imꝓuidã ignorãtiã ardenter decoquit ac plene
C
1.Pet. 4.d
Psal. 142.a
b 129
I
Psal. 7.d
c 130
II
Psal. 16.c
Psal. 37.b
Psal. 24.b
D

filiũ charissimũ, & illũ misit ad eos nouissimũ, dicens, qa reuerebunt̃ filiũ meũ. Coloni autẽ dixerũt adinuicẽ: Hic est hęres, uenite occidamus eũ, & nostra erit hęreditas. Et apprehẽdentes eũ occiderũt, & eiecerũt extra uineã. Quid ergo faciet dñs uineę? Veniet & perdet colonos, & dabit uineã alijs. Nec scripturã hanc legistis: Lapidẽ quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, à dño factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. b Et quærebãt eũ tenere, & timuerũt turbã. Cognouerũt ẽm qm̃ ad eos parabolã hanc dixerit. Et relicto illo abierũt. c Et mittũt ad eũ quosdã ex phariseis & Herodianis, ut eũ caperẽt in uerbo. Qui ueniẽtes dicunt ei: Magister, scimus quia uerax es, & nõ curas quenq̃: Nec ẽm uides in faciẽ hominũ, sed in ueritate uiã dei doces: Licet dare tributũ Cæsari, an nõ dabimus? Qui sciens uersutiã illorũ, ait illis: Quid me tentatis? Afferte mihi denariũ ut uideã. At illi obtulerũt ei, & ait illis: Cuius est imago hæc & inscriptio? Dicunt ei: Cęsaris. Respõdens aũt Iesus, dixit illis: Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quę sunt dei, deo. Et mirabant̃ super eo. Et uenerũt ad eũ Sadducæi, qui dicũt resurrectionẽ nõ esse, & interrogabãt eum, dicẽtes: Magister, Moses nobis scripsit, ut si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit uxorẽ, & filios nõ reliquerit, accipiat frater eius uxorẽ ipsius, & resuscitet semẽ fratri suo. Septẽ ergo fratres erant, & primus accepit uxorẽ, & mortuus est nõ relicto semine, & secũdus accepit eã & mortuus est, & nec iste reliqt semẽ: & tertius similiter. Et acceperũt eã similiter septẽ, & nõ reliquerũt semẽ. Nouissima aũt omniũ defuncta est & mulier: in resurrectiõe ergo cũ resurrexerint, cuius de his erit uxor? Septẽ ẽm habuerũt eã uxorẽ. Et respõdẽs Iesus, ait illis: Nõne ideo erratis, nõ sciẽtes scripturas neq; uirtutẽ dei? Cũ ẽm à mortuis resurrexerint, neq; nubẽt, neq; nubent̃, sed sunt sicut angeli in cœlis. Dẽ mortuis aũt quod resurgant, non legistis in libro Mosi super rubũ quomodo dixerit illi deus, inquiẽs: Ego sum deus Abrahã & deus Isaac, & deus Iacob. Nõ est deus mortuorũ, sed uiuorũ. Vos

replet. Sapiẽtia domũ ædificat, intellectus, gubernacula inuenit, cõsiliũ bona discreta facit: uirtus in patiẽtia animã possidet: sciẽtia, diuitiæ fidei & salutis acquirũt. Pietate, psperitas præsentis uitæ & futuræ consistit. Timore humilitas cõseruaẽ, & omne peccatũ expelliẽ. Quia initium sapientiæ timor dñi est. b ¶ *De mortuis autem, etc.*] In quo est similitudo uestra, in quo ignis ardebat, sed non

non eius ſpinas con-
d 131 ſumebat. Sic uos in-
VI flãmat eloquiũ meũ:
nec ſpinas ueſtras ſub
maledicto germina-
tas abſumplſit: Inqui-
ens, deus Abrahã, &
deus Iſaac, & deus Ia-
cob: ter deum nomi-
nando, trinitatẽ inti-
mans. C Non eſt deus
mortuorũ, ſed uiuo-
e 132 rum. Vnũ deum ite-
X rans, unam ſubſtan-
tiam ſignificat. Viuũt
aũt qui uendicabant
portionem quam ele
gerant: mortui uerò
ſunt, qui quod uendi
cauerũt, perdiderũt.
a ¶ Et interrogauit eum unus, etc.] Quæ eſt hęc
f 133 quæſtio problematis,
II quod eſt cõmune om
g 134 nibus peritis in lege,
II niſi quod diuerſa in
Exodo & Leuitico &
Deuteronomio ordi
nantur mandata? Vn
de non unũ, ſed duo
b 135 intulit mandata, de
II his etenim duob. ube
ribus ſuper pectora
ſponſæ eleuatis, no-
ſtra alitur infantia. *b*
i 136 ¶ *Et ait illi ſcriba: etc.*]
VIII Quare non eſt longe
qui uenit callide? Lõ
gior nanq; eſt igno-
rantia à regno dei cõ
ſcientia. Vnde ſupra
Sadducæis: Erratis,
inquit, neſcientes ſcri
pturas neq; uirtutem
dei. Et docebat eos Ie
ſus in templo: id eſt,
palãm eis de ſe loqui
tur, ut inexcuſabiles
ſint: & ut ignis incen
dat arida ſcribarũ &
phariſæorum exem-
pla, qui uolunt in ſto
a 137 lis ambulare. *c ¶ Hi*
II *accipient prolix. etc.*] Id
eſt, diuitiarum cuſto
diam. *d ¶ Aſpiciebat quomodo diuites iacta.*]
b 128 Diuites qui ſunt, niſi
II qui proferunt de the-
ſauro cordis ſui no-
ua & uetera, quę ſunt
incerta & occulta ſa-
pientiæ utriuſq; teſta-
menti? Paupercula ue
rò quæ eſt, niſi & ego
& ſimiles mei, qui mit
to q̃d poſſum, & deſi
dero quod non poſ-
ſum uobis explana-

Vos ergo multũ erratis. [d] Et ãcceſſit unus de ſcribis
q̃ audierat illos cõquirẽtes, & uidens q̃m bene illis
reſpõderit, interrogauit eũ quod eſſet primũ om-
niũ mandatũ. Ieſus aũt reſpõdit ei: Quia primũ om
nium mandatũ eſt: Audi Iſrael, dñs deus tuus, deus
unus eſt. Et diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo,
& ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota
uirtute tua. Hoc eſt primũ mandatũ. Secũdum autẽ
ſimile eſt illi: Diliges proximũ tuum ſicut teipſum.
Maius horũ aliud mãdatũ nõ eſt. [e] Et ãit illi ſcriba:
Bene magiſter in ueritate dixiſti, q̃a unus eſt deus,
& nõ eſt alius prẽter eũ. Et ut diligat̃ ex toto corde,
& ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota for
titudine, & diligere proximũ tanq̃ ſeipſum, maius
eſt omnibus holocauſtomatib. & ſacrificijs. Ieſus
aũt uidẽs q̃ ſapiẽter reſpõdiſſet, dixit illi: Nõ es lon
ge à regno dei. [f] Et nemo iam audebat eũ interroga
re. [g] Et reſpõdẽs Ieſus, dicebat docẽs in tẽplo: Quõ
dicũt ſcribæ Chriſtũ filiũ eſſe Dauid? Ipſe em̃ Da-
uid dixit in ſpiritu ſancto: Dixit dñs dño meo, ſede
à dextris meis: Donec ponã inimicos tuos ſcabellũ
pedũ tuorũ. Ipſe ergo Dauid dixit eũ dñm, & unde
eſt filius eius? Et multa turba eũ libẽter audiuit. [h] Et
dicebat eis in doctrina ſua: Cauete à ſcribis qui uo-
lunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro, & in pri
mis cathedris ſedere in ſynagogis, & primos diſcu
bitus in cœnis, [i] qui deuorant domos uiduarũ ſub
obtẽtu prolixæ orationis, hi ãccipient prolixius iu
diciũ. Et ſedens Ieſus cõtra gazophylaciũ, aſpiciẽ-
bat quõ turba iactaret æs in gazophylaciũ, & mul-
ti diuites iactabant multa. Cũ ueniſſet autẽ una ui-
dua pauper, miſit duo minuta, quod eſt quadrans.
Et cõuocãs diſcipulos ſuos, ait illis: Amẽ dico uo-
bis, q̃m uidua hæc pauper plus omnibus miſit, qui
miſerũt in gazophylaciũ. Omnes enim ex eo quod
abundabat illis, miſerunt: hæc uerò de penuria ſua
omnia quæ habuit miſit totum uictum ſuum.

Caput XIII

E [a] T cũ ẽgrederet̃ de tẽplo, ait illi unus ex diſci-
pulis ſuis: Magiſter, aſpice quales lapides &
quales ſtructuræ? Et reſpõdens Ieſus ait illi: Vides
has oẽs magnas ædificatiões: Nõ relinquet̃ lapis ſu
per lapidẽ, q̃ nõ deſtruat̃. [b] Et cũ ſederet in mõte oli
uarũ cõtra templũ, interrogabãt eũ ſeparatim Pe-
trus & Iacobus & Ioannes & Andreas: Dic nobis
q̃n iſta fiẽt, & quod ſignũ erit, q̃n hæc omnia inci-
piẽt cõſummari. Et reſpõdẽs Ieſus, cœpit dicere il-
lis: Videte ne q̃s uos ſeducat. Multi em̃ ueniẽt in no
mine meo, dicẽtes, q̃a ego ſum, & multos ſeducẽt.
Cũ audieritis aũt bella & opiniones bellorũ, ne ti-
mueritis, oportet em̃ hæc fieri, ſed nondũ finis. Exurget
enim gens ſuper gentem, & regnum ſuper regnum: &
terræmotus per loca & fames. Initium dolorum
hæc. [c] Videte aũt uoſmetipſos. Tradent enim uos in con
cilijs, & in ſynagogis uapulabitis, & ante præſides & re-
ges ſtabitis propter me in teſtimoniũ illis. [d] Et in omnes
gentes primũ oportet prædicari euangeliũ. [e] Et cum du-
xerint uos tradentes, nolite præcogitare quid loquami-
ni, ſed quod datum uobis fuerit in illa hora, id loquami-
ni. Non enim eſtis uos loquẽtes, ſed ſpiritus ſanctus. Tra
det autem frater fratrẽ in mortẽ, & pater filium: & con-
ſurgent filij in parẽtes, & morte afficient eos. Et eritis o-
dio omnibus propter nomen meũ. Qui autẽ ſuſtinuerit
in finem, hic ſaluus erit. [f] Cum autẽ uideritis abominatio
nem deſolationis ſtantẽ ubi non debet, qui legit, intelli-
gat. [g] Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant in montes, & qui ſu
per tectũ, non deſcendat in domũ, nec introeat ut tollat
quid de domo ſua. Et qui in agro erit, non reuertatur re
tro tollere ueſtimentũ ſuum. [h] Væ autẽ prægnantibus &
nutrientibus in illis diebus. [i] Orate uerò ut hyeme non
fiant. [k] Erũt enim dies illi tribulationis tales quales non
fuerunt ab initio creaturæ quam cõdidit deus uſq; nũc,
neq; fient. [l] Et niſi breuiaſſet dominus dies, nõ ſuiſſet ſal-
ua omnis caro. Sed propter electos quos elegit, breuia-
uit dies. [m] Et nunc ſi quis uobis dixerit: Ecce hic eſt Chri-
ſtus, ecce illic, ne crediderit̃. [n] Exurgent enim pſeudo-
chriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna & portenta
ad ſeducendos ſi fieri poteſt etiam electos. Vos ergo ui-
dete, ecce prædixi uobis omnia. [o] Sed in illis diebus poſt
tribulationẽ illam ſol contenebrabitur, & luna non da-
bit ſplendorẽ ſuũ, & ſtellæ cœli erunt decidentes, & uir-
tutes quæ in cœlis ſunt, mouebunt̃. [p] & tunc uidebunt fi-
lium hominis uenientẽ in nubibus cum uirtute multa
& gloria. Et tunc mittet angelos ſuos, & congregabit ele
ctos ſuos à quatuor uentis, à ſummo terræ uſq; ad ſum-
mum cœli. A ficu autẽ diſcite parabolam: Cũ iam ramus
eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoſcitis quia in
proximo ſit æſtas. Sic & uos cum uideritis hæc fieri, ſci-
tote q̃ in proximo ſit in oſtijs. Amẽ dico uobis, quoniã
non tranſibit generatio hæc, donec omnia iſta fiãt. Cœ-
lũm & terra tranſibunt, uerba autem mea non tranſi-
bunt. [q] De die autẽ illa uel hora nemo ſcit, neq; angeli in
cœlo, neq; filius, niſi pater. [r] Videte, uigilatẽ & orate, ne-
ſcitis enim quando tempus ſit. [s] Sicut homo qui peregre
profectus reliquit domũ ſuam, & dedit ſeruis ſuis pote-
ſtatem cuiuſq; operis, & ianitori præcepit ut uigilet. [t] Vi-
gilate ergo, neſcitis enim quando dominus domus ue-
niet, ſero an media nocte, an gallicãtu, an mane, ne cum
uenerit repente, inueniat uos dormientes. Quod autem
uobis dico, omnibus dico: Vigilate. Cap. XIIII

E [a] Rãt aũt paſcha, & azyma poſt biduum, [b] & quærẽ-
bant

A tempeſtate diſſenſio-
nũ: & ſtellæ erunt de-
cidẽtes lumine, quan
do penẽ deerit ſemen
Abrahæ cui aſſimila-
tæ ſunt ſtellæ: & uirtu
tes quæ ſunt in cœlis
mouebũtur ad iram
uindictæ, quãdo mit
tentur à filio hominis
ueniente in nubibus
cœli cum uirtute, qui
prius ſicut pluuia in
uellus Gedeon deſcẽ
dit cum humilitate. Et
congregabit electos à
quatuor uentis, ut tri
ticum uentilatum de
area totius terræ. Fici
parabola hæc eſt pro
phetia. Folia nata, uer
ba ſunt præſentia: æ-
ſtas uerò proxima,
dies eſt iudicij, in quo
unaquæq; arbor ma
nifeſtabit quæ intus
habuit, an aridum ad
cõburendum, an ui-
ride ad plantandum
in Eden cum ligno ui
tæ, cuius folia in ſalu-
tem gentium, id eſt,
uerba, quibus dicet̃:
Matth. 11.d Venite benedicti pa-
ã tris mei, & reliqua.
Sequitur: *a ¶ Cœlum & terra tranſibunt, etc.*]
Quid eſt quod dicit,
neq; filius? de quo di
Ioan. 14.d citur: Pater maior me
eſt: id eſt, corpus eius
in terra poſitũ, quod
eſt eccleſia. *b ¶ Vigi-
late & orate, etc.*] Vigi
lia opus eſt mẽtis an-
te mortem corporis.
Homo peregre pfici-
ſcẽs, corpus eſt Chri-
ſti in cœlum eleuatũ,
relinquens domum
ſuã, quæ eſt eccleſia.
Dans ſeruis ſuis po-
teſtatẽ uniuſcuiuſque
Matth. 25.b operis, id eſt, octo ta-
Luc. 19.b lenta, iuxta Matthæũ,
uel decẽ mnas, iuxta
Lucã. Et ianitori præ
cepit ut uigilet: id eſt,
ei qui prædicat, cui di
citur: Si non annun-
ciaueris iniquo ini-
quitatẽ ſuã, ſanguinẽ
ſuum de manu tua re
quiram. Vigilate er-
go, & reliqua. Sero
an media nocte, quã-
do ſunt occiſa Ægy-
ptiorũ primogenita,
ne inueniat uos dormientes. Nam qui dormit, non cor-

rer Non quantum ut C
audiſtis, ſed ex quan
to cõſiderat deus. Vr
nuſquiſq; quadrantẽ
poteſt offerre. Hæc eſt
torta panis in Leuiti-
co, quæ eſt uoluntas
prompta. Quæ cur
quadrãs dicit̃? Quia
ex tribus conſtitit, co
gitatu, uerbo, ac fa-
cto. Quod dicit, totũ
uictũ ſuum miſit. To-
ta enim uoluptas cor
poris in uictu conſi-
ſtit. Vnde dicit̃: Totus
labor hominis in ore
ſuo eſt. Cap. XIII

E T *quum egrederetur de tẽplo.*] E-
numerat diſci-
pulis cladem nouiſſi
mi temporis: id eſt,
deſtructionẽ templi
cũ plebe & litera ſua.
De qua lapis ſuper la
pidem non relinqua
tur: id eſt, teſtimonia
pphetarũ ſuper eos
in quos Iudæi retor-
quebãt ea, ut eſt in a-
poſtolũ, in Eſdrã, in
Zorobabel, in Ma-
chabæos. Quæ enu-
merat, omnia ſperan D
da ſunt potius q̃ tra-
ctanda. Pſeudochri-
ſti & pſeudoprophe-
tæ, gens ſuper gẽtem,
regnũ ſuper regnum,
terræmotus, uapula-
tio prædicantiũ, præ-
dicatio euangelij uſq;
ad fines terræ, ut ante
iudicium clamet ec-
cleſia: A finibus terræ
ad te clamaui domi-
ne. Domeſtici in do-
meſticos ſurgentes,
abominatio in tẽplo,
fuga in mõtes, ut non
deſcendat ad ima qui
aſcendit ad alta. Ora-
te ut hyeme nõ fiat fu
ga ueſtra uel ſabbato:
id eſt, ne finiantur fru
ctus ueſtri opis cũ fi-
ne tẽporis. hyeme em̃
finiẽt fructus, ſabbato
uerò tẽpus. Tribula-
tio ingens, & dies bre
ues ꝓpter electos, ne
malicia huius tẽporis
mutet intellectũ eorũ.
Sicut de Noe dicitur.
Poſt hæc ſol contene-
brabit̃ ad gelida cor-
da ut hyeme, & luna
non ſplẽdebit ſerena
tempe-

pora uera, ſed phan-
taſmata intẽdit, & ua
cuus uigilat de his C
quæ uiderat. Sic nimi
c 139 rũ ſunt quos mundi
I amor rapit in uita:
deſerit poſt uitam q̃d
d 140 ſomniabant pro cer-
VI to. Sequit̃: *e ¶ Quod uobis dico om. etc.*] Hoc
e 141 fine concludit ſermo
II nem, ut cõmune om
nium præceptum no
uiſſimi per primos
audiant.

Cap. XIIII

Rat autem paſcha f 142
& azyma poſt bi- VI
duum.] Nunc a-
ſpergamus librũ no- g 143
ſtrum ſanguine & li- II
mina domorũ, & fu-
nem coccineum cir-
cũdemus domui ora
tionis noſtræ: & coc- b 144
cum in manu noſtra II
ut Sara ligemus: ut i 145
uaccam rufam in ual VI
le occiſam enarare k 146
poſſimus. Paſcha, II
tranſitus interpretat̃. l 147
Phaſe uerò immola- VI
tio. In immolatione m 148
agni & tranſitu popu II
li per mare uel per Ae n 149
gyptum, præfigura- VI
tur paſſio Chriſti, & o 150
redemptio populi de II
inferno, quando nos
poſt biduum uiſitat,
id eſt, pleniſſima lu- p 151
na ætate Chriſti perfe II
cta: ut nec cum aliqua 1. Cor. 5
parte tenebroſa, car-
nes agni immaculati,
qui tollit peccata mũ
di, in una domo, quæ
eſt una electa matris
ſuæ eccleſia catholica,
calciati charitate, & ar
mati uirtute comeda
mus, dicẽtes: Etenim
paſcha noſtrum im- *
molatus eſt Chriſtus.
c ¶ Et quærebant ſummi q 152
ſacerdotes & ſcribæ quo- VI
modo, etc.] A principi- r 153
bus egreſſa eſt iniqui VI
tas in Babylone. Oc- s 154
ciſo etenim capite, to II
tum corpus enerue t 155
efficitur. Vnde miſeri II
faciunt quod capita
moliunt̃. Vitãt diem
feſtum quod cõuenit
illis. Non eſt enim fe- a 156
ſtiuitas his qui uitam I
& miſericordiã per- b 157
VI
ſemper

Universidad de Sevilla Biblioteca

& semper ad lectum suum redit, id est filius obediens patri usq; ad mortẽ, obedientiã à nobis petit. Simõ leprosus, mundum iustũ lẽ primo, & postea fidelẽ significat. Mulier cum alabastro, ecclesiasticam fidem, quæ dicit:
Cant. 1.d Nardus mea dedit odorẽ suũ. Pistica nardus dicitur, id
est mystica & pretiosa. Domus impleta odore, cœlum & terra
e 158 est. Fractũ alabastrũ, carnale est desiderĩũ,
I quod frangitur ad ea
put ex quo omne corpus cõpaginatũ est.
Recumbente ipso, id est, humiliãte, ut eum tangerer fides peccatricis, quæ de pedib. ascendit ad caput, & ad pedes à capite descendit per fidẽ: id est ad Christũ & ad mẽbra eius. a ¶ *Quidam indigne ferentes.*] Per synecdochẽ dicit unus pro multis, & multi pro uno: Dicẽtes intra se: Vt quid perdi-
d 159 tio hæc unguẽti? Per-
IIII ditus de salute perditionẽ inuenit, & in fi-
e 160 cu fructifera mortis
II laqueũ nanciscit. Trecentis denarijs poterat uenũdari unguen
B tum & dari pauperibus. Sub prætextu auariciæ mysteriũ loquit fidei. Etenim nostra fides trecentis emitur denarijs, id est decẽ sensibus per corpus & animã & spiritum triplicaris, ut &
Iudic. 7.b nos sicut Gedeon trecentorũ uirorum numerũ assumentes, allophylorũ castra pauperes spiritu fractis lagunculis nostris cũ tubis & lucernis destruamus, & ut Abra-
f 161 ham cum trecentis uiris, spolia ad uesperũ
IIII diuidamus. Sequit:
g 162 b ¶ *Bonum opus operata*
I *est in me.*] Qui credit
b 163 in deum, reputatur ei
II in opus iustitiæ. Alid
i 164 est enim credere ei, a-
VI liud credere in eum,
k 165 id est, rotum esse te
I in illũ. Quod habuit, hæc fecit. Non aliunde speremus quod in nobis habemus. c ¶ *Præuenit ungere corpus meum.*] Id est, anteq; ueniret is qui excluderet. Iudas Iscariotis unus de duodecim. Vnus numero, non unus merito: unus nomine, non unus numine: unus corpore, non unus
Cant. 4.c animo. Vnde sponsus ad spõsam canit: Vulnerasti cor meũ soror mea sponsa, in uno oculorũ tuorũ, & in unõ crine colli tui. Oculus & crinis, sapientiæ est uirtus, quoniam Iudæ cũ cæteris dicit: Vobis datũ est nosse mysterium regni, & dedi uobis potestatẽ & reliqua. Abijt ad principes. Postq; exijt, satanas in eum intrauit. Hic nox nocti indicat scientiã. Vnũquodq; animal ad simile sibi iungit. Maria currit ad apostolos, ut dies diei eructet uerbũ: Et Iu-
Psal. 18.a das ad Iudæos, ut nox nocti indicet scientiã. Promittunt pecuniã, amittunt uitã, quã ipse recepit quũ uitam amisit. Quærebat opportunitatem. Opportunitas doli nunq; inuenit, ut nõ uindicet hic aut illic. Promittit se tradere, ut magister eius diabolus ante dicebat:
Matth. 4 Tibi dabo potestatẽ hanc uniuersam. Et primo die azymorũ, quæ cum amaritudine manducanẽ: azyma nobis est redemptio nostra. Amaritudo uerò passio dñi:
Dicũt discipuli: Quò uis eamus? Vt cũ uo- D
lũtate dei dirigamus gressus nostros. Dñs indicat cum quo mãducat pascha, & more suo mittit duos, quod supra exposuimus: Et dicit: Ite in ciuitatẽ, & reliqua. Ciuitas est ecclesia quæ muro fidei cingitur: Homo occurrens, populus primitiuus est. Amphora aquæ, lex literæ est. Sequimini eum, qui ducit in altum ubi est refectio Christi. Vnde Raab exploratoribus mandat, ut non irent per ima, sed per excelsa pergerent. Cœnaculũ grande, ecclesia magna est, qua narrat nomen dñi, strata uaietate uirtutũ & linguarum, ut est illud: Circumamicta uarietate, in quo paratur domino pascha. Dominus domus, Petrus apostolus est. Cui dñs domũ suam credidit, ut sit una fides sub uno pastore. d ¶ *Vespere autem facto, uenit cum duodecim, &c. etc.*] Vesperam dicit, uesperam indicat mundi. Circa undecimam nanq; horam uenũt nouissimi qui primi denarium uitæ accipiunt æternæ: quia ante crucem

bant summi sacerdotes & scribæ, quomodo eũ dolo tenerent & occiderent. dicebant autem: Non in die festo, ne fortè tumultus fiat in populo. c Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recumberet, uenit mulier habens alabastrũ unguenti nardi spicati pretiosi, & fracto alabastro effudit super caput eius. Erãt aũt quidã indigne ferentes intra semetipsos, & dicentes. Vt quid perditio ista unguẽti facta est? Poterat enim unguẽtũ istud uenundari plus q̃ trecẽtis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebant in eum. Iesus aũt dixit: Sinite eam: Quid illi molesti estis? Bõnũ opus operata est in me. Semper eñ pauperes habetis uobiscũ, & cũ uolueritis, potestis illis benefacere: me aũt nõ semper habebitis. Quod habuit, hæc fecit: d Præũenit ungere corpus meũ in sepulturã. Amẽ dico uobis, ubicũq; prędicatũ fuerit euangeliũ istud in uniuerso mũdo, & quod fecit hæc, narrabit in memoriã eius. e Et Iudas Iscariotis unus de duodecim abijt ad summos sacerdotes, ut p̃deret eum illis. Qui audiẽtes gauisi sunt, & promiserũt ei pecuniã se daturos. Et quærebat quõ eũ opportune traderet. Et primo die azymorũ quãdo pascha immolabãt, dicũt ei discipuli: Quò uis eamus & paremus tibi comedere pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in ciuitatẽ, & occurret uobis homo lagenã aquæ baiulans, sequimini eũ, & quocũ q; introierit, dicite domino domus, quia magister dicit: Vbi est refectio mea, ubi pascha cũ discipulis meis manducẽ? Et ipse uobis demõstrabit cœnaculũ grande stratũ, & illic parate nobis. Et abierũt discipuli eius, & uenerũt in ciuitatẽ, & inuenerũt sicut dixerat illis, & parauerũt pascha. f Vespere aũt facto, uenit cũ duodecim, & discũbẽtib. eis & mãducãtibus, ait Iesus. Amẽ dico uobis, q̃a unus ex uobis tradet me, q̃ manducat mecũ. g At illi cœperũt cõtristari, & dicere ei singulatim: Nunquid ego? h Qui ait illis: Vnus ex duodecim qui intingit mecũ in catino. Et filius quidẽ hominis uadit sicut scriptum est de eo. i Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonũ erat ei si natus non fuisset homo ille. k Et manducantib. illis, accepit Iesus panem, & benedicens fregit & dedit eis, & ait: Sumite hoc est cor-

A cem Abrahã erat in inferno, & post crucẽ latro in paradiso. Manducantibus aũt eis ait: Vnus ex uobis me tradet qui manducat mecũ panẽ. Quia dum falsitas arguitur, nihilominus ueritas comprobat, ut impleret quod
Psal. 40.c dicit: Qui edebat panes meos, magnificabat super me supplantationẽ. Omnes tanguntur ut fiat harmonia in cithara: omnes nerui bene suspensi, consona uoce respõdent: Nunquid ego sum dñe? Vnus remissus & pecuniæ amore affectus dixit: Nũquid ego sum rabbi? Et dicit illis: Vnus de duodecim. Separat lupus seorsum ouem quam capit. Ouis quæ de ouili egreditur, lupi patet morsibus. Filius hominis uadit, sed uæ homini per quẽ tradet. Multi bonũ ut Iudas faciũt, sed omnino illis non proficit. Bonum erat ei si non esset natus, intimo latẽs utero materno, melius est non esse quàm ad tormenta esse. Accepit Iesus panem & benedicens fregit, transfigurans corpus suum in panẽ quod est ecclesia præsens, quæ accipitur in fide, benedicit in numero, frangit in passionibus, datur in exemplis, sumitur in doctrinis: formans sanguinẽ suũ in calicẽ, uino & aqua mixtũ, ut alio purgemur à culpis, alio redimamur à pœnis. Sanguine nãq; agni seruanẽ domus à percussione angeli, & aqua maris rubi extinguunt inimici, quæ sunt mysteria ecclesiæ Christi. a ¶ *Gratias agens dedit illis.*] Gratia non meritis saluati sumus à deo. b ¶ *Et biberũt ex eo omnes.*] Ebrietas felix, satietas salutaris, quæ quanto copiosius sumitur, tanto maiorẽ sobrietatẽ mentibus donare dignat. Et Iudas bibit, sed non saturat, nec sitim extinguit ignis æterni, quia indigne sumit mysteria Christi. Hic macula in luna ostẽditur, quæ nunq; deletur. Luna ecclesiæ meritо cõparatur, quæ non habet splendorẽ: sed à sole certis modis susçipit lumen, id est à Christo qui permanet in æternũ. Sũt eñ in ecclesia quos sacrificiũ nullũ emundat, sed eos cogitatio insipiens perducit ad culpas, qui se cœnosæ crudelitatis fœtoribus miscuerunt. Sanguis enim noui testamenti, qui pro multis effunditur, non omnes emundat. c ¶ *Non bibam, etc.*] Hic mutat tantũ sacrificiũ, sed non mutat tempus, ut nos nunq; cœnam dñi ante quartamdecimam lunam faciamus. Qui facit in quartadecima resurrectionẽ, in undecima luna cœnam domini facit, quod nunq; inuentũ est, nec in uetеri testamẽto, nec in nouo. d ¶ *Et hymno dicto, etc.*] Id est,
Psal. 12.f laude domini, ut est in psalmo: Et laudabũt dominum qui requirunt eum, & manducauerunt eum & adorauerunt omnes pingues terræ. e ¶ *Et exierunt, etc.*] In monte oliueti Iesus tenetur, & inde ad cœlos ascẽdit, ut nos sciamus, quia inde ascendimus ad cœlos, unde uigilamus & oramus & ligamur, nec repugnamus in terra. Omnes uos scandalũ patiemini. Omnes cadunt, sed non omnes iacent. Nunquid qui dormit non adiciet ut resurgat? Carnale est cadere, sed diabolicum iacere. est corpus meum. l Et accepto calice gratias agẽs dedit eis. Et biberunt ex illõ omnes. Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Amẽ dico uobis, q̃uod iam nõ bibam de genimine uitis usq; in illum diem, cum illud bibã nouum in regno dei. m Et hymnõ dicto exiẽrunt in montem oliuarum. Et ait eis Iesus: n Omnes scandalizabimini in me in nocte ista, quia scriptum est: o Percutiam pastorem & dispergentur oues. Sed postquam resurrexero præcedam uos in Galilæam. p Petrus aũtem ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego. Et ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia tu hodie in hac nocte priũs quàm bis gallus uocem dederit, ter me es negaturus. q At ille amplius loquebatur: Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. r Et ueniunt in prædium cui nomen Gethsemani, s & ait discipulis suis: Sedete hic donec orem. Et assumit Petrum & Iacobum & Ioannem secum, & cœpit pauere & tædere. t Et ait illis: Tristis est anima mea usq; ad mortem: Sustinete hic & uigilate. u Et quum processisset paululũ, procidit super terram, & orabat, ut si fieri posset, transiret ab eo hora, & dixit: Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me: x sed non quod ego uolo, sed quod tu. y Et uenit, & inuenit eos dormientes, & ait Petro: Simon dormis? non potuisti una hora uigilare? Vigilate & orate, ut non intretis in tentationẽ. z Spiritus quidem le fecimus ad nosmetipsos. Et uenit in prædiũ Gethsemani, id est uallis pinguedinũ, ubi tauri pingues obsederunt eum, & uituli multi circũdederunt eum. b ¶ *Sedete hic donec orem.*] Separat in oratione qui separatur in passione, qa ille orat, illi dormiunt pinguedine cordis oppressi. i ¶ *Cœpit pauere, etc.*] Pauere & tristificari decemunt ante iudiciũ mortis, qui non possumus per nos dicere nisi per illũ: Venit princeps mũdi huius, & in me non habet quicq̃. Et dixit: Abba pater. Hebraicè & Græcè loquitur, quia non est distinctio Iudæi & Græci. k ¶ *Si possibile est, etc.*] Vsq; in finem non cessat nos docere patribus obedire, & uoluntatẽ eorum uoluntati nostræ præponere. Inuenit eos dormientes. Sicut dormiunt mente, sic & corpore. l ¶ *Vigilate & orate ne intretis in tentationem.*] In tentationem intrat, qui orare negligit. Ter discipuli dormiunt, & ter dominus orans suscitat. Terna dormitatio, tres mortuos quos dñs suscitauit significat. Primũ in domo: Secundũ ad sepulchrũ: Tertiũ de sepulchro. Tertia uigilia dñi, tres personas habere nos in orãdo docet: & de præteritis & futuris & de præsentibus ueniam rogare. Venit Iudas cum gladijs & lignis. Incũbit uirtuti seculi qui desperat de adiutorio dei, dat signũ osculi cum ueneno doli, sicut Cain obtulit sacrificium subdolum & reprobatũ. Vnde uinũ cum aceto in cruce ponunt. Et tenuerũt Iesum. Hic adest Ioseph uinctus, uenditus à fratribus, & ferrũ pertrãsiuit animã eius. Vnus educẽs gladium amputauit auriculam ser-

Scriptũ est, percutiã pastorẽ. Propheta Zacharias postulat passionẽ dñi. Pater respõdet, percutiã pastorẽ, precibus sanctorum infernaliũ. Filius à patre mittit & percutit, id est incarnat & patitur. Dispergunt oues pastore capto, resurrectio promittitur, ut spes nõ extinguatur. f ¶ *Petrus ait: Et si omnes, etc.*] Et auis sine pennis in altũ uolare nititur: Sed corpus aggrauat animam, ut timore humanæ mortis, timor dñi superet uel uincat. g ¶ *Prius quàm gallus, etc.*] Gallus cantat, Petrus negat ter. Gallus lucis nuncius quis est, nisi spiritus sanctus? cuius uoce in prophetis & apostolis nos de terna abnegatiõe qua deũ negauimus nosse, uoce ancillarũ exterriti, excitamur ad amarissimos post lapsum fletus, qui male cogitauimus de deo, & male locuti sumus ad proximos, & ma-
Matth. 8.c Luc. 7.c le fecimus ad nosmetipsos. Et uenit in prædiũ Gethsemani, id est uallis pinguedinũ, ubi tauri pingues obsederunt eum, & uituli multi circũdederunt eum. h ¶ *Sedete hic donec orem.*] Separat in oratione qui separatur in passione, qa ille orat, illi dormiunt pinguedine cordis oppressi. i ¶ *Cœpit pauere, etc.*] Pauere & tristificari decemunt ante iudiciũ mortis, qui non possumus per nos dicere nisi per illũ: Venit princeps mũdi huius, & in me non habet quicq̃. Et dixit: Abba pater. Hebraicè & Græcè loquitur, quia non est distinctio Iudæi & Græci. k ¶ *Si possibile est, etc.*] Vsq; in finem non cessat nos docere patribus obedire, & uoluntatẽ eorum uoluntati nostræ præponere. Inuenit eos dormientes. Sicut dormiunt mente, sic & corpore. l ¶ *Vigilate & orate ne intretis in tentationem.*] In tentationem intrat, qui orare negligit. Ter discipuli dormiunt, & ter dominus orans suscitat. Terna dormitatio, tres mortuos quos dñs suscitauit significat. Primũ in domo: Secundũ ad sepulchrũ: Tertiũ de sepulchro. Tertia uigilia dñi, tres personas habere nos in orãdo docet: & de præteritis & futuris & de præsentibus ueniam rogare. Venit Iudas cum gladijs & lignis. Incũbit uirtuti seculi qui desperat de adiutorio dei, dat signũ osculi cum ueneno doli, sicut Cain obtulit sacrificium subdolum & reprobatũ. Vnde uinũ cum aceto in cruce ponunt. Et tenuerũt Iesum. Hic adest Ioseph uinctus, uenditus à fratribus, & ferrũ pertrãsiuit animã eius. Vnus educẽs gladium amputauit auriculam ser-

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

CANON

A ui. Prædicatio Petri, auditũ à Iudæis abscidit regni dei.
a ¶ *Tũc discipuli eius omnes relinquentes eum fugierunt.*] Tunc adimpleti est quod dicitur: Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria. b ¶ *Adolescens quidam, etc.*] Hoc proprie Marcus. Sicut & Ioseph relicto pallio nudus de manibus impudicæ dominæ effugit. Qui autem uult effugere manus iniquorũ relinquẽs mẽte quæ mundi sunt, fugiat post Iesum. Et conuenerunt sacerdotes & scribæ. Tunc fit congregatio taurorũ in uaccis populorũ. Petrus à longe sequebat. Vir duplex animo, incõstãs est in omnibus uijs suis. Timor retrahit, charitas trahit. In atrio cum ministris calefacit se ad ignem. Atrũ sacerdotis, est secularis circuitus: ministri, dæmonia sunt: Ignis, desiderium carnale, cũ quibus qui manet, flere peccata non potest. Summi sacerdotes quærebant falsum testimonium aduersus Iesum. Mentita est iniquitas sibi, ut regina aduersus Ioseph, & sacerdotes aduersus Susannã: sed ignis sine materia defecit. Et conuenientia testimonia non erãt: Quod uariatur incertum habetur. c ¶ *Qui dam diceb ant, etc.*] Moris est hæreticorũ umbram de ueritate trahere. Nõ ille dixit qđ illi dicunt, sed simile uerbũ de templo corporis sui quod post triduum resuscitauit. Exurgẽs summus sacerdos interrogat Iesum: Ille autẽ tacebat. Ipse deus & saluator noster qui mundo salutẽ contulit, & humano generi sua pietate subuenit: sicut ouis ad occisionẽ sine uoce ducitur, & obmutuit & siluit à bonis. Taciturnitas Christi apologiam Adæ absoluit. d ¶ *Et dixit ei: Tu es Christus filius dei benedicti?*] Quem expectabant de longe, in propẽ non uident. Sicut Isaac caligãtibus oculis, Iacob quidem promptus est, caro autẽ infirma. e Et iterũ abiẽs orauit, eundẽ sermonẽ dicens. Et reuersus denuo inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorũ grauati, & ignorabant quid respõderent ei. Et uenit tertio, & ait illis: Dormite iam & requiescite. f Sufficit. Venit hora, ecce filius hominis tradẽt in manus peccatorũ. Surgite eamus. Ecce qui me tradet propẽ est. g Et adhuc eo loquente, uenit Iudas Iscariotis unus de duodecim, & cum eo turba multa, cum gladijs & lignis à summis sacerdotibus & scribis & senioribus. h Dederat autẽ traditor eius signũ eis, dicẽs: Quẽcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum & ducite caute. Et cum uenisset, statim accedens ad eum, ait: Rabbi, & osculatus est eum. At illi manus iniecerũt in Iesum, & tenuerũt eum. i Vnus quidã de circũstãtibus educens gladiũ, percussit seruũ summi sacerdotis, & amputauit illi auriculã. j Et respondens Iesus, ait illis: Tanq̃ ad latronẽ existis cũ gladijs & lignis cõprehẽdere me, quotidie eram apud uos in templo docẽs & nõ me tenuistis. k Sed ut impleantur scripturæ. Tũc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugierunt. l Adolescẽs aũt quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. m Et adduxerunt Iesum ad summũ sacerdotẽ, & conuenerunt omnes sacerdotes & scribæ & seniores. n Petrus autẽ à longe secutus est eum usq; intro in atriũ summi sacerdotis, & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. o Summi uerò sacerdotes & omne conciliũ quærebãt aduersus Iesum testimoniũ, ut eum morti traderent, nec inueniebant. Multi aũt falsum testimoniũ dicebãt aduersus eum, & conuenientia testimonia non erant. p Et quidam surgẽntes, falsum testimoniũ ferebant aduersus eũ, dicentes: Quoniam nos audiuimus eum dicentem: Ego dissoluam templũ hoc manufactũ, & post triduũ aliud non manufactũ ædificabo. Et non erat conueniens testimonium illorũ. Et exurgẽs summus sacerdos in mediũ, interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quicq̃ ad ea quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autẽ tacebat, & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dicit ei: Tũ es Christus filij dei benedicti? Iesus autem dixit illi: Ego sum. q Et uidẽbitis filium hominis sedẽntem à dextris uirtutis, & uenientẽm cum nubibus cœli. r Summus autem sacerdos scindens uestimenta sua, ait: s Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. t Et cœperũt quidam conspuere in eum sub manibus non agnoscit, sed Iõge de eo futura canit. C
c ¶ *Iesus autem dixit illi: Ego sum.*] Vt inexcusabiles sint.
f ¶ *Et uidebitis filium hominis.*] Sacerdos interrogat filiũ dei: Iesus autem respondit filiũ hominis, ut hic intelligamus dei filiũ eundem esse & filiũ hominis, & ne quaternitatẽ faciamus in trinitate, sed homo in deo, & deus in homine necesse sit. g ¶ *A dextris uirtutis, etc.*] Id est in uita regnantem sempiterna & uirtute diuina. h ¶ *Et uenientẽ in nubibus cœli.*] In nube ascẽdit, cum nube ueniet, id est in corpore suo solo, quod sumpsit à uirgine ascẽdit: & cũ multiformi ecclesia quæ est corpus ipsius & plenitudo eius ad iudiciũ uẽturus est, sicut dicit secundum Matthæũ: Cũ autẽ uenerit filius hominis, & omnes angeli cum eo, & reliqua. i ¶ *Summus sacerdos scidit uestimenta sua.*] Hoc est Ephod, in quo habebant honorem, Iudæi amiserũt. Hic adest Samuel scisso pallio de manibus Saul, id est regno. Milites gentiles nõ scindunt tunicam Christi. Sacerdotes uerò scindunt dignitatẽ sacerdotij sui. Et condẽnant eũ reũ esse mortis. Quo reatu suo, reatũ nostrũ solueret, & uelamine facieí suæ, uelamẽ cordiũ nostrorũ auferret & spuaminib. susceptis, faciẽ animæ nostræ lauaret. Et colaphis quibus in caput pcussus est, caput humani generis, qđ est Adã sanaret: Et alapis quibus expalmatus est, maxima laus eius nostris manibus & labijs plauderet, unde: Oẽs gentes plaudite manib. Et cruce sua, cruciatũ nostrũ solueret, & morte sua mortem nostrã necaret: cũ forma serpẽtis serpentẽ necat, quia serpente de uirga facto alij absorbent serpentes. Vnde per ꝓphetã ipse dicit: Ero mors tua ò mors, & morsus tuus ò inferne. Opprobria eius, nostrum

Matth. 25.d
1.Reg. 15
D
Psal. 46.a
Osee 13.d

A nostrũ abstulere opprobriũ. Vincula eius nos liberos fecerũt. Corona spinea capitis eius, diadema regni adepti sumus. Vulneribus eius sumus sanati. Sepultura eius resurgimus. Descensione eius ad inferos, nos ascendimus ad cœlos. Hic inuenit̃ mel in ore leonis mortui.
Esa.53.b Hæc omnia præuidẽs
Psal.115.b ꝓpheta ait: Quid retribuã dño pro omnibus quæ retribuit mihi? a ¶ *Et cũ esset, etc.*] Petrus sine spiritu uoci ancillæ cessit: cũ spiritu, nec principibus nec regibus cedit. Prima ancilla titubatio est. Secũda consensio. Tertius uir, actus est. Hæc est trina negatio quã abluit per fletus uerbi Christi recordatio. Tũc nobis gallus cantat, quando prædicator quisq; ꝑ pœnitentiã corda nostra ad cõpunctionẽ excitat. Tunc incipimus flere, quãdo ignimur intus per scintillã scientiæ, & foras eximus extra quod fuimus.

Cap. XV

E T *consistim, etc.*] Hic adest Samson uinctus à
Iudic.15.c B Dalila. Samson, id est sol eorũ quibus occubuit sol in meridie. Dalila situla interpretatur, quæ est synagoga, quæ situlæ more limpidũ liquorẽ non tenet, & quisquilia immunda collegit. Samson noster maxilla uerbi sui innumeras cateruas Iudæorũ & dæmonũ hic sternit, & fontẽ perennis uitæ sitiẽtibus nobis, id est corpori suo aperit. Pontifices concitauerunt turbas ut peterent Barabbã, & crucifigerent Iesum. Hic duo hirci adsunt, unus ἀποπομπαῖος, id est, emissarius, cum peccato populi in desertũ inferni absolutus dimittit: alter propeccatis absolutorũ, ut agnus occiditur. Pars dñi semper mactat, pars diaboli qui est magister eorũ effrenata in tartarũ precipitatur. Subditur:
c ¶ *Vultis dimittã, etc.*] Multas occasiones dedit Pilatus liberandi saluatorem. in eum, & uelare faciem eius, & colaphis eum cædere, & dicere ei: Prophetiza. Et ministri alapis eum cædebant. Et cũm esset Petrus in atrio deorsum, uenit una ancillis summi sacerdotis, & cum uidisset Petrũ calefacientem se, aspiciens illum, ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras? At ille negauit, dicens: Neq; scio neq; noui quid dicas. r Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit. Rursus autem cum uidisset illum ancilla, cœpit dicere circumstantibus, quia hic ex illis est. At ille iterũ negauit. Et post pusillum rursus qui astabant dicebãt Petro: Verè ex illis es, nam & Galilæus es. Ille autem cœpit anathematizare & iurare, quia nescio hominem istum quem dicitis, & statim gallus iterum cantauit. s Et recordatus est Petrus uerbi quod dixerat ei Iesus, prius quàm gallus cantet bis, ter me negabis, & cœpit flere.

Cap. XV

E T cõfestim mane cõsiliũ facientes summi sacerdotes cũ senioribus & scribis & uniuerso cõcilio, b uincientes Iesum duxerunt & tradiderũt Pilato. c Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudæorũ? At ille respõdens, ait illi: Tu dicis. d Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus aũt rursum interrogauit eum, dicẽs: Non respondes quicq̃? Vide in quantis te accusant. Iesus autẽ amplius nihil respondit, ita ut miraret̃ Pilatus. e Per diem autẽ festũ solebat dimittere illis unũ ex uinctis quẽcunq; petissent. f Erat aũt qui dicebat̃ Barabbas, qui cũ seditiosis erat uinctus, qui in seditione fecerat homicidiũ. Et cũ ascendisset turba, cœpit rogare sicut semper faciebat illis. Pilatus aũt respondit eis & dixit: Vultis dimittam uobis regẽ Iudæorũ? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. g Pontifices aũt cõcitauerunt turbã, ut magis Barabbam dimitteret eis. h Pilatus autẽ iterũ respondens, ait illis: Quid ergo uultis faciã regi Iudæorũ? At illi iterũ clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus uerò dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum. i Pilatus autẽ uolens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit eis Iesum flagellis cæsum ut crucifigeretur. k Milites autem duxerunt eum intro in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem, & induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronã, & cœperunt salutare eum: Aue rex Iudæorum. l Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eum, & ponentes genua adorabant eum. Et postq̃ illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum uestimentis suis, m & educunt illum, ut crucifigerent eum. Et angariauerũt prætereuntẽ quempiã Simonem moratur. De amaritudine enim

CANON

C
Matt. 27.b
r 195 I
s 196 I
Gen. 4
t 197 II
a 198 II
b 199 I
c 200 I
d 201 IIII
e 202 II
Ionæ 1.d
g 204 I
h 205 I
i 206 I
k 207 IIII
l 208 VI
m 209 I

radicis surgit dulce-

A do oliuæ, unde per Hieremiã ad Iudæã dicitur: Oliuam
Hiere. 11.c uberẽ, pulchrã, fructiferã, speciosam uocauit dñs nomẽ
Deut. 21.d tuũ. Vt tolleret crucẽ eius. Dum legerẽt, maledictus om
nis qui pendet in ligno, factus est maledictus, ut tolle
ret maledictũ. Simon qui portat crucẽ in angaria, ipse
est q laborat pro lau
n 210 de humana. Cogunt
I eum homines huic la
bori, quem non co
o 211 git timor & dilectio
IIII dei. Ipsa species cru
p 212 cis, qd est nisi forma
I quadrata mundi: O
q 213 riẽs de uertice fulgẽs:
X Arcton dextra tenet,
r 214 auster in læua consi
I stit, occidẽs sub plan
s 215 tis firmatur. Vnde A
I postolus dicit: Vt scia
t 216 mus quæ sit altitudo
VIII & latitudo & longitu
u 217 do & ꝓfundũ. Aues
VI quando uolant ad æ
x 218 thera, formam crucis
II assumunt: homo na
tans per aquas uel o
rans, forma crucis ue
hitur. Nauis per ma
y 219 ria, antena cruci si
II milata sufflatur. Tau
z 220 litera, signũ salutis &
II crucis describitur. Et
d 221 perducunt eũ in gol
VI gotha, quod interpre
B tatur caluaria. Tra
dunt Iudæi quod in
hoc montis loco im
b 222 molatus est aries pro
II Isaac, ut ibi decolleꝰ,
c 223 id est, Christus à car
I ne sua carnali uideli
d 224 cet Iudæa separatur.
II a ¶ *Et dabant ei bibere*
e 225 *myrrhatũ uinum.*] Hoc
II aceto, succus letalis
pomi abstergit. Et non accepit id, pro quo patitur. Vn
de de eo dicitur: Quæ non rapui, tunc exoluebam. Et
crucifigunt eum. Hic figitur salus in ligno, ligno primo
infixa est mors. Lignũ primũ, lignũ scientiæ boni & ma
li est. Et secundũ lignũ, boni tantũ nobis & uitæ lignum
est. Extensio manus primæ ad lignũ, mortẽ apprehẽdit:
extensio autẽ secundæ, uitã quæ perierat inuenit. Ligno
hoc uehimur per mare undosum ad terrã uiuentium.
b ¶ *Diuiserunt uestimenta, etc.*] Vestimenta dñi eius man
data sunt, quibus tegitur corpus eius, qd est ecclesia,
quæ diuiduntur inter milites gentiũ, ut sint quatuor or
dines cum una fide, id est coniugati & uiduati, præpo
siti & separati, sortiti tunicam indiuisam, quæ est pax &
unitas, inconsutilis in modum anuli regalis. c ¶ *Erat autem hora tertia, etc.*] Hoc uerè & proprie Marcus intu
lit. Nam sexta hora tenebræ suffuderunt terram, ut non
quis potuisset mouere caput. A tricesimo nanq; fructu
Marcus ascendit ad centesimũ, id est à tertia hora crucis
usq; ad tertiam resurrectionis post tres dies. Tricesimus
fructus est in cruce, sexagesimus in inferno, centesimus
in paradiso. d ¶ *Et erat titulus causæ eius inscriptus: Rex Iudæo
rum.*] Quod in titulis prænotatur psalmorũ, in finem
ne corrũpas. Et hoc tribus linguis עַל־תַּשְׁחֵת *Βασι
λεὺς ἐξομολογήσεως*, rex cõfitentium. Hæ tres linguæ in
crucis titulo cõiunctæ sunt, ut omnis lingua cõmemo
ret perfidiã Iudæorũ. e ¶ *Et cum eo duos latrones, etc.*] Cũ
iniquis ueritas deputata, unũ reliquit sinistrũ, alterum
assumit dextrũ, sicut in die iudicij faciet, ex simili crimi
ne, dissimiles sortiuntur fines. Alter antecedit Petrũ in
paradisum, alter Iudã in infernum. Confes
sio breuis, uitã acqui
siuit longam, & blas
phemia finita, pœna
plectitur æterna. Hic
pullus Iudæ ligat ad
uitẽ. Hic *ὠναβόλαιον*,
id est, palliũ tingitur
in sanguine uuæ, hic
lacerant hœdi uineã.
Blasphemantes eum,
& mouentes capita
sua. Emittitur in capi
ta iniquorum mors,
quando excitant uin
cula inferni usque ad
cruicem, qui est cer
uix generis humani.
Descẽde de cruce, ne
faceret salutẽ quã in
choarat. Et uiderunt
postea resurgentẽ de
sepulchro quẽ de cru
cis descẽdere non cre
debant posse paubu
lo. Vbi est Iudæi infi
delitas uestra? Adhuc
de uiuo dicebatis, si
rex Israel est, descen
dat de cruce. Vos ip
sos cõsulo, uos ipsos
iudiciũ peto, quanto
mirabilius est mor
tuum posse resurgere
quam adhuc uiuum
de cruce uelle descen
dere? Parua petistis,
dum maiora prouenerint. Sed infidelitas
uestra non potuit sanari signis multo fortioribus cꝝ pe
tistis. Hic omnes declinauerũt simul inutiles facti sunt.
Facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totã terrã. Hic
adest Noe inebriatus ac nudatus, cœlo & terra pallio
tenebroso tectus, & homine irrisus. Hic stillauit sanguis
de ligno. f ¶ *Hora nona clamauit Iesus uoce magna: Eli, eli, lam
ma azabthani.*] Inde scribit psalmus iste pro assumptio
ne matutina, qua Christus ad crucẽ ducitur. Verba ꝓ
pria sunt filij hominis: Vnde sequit iuxta Lucã: In ma
nus tuas cõmendo spiritũ meũ. Nona hora inuenitur
uersa domo decima drachma quæ perierat. Currẽs au
tem unus ex eis, inuenit similitudinẽ eorum spongiam
cauam, infirmam, aridam, ignibus aptã: implet aceto,
hoc est malicia & dolo, de quo dicit: Plantaui te uineã Hiere. 2
sorech, & quomodo cõuersa es in amaritudinẽ uitis a
lienæ? Et expectaui ut faceret uuas, & fecit spinas. g ¶ *Iesus emissa uoce, etc.*] Infirmata enim carne, uox inualuit
diuina quæ dicit: Aperite mihi portas iustitiæ, & ingres- Psal. 117
sus in eas cõfitebor dño. Cũ ima uoce uel sine uoce mo
rimur, qui de terra sumus. Ille uerò cũ exaltata uoce ex
pirauit qui de cœlo descendit. Velũ templi scinditur, id
est cœlũ aperitur. Centurio ait: Verè filius dei erat. No
uissimi primi nunc efficiuntur. Gentilis confitetur po
pulus, Iudæa cæcata negat, ut fiat eis error peior priore.

Erant

A a ¶ *Erant aũt.*] Sicut non excluditur muliebris sexus à salute per Mariã uirginẽ, ita non repellit à mysterio cru
cis scientiæ & resurrectionis per uiduã Mariã Magdale
nam & cæteras matres. Ioseph uenit sero parasceue ab
Arimathia, quę interpretat deponẽs, ad deponendum
corpus in monumẽ
tum, nobilis decurio
expectans & ipse re
gnum dei. Intrat ad
Pilatũ, petit corpus
Iesu. Ioseph mercatur
sindonem, inuolutũ
corpus in sindone
ponit in monumen
tum quod erat exci
sum de petra. Aduol
uit lapidẽ ad ostium
monumenti. Mariæ
aspiciũt ubi ponereꝰ.
Hæc omnia cõgruũt
ad populũ Iudaicum
in fine credentẽ, q no
bilitat fide, ut Abra
hæ sit filius. Deponit
desperationem, expe
ctat regnũ dei. Intrat
ad Christianos ut ba
ptizetur. Quod signi
ficat nomen Pilati, id
est malleatoris, id est,
q domat ferreas gen
tes, ut regat eas in uir
ga ferrea: & petit sacri
ficiũ quod donat pœ
B nitentibus in fine uia
ticũ, & corde mundo
& peccatis mortuo,
inuoluit in munimi
ne fidei, stabilitũ o
perculo spei, per ope
ra charitatis conclu
1.Tim.1.b dit. Finis enim præce
pti est charitas. Aspi
cientibus à longe ele
ctis, q sunt stellæ ma
ris, qñ si fieri potest,
scãdalizabunt electi.

aduerso stabat, quia sic clamãs expirasset, ait: Verè hic ho
mo filius dei erat. f Erãt aũt & mulieres de longe aspi
cientes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iaco
bi minoris & Ioseph mater, & Salome. Et cũ esset in Ga
lilæa, sequebant eũ, & ministrabant ei, & aliæ multæ quæ
simul cũ eo ascenderãt Hierosolymã. g Et cũ iã sero esset
factũ, quia erat parasceue, quod est ante sabbatũ, uenit Io
seph ab Arimathia nobilis decurio, qui & ipse erat expe
ctans regnũ dei, & audacter introiuit ad Pilatũ, & petijt
corpus Iesu. Pilatus aũt mirabat, si iam obijsset, & accer si
to Centurione interrogauit eũ, si iam mortuus esset. Et
cum cognouisset à Centurione, donauit corpus Ioseph.
h Ioseph aũt mercatus sindonẽ, & deponens eũ, inuoluit
sindoni, & posuit eũ in monumento quod erat excisum
de petra, & aduoluit lapidẽ ad ostiũ monumenti. i Maria
aũt Magdalene & Maria Ioseph aspiciebãt ubi ponereꝰ.

Caput XVI

E T cũm transisset sabbatum, Maria Magdalene &
Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, ut ue
nientes ungerent eũ. b Et uãlde mane una sabbatorũ ue
niũt ad monumentũ orto iam sole, & dicebãt ad inuicẽ:
Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumẽti? Et respi
cientes uiderũt reuolutũ lapidẽ: erãt quippe magnus val
de. Et introeuntes in monumentũ, uiderũt iuuenẽ sedẽ
tem in dextris, coopertũ stola candida, & obstupuerũt.
c Qui dicit illis: Nolite expauescere. Iesum quæritis Naza
renũ crucifixũ, surrexit, nõ est hic: ecce locus ubi posue
runt eũ. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro: quia præcedet uos in Galilæã, ibi eũ uidebitis, sicut dixit uobis. d At il
læ exeũtes fugierũt de monumẽto. Inuaserat enim eas ti
mor

Cap. XVI

E T cum transisset sabbatum.] Nunc aromatibus redo
lentibus cum sponsa, & adolescentibus quæ cur
runt post eam, conspergimus librum & cubicu
Cant. 1 lum mentis nostræ. Nunc introducit nos rex in cellaria sua. Nunc surgit amica Maria, hyems abijt, pluuia
recessit, flores uisi sunt in terra: Vox turturis audita est
in terra nostra. Vineæ florentes dederunt odorem. Re
dit sponsus de umbra sub qua dormit in meridie. Post
sabbata tristia felix irradiat dies, quæ primatum in die
Psal. 117.d bus tenet, luce prima in eo lucescente, & domino meo
cum triumpho resurgente, & dicente: Hæc est dies quã
fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. c ¶ *Et
Luc. 24.d ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum, etc.*] Valde
mane, quod alius euãgelista diluculo dicit. Diluculum
est inter tenebras noctis & diei claritatem. In qua salus
humano generi prouenit, felici uicinitate declaranda,
more solis qui proxima luce consurgens, roseam præ
mittit auroram, ut gratia præclari splendoris, præpara
tis oculis possit intueri, quando tempus dominicæ re
surrectionis eluxit. Vt tunc laudes Christi tota caneret
secundũ exemplum harum fœminarũ ecclesia, quãdo
genus humanũ exemplo suæ resurrectionis animauit,
quando uitã præstitit, & lumen credulitatis infudit. Sol
uero post occasum corporis oriẽs. Hic aquilę ad corpus
congregant: matres & apostoli uident reuolutũ lapidẽ,
qui est lex mortis, ac si diceret: Vbi mors aculeus tuus:
& reliqua. d ¶ *Erat quippe magnus ualde.*]
Qui etiã infantes in
utero tangit, gemitus
omniũ & omnibus
grauis. Et introeun
tes in monumentum
uiderunt iuuenẽ, nõ
senem, non infantẽ,
sed iocundum ætate,
ut dicitur: Lætare iu
uenis in adolescentia
tua, quæ non est hic
uera dum cum senio
est commixta. Seden
tem in dextris uirtu
tis, id est regnantẽ in
prosperis. Hic iuue
nis formam resurre
ctionis, timentibus
mortem ostẽdit. Coo
pertum stola candi
da, quæ uera lætitia
est, hoste depulso, re
gnoq; adepto, rege
pacis quæsito, inuen
to, & nunquã dimis
so. Et obstupuerũt, id
est, quod oculus non
uidit, nec auris audi
uit, nec in cor homi
nis ascendit quæ præ
parauit deus diligen
tibus se. e ¶ *Qui di
cit illis.*] Deus chari
tas est. Non est ergo 1.Ioan. 4.c
timor in charitate. c 232
Quid expauescerẽt, II
quæ inuenerunt quẽ
quęrierũt? Iesum quæ d 233
ritis Nazarenum. Ra II
dix enim amara cru
cis euanuit: flos enim
uitæ cum fructibus: id est, qui iacuit in morte, surrexit
in gloria. Ecce locus. Ostenditur mortalitas immortali
bus ad gratiarũ actionẽ debitã, ut intelligamus q̃d fue
rimus, & sciamus quid futuri erimus. Sed ite dicite. Mu
lieribus dicitur ut annunciẽt apostolis, quia per mulie
rem mors annunciata est, per mulieres uita resurgẽs. Et
Petro. Qui se indignũ iudicat discipulatu dum ter ne
gauit magistrũ. Peccata præterita nõ nocẽt quando nõ
placent. f ¶ *Præcedet in Galilæam.*] Breuis sentẽtia in syl
labis, sed ingens in quantitate promissio. Ibi est gaudij
nostri fons, & saluis æternæ origo præparata. Ibi cõgre
gant dispersiones, & sanant contriti corde. Ibi cum ui
debitis, non sicut uidistis. At illæ exeuntes fugierũt. Di
citur de futura uita: Et fugiet dolor ac gemitus. Imitant
mulieres ante resurrectionẽ omnium quod faciũt post
resurrectionem, fugiunt mortẽ & pauorem. Et nemini
quicquam dixerunt, quia ipsi soli mysterium resurre
ctionis uident, qui uidere ipsi illud meruerũt. Vnde se
quitur iuxta Ioannẽ: Petrus autem occurrit ad monu
mentum ut uideret ipse quod audiuit. Surgens autem
Iesus primo mane sabbati, Mariæ Magdalenæ primõ

ostenditur

A ostenditur, de qua ieciebat septem dæmonia, quia meretrices & publicani precedunt synagogã in regnũ dei: ut latro præcesserit apostolos. Flent & lugẽt qui necdum uiderunt, sed non post multum consolabuntur. Beati enim qui lugent nunc, quoniã ipsi consolabuntur. Et illi audientes non crediderũt. Fides autem hic laborat, agens actiuam uitã: illic contemplatiua secura uisione regnat. Hic per speculum cõtuemur imaginem, illic facie
c 234 ad faciẽ uidebimus
VIII ueritatẽ. Vnde sequitur: Post hæc duobus ex illis ambulãtibus,
f 235 id est laborantibus,
X ostẽsus est in alia effigie. Et illis annũciantibus non est creditũ: dum sicut Moyses uiderũt, quod nõ sufficiebat eis. Vnde Moy
Exo.33.c ses dicit: Ostende mihi temetipsum. Oblitus carnis suæ, postulat in uita ista quod post illam speramus in futura. *a* ¶ *Nouissimè recumbentibus.*] Vt omnes testes enarrarent omnibus, qđ cõmuniter uiderunt
B audierũt. Exprobrat incredulitatẽ ut succedat credulitas: exprobrat duritiã cordis lapidei, ut succedat cor carneũ charitate plenum. Hinc est quod martyrum cæteruæ mortem huius seculi libẽter affectant, qui nouerũt pro isto temporali interitu perpetuo se esse uicturos. *b* ¶ *Et dixit eis: Euntes in mundum uniuersum prædicate euangeliũ.*] Nunc primum post acceptum spiritum, ac si uasa limosa per ignẽ confirmata, omni creaturæ, id est, omni generi humano quod in se cõmune aliquid habet ab omni creatura iubet, id est angelis, pecoribus, lignis, lapidibus, igni & aquæ, calido & frigido, humido & arido: quia mũdus minor homo dicit. Dominus utiq; Iesus qui de cœlo descẽdit ad liberandã infirmitatis nostræ naturã, ipse etiam super cœlorum cœlos ascendit, qui sedet ad dexterã patris. Cõsiderandũ est aũt quod frequenter in scripturis diuinis plurali numero cęlos dictos inuenies dum legitur: In principio fecit deus cœlũ & terram: cum tamẽ pluraliter dicti cœli legantur & terræ. Modus enim iste locutionis latius patet, ut ab usiue singularia plurali numero dicamus, & pluralia singulari. Ad orientẽ uero quod psalmista dicit, euangelistæ tacẽt: Hierosolymam significat, quæ est in orientis partibus collocata. Vnde dominus apostolis uidentibus ascẽdit ad cœlos: Terra multis plena miraculis, ubi fideliũ creC dulitas plus actibus, quàm lectionibus eruditur. *c* ¶ *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur, etc.*] Ducentesimo tricesimo capitulo Marcus signa credentium cum Matthæo & Luca concordans enarrat.

mor & pauor, & nemini quicquam dixerunt, timebant enim. Surgẽs autem Iesus mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua ieciebat septẽ dæmonia. Illa uadens nunciauit his qui cum eo fuerant lugentibus & flentibus. Et illi audientes quia uiueret, & uisus esset ab ea, non crediderunt. *c* Post hæc autem duobus ex eis ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in uillam, & illi euntes nunciauerunt cæteris, nec illis crediderunt. *f* Nouissimè autem recumbentibus illis undecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem illorum & duritiam cordis, quia his qui uiderant eũ resurrexisse nõ crediderũt. Et dixit eis: Eũntes in mundum uniuersum, prędicate euangelium omni creaturę. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero nõ crediderit, condemnabitur. Signa aũt eos qui crediderint hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquẽtur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et dominus quidẽ Iesus postquã locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris dei. Illi autẽ profecti prædicauerunt ubiq; domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

Expositionis euangelij secundum Marcum finis.

EVANGELII SECVNDVM LVCAM CAPVT I

QVoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem quæ in nobis completæ sunt rerum, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt & ministri fuerunt sermonis: uisum est & mihi assecuto omnia à principio diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile, ut cognoscas eorum uerborum de quibus eruditus es ueritatem.

a 1 X

FACTVM est in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias, de uice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Erant autem ambo iusti ante deũ, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius, eo quod esset Elizabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine uicis suæ ante deum, secundum consuetudinem sacerdotij sorte exijt ut incensum poneret, ingressus in templum domini, & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus domini stans à dextris

A dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est uidens, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua. Et uxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannem. Et erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino: uinum & siceram non bibet, & spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, & multos filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & uirtute Eliæ: ut conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus, dixit ei: Ego sum Gabriel qui asto ante deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui usque in diem quo hæc fiant: pro eo quod non credidisti uerbis meis quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur quod tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos, & cognouerunt quod uisionem uidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus. Et factum est ut impleti sunt dies officij eius, abijt in domum suam. Post hos autem dies concepit Elizabeth uxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens: Quia sic fecit mihi dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. In mense autem sexto missus est angelus Gabriel à deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te
B sanctum, uocabitur filius dei. Et ecce Elizabeth cognata tua & ipsa cõcepit filium in senectute sua. D Et hic mensis est sextus illi quę uocatur sterilis, quia non erit impossibile apud deũ omne uerbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini, fiat mihi secũdum uerbum tuum. Et discessit ab illa angelus. Exurgens autem Maria in diebus illis, abijt in montana cum festinatione in ciuitatẽ Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elizabet. Et factum est ut audiuit salutationẽ Mariæ Elizabet, exultauit infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto Elizabet, & exclamauit uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo, & beata quæ credidisti: quoniam perficientur ea quæ dicta sunt à domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea dominũ. Et exultauit spiritus meus, in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Fecit potentiã in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam. Elizabet autem impletũ est tempus pariendi, & peperit filiũ. Et audierunt uicini & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suã cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo, uenerunt circuncidere puerũ, & uocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondẽs mater eius, dixit: Nequaquã, sed uocabitur Ioãnes. Et dixerũt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua qui uocetur hoc nomine. Innuebant aũt patri eius quem uellet uocari eum. Et postulans pugillarẽ, scripsit dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi. Apertum est aũt illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicẽs deũ. Et factus est timor super omnes uicinos eorũ, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia uerba hæc. Et posuerunt omnes qui audierãt in corde suo dicẽtes: Quis putas puer iste erit? etenim manus dñi erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto, & prophetauit dicẽs: Benedictus dominus deus

A Israel: quia uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis: in domo Da C
uid pueri sui. Sicut loquutus est per os sanctorum qui à seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex
inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patri-
bus nostris, & memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem
nostrum, daturum se nobis: Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruia-
mus illi: In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi
uocaberis: præibis enim ante faciem domini parare uias eius: Ad dandam scientiam salutis plebi
eius, in remissionem peccatorum eorum: Per uiscera misericordiæ dei nostri, in quibus uisitauit
nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes
nostros in uiam pacis. Puer autem crescebat & cõfortabatur spiritu, & erat in desertis usq; in diem
ostensionis suæ ad Israel. Caput II

FActum est autem in diebus illis: Exijt edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur uniuer-
sus orbis. Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes ut profi-
terentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in
Iudæam, in ciuitatem Dauid quæ uocatur Bethlehem: eo quod esset de domo & familia Dauid,
d 2 V b 3 X ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante. [d] Factum est autem cum essent ibi,
impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit. [b] Et
reclinauit eum in præsepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione
eadem, uigilantes & custodientes uigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini ste-
tit iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: No-
lite timere: Ecce ego euangelizo uobis gaudium magnum quod erit omni populo: quia
natus est nobis hodie saluator qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc uobis
signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Et subito facta
est cum angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium deum & dicentium: Gloria in al
tissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Et factum est ut discesserunt ab
B eis angeli in cœlum, pastores loquebantur ad inuicem: Transeamus usq; Bethlehem, & D
uideamus hoc uerbum quod factum est, quod dominus ostendit nobis. Et uenerunt se
stinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes
autem cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audie
runt mirati sunt, & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autẽ conseruabat
omnia uerba hæc, conferẽs in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificãtes & laudan
tes deum in omnibus quæ audierãt & uiderãt, sicut dictũ est ad illos. Et postquã cõsum
mati sunt dies octo ut circumcideretur puer: uocatum est nomen eius Iesus, quod uoca-
tum est ab angelo priusquam in utero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies pur
gationis eius secundũ legem Moysi, tulerũt illum in Hierusalem, ut sisterẽt eũ domino:
sicut scriptum est in lege domini: Quia omne masculinũ adaperiẽs uuluam, sanctum do
mino uocabitur. Et ut darent hostiam secundũ quod dictum est in lege domini: par tur
turum aut duos pullos columbarũ. Et ecce homo erat in Hierusalem cui nomẽ Symeõ.
Et homo iste iustus & timoratus, expectãs consolationẽ Israel, & spiritus sanctus erat in
eo. Et responsum acceperat Symeon à spiritu sancto, nõ uisurũ se mortem, nisi prius ui-
deret Christum domini. Et uenit in spiritu in templũ. Et cum inducerẽt puerũ Iesum pa
rentes eius, ut facerẽt secundum consuetudinẽ legis pro eo, & ipse accepit eum in ulnas
suas, & benedixit deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundũ uerbum
tuum in pace: quia uiderũt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium
populorum: Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Et erant pa-
ter eius & mater mirantes super his quæ dicebantẽ de illo. Et benedixit illis Symeon, & dixit ad Ma-
riam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionẽ multorũ in Israel, & in signum
cui contradicetur. Et tuam ipsius animã pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus co-
gitationes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser. Hæc processerat in diebus multis,
& uixerat cũ uiro suo annis septẽ à uirginitate sua. Et hæc uidua usq; ad annos octogintaquatuor,
quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hæc ipsa hora
superueniens

A superueniẽs confitebatur dño, & loquebat de illo omnibus qui expectabant redẽptionẽ C
Hierusalem. Et ut perfecerũt omnia secundũ legem dñi, reuersi sunt in Galilæã in ciuita-
tem suam Nazareth. Puer aũt crescebat & confortabat plenus sapientia, & gratia dei erat
in illo. Et ibant parẽtes eius per omnes annos in Hierusalẽ in die solenni paschæ. Et cum
factus esset annorũ duodecim, ascendentibus illis Hierosolymã secundũ consuetudinẽ
diei festi, consummatisq; diebus cũ redirẽt, remansit puer Iesus in Hierusalẽ, & non co-
gnouerũt parẽtes eius. Existimantes aũt illũ esse in comitatu, uenerũt iter diei, & require
bant eũ inter cognatos & notos: & nõ inueniẽtes regressi sunt in Hierusalẽ, requirentes
eum. Et factũ est post triduũ, inuenerũt illum in templo sedentẽ in medio doctorũ, audi
entem illos & interrogantẽ eos. [c] Stupebant aũt omnes qui eũ audiebant super pruden- c 4 II
tia & responsis eius. Et uidentes admirati sunt. [d] Et dixit mater eius ad illũ: Fili, quid feci- d 5 X
sti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolẽtes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod
me quærebatis? Nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non
intellexerũt uerbũ quod locutus est ad eos. Et descendit cũ eis & uenit Nazareth, & erat
subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia uerba hæc in corde suo. Et Iesus proficie
bat & ætate & gratia apud deum & homines. Cap. III

A [a]Nno aũt quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurãte Pontio Pilato Iudææ: a 6 III
tetrarcha aũt Galilææ Herode, Philippo aũt fratre eius tetrarcha Iturææ & Tracho
nitidis regionis, & Lysania Abilenæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Cai
pha, factum est uerbũ dñi super Ioannẽ Zachariæ filium in deserto. [b] Et uenit in omnem b 7 I
regionem Iordanis, prædicans baptismũ pœnitentiæ in remissionẽ peccatorũ: sicut scri
ptũ est in libro sermonũ Esaiæ prophetæ: Vox clamãtis in deserto, parate uiã dñi, rectas
facite semitas eius. Omnis uallis implebit, & omnis mons & collis humiliabit. Et erunt
praua in directa, & aspera in uias planas, & uidebit omnis caro salutare eius. [c] Dicebat er c 8 V
go ad turbas quæ exibant ut baptizarent ab ipso: Genimina uiperarũ, quis ostendit uo-
B bis fugere à uentura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere: D
patrem habemus Abraham. Dico enim uobis, quia potest deus de lapidibus istis suscita-
re filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicẽ arborũ posita est. Omnis ergo arbor non fa
ciens fructum bonũ, excidetur & in ignem mittet. [d] Et interrogabant eũ turbę, dicentes: d 9 X
Quid ergo faciemus? Respondens aũt dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det nõ haben
ti: & qui habet duas escas, similiter faciat. Venerunt aũt & publicani ut baptizarentur, &
dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius q̃ quod cõ
stitutum est uobis faciatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus
& nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis, & contenti estote sti-
pendijs uestris. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de
Ioanne, ne fortè ipse esset Christus: respondit Ioãnes, dicens omnibus: [e] Ego quidẽ aqua e 10 I
baptizo uos: ueniet aũt fortior me: cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamen-
torum eius: ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. [f] Cuius uentilabrũ in manu eius, f 11 V
& purgabit areã suam, & cõgregabit triticũ in horreum suum, paleas aũt comburet igni
inextinguibili. Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. [g] Herodes autem g 12 II
tetrarcha cum corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, & de omnibus malis
quæ fecit Herodes: adiecit & super hæc omnia, & inclusit Ioãnem in carcerem. [h] Factum h 13 I
est aũt cum baptizaretur omnis populus: & Iesu baptizato & orante, apertũ est cœlum,
& descendit spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum, & uox de cœlo fa-
cta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. [i] Et ipse Iesus erat incipiens qua- i 14 III
si annorum triginta, ut putabatur filius Ioseph: qui fuit Eli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui,
qui fuit Melchi, qui fuit Iamne, qui fuit Ioseph, qui fuit Matathiæ, qui fuit Amos, qui fuit
Nahum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge, qui fuit Maath, qui fuit Matathiæ, qui fuit Semei,
qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui
fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Elmo-
dam, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mathat, qui fuit
Leui

A Leui, qui fuit Symeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliakim, qui fuit Melea, C
qui fuit Menna, qui fuit Matatha, q fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Ieſſe, qui fuit Obeth, qui fuit
Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naaſſon, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Eſrom, qui fuit
Phares, qui fuit Iuda, qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, qui fuit Nachor,
qui fuit Seruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Eber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit
Arphaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathuſale, qui fuit Enoch, qui fuit Ia
red, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit dei.

Caput IIII

d 15 II [a]Eſus aũt plenus ſpiritu ſancto, regreſſus eſt à Iordane, & agebaṫ in ſpiritu in deſertũ
b 16 V diebus quadraginta, & tentabaṫ à diabolo.[b] Et nihil manducauit in diebus illis, & con
ſummatis illis eſurijt. Dixit aũt illi diabolus: Si filius dei es, dic lapidi huic ut panis fiat. Et
reſpõdit ad illum Ieſus: Scriptũ eſt: quia nõ in ſolo pane uiuet homo, ſed in omni uerbo
dei. Et duxit illum diabolus in montẽ excelſum, & oſtendit illi omnia regna orbis terræ
in momento tẽporis, & ait illi: Tibi dabo poteſtatẽ hanc uniuerſam & gloriã illorũ: quia
mihi tradita ſunt, & cui uolo, do illa. Tu ergo ſi procidẽs adoraueris corã me, erunt tua
omnia. Et reſpõdens Ieſus dixit illi: Scriptũ eſt: Dñm deũ tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies.
Et duxit illũ in Hieruſalẽ, & ſtatuit eũ ſuper pinnaculũ templi, & dixit illi: Si filius dei es,
mitte te hinc deorſum. Scriptũ eſt enim, q̃ angelis ſuis mandauit de te, ut conſeruẽt te, &
quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Et reſpondẽs Ieſus, ait il-
li: Dictum eſt: Non tentabis dñm deũ tuũ. Et conſummata omni tẽtatione, diabolus re-
c 17 I ceſsit ab illo uſq; ad tempus. [c] Et regreſſus eſt Ieſus in uirtute ſpiritus in Galilæã, & fama
exijt per uniuerſam regionẽ de illo, & ipſe docebat in ſynagogis eorum, & magnificaba
d 18 X tur ab omnibus.[d] Et uenit Nazareth ubi erat nutritus, & intrauit ſecundũ conſuetudinẽ
ſuam die ſabbati in ſynagogã, & ſurrexit legere, & traditus eſt illi liber Eſaiæ prophetæ,
& ut reuoluit librũ, inuenit locũ ubi ſcriptũ erat: Spiritus dñi ſuper me, eo q̃ unxit me,
euãgelizare pauperibus miſit me, ſanare cõtritos corde, prædicare captiuis remiſsionẽ, D
& cæcis uiſum, dimittere cõfractos in remiſsionẽ, prædicare annũ dñi acceptũ, & diem
retributionis. Et cum plicuiſſet librum, reddidit miniſtro & ſedit: & omniũ in ſynagoga
oculi erant intendẽtes in eum. Cœpit aũt dicere ad illos: quia hodie impleta eſt hæc ſcri-
e 19 I ptura in auribus ueſtris. [e] Et omnes teſtimoniũ illi dabant, & mirabanṫ in uerbis gratiæ
f 20 X quæ procedebant de ore ipſius, & dicebãt: Nónne hic eſt filius Ioſeph? [f] Et ait illis: Vtiq;
dicetis mihi hanc ſimilitudinẽ: Medice, cura teipſum. Quanta audiuimus facta in Caphar
g 21 I naum, fac & hic in patria tua.[g] Ait aũt: Amen dico uobis, quia nemo propheta acceptus
b 22 X eſt in patria ſua.[b] In ueritate dico uobis: multæ uiduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, quan
do clauſum eſt cœlũ annis tribus & menſibus ſex, cum facta eſſet fames magna in omni
terra, & ad nullã illarũ miſſus eſt Elias, niſi in Sarepta Sidonię ad mulierẽ uiduã. Et multi
leproſi erant in Iſrael ſub Eliſæo propheta, & nemo eorũ mundatus eſt, niſi Naaman Sy
rus. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira, hæc audientes. Et ſurrexerunt & eiecerunt il-
lum extra ciuitatẽ, & duxerunt illum uſq; ad ſuperciliũ montis, ſupra quem ciuitas illorũ
i 23 VIII erat ædificata, ut præcipitarẽt eum. Ipſe aũt tranſiens, per medium illorũ ibat. [i] Et deſcen
k 24 II dit in Capharnaum ciuitatẽ Galilææ, ibiq; docebat illos ſabbatis.[k] Et ſtupebant in doctri
na eius, quia in poteſtate erat ſermo ipſius. [l] Et in ſynagoga erat homo habens dæmoniũ
l 25 VIII immundum, & exclamauit uoce magna, dicens: Sine, quid nobis & tibi Ieſu Nazarene,
ueniſti perdere nos? Scio te q̃ ſis, ſanctus dei. Et increpauit illũ Ieſus, dicẽs: Obmuteſce,
& exi ab eo. Et cum proieciſſet illũ dæmoniũ in mediũ, exijt ab illo, nihilq; eum nocuit.
Et factus eſt pauor in omnibus, & colloquebantur adinuicẽ, dicentes: Quod eſt hoc uer
bum: quia in poteſtate & uirtute imperat immũdis ſpiritibus, & exeũt? Et diuulgabaṫ fa-
m 26 II ma de illo in omnem locum regionis.[m] Surgẽs autem Ieſus de ſynagoga, introiuit in do-
mum Simonis. Socrus aũt Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerũt illum pro
ea, & ſtans ſuper illam, imperauit febri. Et dimiſit illam, & continuo ſurgens miniſtrabat
illis. Cum aũt ſol occidiſſet, omnes qui habebant infirmos uarijs languoribus, ducebant
illos

A illos ad eum. At ille ſingulis manũ imponens, curabat eos.[n] Exiebant aũt dæmonia à mul C
tis, clamantia & dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans nõ ſinebat ea loqui: quia ſcie- n 27
bant ipſum eſſe Chriſtum.[o] Facta aũt die, egreſſus ibat in deſertũ locũ, & turbæ require- VIII
o 28
bant eum, & uenerũt uſq; ad ipſum, & detinebant illum ne diſcederet ab eis. Quibus ille VIII
ait: quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei: quia ideo miſſus ſum,
& erat prædicans in ſynagogis Galilææ. Cap. V

d 29 X [a]Factum eſt aũt cum turbæ irruerent in eũ ut audirent uerbũ dei, & ipſe ſtabat ſecus
ſtagnũ Geneſareth. Et uidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnũ: piſcatores aũt deſcẽderant & lauabant retia. Aſcendens aũt in unã nauim quæ erat Simonis, rogauit eũ à terra
reducere puſillum, & ſedens docebat de nauicula turbas. [b] Vt ceſſauit aũt loqui, dixit ad b 30
Simonẽ: Duc in altũ, & laxate retia ueſtra in capturã. Et reſpondens Simon dixit illi: Præ IX
ceptor, per totam noctẽ laborantes nihil cœpimus: in uerbo aũt tuo laxabo rete. Et cum
hoc feciſſent, concluſerũt piſciũ multitudinẽ copioſam. Rumpebatur enim rete eorũ. Et
annuerunt ſocijs qui erant in alia naui, ut uenirẽt & adiuuarent eos. Et uenerũt, & imple
uerũt ambas nauiculas, ita ut mergerentur. [c] Quod cum uideret Simon Petrus, procidit ad c 31
genua Ieſu, dicens: Exi à me dñe, quia homo peccator ſum. Stupor enim circundederat X
eum, & omnes qui cum illo erant in captura piſciũ quam ceperant. Similiter aũt & Iaco-
bum & Ioannẽ filios Zebedæi, qui erant ſocij Simonis. [d] Et ait ad Simonẽ Ieſus: Noli ti- d 32
mere, ex hoc iam homines eris capiens. Et ſeductis ad terrã nauibus, relictis omnibus, ſe II
cuti ſunt eum. [e] Et factum eſt cum eſſent in una ciuitatũ, & ecce uir plenus lepra: & uidẽs e 33
Ieſum, & procidens in faciẽ, rogauit eũ, dicens: Domine, ſi uis potes me mundare. Et ex- II
tendens manũ, tetigit eum Ieſus, dicens: Volo, mundare. Et confeſtim lepra diſceſsit ab
illo. Et ipſe præcepit illi ut nemini diceret: ſed uade, oſtende te ſacerdoti, & offer pro e-
mundatione tua, ſicut præcepit Moſes in teſtimoniũ illis. [f] Perambulabat aũt magis ſer- f 34
mo de illo, & cõueniebant turbæ multæ, ut audirent, & curarentur ab infirmitatibus ſuis. I
D
B [g]Ipſe aũt ſecedebat in deſertũ, & orabat.[h] Et factũ eſt in una dierũ, & ipſe ſedebat docẽs. g 35
Et erant phariſæi ſedẽtes & legis doctores, q̃ uenerãt ex omni caſtello Galilææ, & Iudææ, II
& Hieruſalẽ, & uirtus dñi erat ad ſanandũ eos. [i] Et ecce uiri portantes in lecto hominem h 36
qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre & ponere ante eũ. Et non inueniẽtes qua II
parte illum inferrẽt præ turba, aſcenderunt ſupra tectũ, & per tegulas ſubmiſerunt eum i 37
cum lecto in mediũ ante Ieſum. Quorũ fidem ut uidit, dixit: Homo, remittunṫ tibi pecca I
ta tua. Et cœperunt cogitare ſcribæ & phariſæi, dicẽtes: Quis eſt hic qui loquitur blaſphe
mias? Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus deus? Vt cognouit aũt Ieſus cogitationes
eorum, reſpondens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus ueſtris? Quid eſt facilius di
cere, dimittunṫ tibi peccata: an dicere, ſurge & ambula? Vt aũt ſciatis quia filius hominis
habet poteſtatẽ in terra dimittendi peccata (ait paralytico) tibi dico, ſurge: tolle lectum
tuum, & uade in domũ tuam. Et confeſtim ſurgens corã illis, tulit lectũ in quo iacebat: &
abijt in domũ ſuam, magnificans deum. Et ſtupor apprehẽdit omnes, & magnificabant
deum. Et repleti ſunt timore, dicẽtes: quia uidimus mirabilia hodie. [k] Et poſt hæc exijt, & k 38
uidit publicanũ nomine Leui ſedentẽ ad teloniũ, & ait illi: Sequere me. Et relictis omni- II
bus, ſurgens ſecutus eſt eum: [l] & fecit ei conuiuiũ magnum Leui in domo ſua, & erat tur l 39
ba multa publicanorũ & aliorũ qui cum illis erant diſcumbentes. Et murmurabant pha- II
riſæi & ſcribæ eorum, dicentes ad diſcipulos eius: Quare cum publicanis & peccatorib.
manducatis & bibitis? [m] Et reſpondẽs Ieſus, dixit ad illos: Non egẽt qui ſani ſunt medico, m 40
ſed qui male habent. Non enim ueni uocare iuſtos, ſed peccatores in pœnitentiã. At illi II
dixerunt ad eũ: Quare diſcipuli Ioãnis ieiunant frequẽter, & obſecrationes faciũt, ſimili
ter & phariſæorũ: tui aũt edunt & bibunt? Quibus ipſe ait: Nunquid poteſtis filios ſpon
ſi, dum cum illis eſt ſponſus, facere ieiunare? Venient autem dies cum ablatus fuerit ab
illis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem & ſimilitudinẽ ad illos: Quia
nemo commiſſuram à ueſtimento nouo immittit in ueſtimentum uetus: alioquin & no
uum rũpit, & ueteri non conuenit cõmiſſura à nouo. Et nemo mittit uinũ nouũ in utres
ueteres

A ueteres: alioquin rumpit uinũ nouũ utres, & ipsum effundet, & utres peribunt. Sed uinũ c
nouũ in utres nouos mittendũ est, & utraq; conseruant. Et nemo bibẽs uetus, statim uult
nouum: dicit enim, uetus melius est.

Cap. VI

d 41 II [a] Factum est aũt in sabbato secũdoprimo cũ transiret per sata, uellebant discipuli eius
Fspicas, & manducabant cõfricantes manibus. Quidam aũt pharisæorũ dicebant illis:
Quid facitis quod nõ licet in sabbatis? Et respondens Iesus, ad eos dixit: Nec hoc legistis
quod fecit Dauid cũ esuriret ipse & qui cũ eo erãt, quomodo intrauit in domũ dei, & pa
nes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit his q cũ ipso erant: quos non licebat
mãducare, nisi tantũ sacerdotibus? Et dicebat illis: quia dñs est filius hominis etiã sabba-
b 42 II ti. [b] Factũ est aũt & in alio sabbato, ut intraret in synagogã & doceret. Et erat ibi homo, &
manus eius dextra erat arida. Obseruabant aũt scribæ & pharisæi si in sabbato curaret: ut
inuenirẽt unde accusarẽt eũ. Ipse uero sciebat cogitationes eorũ, & ait homini q habebat
manũ aridã: Surge & sta in mediũ. Et surgens stetit. Ait aũt ad illos Iesus: Interrogo uos,
si licet sabbatis bene facere, an male: animã saluã facere, an perdere? Et circũspectis omni
bus, dixit homini: Extende manũ tuã. Et extendit, & restituta est manus eius. Ipsi aũt im-
c 43 II pleti sunt insipiẽtia, & colloquebant ad inuicẽ, quidnã facerẽt de Iesu. [c] Factum est aũt in
illis diebus, exijt in montẽ orare, & erat pernoctans in oratione dei. [d] Et cum dies factus
d 44 II esset, uocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos nominauit:
Simonẽ quem cognominauit Petrũ, & Andreã fratrẽ eius: Iacobũ & Ioannẽ, Philippũ &
Bartholomæũ, Matthæũ & Thomam, Iacobũ Alphæi, & Simonẽ qui uocat Zelotes, Iu-
e 45 I dam Iacobi, & Iudam Iscarioten, qui fuit proditor. [e] Et descẽdens cum illis, stetit in loco
campestri, & turba discipulorũ eius, & multitudo copiosa plebis, ab omni Iudæa & Hie-
rusalem & maritima & Tyri & Sidonis: qui uenerãt ut audirẽt eũ, & sanarent à languori
bus suis. Et qui uexabant à spiritibus immũdis, curabant. Et omnis turba quærebat eum
f 46 V tangere: qa uirtus de illo exibat, & sanabat oẽs. [f] Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos,
g 47 V dicebat: [g] Beati pauperes, quia uestrũ est regnũ dei. Beati qui nunc esuritis, quia saturabi- D
mini. [h] Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. [i] Beati eritis cũ uos oderint homines, & cum
h 48 V separauerint uos & exprobrauerint, & eiecerint nomẽ uestrum tanq̃ malũ propter filiũ
i 49 V hominis. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces uestra multa est in cęlo. Secun
dum hæc aũt faciebant prophetis patres eorũ. Veruntamen uæ uobis diuitibus qui habe
tis consolationẽ uestram. [k] Væ uobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ uobis q ridetis
k 50 X nunc, quia lugebitis & flebitis. [l] Væ uobis cũ benedixerint uobis oẽs homines. Secundũ
l 51 X hæc faciebant pseudoprophetis patres eorũ. [m] Sed uobis dico qui auditis: Diligite inimi-
cos uestros: benefacite his qui uos oderũt: benedicite maledicẽtibus uobis, & orate pro
m 52 V calumniantibus uos. [n] Et qui te percusserit in maxillã unam, præbe illi & alterã. Et ab eo
n 53 V qui aufert tibi uestimentũ, etiam tunicam noli prohibere. Omni aũt petenti te tribue, &
qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. [o] Et prout uultis ut faciant uobis homines, & uos faci
o 54 V te illis similiter. [p] Et si diligitis eos qui uos diligũt, quæ uobis est gratia? Nam & peccato-
p 55 V res diligẽtes se diligũt. Et si benefeceritis his q uos diligũt, quæ uobis est gratia? Siquidẽ
& peccatores hoc faciũt. Et si mutuũ dederitis his à quibus speratis recipere, quæ gratia
est uobis? Nã & peccatores peccatorib. fœnerant ut recipiãt æqualia. Veruntamẽ diligite
inimicos uestros: benefacite & mutuũ date, nihil inde sperantes, & erit merces uestra
multa. Et eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos. Estote ergo
q 56 II misericordes, sicut & pater uester misericors est. [q] Nolite iudicare, & nõ iudicabimini:
nolite condẽnare, & nõ cõdẽnabimini. Dimittite, & dimittet uobis: date, & dabit uobis.
Mensurã bonã, & confertã, & coagitatã, & supereffluentẽ dabunt in sinũ uestrũ. Eadem
r 57 V quippe mensura qua mẽsi fueritis, remetiet uobis. [r] Dicebat aũt illis & similitudinẽ: Nun
s 58 III quid potest cæcus cęcũ ducere: nónne ambo in foueã cadunt? [s] Non est discipulus super
magistrum: perfectus aũt omnis erit, si sit sicut magister eius. [t] Quid autẽ uides festucam
t 59 V in oculo fratris tui: trabem autem quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo
potes dicere fratri tuo: frater, sine eijciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabẽ

non

A non uides? Hypocrita, eijce primũ trabẽ de oculo tuo: & tunc perspicies ut educas festu
cã de oculo fratris tui. [u] Non em̃ est arbor bona quę facit fructus malos: neq; arbor mala u 60
faciens fructũ bonũ. Vnaquæq; enim arbor de fructu suo cognoscit. [x] Neq; em̃ de spinis x 61
colligũt ficus: neq; de rubo uindemiant uuã. [y] Bonus homo de bono thesauro cordis sui
profert bonũ: & malus homo de malo thesauro profert malũ. Ex abundantia em̃ cordis y 62
os loquit. [z] Quid aũt uocatis me, dñe domine, & non facitis quæ dico? [a] Omnis qui uenit z 63
ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendã uobis cui similis sit. Similis est homi III
ni ædificanti domũ, qui fodit in altũ, & posuit fundamentũ supra petrã. Inundatiõe autẽ a 64
facta, illisum est flumẽ domui illi, & nõ potuit eam mouere: fundata em̃ erat supra petrã. V
Qui aũt audiuit & nõ fecit, similis est homini ædificanti domũ suã supra terram sine fun
damẽto: in quam illisus est fluuius, & continuo cecidit: & facta est ruina illius domus
magna.

Caput VII.

a 65 III [a] Vm aũt implesset omnia uerba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum. Centurio
Cnis aũt cuiusdam seruus male habens, erat moriturus: qui illi erat preciosus. Et cum
audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum ut ueniret & sanaret ser-
uum eius: At illi cum uenissent ad Iesum, rogabant eum solicite, dicentes ei: Quia dignus
est ut hoc illi præstes: diligit enim gentẽ nostram, & synagogã ipse ædificauit nobis. Iesus
aũt ibat cum illis: & cum iam non longe esset à domo, misit ad eum centurio amicos, di-
cens: Domine, noli uexari. Non enim sum dignus ut sub tectũ meũ intres: propter quod
& meipsum non sum dignum arbitratus ut uenirẽ ad te, sed dic uerbo & sanabitur puer
meus. Nã & ego homo sum sub potestate cõstitutus, habens sub me milites: & dico huic
uade, & uadit: & alio ueni, & uenit: & seruo meo fac hoc, & facit. Quo audito Iesus mira
tus est: & cõuersus sequẽtibus se turbis, dixit: Amen dico uobis, nec in Israel tantã fidem b 66
B inueni. [b] Et reuersi qui missi fuerant domũ, inuenerũt seruum qui languerat sanũ. [c] Et fa- V
ctum est deinceps ibat Iesus in ciuitatẽ quæ uocatur Nain: & ibant cũ eo discipuli eius & c 67
turba copiosa. Cũ aũt appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebat filius uni X
cus matris suæ, & hæc uidua erat, & turba ciuitatis multa cũ illa. Quam cum uidisset dñs,
misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit & tetigit loculũ. Hi aũt qui
portabant, steterunt. Et ait: Adolescẽs, tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœ-
pit loqui: & dedit illum matri suæ. Accepit aũt omnes timor, & magnificabant deum, di- d 68
centes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia deus uisitauit plebẽ suã. [d] Et exijt X
hic sermo in uniuersam Iudęã de eo & omnẽ circa regionẽ. [e] Et nunciauerunt Ioanni di- e 69
scipuli eius de omnib. his: & cõuocauit duos de discipulis suis Ioãnes: & misit ad Iesum V
dicens: Tu es qui uenturus es, an aliũ expectamus? Cũ aũt uenissent ad eum uiri, dixerũt:
Ioannes baptista misit nos ad te, dicens: Tu es qui uẽturus es, an aliũ expectamus? In ipsa
aũt hora multos curauit à languoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis dona
uit uisum. Et respõdens dixit illis: Euntes, renunciate Ioanni quæ uidistis & audistis: quia
cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundant̃, surdi audiunt, mortui resurgunt, paupe-
res euangelizant̃: & beatus est quicunq; nõ fuerit scandalizatus in me. Et cũ discessissent
nuncij Ioãnis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas: Quid existis in desertũ uidere arundinẽ
uento agitatam? Sed quid existis uidere hominẽ mollibus uestimentis indutũ? Ecce qui
in ueste pretiosa sunt & delicijs, in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? Prophe
tam? Vtiq; dico uobis, & plus q̃ prophetam. [f] Hic est de quo scriptum est: Ecce mitto an- f 70
II gelum meum ante faciẽ tuam, qui præparabit uiam tuã ante te. [g] Dico enim uobis, Maior g 71
inter natos mulierum propheta Ioanne baptista nemo est. Qui autem minor est in regno V
dei, maior est illo. [h] Et omnis populus audiens & publicani, iustificauerunt deum, bapti- h 72
zati baptismo Ioannis. Pharisæi aũt & legisperiti consilium dei spreuerunt in semetipsos, X
non baptizati ab eo. [i] Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes i 73
sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro & loquentibus ad inuicẽ & dicentibus, Can- V
tauimus uobis tibijs, & nõ saltastis, lamẽtauimus, & non ploraſtis. Venit aũt Ioannes ba-
ptista, neq; manducãs panẽ neq; bibens uinũ, & dicitis, dæmoniũ habet. Venit filius ho-

minis mãducãs & bibẽs,& dicitis:Ecce homo deuorator & bibẽs uinũ,amicus publica- c.
74 norũ & peccatorũ.Et iuſtificata eſt ſapiẽtia ab omnib. filijs ſuis. [k] Rogabat aũt illũ quidã
I de phariſæis,ut mãducaret cũ illo.Et ingreſſus in domũ phariſæi,diſcubuit.Et ecce mu-
lier quæ erat in ciuitate peccatrix:ut cognouit qđ Ieſus accubuiſſet in domo phariſæi,at
tulit alabaſtrũ unguẽti, & ſtãs retro ſecus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius,
& capillis capitis ſui tergebat,& oſculabaẽ pedes eius,& unguẽto ungebat.Vidẽs aũt pha
riſæus q uocauerat eũ,ait intra ſe,dicẽs:Hic ſi eſſet propheta,ſciret utiq; quæ & qualis eſt
mulier quæ tãgit eũ,quia peccatrix eſt.Et reſpõdens Ieſus,dixit ad illũ:Simon habeo tibi
aliquid dicere.At ille ait:Magiſter dic. Duo debitores erant cuidã fœneratori : unus de-
bebat denarios quingentos:& alius quinquaginta. Nõ habẽtib. illis unde redderẽt, do-
nauit utriſq;.Quis ergo eũ plus diligit?Reſpõdẽs Simon dixit:Aeſtimo qa is cui plus do-
nauit.At ille dixit ei:Recte iudicaſti.Et cõuerſus ad mulierẽ,dixit Simoni: Vides hãc mu
lierem?Intraui in domũ tuam,aquam pedibus meis nõ dediſti,hæc aũt lachrymis rigauit
pedes meos,et capillis ſuis terſit.Oſculũ mihi nõ dediſti,hęc aũt ex quo intrauit,nõ ceſſa
uit oſculari pedes meos.Oleo caput meũ non unxiſti, hæc aũt unguento unxit pedes me
os.Propter quod dico tibi:remittunt ei peccata multa,quoniã dilexit multũ.Cui aũt mi-
nus dimittit, minus diligit.Dixit aũt ad illam: Remittunt tibi peccata. Et cœperũt qui ſi-
mul accũbebãt dicere intra ſe:Quis eſt hic qui etiã peccata dimittit? Dixit aũt ad mulierẽ:
Fides tua te ſaluam fecit,uade in pace. Cap. VIII

a 75 X "T factũ eſt deinceps,& ipſe iter faciebat per ciuitates & caſtella, prædicans & euan
gelizãs regnũ dei,& duodecim cũ illo,& mulieres aliquæ quæ erãt curatæ à ſpiritib.
malignis & infirmitatibus,Maria quæ uocaẽ Magdalene,de qua ſeptẽ dæmonia exierant:
& Ioãnna uxor Chuza procuratoris Herodis,& Suſanna, & aliæ multæ quæ miniſtrabãt
b 76 ei de facultatibus ſuis.[b] Cũ aũt turba plurima conueniret,& de ciuitatibus properarẽt ad D
II eum,dixit per ſimilitudinẽ.Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuũ. Et dum ſeminat, aliud
cecidit ſecus uiam,& conculcatũ eſt,& uolucres cœli comederunt illud.Et aliud cecidit
ſupra petrã,& natũ aruit,quia nõ habebat humorẽ . Et aliud cecidit inter ſpinas, et ſimul
exortę ſpinæ ſuffocauerunt illud.Et aliud cecidit in terrã bonam,& ortum fecit fructum
centuplũ.Hæc dicens clamabat.Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabãt aũt eum
diſcipuli eius quæ eſſet hæc parabola. Quibus ipſe dixit.Vobis datũ eſt noſſe myſterium
c 77 regni dei,[c] cæteris aũt in parabolis,ut uidentes nõ uideãt,& audientes nõ intelligant.[d] Eſt
I aũt hæc parabola.Semen eſt uerbũ dei.Qui aũt ſecus uiam,hi ſunt qui audiũt, deinde ue
d 78 II nit diabolus & tollit uerbũ de corde eorũ,ne credentes ſalui fiant.Qui aũt ſupra petram,
hi ſunt qui cum audierint,cũ gaudio ſuſcipiunt uerbũ,& radices nõ habẽt, quia ad tem-
pus credunt,& in tẽpore tentationis recedunt.Quod aũt inter ſpinas cecidit, hi ſunt qui
audierunt,& à ſolicitudinibus,& diuitijs,& uoluptatibus uitæ euntes ſuffocanẽ,& nõ re
ferunt fructum. Quod aũt in bonam terram, hi ſunt qui in corde bono & optimo audi-
e 79 II entes uerbũ, retinent & fructũ afferunt in patiẽtia.[e] Nemo aũt lucernã accendens operit
f 80 eam uaſe,aut ſubtus lectũ ponit,ſed ſupra candelabrũ ponit,ut intrantes uideant lumen.
II [f] Non eſt enim occultum,quod non manifeſtẽ, nec abſconditũ quod non cognoſcaẽ &
g 81 V in palàm ueniat.[g] Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet,dabitur illi, & quicũq; non
b 82 habet,etiã quod putat ſe habere, auferẽ ab illo.[b] Venerunt aũt ad illum mater & fratres
II eius, & non poterant adire eum præ turba: & nunciatum eſt illi : Mater tua & fratres tui
i 83 II ſtant foris uolẽtes te uidere.Qui reſpondẽs dixit ad eos.Mater mea & fratres mei hi ſunt,
qui uerbum dei audiunt & faciunt.[i] Factum eſt autem in una dierum , & ipſe aſcendit in
nauiculam & diſcipuli eius,& ait ad illos.Transfretemus trans ſtagnum.Et aſcenderunt.
Nauigantibus autem illis , obdormiuit, & deſcendit procella uenti in ſtagnum, & com-
plebantur & periclitabantur.Accedentes autem ſuſcitauerunt eum,dicentes.Præceptor,
perimus.At ille ſurgens increpauit uentũ & tempeſtatẽ aquæ, & ceſſauit, & facta eſt tran
quillitas.Dixit autẽ illis.Vbi eſt fides ueſtra? Qui timentes mirati ſunt,ad inuicem dicen-
tes.Quis putas hic eſt,quia & uentis & mari imperat, & obediunt ei?Et nauigauerunt ad
regionem

A regionem Geraſenorũ, quæ eſt cõtra Galilæã.Et cũ egreſſus eſſet ad terram, occurrit illi
uir quidã qui habebat dęmoniũ iam tẽporib.multis, & ueſtimento nõ induebatur, neq;
in domo manebat, ſed in monumentis.Is ut uidit Ieſum, procidit ante illũ, & exclamans
uoce magna,dixit:Quid mihi & tibi eſt Ieſu fili dei altiſſimi? Obſecro te ne me torqueas.
Præcipiebat enim ſpiritui immundo,ut exiret ab homine . Multis eñ tẽporib. arripiebat
illũ,& uinciebaẽ catenis, & cõpedib. cuſtoditus, & ruptis uinculis agebaẽ à dæmonio in
deſerta.Interrogauit aũt illũ Ieſus dicens:Quod tibi nomẽ eſt?At ille dixit:Legio,quia in
trauerunt dæmonia multa in eum. Et rogauerunt illum, ne imperaret illis ut in abyſſum
irent.Erat aũt ibi grex porcorũ multorũ paſcentiũ in monte,& rogabant eum ut permit-
teret eis in illos ingredi.Et pmiſit illis.Exierunt ergo dæmonia ab homine,& intrauerũt
in porcos,& impetu abijt grex per præceps in ſtagnũ, & ſuffocatus eſt. Quod ut uiderũt
factũ qui paſcebant,fugierunt & nunciauerũt in ciuitatẽ & in uillas.Exierunt aũt uidere
quod factũ eſt,& uenerunt ad Ieſum,& inuenerũt hominẽ ſedentẽ,à quo dæmonia exie-
rant,ueſtitũ, ac ſana mente,ad pedes eius,& timuerũt. Nunciauerunt aũt illis & qui uide
rant quõ ſanus factus eſſet à legione.Et rogauerunt eum omnis multitudo regionis Ge-
raſenorũ,ut diſcederet ab ipſis,quia magno timore tenebãtur.[k] Ipſe aũt aſcendẽs nauim, k 84
reuerſus eſt:& rogabat illũ uir à quo dæmonia exierant,ut cum eo eſſet. Dimiſit aũt eum VIII
Ieſus,dicẽs:Redi in domũ tuam,& narra quanta tibi fecerit deus. Et abijt per uniuerſam
ciuitatem,prædicãs quanta illi feciſſet Ieſus.[l] Factũ eſt aũt cum redijſſet Ieſus, excepit illũ l 85
turba.Erant eñ oẽs expectantes eum. Et ecce uenit uir cui nomẽ Iairus, & ipſe princeps II
ſynagogæ erat, & cecidit ad pedes Ieſu, rogans eum in intraret in domũ eius, quia unica
filia erat ei ferè annorũ duodecim,& hæc moriebaẽ.Et contigit dum iret,à turbis cõpri-
mebaẽ.Et mulier quædã erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos ero
B gauerat omnẽ ſubſtantiã ſuam,nec ab ullo potuit curari, acceſsit retro, & tetigit fimbriã
ueſtimẽti eius,& cõfeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius.Et ait Ieſus: Quis eſt qui me tetigit?
Negantibus aũt omnibus,dixit Petrus & qui cũ illo erant:Præceptor,turbę te cõprimũt
& affligunt,& dicis,quis me tetigit?Et dixit Ieſus:Tetigit me aliquis,nam & ego noui uir
tutẽ de me exijſſe.Videns aũt mulier,quia nõ latuit, tremens uenit & procidit ante pedes
eius,& ob quã cauſam tetigerit eum,indicauit coràm omni populo, & quẽadmodũ cõſe
ſtim ſanata ſit.At ipſe dixit ei.Filia,fides tua te ſaluã feeit,uade in pace.Adhuc illo loquen
te, uenit quidã ad principẽ ſynagogæ,dicens ei:Quia mortua eſt filia tua,noli uexare illũ.
Ieſus aũt audito hoc uerbo,reſpondit patri puellæ: Noli timere, crede tantũ & ſalua erit.
Et cũ ueniſſet ad domũ,non permiſit intrare ſecum quenquã, niſi Petrum & Ioãnem &
Iacobum,& patrem & matrẽ puellę.Flebant aũt oẽs,& plangebãt illam.At ille dixit:No-
lite flere,nõ eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eũ, ſcientes quia mortua
eſſet.Ipſe aũt tenens manũ eius,clamauit dicens:Puella ſurge.Et reuerſus eſt ſpiritus eius,
& ſurrexit cõtinuo.Et iuſsit illi dari manducare:& ſtupuerũt parentes eius, quibus præ-
cepit,ne alicui dicerent quod factum erat. Caput IX

a 86 C [a] Onuocatis aũt Ieſus duodecim apoſtolis dedit illis uirtutẽ & poteſtatẽ ſuper oĩa dę
II monia,& ut lãguores curarẽt:& miſit illos prędicare regnũ dei,& ſanare infirmos.
b 87 Et ait illis:[b] Nihil tuleritis in uia,neq; uirgã,neq; perã,neq; panem,neq; pecuniã,neq; du
II as tunicas habeatis. Et in quãcunq; domũ intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis.[c] Et
c 88 quicũq; nõ receperint uos, exeuntes de ciuitate illa,etiã puluerẽ pedum ueſtrorũ excuti-
II te in teſtimoniũ ſuper illos.[d] Egreſsi aũt circũibant per caſtella, euangelizantes & curan
d 89 VIII tes ubiq;.[e] Audiuit aũt Herodes tetrarcha omnia quæ fiebãt ab eo, & hæſitabat: eo quod
e 90 II diceret à quibuſdã,quia Ioannes ſurrexit è mortuis: à quibuſdã uero,quia Helias apparu
it:ab alijs aũt,quia propheta unus de antiquis ſurrexit.Et ait Herodes:Ioannẽ ego decol-
laui.Quis eſt aũt iſte de quo ego talia audio?Et quærebat uidere eum.[f] Et reuerſi apoſto-
f 91 VIII li narrauerũt illi quæcũq; fecerũt:[g] & aſſumptis illis, ſeceſsit ſeorſum in locũ deſertũ, qui
g 92 III eſt Bethſaida.Quod cũ cognouiſſent turbę,ſequutæ ſunt illũ:& excepit eos & loquebaẽ
b 93 illis de regno dei:& eos qui cura indigebãt,ſanabat.[b] Dies aũt cœperat declinare:& acce
dentes

dentes duodecim, dixerũt illi: Dimitte turbã, ut eũtes in castella, uillasq; quæ circa sunt, c
diuertãt et inueniãt escas, qa hic in loco deserto sumus. Ait aũt ad illos: Vos date illis man
ducare. At illi dixerũt: Nõ sunt nobis plus q̃ quinq; panes, & duo pisces, nisi forte nos ea
mus & emamus in oẽm hanc turbã escas. Erant aũt ferè uiri quinq; milia. Ait aũt ad disci
pulos suos. Facite illos discũbere per cõuiuia quinquagenos. Et ita fecerũt, & discubue-
runt oẽs. Acceptis aũt quinq; panib. & duob. piscibus, respexit in cœlũ & benedixit illis,
& fregit & distribuit discipulis suis, ut ponerẽt ante turbas. Et mãducauerũt oẽs, & satura
ti sunt. Et sublatũ est quod superfuit illis fragmẽtorũ cophini duodecim. j 94 Et factũ est cum
solus esset orans, erãt cũ illo & discipuli, & interrogauit illos, dicẽs: Quẽ me dicunt esse
turbæ? At illi respõderũt & dixerũt: Ioannẽ baptistã: alij aũt Eliam: alij quia unus prophe
ta de prioribus surrexit. Dixit aũt illis: Vos aũt quem me esse dicitis? Respondens aũt Si-
k 95 II mon Petrus, dixit: Christũ dei. k At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerẽt hoc, dicẽs:
Quia oportet filiũ hominis multa pati, & reprobari à seniorib. & principib. sacerdotum
l 96 II & scribis: & occidi, & tertia die resurgere. l Dicebat aũt ad oẽs: Si quis uult post me ueni-
re, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam quotidie & sequatur me. Qui enim uoluerit
animã suam saluã facere, perdet illam. Nã qui perdiderit animã suam propter me, saluam
faciet illam. Quid em̃ proficit homo si lucrẽ uniuersum mundũ, seipsum aũt perdat, &
m 97 II detrimentũ sui faciat. m Nam qui me erubuerit & meos sermões, hunc filius hominis eru
n 98 II bescet cũ uenerit in maiestate sua, & patris & sanctorũ angelorum. n Dico aũt uobis, uere
sunt aliqui hic stantes, qui nõ gustabunt mortẽ donec uideant regnũ dei. Factũ est autem
post hæc uerba ferè dies octo, & assumpsit Petrum & Ioannẽ, & Iacobum, & ascendit in
montẽ ut oraret. Et facta est, dum oraret, species uultus eius altera, & uestitus eius albus
refulgens. Et ecce duo uiri loquebanẽ cum illo, erant aũt Moyses & Elias uisi in maiesta-
te, & dicebãt excessum eius quẽ cõpleturus erat in Hierusalẽ. Petrus uero & qui cũ illo e- D
rant, grauati erant somno, & euigilantes uiderũt maiestatẽ eius, & duos uiros qui stabãt
cum illo. Et factũ est cũ discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonũ est nos
hic esse: & faciamus tria tabernacula, unum tibi, & unum Mosi, & unum Elię, nesciens
quid diceret. Hæc aũt illo loquente facta est nubes, & obumbrauit eos, & timuerunt in-
trantibus illis in nubẽ. Et uox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum
audite. Et dum fieret uox, inuẽtus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in
o 99 II illis diebus quicquam ex his quæ uiderant. o Factum est aũt in sequenti die descendenti-
bus illis de monte, occurrit illi turba multa. Et ecce uir de turba exclamauit, dicens: Ma-
gister obsecro te, respice in filium meũ, quia unicus est mihi. Et ecce spiritus apprehẽdit
eum, & subito clamat, & elidit, & dissipat eum cũ spuma, & uix discedit dilaniãs eum. Et
rogaui discipulos tuos, ut eijcerent illũ, & non potuerunt. Respondens aũt Iesus, dixit: O
generatio infidelis & peruersa, usq; quo erõ apud uos, & patiar uos? Adduc huc filiũ tuũ.
Et cum accederet, elisit illum dæmoniũ & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritũ immun-
p 100 VIII dum, & sanauit puerum, & reddidit illum patri eius. p Stupebant aũt oẽs in magnitudine
q 101 II dei. q Omnibusq; mirantibus in omnib. quæ faciebat, dixit ad discipulos suos. Ponite uos
in cordibus uestris sermones istos. Filius em̃ hominis futurũ est ut tradatur in manus ho
minũ. At illi ignorabant uerbũ istud, & erat uelatum ante eos, ut non sentirẽt illud, & ti-
r 102 II mebant eum interrogare de hoc uerbo. r Intrauit autẽ cogitatio in eos, quis eorũ maior
esset. At Iesus uidens cogitatiões cordis illorũ, apprehendẽs puerũ, statuit illum secus se,
& ait illis: Quicũq; susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit, & quicunq; me
s 103 VIII recipit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter uos omnes, hic maior est. s Re-
spondens autẽ Ioannes, dixit: Præceptor, uidimus quendam in nomine tuo eijcientẽ dæ-
monia, & prohibuimus eum, quia nõ sequitur nobiscum. Et ait ad illos Iesus: Nolite pro
t 104 X hibere. Qui enim nõ est aduersum uos, pro uobis est. t Factum est autem dum cõplerentur
dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit ut iret in Hierusalem, & misit nunci
os ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorũ, ut pararent
illi. Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Cum uidissent au-
tem

A tem discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine, uis dicimus, ut ignis descendat
de cœlo, & cõsumat illos? Et cõuersus increpauit illos, dicẽs: Nescitis cuius spiritus estis?
Filius hominis nõ uenit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellũ. u Factũ u 105
est autem ambulantibus illis in uia, dixit quidam ad illum: Sequar te quocunq; ieris. Et di V
xit illi Iesus: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos: filius aũt hominis non habet
ubi caput suum reclinet. Ait aũt ad alterũ: Sequere me. Ille autem dixit: Domine, permit-
te mihi primũ ire, & sepelire patrem meum. Dixitq; ei Iesus: Sine ut mortui sepeliant mor
tuos suos, tu aũt uade & annuncia regnũ dei. x Et ait alter: Sequar te domine, sed permit- x 106
te mihi primũ renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus: Nemo mittens manum su X
am ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei. Cap. X

P Ost hęc aũt designauit dns & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem d 107
suam in omnẽ ciuitatẽ & locum quò erat ipse uenturus. b Et dicebat illis: Messis quidẽ X
multa, operarij aũt pauci. Rogate autem dñm messis, ut mittat operarios in messem suam. b 108
c Ite, ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. d Nolite ergo portare sacculũ, neq; perã, V
neq; calciamẽta, & neminẽ per uiam salutaueritis. e In quãcũq; domũ intraueritis, primũ c 109
dicite: pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiesceat super illum pax uestra: sin au V
tem, ad uos reuertet. f In eadem aũt domo manete, edentes & bibẽtes quæ apud illos sunt. d 110
Dignus est em̃ operarius mercede sua. g Nolite transire de domo in domũ. Et in quam- II
cunq; ciuitatẽ intraueritis & susceperint uos, manducate quę apponunt uobis, & curate e 111
infirmos qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquauit in uos regnũ dei. h In quamcunq; V
ciuitatẽ intraueritis, & nõ susceperint uos, exeũtes in plateas eius, dicite: Etiã puluerẽ f 112
qui adhæsit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos. Tamẽ hoc scitote, quia appropin II
quauit regnũ dei. Dico uobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, q̃ illi ciuitati. i Vę ti- g 113
B bi Chorozain, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes quę fa- X
ctę sunt in uobis, olim in cilicio & cinere sedẽtes pœniterẽt. Veruntamẽ Tyro & Sidoni h 114
remissius erit in iudicio, q̃ uobis. Et tu Capharnaũ usq; ad cœlum exaltata, usq; ad infer- II
num demergeris. k Qui uos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit, qui aũt me sper i 115
nit, spernit eũ qui misit me. l Reuersi sunt aũt septuagintaduo cũ gaudio, dicẽtes: Dñe, eti- V
am dęmonia subijciunt nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam satanã sicut fulgur de
cœlo cadentẽ. Ecce dedi uobis potestatẽ calcandi supra serpentes & scorpiones, & super k 116
omnem uirtutẽ inimici, & nihil uobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia I
spiritus uobis subijciunt. Gaudete aũt quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. m In ipsa l 117
hora exultauit in spiritu sancto, & dixit: Cõfiteor tibi pater, domine cœli & terræ, quod X
abscõdisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: Etiam pater, quoniã m 118
sic placuit ante te. n Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo scit quis sit filius nisi pa V
ter, & quis sit pater nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. o Et cõuersus ad discipulos su n 119
os, dixit: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Dico em̃ uobis quod multi prophetæ & III
reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & nõ uiderunt, & audire quæ auditis, & nõ au- o 120
dierunt. p Et ecce quidã legisperitus surrexit, tentãs illum & dicẽs: Magister, quid facien- V
do uitã æternã possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptũ est? Quomodo legis? p 121
Ille respondẽs dixit: Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & II
ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua, & proximũ tuũ sicut teipsum. Dixitq; illi:
Recte respondisti, hoc fac & uiues. q Ille aũt uolens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et q 122
quis est meus proximus? Suspiciens aũt Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Hieru X
salem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis imposi
tis abierũt, semiuiuo relicto. Accedit aũt ut sacerdos quidã descenderet eadẽ uia, & uiso
illo, prætериuit. Similiter & leuita cum esset secus locũ & uideret eum, pertransijt. Samari
tanus aũt quidam iter faciens, uenit secus eum: & uidens eum, misericordia motus est. Et
appropians alligauit uulnera eius, infundẽs oleũ & uinum. Et imponẽs illum in iumentũ
suũ, duxit in stabulũ, & curã eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabu
lario, & ait: Curã illius habe, & quodcũq; supererogaueris, ego cum rediero, reddã tibi.

Quis horũ triũ uidet̃ tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiã in illũ. Et ait illi Iesus: Vade & tu fac similiter. Factũ est aũt dum irent, & ipse intrauit in quoddã castellũ, & mulier quædã Martha nomine excepit illũ in domũ suã. Et huic soror erat nomine Maria. Quę etiã sedẽs secus pedes domini, audiebat uerbũ illius. Martha aũt satagebat circa frequẽs ministeriũ. Quæ stetit & ait: Domine, nõ est tibi curæ quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi ut me adiuuet. Et respõdens dixit illi dominus: Martha, Martha solicita es & turbaris erga plurima. Porrò unum est necessarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Cap. XI

d 123 V

Et factũ est cũ esset in quodã loco orans, ut cessauit, dixit unus ex discipulis eius ad eum: Dñe, doce nos orare, sicut docuit Ioãnes discipulos suos. Et ait illis: Cum oratis dicite: Pater, sanctificet̃ nomẽ tuũ: adueniat regnũ tuũ: panem nostrũ quotidianũ da nobis hodie: & dimitte nobis peccata nostra, siquidẽ & ipsi dimittimus omni debenti nobis: & ne nos inducas in tentationẽ. b Et ait ad illos: Quis uestrum habebit amicũ, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice commoda mihi tres panes, qm̃ amicus meus uenit de uia ad me, & nõ habeo quod ponã ante illũ. Et ille deintus respõdens dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostiũ clausum est, & pueri mei mecũ sunt in cubili, nõ possum surgere, & dare tibi. Et si ille perseuerarit pulsans, dico uobis, & si nõ dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit, propter improbitatẽ tamẽ eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico uobis. c Petite, & dabit̃ uobis: quęrite, & inuenietis: pulsate, & aperiet̃ uobis. Omis em̃ qui petit, accipit, & qui quęrit inuenit, & pulsanti aperiet̃. Quis aũt ex uobis patrẽ petit panẽ, nunquid lapidẽ dabit illi? aut piscem, nunquid pro pisce serpentẽ dabit illi? Aut si petierit ouum, nũquid porriget illi scorpionẽ? Si ergo uos cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris: quãto magis pater uester de cœlo dabit spiritũ bonũ petentibus se? d Et erat eijciens dæmoniũ, & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, loquutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. e Quidam aũt ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. f Et alij tẽtãtes, signũ de cœlo quærebãt ab eo. g Ipse aũt ut uidit cogitationes eorũ, dixit eis: Omne regnũ in seipsum diuisum, desolabit̃, & domus supra domũ cadet. Si aũt & satanas in seipsum diuisus est, quõ stabit regnũ eius, quia dicitis, in Beelzebub me eijcere dæmonia? Si aũt ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij uestri in quo eijciũt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Porrò si in digito dei eijcio dæmonia, profecto peruenit in uos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autẽ fortior eo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit. h Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca aquosa, quærens requiẽ, & non inueniens, dicit: Reuertar in domũ meam unde exiui. Et cum uenerit, inuenit eam scopis mundatam & ornatam. Et tunc uadit & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitãt ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. i Factum est autẽ cum hæc diceret: extollens uocem quędã mulier de turba, dixit illi: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimò, beati qui audiunt uerbũ dei & custodiunt illud. k Turbis aũt concurrentibus, cœpit dicere: Generatio hæc, generatio nequã est, signum quęrit, & signũ non dabitur ei nisi signũ Ionæ prophetæ. Nam sicut Ionas signum Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi isti. Regina Austri surget in iudicio cũ uiris generationis huius, & condẽnabit illos, quia uenit à finibus terræ audire sapientiã Salomonis. Et ecce plus q̃ Salomon hic. Viri Niniuitę surgent in iudicio cũ generatione hac, & condẽnabũt illam, quia pœnitentiã egerũt ad prædicationẽ Ionæ. Et ecce plus q̃ Ionas hic. l Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neq; sub modio, sed supra candelabrũ, ut qui ingrediunt̃, lumen uideant. m Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuũ lucidũ erit: sint aũt nequam fuerit, etiã corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumẽ quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuũ totum lucidũ fuerit, non habens aliquã partem tenebrarum, erit lucidum totũ. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. n Et cum loqueretur

b 124 X

c 125 V

d 126 V

e 127 II

f 128 V

g 129 II

b 130 V

i 131 X

k 132 V

l 133 II

m 134 V

n 135 V

tur, rogauit illũ quidã pharisęus, ut prandere at apud se. Et ingressus, recubuit. Pharisæus aũt cœpit intra se reputãs dicere: quare nõ baptizatus esset ante prandiũ. Et ait dominus ad illum: Nunc uos pharisæi quod deforis est calicis & catini mũdatis, quod aũt intus est uestrum, plenum est rapina et iniquitate. Stulti, nónne qui fecit quod deforis est, etiam id quod deintus est fecit? Veruntamen quod superest, date eleemosynã, & ecce omnia munda sunt uobis. o Sed uę uobis pharisæis, quia decimatis mentham & rutã, & omne holus, & præteritis iudicium & charitatem dei. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. p Vę uobis pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. q Væ uobis, quia estis ut monumenta quæ non parent, & homines ambulantes supra, nesciunt. r Respondens aũt quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicẽs etiam nobis contumeliam facis. At ille ait: Et uobis legisperitis uę, quia oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, & ipsi uno digito uestro nõ tangitis sarcinas. s Væ uobis, quia ædificatis monumẽta pphetarũ, patres aũt uestri occiderũt illos. Profecto testificamini quod consentitis operibus patrũ uestrorum, quoniam quidem ipsi eos occiderunt, uos autem ædificatis eorũ sepulchra. t Propterea & sapientia dei dixit: Mittã ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occidẽt, & persequent̃, ut inquiratur sanguis omniũ prophetarũ, qui effusus est à cõstitutione mundi, à generatiõe ista, à sanguine Abel usq; ad sanguinẽ Zachariæ, q perijt inter altare & ædẽ. Ita dico uobis, requiret ab hac generatione. u Væ uobis legisperitis, quia tulistis clauẽ scientiæ, & nõ introistis, & eos qui introibant, prohibuistis. x Cũ aũt hęc ad illos diceret, cęperũt pharisæi & legisperiti grauiter insistere, & os eius oppримere, de multis insidiantes ei, & quęrentes aliquid capere de ore eius, ut accusarẽt eũ. Cap. XII

o 136 V

p 137 II

q 138 V

r 139 V

s 14 V

t 1410 V

u 142 II

x 143 X

Mvltis aũt turbis cõcurrentibus, ita ut se inuicẽ conculcarẽt, cœpit dicere ad discipulos suos. a Attẽdite à fermẽto pharisęorũ, quod est hypocrisis. b Nihil em̃ opertũ est quod nõ reuelet̃, neq; absconditũ quod nõ sciatur. Quoniã quæ in tenebris dixistis, in lumine dicent̃, & quod in aure loquuti estis in cubiculis, prædicabit̃ in tectis. Dico aũt uobis amicis meis, ne terreamini ab his q occidũt corpus, & post hoc nõ habẽt amplius qd faciãt. Ostendã aũt uobis quẽ timeatis. Timete eũ qui postq̃ occiderit, habet potestatẽ mittere in gehennã. Ita dico uobis, hunc timete. Nõne quinq; passeres ueneũt dupondio, & unus ex illis nõ est in obliuione corã deo? Sed & capilli capitis uestri oẽs numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passerib. pluris estis uos. Dico aũt uobis. Omis quicunq; confessus fuerit me corã hominibus, & filius hominis confitebit̃ illũ coram angelis dei. c Qui aũt negauerit me corã hominibus, denegabitur coram angelis dei. d Et omis qui dicit uerbum in filiũ hominis, remittet̃ illi: ei aũt qui in spiritũ sanctũ blasphemauerit, nõ remittetur. e Cum aũt inducent uos in synagogas, & ad magistratus & potestates, nolite soliciti esse qualiter, aut quid respõdeatis, aut qd dicatis: Spiritus em̃ sanctus docebit uos in ipsa hora, quæ oporteat uos dicere. f Ait aũt ei quidã de turba: Magister, dic fratri meo ut diuidat mecũ hæreditatẽ. At ille dixit ei: Homo, quis me cõstituit iudicẽ, aut diuisorem supra uos? Dixitq; ad illos: Videte & cauete ab omni auaritia: quia nõ in abundãtia cuiusquã uita eius est ex his quæ possidet. Dixit aũt similitudinẽ ad illos, dicẽs: Hominis cuiusdã diuitis, uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicẽs: Quid faciã quod nõ habeo quò cõgregẽ fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: Destruã horrea mea, & maiora faciã, & illuc congregabo omnia quę nata sunt mihi, & bona mea, & dicã animæ meę: Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit aũt illi deus: Stulte, hac nocte animã tuam repetunt àte, quę aũt parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & nõ est in deũ diues. Dixitq; ad discipulos suos. g Ideo dico uobis: Nolite soliciti esse animę uestræ quid mãducetis, neq; corpori quid induamini. Anima plus est q̃ esca, & corpus plus quàm uestimentũ. Considerate coruos, quia non seminant neq; metunt, quibus non est cellarium, neq; horreum, & deus pascit illos: Quanto magis uos pluris estis illis? Quis autem uestrũ cogitando potest adijcere ad staturam suam cubitum unum? Si ergo neq; quod minimum est potestis, quid de cæteris solliciti estis? Considerate lilia quomodo crescunt, nõ laborant, neq; nent. Dico aũt uobis: quia nec Salomon in

a 144 II

b 145 V

c 146 II

d 147 II

e 148 II

f 149 X

g 150 V

CANON

omni gloria ſua ueſtiebat, ſicut unũ ex iſtis. Si aũt fœnum agri quod hodie eſt in agro, & c
cras in clibanũ mittit, deus ſic ueſtit, quãto magis uos puſillæ fidei? Et uos nolite quære
re quid mãducetis, aut qd bibatis, & nolite in ſublime tolli. Hæc em̃ oĩa gentes mũdi quę-
runt. Pater aũt ueſter ſcit, q̃m his indigetis. Veruntamen primũ quærite regnũ dei & iu-
b 151 X ſtitiam eius, hæc omnia adijcient uobis. [b]Nolite timere puſillus grex, quia cõplacuit patri
i 152 II ueſtro dare uobis regnũ. [i]Vẽdite quæ poſsidetis, & date eleemoſynã. [k]Facite uobis ſaccu
k 153 V los qui nõ ueteraſcunt, theſaurũ non deficientẽ in cœlis, quò fur nõ appropiat, neq; ti-
nea corrumpit. Vbi em̃ theſaurus ueſter eſt, ibi & cor ueſtrũ erit. [l]Sint lũbi ueſtri præcin
l 154 X cti, & lucernæ ardẽtes in manibus ueſtris, & uos ſimiles hominibus expectantibus dñm
ſuum, quando reuertat à nuptijs, ut cum uenerit & pulſauerit cõfeſtim aperiant ei. [m]Bea-
m 155 V ti ſerui illi, quos cum uenerit dñs, inuenerit uigilãtes. Amen dico uobis quòd præcinget
ſe, & faciet illos diſcũbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi uenerit in ſecunda uigilia, &
n 156 II ſi in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi. [n]Hoc aũt ſcitote, quoniã ſi
o 157 V ſciret paterfamiliãs qua hora fur ueniret, uigilaret utiq;, & nõ ſineret perfodi domũ ſuã.
Et uos eſtote parati, q̃a qua hora nõ putatis, filius hominis ueniet. [o]Ait aũt ei Petrus: Do-
mine, ad nos dicis hanc parabolã, an ad oẽs? Dixit autẽ dñs: Quis putas eſt fidelis diſpen-
ſator & prudens, quem cõſtituit dñs ſuper familiã ſuam, ut det illis in tẽpore tritici men-
ſuram? Beatus ille ſeruus, quem cum uenerit dñs, inuenerit ita facientẽ. Vere dico uobis,
p 158 V quia ſuper omnia quæ poſsidet, cõſtituet illum. [p]Quod ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo:
Moram facit dñs meus uenire, & cœperit percutere ſeruos & ancillas, & edere, & bibe-
re, & inebriari, ueniet dñs ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua neſcit, & diuidet
q 159 X eum, partemq; eius cũ infidelibus ponet. [q]Ille aũt ſeruus qui cognouit uoluntatẽ dñi ſui,
& non ſe præparauit, & nõ fecit ſecundũ uoluntatẽ eius, uapulabit multis. Qui aũt nõ co
gnouit & fecit digna plagis, uapulabit paucis. Omni aũt cui multũ datũ eſt, multũ quęret
r 160 V ab eo, & cui cõmendauerunt multum, plus petent ab eo. [r]Ignem ueni mittere in terram,
& quid uolo niſi ut accẽdatur? Baptiſmo aũt habeo baptizari, & quomodo coartor uſq;
dum perficiatur? Putatis, quia pacem ueni dare in terram? Non, dico uobis, ſed ſeparatio
nem. Erunt enim ex hoc quinq; in domo una diuiſi, tres in duo, & duo in tres, diuidetur
s 161 V pater in filium, & filius in patrẽ ſuum, mater in filiam, & filia in matrem, ſocrus in nurum
ſuam, & nurus in ſocrum ſuam. [s]Dicebat aũt & ad turbas: Cum uideritis nubem orientẽ
ab occaſu, ſtatim dicitis, nimbus uenit, & ita fit: & cum auſtrum flãtem, dicitis, quia æſtus
erit, & fit. Hypocritę, faciem cœli & terræ noſtis probare, hoc autem tempus quomodo
non probatis? Quid autem & à uobiſipſis non iudicatis quod iuſtum eſt? [t]Cum autem
t 162 V uadis cum aduerſario tuo ad principem in uia, da operam liberari ab illo, ne forte trahat
te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non
exies inde, donec etiam nouiſsimum minutum reddas. Cap. XIII

a 163 X [a]Derant autem quidam ipſo tempore nunciantes illi de Galilæis, quorũ ſanguinem
Pilatus miſcuit cum ſacrificijs eorum. Et reſpondens dixit illis: Putatis quod hi Ga-
lilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſsi ſunt? Non, dico uobis, ſed
niſi pœnitẽtiam habueritis omnes, ſimiliter peribitis ſicut illi decem & octo, ſupra quos
cecidit turris Siloe, & occidit eos. Putatis quia & ipſi debitores fuerint præter omnes ho
mines habitãtes in Hieruſalem? Non, dico uobis, ſed ſi pœnitentiam nõ habueritis om-
b 164 X nes, ſimiliter peribitis. [b]Dicebat aũt & hanc ſimilitudinẽ: Arborẽ fici habebat quidã plan
tatã in uinea ſua, & uenit quærens fructũ in illa, & nõ inuenit. Dixit aũt ad cultorem uine-
æ: Ecce anni tres ſunt, ex quo uenio, quęrens fructũ in ficulnea hac, & nõ inuenio, ſuc
cide ergo illã, ut quid etiã terrã occupat? At ille reſpõdẽs, dixit illi: Dñe, dimitte illã & hoc
anno, uſq; dum fodiã circa illam, & mittam ſtercora. Et ſi quidẽ fecerit fructũ: ſin aũt, in
futurum ſuccides eam. Erat autem docens in ſynagoga eorum ſabbatis. Et ecce mulier
quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino po
terat ſurſum reſpicere: quã cum uidiſſet Ieſus, uocauit eam ad ſe, & ait illi: Mulier, dimiſſa
es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus, & cõfeſtim erecta eſt, & glorificabat deum.

Reſpon-

CANON

A Reſpondẽs aũt archiſynagogus, indignãs, quia ſabbato curaſſet Ieſus, dicebat turbę: Sex
dies ſunt in quibus oportet operari. In his ergo uenite & curamini, & nõ in die ſabbati. c 165 II
Reſpondit aũt ad illum dñs, & dixit: Hypocritæ, unuſquiſq; ueſtrũ ſabbato non ſoluit bo
uem ſuum aut aſinũ à præſepio, & ducit adaquare? Hanc aũt filiam Abrahæ quã alligauit
ſatanas ecce decem & octo annis, non oportuit ſolui à uinculo iſto die ſabbati? [d]Et cum d 166 X
hæc diceret, erubeſcebant oẽs aduerſarij eius, & omnis populus gaudebat in uniuerſis
quę glorioſe fiebant ab eo. [e]Dicebat ergo. Cui ſimile eſt regnũ dei, & cui ſimile ęſtimabo e 167 II
illud? Simile eſt grano ſinapis, quod acceptũ homo miſit in hortũ ſuum, & creuit, & fa-
ctum eſt in arborẽ magnã, & uolucres cœli requieuerũt in ramis eius. [f]Et iterũ dixit: Cui f 168 V
ſimile æſtimabo regnũ dei? Simile eſt fermento, quod acceptũ mulier abſcõdit in farinę
ſata tria, donec fermentaret totum. [g]Et ibat per ciuitates & caſtella docens, & iter faciens g 169 II
in Hieruſalem. [h]Ait aũt illi quidã: Domine, ſi pauci ſunt qui ſaluant? Ipſe aũt dixit ad illos: h 170 V
Contendite intrare per anguſtam portã, quia multi (dico uobis) quęrunt intrare, & non
poterunt. [i]Cum aũt intrauerit paterfamiliãs, & clauſerit oſtium, & incipietis foris ſtare & i 171 V
pulſare ad oſtium dicentes: Domine, aperi nobis: & reſpondens, dicet uobis: Neſcio uos
unde ſitis: Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis no-
ſtris docuiſti. Et dicet uobis: Neſcio uos unde ſitis. Diſcedite à me oẽs operarij iniquita-
tis, ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. [k]Cum uideretis Abrahã & Iſaac & Iacob & oĩes pro- k 172 V
phetas in regno dei, uos aũt expelli foras. Et uenient ab oriente & occidente & aquilone
& auſtro, & accũbent in regno dei. [l]Et ecce ſunt nouiſsimi qui erant primi, & ſunt pri- l 173 II
mi qui erant nouiſsimi. [m]In ipſa die acceſſerũt quidã phariſęorũ, dicentes illi: Exi & uade
hinc, quia Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite & dicite uulpi illi: Ecce eijcio dæmo- m 174 X
nia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die cõſumor. Veruntamẽ oportet me ho-
B die & cras & ſequenti die ambulare, quia nõ capit prophetã perire extra Hieruſalẽ. [n]Hie- n 175 V
ruſalem Hieruſalẽ, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittunt ad te, quoties uolui
congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum ſuum ſub pennis, & noluiſti? Ecce
relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Dico autem uobis, quia nõ uidebitis me, donec
ueniat cum dicetis: benedictus qui uenit in nomine domini. Cap. XIIII

E [a]T factũ eſt cũ introiſſet Ieſus in domũ cuiuſdã principis phariſęorũ ſabbato mãdu- a 176 X
care panẽ, & ipſi obſeruabant eũ: & ecce homo quidã hydropicus erat ante illũ. [b]Et
reſpondẽs Ieſus dixit ad legisperitos & phariſęos, dicẽs: Si licet ſabbato curare? At illi ta- b 177 V
cuerũt. Ipſe uero apprehẽſum ſanauit eũ, ac dimiſit. Et reſpõdẽs ad illos dixit: Cuius ue-
ſtrũ aſinus aut bos in puteũ cadet, & nõ cõtinuo extrahet illũ die ſabbati? Et nõ poterant
ad hæc reſpõdere illi. [c]Dicebat aũt & ad inuitatos parabolã, intendens quõ primos accu- c 178 X
bitus eligerent, dicẽs ad illos: Cũ inuitatus fueris ad nuptias, non diſcũbas in primo loco,
ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo, & ueniẽs is qui te & illum uocauit, dicat tibi,
da huic locũ, & tunc incipias cũ rubore nouiſsimũ locũ tenere. Sed cũ uocatus fueris, ua
de recũbe in nouiſsimo loco, ut cũ uenerit qui te uocauit, dicat tibi: Amice aſcende ſupe-
rius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcũbentibus. [d]Quia oĩs qui ſe exaltat, humilia- d 179 V
bitur, & qui ſe humiliat, exaltabit. [e]Dicebat aũt & ei qui ſe inuitauerat: Cũ facis prandium e 180 X
aut cœnã, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; uicinos, neq;
diuites, ne forte & ipſi te reinuitẽt, & fiat tibi retributio. Sed cũ facis cõuiuiũ, uoca pau-
peres, debiles, claudos, cęcos, & beatus eris. q̃a nõ habẽt retribuere tibi. Retribuet em̃ ti-
bi in reſurrectione iuſtorũ. Hęc cũ audiſſet quidã de ſimul diſcũbentibus, dixit illi: Bea-
tus qui manducabit panẽ in regno dei. [f]At ipſe dixit ei: Homo quidã fecit cœnã magnã, f 181 V
& uocauit multos, & miſit ſeruũ ſuũ hora cœnę dicere inuitatis ut uenirẽt, q̃a iam parata
ſunt oĩa. Et cęperũt ſimul oẽs excuſare. Prim⁹ dixit ei: Villã emi, & neceſſe habeo exire
& uidere illã, rogo te habe me excuſatũ. Et alter dixit: Iuga boũ emi quinq;, & eo probare
illa, rogo te habe me excuſatũ. Et alius dixit: Vxorẽ duxi, & ideo non poſsũ uenire. Et re-
uerſus ſeruus, nunciauit dño ſuo. Tunc iratus paterfamilias, dixit ſeruo ſuo. Exi cito in plateas & ui-
cos ciuitatis, & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc. Et ait ſeruus. Do-

mine

mine, factũ est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in uias & sepes, & cõ- c
pelle intrare, ut impleat domus mea. Dico aũt uobis, quod nemo uirorũ illorũ q uocati
f 182 V sunt, gustabit cœnã meã. [g]Ibãt aũt turbæ multę cũ eo, & cõuersus dixit ad illos: Si qs uenit
ad me, & nõ odit patrẽ suũ, et matrẽ, & uxorẽ, & filios, & fratres, & sorores, adhuc aũt &
b 183 X animã suã, non potest meus esse discipulus. [b] Quis enim ex uobis uolẽs turrim ædificare,
nõne prius sedẽs cõputat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendũ, ne postea
quam posuerit fundamẽtũ, & nõ potuerit perficere, oẽs qui uidẽt, incipiãt illudere ei, di-
cẽtes: qa hic homo cœpit ędificare, & nõ potuit cõsũmare? Aut quis rex iturus cõmittere
bellũ aduersus aliũ regẽ, nõ sedẽs prius cogitat, si possit cũ decẽ milib. occurrere ei, qui
cũ uiginti milib. uenit ad se? Alioquin adhuc illo lõge agẽte, legationẽ mittẽs rogatea quę
i 184 V pacis sunt. [i]Sic ergo oñis ex uobis qui nõ renũciat omnib. quæ possidet, nõ potest meus
k 185 esse discipulus. [k]Bonũ est sal. Si aũt sal quoq; euanuerit, in quo cõdiet? Neq; in terrã neq;
11 in sterquiliniũ utile est, sed foras mittet. Qui habet aures audiendi, audiat. Cap. XV

E [a]Rant aũt appropinquantes ei publicani & peccatores, ut audirent illum, & murmu
a 186 11 rabant scribæ & pharisęi, dicẽtes: Quia hic peccatores recepit, & mãducat cum illis. [b]
b 187 V Et ait ad illos parabolam istam, dicẽs: Quis ex uobis homo qui habet centũ oues, & si per
diderit unam ex illis, nónne dimittit nonaginta nouem in deserto, & uadit ad illam quæ
perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens,
& ueniens domũ, conuocat amicos & uicinos, dicens illis: Cõgratulamini mihi, quia in-
ueni ouem meã quæ perierat. Dico uobis, quod ita gaudiũ erit in cœlo super uno pecca
c 188 X tore pœnitentiã agente, q̃ supra nonagintanouẽ iustis, qui non indigent pœnitẽtia. [c] Aut
quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmã unam, nónne accendit lu-
cernam & euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat? Et cum inuenerit, con-
uocat amicas & uicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmã quam perdi D
d 189 V deram. [d]Ita dico uobis, gaudiũ erit coràm angelis dei super uno peccatore pœnitentiam
e 190 X agente. [e]Ait aũt. Homo quidã habuit duos filios, & dixit aduleſcẽtior ex illis patri. Pater,
da mihi portionẽ substãtiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substantiã. Et non post mul-
tos dies, cõgregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionẽ lon-
ginquã, & ibi dissipauit substantiã suam, uiuendo luxuriosẽ. Et postq̃ omnia cõsummas-
set, facta est fames ualida in regione illa, & ipse cœpit egere. Et abijt & adhęsit uni ciuium
regionis illius, & misit illum in uillam suam, ut pasceret porcos. Et cupiebat implere uen
trẽ suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat. In se aũt reuersus, dixit:
Quanti mercenarij patris mei abundant panibus, ego aũt hic fame pereo? Surgam & ibo
ad patrẽ meum & dicam: Pater peccaui in cœlum & coram te, & iam non sum dignus uo
cari filius tuus, fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Et surgens uenit ad patrem suum.
Cum aũt adhuc lõge esset, uidit illum pater ipsius, & misericordia motus est: & accurrẽs
cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitq; ei filius: Pater peccaui in cœlũ, &
coram te, iam nõ sum dignus uocari filius tuus. Dixit aũt pater ad seruos suos: Cito pro-
ferte stolã primã, & induite illum, & date anulum in manus eius, & calciamenta in pedes,
& adducite uitulum saginatũ & occidite, & manducemus & epulemur, quia hic filius me
us mortuus erat, & reuixit, perierat & inuẽtus est. Et cœperũt epulari. Erat aũt filius eius
senior in agro. Et cũ ueniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniã & chorũ, &
uocauit unum de seruis, & interrogauit quæ hæc essent. Isq; dixit illi. Frater tuus uenit, &
occidit pater tuus uitulum saginatũ, quia saluum illum recepit. Indignatus est aũt & nole
bat introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum. At ille respondens, dixit patri
suo. Ecce tot annis seruio tibi, & nunq̃ mandatũ tuum præteriui, & nunquã dedisti mihi
hœdum, ut cum amicis meis epularer. Sed postq̃ hic filius tuus, qui deuorauit substantiã
suam cum meretricibus uenit, occidisti illi uitulum saginatũ. At ipse dixit illi, Fili tu sem-
per mecum es, & omnia mea tua sunt: epulari aũt & gaudere oportebat, quia frater tuus
hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Cap. XVI

Dicebat

A DIcebat aũt ad discipulos suos: Homo quidã erat diues, qui habebat uillicũ, & hic dif-
famatus est apud illum, quasi dissiparet bona illius. Et uocauit illum, & ait illi. Quid
hoc audio de te? Redde rationẽ uillicationis tuæ, iam enim non poteris uillicare. Ait aũt
uillicus intra se. Quid faciam, quia dñs meus aufert à me uillicationẽ? Fodere non ualeo,
mendicare erubesco: scio quid faciam, ut cum amotus fuero à uillicatione, recipiant me
in domos suas. Cõuocatis itaq; singulis debitorib. domini sui, dicebat primo. Quantum
debes dño meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionẽ tuã, & sede
cito, scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu uero quantũ debes? Qui ait: Centũ coros
tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dñs uillicũ iniquitatis,
quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua
sunt. Et ego dico uobis: Facite uobis amicos de mãmona iniquitatis, ut cũ defeceritis, re-
cipiãt uos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est, & qui
in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mãmona fideles nõ fui-
stis, qd uerũ est, quis credet uobis? Et si in alieno fideles nõ fuistis, quod uestrũ est, quis
dabit uobis? [a]Nemo seruus potest duob. dominis seruire: aut eñ unum odiet, & alterum a 191
diliget: aut uni adhærebit, & alterũ contẽnet. Non potestis deo seruire & mãmonæ. [b]Au- V
diebant aũt omnia hæc pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis. Vos estis b 192
qui iustificastis uos coràm hominib. deus aũt nouit corda uestra. Quia quod hominibus X
altum est, abominatio est ante deum. [c]Lex & prophetæ usq; ad Ioannẽ: ex eo regnum dei c 193
euangelizatur, & omnis in illud uim facit. [d]Facilius est aũt cœlum & terrã præterire, q̃ de le V
ge unum apicẽ cadere. [e]Omnis qui dimittit uxorẽ suam & alterã ducit, mœchatur: & qui d 194
dimissam à uiro ducit mœchatur. [f]Homo quidã erat diues, & induebat purpura & bysso, V
& epulabatur quotidie splendide. Et erat quidã mendicus nomine Lazarus, qui iacebat e 195
B ad ianuã eius ulceribus plenus, cupiẽs saturari de micis quæ cadebãt de mensa diuitis, & 11
nemo illi dabat. Sed & canes ueniebãt & lingebãt ulcera eius. Factũ est aũt ut moreretur f 196
mendicus, & portaretur ab angelis in sinũ Abrahę. Mortuus est aũt & diues, & sepultus est X
in inferno. Eleuãs aũt oculos suos cũ esset in tormentis, uidit Abraham à longe, & Laza
rum in sinu eius, & ipse clamans dixit: Pater Abrahã miserere mei, & mitte Lazarũ ut in-
tingat extremũ digiti sui in aquam, ut refrigeret linguã meam, quia crucior in hac flãma.
Et dixit illi Abraham: Fili recordare, quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter
mala. Nunc aũt hic consolatur, tu uero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & uos chaos
magnũ firmatũ est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, nõ possint, neq; inde huc trans-
meare. Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domũ patris mei. Habeo enim quinq;
fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locũ tormentorũ. Et ait illi Abrahã: Ha-
bent Moysen & prophetas, audiãt illos. At ille dixit: Nõ pater Abrahã, sed si quis ex mor
tuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autẽ illi: Si Moysen & prophetas non audiunt,
neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Cap. XVII

E [a]T ait ad discipulos suos: Impossibile est ut nõ ueniãt scãdala, uę aũt illi per quẽ ueni a 197
unt. Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collũ eius, & proijciatur in mare, q̃ ut V
scãdalizet unũ de pusillis istis. [b]Attẽdite uobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illũ, b 198
& si pœnitẽtiã egerit, dimitte illi. [c]Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die con V
uersus fuerit ad te, dicẽs: Pœnitet me, dimitte illi. [d]Et dixerũt apost. dño: Adauge nobis fi- c 199 4
dẽ. Dixit aũt dñs: Si haberetis fidem sicut granũ sinapis, diceretis huic arbori moro, era- V
dicare & transplãtare in mare, & obediret uobis. [e]Quis aũt uestrũ habẽs seruũ arantem d 200
aut pascentẽ, q regresso de agro dicit illi statim, transi & recũbe, & nõ dicit ei, para quod V
cœnẽ, & pręcinge te & ministra mihi donec mãducẽ & bibã, & post hæc tu manducabis e 201
& bibes. Nunquid gratiã habet illi, qa fecit quę ei imperauerat? Nõ puto. Sic & uos cum X
feceritis oĩa quę pcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus, qd debuimus facere, feci
mus. Et factũ est dum iret in Hierusalẽ, transibat per mediã Samariã & Galilæam, & cum
ingrederetur quoddã castellum, occurrerũt ei decẽ uiri leprosi, qui steterunt à longe, &
leuauerunt uocẽ, dicẽtes: Iesu præceptor miserere nostri. Quos ut uidit, dixit: Ite ostẽdite

uos

uos ſacerdotibus. Et factũ eſt dum irent mũdati ſunt. Vnus aũt ex illis, ut uidit quia mun c
datus eſt, regreſſus eſt cũ magna uoce magnificãs deũ. Et cecidit in faciẽ ante pedes eius,
gratias agens: Et hic erat Samaritanus. Reſpondens aũt Ieſus dixit: Nónne decem munda
ti ſunt, & nouem ubi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriã deo, niſi hic alie-
f 202 V nigena. Et ait illi: Surge, uade, quia fides tua te ſaluum fecit. [f] Interrogatus autem à phari-
g 203 X ſeis, quando uenit regnũ dei? reſpondit eis, & dixit: Non ueniet regnũ dei cum obſerua
h 204 II tione: neq; dicẽt, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnũ dei intra uos eſt. [g] Et ait ad diſci
i 205 V pulos ſuos. Veniẽt dies quãdo deſideretis uidere unũ diẽ filij hominis, & nõ uidebitis. [h]
k 206 II Et dicẽt uobis: Ecce hic, & ecce illic, nolite ire neq; ſectemini. [i] Nã ſicut fulgur coruſcãs
l 207 V de ſub cœlo in ea quæ ſub cœlo ſunt, fulget: ita erit filius hominis in die ſua. [k] Primũ autẽ
m 208 X oportet illũ multa pati: & reprobari à generatiõe hac. [l] Et ſicut factũ eſt in dieb. Noe, ita
n 209 II erit & in dieb. filij hominis. Edebãt & bibebãt, uxores ducebãt et dabanẽ ad nuptias, uſq;
o 210 X in diẽ qua intrauit Noe in arcã, & uenit diluuiũ & perdidit oẽs. [m] Similiter ſicut factũ eſt
p 211 III in diebus Lot: edebãt & bibebãt, emebãt & uendebãt, plantabãt & ędificabãt: qua aũt die
q 212 V exijt Lot à Sodomis, pluit ignẽ & ſulphur de cœlo & oẽs per didit. Secundũ hæc erit qua
r 213 V die filius hominis reuelabit. [n] In illa hora qui fuerit in tecto & uaſa eius in domo, ne deſcẽ
s 214 X dat tollere illa, et qui in agro, ſimiliter nõ redeat retro. [o] Memores eſtote uxoris Lot. [p] Qui
cunq; quæſierit animã ſuam ſaluam facere, perdet illam, & quicunq; perdiderit illam, ui
uificabit eam. [q] Dico uobis in illa nocte erunt duo in lecto uno, unus aſſumet, & alter re-
linquet. Duæ erunt molentes in unũ, una aſſumet, & altera relinquet. Duo in agro, unus
aſſumet, & alter relinquet. [r] Reſpondentes dicunt illi, Vbi dñe? Qui dixit illis, Vbicunq;
fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Cap. XVIII.

D [s] Icebat aũt & parabolã ad illos, quoniã oportet ſemper orare & nõ deficere, dicẽs, D
Iudex quidã erat in quadã ciuitate, qui deũ non timebat & hominẽ non reuerebat.
Vidua aũt quædã erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum, dicens, Vindica me de aduerſa-
rio meo. Et nolebat per multũ tẽpus. Poſt hæc aũt dixit intra ſe, Et ſi deũ non timeo, nec
hominẽ reuereor, tamẽ quia moleſta eſt mihi hæc uidua, uindicabo illam, ne in nouiſsi-
mo ueniẽs ſugillet me. Ait aũt dñs, Audite quid iudex iniquitatis dicit, Deus aũt non faci-
et uindictam electorũ ſuorũ clamantiũ ad ſe die ac nocte, & patientiã habebit in illis? Di
co aũt uobis, quia cito faciet uindictã illorum. Veruntamen filius hominis ueniẽs, putas
inueniet fidem in terra? Dixit aũt & ad quoſdã qui in ſe cõfidebant tanquã iuſti, & aſper-
nabantur cæteros, parabolã iſtam, Duo homines aſcenderũt in tẽplum ut orarent, unus
phariſæus, & alter publicanus. Phariſęus ſtans hęc apud ſe orabat, Deus, gratias ago tibi,
quia nõ ſum ſicut cæteri hominũ, raptores, iniuſti, adulteri, uelut etiã hic publicanus. Ieiu
no bis in ſabbato, decimas do omniũ quę poſsideo. Et publican[9] à lõge ſtãs, nolebat nec
b 215 V oculos ad cęlũ leuare, ſed pcutiebat pectus ſuũ, dicẽs. Deus propicius eſto mihi peccato
f 216 II ri. Amẽ dico uobis, deſcẽdit hic iuſtificatus in domũ ſuã ab illo, [b] quia omis qui ſe exaltat,
humiliabit, & qui ſe humiliat, exaltabit. [c] Afferebant aũt ad illũ infantes ut eos tangeret.
Quod cũ uiderẽt diſcipuli, increpabãt illos. Ieſus aũt cõuocans illos, dixit, Sinite pueros
uenire ad me, et nolite prohibere eos. Taliũ eſt enim regnũ dei. [d] Amẽ dico uobis, quicũq; nõ
d 217 II acceperit regnũ dei ſicut puer, nõ intrabit in illud. [e] Et interrogauit eũ quidã princeps, di
e 218 II cens, Magiſter bone, quid faciẽs uitã æternã poſsidebo? Dixit aũt ei Ieſus, Quid me dicis
bonũ? Nemo bonus niſi ſolus deus. Mãdata noſti, Nõ occides, nõ mœchaberis, nõ fur-
tum facies, nõ falſum teſtimoniũ dices, honora patrẽ tuũ & matrẽ. Qui ait, Hæc omnia cu
f 219 II ſtodiui à iuuentute mea. [f] Quo audito Ieſus, ait ei, Adhuc tibi unũ deeſt. Omnia quæcũq;
g 220 II habes, uende & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo, & ueni ſequere me. [g] His ille
auditis cõtriſtatus eſt, quia dives erat ualde. Videns aũt Ieſus illũ triſtẽ factũ, dixit, Quàm
difficile qui pecunias habent in regnũ dei intrabunt. Facilius eſt enim camelũ per foramen
acus tranſire, q̃ diuitem intrare in regnum dei. Et dixerunt qui audiebant, Et quis poteſt
b 221 II ſaluus fieri? Ait illis, Quæ impoſsibilia ſunt apud homines, poſsibilia ſunt apud deũ. Ait
aũt Petrus, Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te. [h] Qui dixit eis, Amẽ dico uobis
nemo

A nemo eſt qui reliquit domũ, aut parentes, aut fratres, aut uxorẽ, aut filios propter regnũ
dei, & nõ recipiat multo plura in hoc tẽpore, & in ſeculo futuro uitã æternã. [i] Aſſumpſit i 222
aũt Ieſus duodecim, & ait illis: Ecce aſcẽdimus Hieroſolymã, & cõſummabunt omia quæ II
ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & fla-
gellabitur, & conſpuetur, & poſtquã flagellauerint, occident eum: & die tertia reſurget.
[k] Et ipſi nihil horum intellexerunt. Erat aũt uerbũ iſtud abſconditũ ab eis, & non intelli-
gebant quæ dicebant. [l] Factum eſt aũt cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam ſede k 223
bat ſecus uiam mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntẽ, interrogabat quid hoc X
eſſet. Dixerunt aũt ei, quod Ieſus Nazarenus trãſiret. Et clamauit dicens: Ieſu fili Dauid, l 224
miſerere mei. Et qui præibant increpabant eum, ut taceret. Ipſe uero multo magis clama- II
bat: fili Dauid miſerere mei. Stãs aũt Ieſus, iuſsit illum adduci ad ſe. Et cũ appropinquaſ-
ſet, interrogauit illum, dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Dñe, ut uideam. Et Ieſus
dixit ei: Reſpice, fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim uidit, & ſequebat illum, magnifi-
cans deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem deo. Cap. XIX

E [m] T ingreſſus perambulabat Hiericho. Et ecce uir nomine Zaccheus, & hic princeps d 225
erat publicanorũ, & ipſe diues. Et quęrebat uidere Ieſum qs eſſet, & nõ poterat præ X
turba, quia ſtatura puſillus erat. Et pręcurrẽs aſcẽdit in arborẽ ſycomorũ, ut uideret eum
quia inde erat tranſiturus. Et cũ uenisſet ad locũ: ſuſpiciẽs Ieſus uidit illũ, & dixit ad eum:
Zacchæe feſtinãs deſcẽde, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et feſtinãs deſcẽ-
dit, & excepit illũ gaudẽs. Et cum uiderent oẽs murmurabant, dicentes quod ad hominẽ
peccatorẽ diuertiſſet: Stans aũt Zacchæus, dixit ad dñm: Ecce dimidiũ bonorũ meorum
domine do pauperibus, & ſi quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ. Ait Ieſus ad eum:
Quia hodie ſalus domui huic facta eſt, eo quod & ipſe filius ſit Abrahæ. [b] Venit enim filius b 226
B hominis quærere & ſaluũ facere quod perierat. [c] Hæc illis audiẽtibus, adijciens dixit para V
bolam, eo quod eſſet propè Hieruſalẽ, & quia exiſtimarẽt, quod confeſtim regnũ dei ma c 227
nifeſtaret. Dixit ergo, [d] Homo quidã nobilis abijt in regionẽ longinquã accipere ſibi re- X
gnum, & reuerti. [e] Vocatis aũt decem ſeruis ſuis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Ne- d 228
gociamini dum uenio. Ciues aũt eius oderant eũ, & miſerũt legationẽ poſt illũ, dicentes: II
Nolumus hunc regnare ſuper nos. Et factũ eſt ut rediret accepto regno, & iuſsit uocari e 229
ſeruos, quibus dedit pecuniã, ut ſciret quantũ quiſq; negociatus eſſet. Venit aũt primus, V
dicens: Dñe mna tua decẽ mnas acquiſiuit. Et ait: Euge bone ſerue, quia in modico fuiſti
fidelis, eris poteſtatẽ habẽs ſupra decẽ ciuitates. Et alter uenit, dicens: Dñe, ecce mna tua
fecit quinq; mnas. Et huic ait: Et tu eſto ſuper quinq; ciuitates. Et alter uenit, dicẽs: Dñe,
ecce mna tua quã habui repoſitam in ſudario. Timui enim te, quia homo auſterus es, tollis
quod nõ poſuiſti, & metis quod nõ ſeminaſti. Dicit ei: De ore tuo te iudico ſerue nequã.
Sciebas quod ego homo auſterus ſum, tollẽs quod nõ poſui, et metẽs quod nõ ſeminaui:
Et quare nõ dediſti pecuniã meã ad menſam, & ego ueniens, cum uſuris utiq; exegiſſem
illam? Et aſtantib. dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi qui decẽ mnas habet. Et dixerũt f 230
ei: Dñe, habet decem mnas. [f] Dico aũt uobis, quia omni habenti dabit, ab eo aũt qui non V
habet, & quod habet, auferet ab eo. [g] Veruntamen inimicos meos illos qui noluerũt me g 231
regnare ſuper ſe, adducite huc, & interficite ante me. [h] Et his dictis pręcedebat aſcendens h 232
Hieroſolymam. Et factum eſt cum appropinquaſſet ad Betphage & Bethaniam, ad mon II
tem qui uocatur oliueti: miſit duos diſcipulos, dicens: Ite in caſtellum quod contra uos
eſt: in quod introeuntes inuenietis pullum aſinę alligatũ, cui nemo unquã hominũ ſedit,
ſoluite illũ, & adducite. Et ſi quis uos interrogauerit, quare ſoluitis, ſic dicetis ei: quia do
minus operã eius deſiderat. [i] Abierũt aũt qui miſsi erãt, & inuenerũt, ſicut dixit illis, ſtan i 233
tem pullũ. Soluentibus aũt illis pullũ, dixerunt dñi eius ad illos: Quid ſoluitis pullum? At II
illi dixerunt: Quia dñs eum neceſſarium habet. Et duxerunt illum ad Ieſum. Et iactantes
ueſtimenta ſua ſupra pullum, impoſuerunt Ieſum. Eunte autem illo, ſubſternebant ueſti
menta ſua in uia. [k] Et cũ appropinquaret iam ad deſcenſum montis oliueti, cœperũt oẽs k 234
turbæ diſcipulorum gaudẽtes laudare deum uoce magna ſuper omnibus quas uiderant I

uirtutibus, dicētes: Benedictus qui uenit rex in nomine domini, pax in cœlo, & gloria in excelsis. Et quidam pharisæorū de turbis dixerūt ad illū: Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico uobis, qa si hi tacuerint, lapides clamabūt. [m] Et ut appropinquauit uidens ciuitatem, fleuit super illā, dicens: Quia si cognouisses & tu. Et quidem in hac die tua quæ ad pacē tibi, nunc aūt abscondita sunt ab oculis tuis. Quia ueniēt dies in te, & circundabūt te inimici tui uallo, & circundabunt te & coangustabūt te undiq;, & ad terram prosternēt te & filios tuos qui in te sunt. [n] Et nō relinquent in te lapidē super lapidē, eo quod nō cognoueris tēpus uisitationis tuæ. [o] Et ingressus in tēplum, cœpit eijcere uendentes in illo & emētes, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea domus orationis est, uos aūt fecistis illam speluncam latronū. [p] Et erat docens quotidie in templo. Principes autē sacerdotū & scribę & principes plebis quærebant illum perdere, & nō inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum. Cap. xx

[a] ET factū est in una dierū docente illo populū in templo & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotū & scribę cū senioribus, et aiunt dicētes ad illum: Dic nobis in qua potestate hæc facis, aut quis est qui dedit tibi hanc potestatē? Respondens aūt, dixit ad illos: Interrogabo uos & ego unum uerbū, respōdete mihi. Baptismū Ioānis de cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabāt intra se dicētes: Quia si dixerimus de cœlo, dicet, quare ergo nō credidistis illi? Si aūt dixerimus, ex hominibus, plebs uniuersa lapidabit nos. Certi sunt ēm Ioannē prophetā esse. Et respondērūt se nescire unde esset. Et Iesus ait illis: Neq; ego dico uobis in qua potestate hæc facio. [b] Cœpit aūt dicere ad plebem parabolam hanc. Homo quidā plantauit uineam, & locauit eam colonis, & ipse peregre fuit multis tēporibus, & in tēpore illo misit ad cultores seruum, ut de fructu uineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eū inanem. Et addidit alterū seruū mittere. Illi aūt hunc quoq; cædentes & afficientes cōtumelia, dimisērūt inanem. Et addidit tertiū mittere. Qui & illum uulnerātes eiecerunt. Dixit aūt dns uineæ. Quid faciam? Mittam filium meū dilectū, forsitan cum hunc uiderint uerebunt. Quem cū uidissent coloni, cogitauerūt intra se dicentes: Hic est hæres, occidamus illum, ut nostra fiat hæreditas. Et eiectū illum extra uineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dns uineæ? Veniet & perdet colonos istos, & dabit uineā alijs. Quo audito dixerūt illi: Absit. Ille aūt aspiciēs eos ait: Quid est ergo hoc quod scriptum est. Lapidem quē reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Omnis qui ceciderit supra illum lapidē conquassābitur: supra quem aūt ceciderit, cōminuet illum. [c] Et quærebant principes sacerdotum & scribæ mittere in illum manus hora illa, & timuerunt populum. Cognouerunt ēm quod ad ipsos dixerit similitudinē hanc. [d] Et obseruantes miserunt insidiatores qui se iustos simularēt, ut caperent eū in sermone, & traderent illum principatui & potestati præsidis. Et interrogauerūt eum dicētes: Magister, scimus quia recte dicis & doces, & nō accipis personā, sed uiam dei in ueritate doces. Licet nobis tributum dare Cæsari, an nō? Considerans aūt dolum illorū, dixit ad eos: Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium, cuius habet imaginē & inscriptionē? Respondentes dixerunt ei: Cæsaris. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cęsari: & quæ sunt dei, deo. Et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram plebe, & mirati in responsione eius tacuerunt. Accesserunt aūt quidā Sadducæorū, qui negant esse resurrectionē, & interrogauerunt eū, dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis. Si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorē, & hic sine liberis fuerit, ut accipiat eam frater eius uxorē, & suscitet semē fratri suo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxorē, & mortuus est sine filijs. Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filijs. Et tertius accepit illam, similiter & oēs septē, & nō reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissime omniū mortua est & mulier. In resurrectione ergo cuius eorū erit uxor? siquidē septem habuerūt eam uxorem. Et ait illis Iesus. Filij huius seculi nubunt & tradunt ad nuptias, illi uero qui digni habebunt seculo illo & resurrectione ex mortuis, neq; nubunt, neq; ducunt uxores, neq; enim ultra mori poterūt. Aequales ēm angelis sunt, & filij sunt dei, cū sint filij resurrectionis. Quia uero resurgent mortui, & Moyses ostendit secus rubum, sicut dicit dūm deum Abraham

Abraham & deum Isaac & deum Iacob. Deus aūt non est mortuorū, sed uiuorū, omnes enim uiuunt ei. Respondentes aūt quidā scribarum, dixerūt ei: Magister, bene dixisti. [e] Et amplius non audebant eum quicquā interrogare. [f] Dixit aūt ad illos: Quō dicunt Christū filium esse Dauid, & ipse Dauid dicit in libro psalmorū: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorū? Dauid ergo dominū illum uocat, & quomodo filius eius est? [g] Audiente aūt omni populo, dixit discipulis suis: Attendite à scribis qui uolunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in cœnis. [h] Qui deuorāt domos uiduarum simulantes longam orationē. Hi accipient damnationē maiorem. Cap. xxi

RESpiciens autem uidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites. Vidit autem & quandam uiduam pauperculam, mittentē æra minuta duo. Et dixit: Vere dico uobis: quia uidua hæc paupercula plus quàm omnes misit. Nam oēs hi ex abundanti sibi miserunt in munera dei: hæc autem ex eo quod deest illi, omnem uictum suum quem habuit misit. [a] Et quibusdam dicentibus de templo quod bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit: Hæc quæ uidetis, uenient dies in quibus nō relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. [b] Interrogauerunt autem illum, dicētes: Præceptor quando hæc erunt, & quod signū cum fieri incipient? Qui dixit: Videte ne seducamini. Multi ēm ueniēt in nomine meo dicētes: quia ego sum, & tempus appropinquauit. Nolite ergo ire post eos. Cum autē audieritis prælia & seditiones, nolite terreri. Oportet enim hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentē, & regnum aduersus regnū, & terræmotus magni erunt per loca: & pestilentiæ, & fames, terroresq; de cœlo & signa magna erunt. [c] Sed ante hæc omnia inijcient uobis manus suas, & persequentur, tradētes in synagogas & custodias: trahentes ad reges & præsides propter nomē meum. Continget aūt uobis in testimoniū. [d] Ponite ergo in cordibus uestris nō præmeditari quemadmodū respondeatis. Ego enim dabo uobis os & sapientiā, cui nō poterunt resistere & contradicere oēs aduersarij uestri. Trademini aūt à parentibus & fratribus & cognatis & amicis, & morte afficient ex uobis. Et eritis odio oīibus propter nomē meum. Et capillus de capite uestro nō peribit. In patientia uestra possidebitis animas uestras. [e] Cū aūt uideritis circundari ab exercitu Hierusalē, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. [f] Tunc qui in Iudæa sunt, fugiāt ad montes, & qui in medio eius, discedant, & qui in regionibus, nō intrent in eam, quia dies ultionis hi sunt, ut impleant omnia quæ scripta sunt. [g] Væ aūt prægnantib. & nutrientibus in illis diebus. [h] Erit enim pressura magna super terrā, & ira populo huic. [i] Et cadent in ore gladij, & captiui ducent in oēs gentes. Et Hierusalem calcabit à gentibus, donec impleantur tēpora nationū. [k] Et erunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentiū præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominib. præ timore & expectatione quæ superueniūt uniuerso orbi. Nam uirtutes cœlorū mouebunt. [l] Et tunc uidebunt filium hominis ueniētem in nube, cum potestate magna & maiestate. His aūt fieri incipientibus, respicite & leuate capita uestra, quoniā appropinquat redemptio uestra. Et dixit illis similitudinē. Videte ficulneam & oēs arbores, cum producūt iam ex se fructum, scitis quoniā propè est æstas: Ita & uos cum uideritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnū dei. Amen dico uobis, quia nō præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt, uerba aūt mea non transibunt. [m] Attendite autē uobis, ne forte grauent corda uestra in crapula & ebrietate, & curis huius uitæ: & superueniat in uos repētina dies illa. Tanquā laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaq; omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere omnia ista quæ uēturа sunt, & stare ante filium hominis. Erat aūt diebus docens in tēplo: noctibus uero exiens morabat in monte, qui uocat Oliueti: & omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum. Cap. xxii

[a] APpropinquabat aūt dies festus azymorū, qui dicit pascha. [b] Et quærebāt principes sacerdotū & scribæ quomodo eū interficerent: timebāt uero plebem. [c] Intrauit aūt satanas in Iudam qui cognominabat Iscariotis, unum de duodecim: [d] Et abijt & locutus est cum

est cū principib. sacerdotū & magistratibus, quēadmodū illū traderet eis. Et gauisi sunt c
& pacti sunt pecuniā illi dare: & spopondit & quærebat opportunitatē, ut traderet illum
sine turbis. Venit aūt dies azymorū in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrū et Io
annē dicens: Euntes parate nobis pascha ut māducemus. At illi dixerūt: Vbi uis paremus?
Et dixit ad eos: Ecce introeuntib. uobis in ciuitatē, occurret uobis homo amphorā aquæ
portans: sequimini eū in domū in quā intrat, & dicetis patrifamiliâs domus: Dicit tibi ma
gister: ubi est diuersoriū, ubi pascha cū discipulis meis manducē? Et ipse ostendet uobis
cœnaculū magnū stratū, & ibi parate. Euntes aūt inuenerūt sicut dixit illis: & parauerunt
e 264 X pascha. Et cū facta esset hora discubuit: & duodecim apostoli cū eo. [e]Et ait illis: Desiderio
f 265 II desideraui hoc pascha māducare uobiscū, anteq̄ patiar. [f]Dico em̄ uobis: quia ex hoc non
g 266 I manducabo illud, donec impleat in regno dei. Et accepto calice, gratias egit & dixit: Ac
cipite & diuidite inter uos. Dico enim uobis quod nō bibam de generatione uitis, donec
h 267 II regnū dei ueniat. [g]Et accepto pane, gratias egit & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est cor
i 268 II pus meū, quod pro uobis datur: hoc facite in meā cōmemorationē. [h] Similiter & calicem
k 269 I postq̄ cœnauit, dicēs Hic est calix nouū testamentū in sanguine meo: qui pro uobis funde
tur. [i]Veruntamē ecce manus tradentis me, mecū est in mensa. Et quidē filius hoīs secun
dum quod definitū est uadit. Verūtamē uæ homini illi per quē tradetur. [k]Et ipsi cœperūt
l 270 II quærere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. [l]Facta est aūt & cōtentio inter eos,
quis eorū uideret esse maior. Dixit aūt eis: Reges gentiū dominant eorū: & qui potestatē
habent super eos benefici uocant. Vos aūt nō sic. Sed qui maior est in uobis, fiat sicut iu
m 271 X nior: & qui præcessor est, sicut ministrator. [m]Nā quis maior est, qui recūbit, an qui mini-
n 272 V strat? Nōne qui recūbit? Ego aūt in medio uestrū sum, sicut qui ministrat. Vos aūt estis
o 273 X qui permansistis mecū in tentationib. meis, & ego dispono uobis sicut disposuit mihi pa D
p 274 IX ter meus regnū, ut edatis & bibatis super mēsam meam in regno meo. [n] Et sedeatis super
thronos iudicantes duodecim tribus Israel. [o]Ait aūt dns Simoni: Simon, Simon, ecce sata
q 275 I nas expetiuit uos ut cribraret sicut triticum. Ego autē rogaui pro te, ut non deficiat fides
r 276 X tua. [p]Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. [q]Qui dixit ei: Domine, tecum pa-
ratus sum & in carcerem & in mortem ire. At ille dixit: Dico tibi Petre: nō cātabit hodie
s 277 VIII gallus, donec ter abneges nosse me. [r]Et dixit eis: Quando misi uos sine sacculo & pera &
calciamentis, nunquid aliquid defuit uobis? Ad illi dixerūt Nihil. Dixit ergo eis: Sed nūc
t 278 X qui habet sacculum, tollat similiter & peram. Et qui nō habet, uēdat tunicā suam & emat
u 279 I gladium. [s]Dico enim uobis quoniā adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me:
Et cū iniquis deputatus est. Etenim ea que sunt de me, finem habent. [t]At illi dixerunt: Do
x 280 II mine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est. [u] Et egressus ibat secundū cōsuetudinē
in mōtem Oliuarum. Secuti sunt aūt illum discipuli. [x]Et cum peruenisset ad locum, dixit
y 281 I illis: Orate ne intretis in tentationē. [y] Et ipse auulsus est ab eis quantū iactus est lapidis: &
z 282 I positis genibus orabat, dicens: [z]Pater, si uis transfer calicem istum à me. Veruntamē non
mea uoluntas, sed tua fiat. [a] Apparuit autem illi angelus de cœlo cōfortans eum. Et factus
a 283 X in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttę sanguinis decurrētis in ter
b 284 II ram. [b] Et cum surrexisset ab oratione & uenisset ad discipulos suos, inuenit eos dormien
tes præ tristicia. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationem. [c]Ad
c 285 I huc eo loquente, ecce turba, & qui uocabatur Iudas unus de duodecim antecedebat eos,
d 286 II & appropinquauit Iesu ut oscularet eum. [d] Iesus aūt dixit illi: Iuda, osculo filium hominis
tradis? [e] Videntes aūt hi qui circa ipsum erant quod futurū erat, dixerunt ei: Domine, si
e 287 I percutimus gladio? Et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotū, & amputauit au
f 288 X riculam eius dexterā. Respondens autem Iesus ait: Sinite usq; huc. [f] Et cum tetigisset auri
culam eius, sanauit eum. [g]Dixit aūt Iesus ad eos qui uenerant ad se principes sacerdotum
g 289 I & magistratus tēpli & seniores: Quasi ad latronē existis cū gladijs & fustibus? Cum quoti
h 290 I die uobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me. Sed hæc est hora uestra &
potestas tenebrarum. [h] Comprehendentes aūt eum, duxerunt ad domū principis sacer-
i 291 I dotum. [i]Petrus uero sequebatur eum à longe. Accenso aūt igne in medio atrij, & circun
sedentibus

A sedentibus illis, erat Petrus in medio eorū. Quē cū uidisset ancilla quædam sedentē ad lu-
men: & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cū illo erat. At ille negauit eū, dicēs: Mulier, nō no
ui illū. [k]Et post pusillū alius uidens eū, dixit: Et tu de illis es. Ptrus uero ait: O homo non k 292
sum. Et interuallo facto quasi horæ unius, alius quidā affirmabat, dicēs: Vere hic cū illo I
erat: nam & Galilæus est. Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis. Et cōtinuo adhuc illo lo l 293
quēte, cātauit gallus. Et cōuersus dns respexit Petrum. [l]Et recordatus est Petrus uerbi dni II
sicut dixerat: quia priusquā gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit a- m 294
mare. [m]Et uiri qui tenebāt illū, illudebant ei cædentes. Et uelauerunt eū & percutiebāt fa- I
ciem eius, & interrogabāt eū, dicētes: Prophetiza, qs est qui te pcusit? Et alia multa blas- n 295
phemantes dicebāt in eū. [n] Et ut factus est dies, cōuenerūt seniores plebis & principes sa- II
cerdotū & scribæ, & duxerunt illum in cōciliū suū, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. [o] o 296
Et ait illis: Si uobis dixero, nō credetis mihi: si aūt & interrogauero, nō respondebitis mi X
hi neq; dimittetis. [p]Ex hoc aūt erit filius hominis sedens à dextris uirtutis dei. [q]Dixerūt aūt p 297
oēs: Tu ergo es filius dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt. [r]Quid ad- I
huc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus de ore eius. Cap. XXIII q 298
X
E [a]T surgens omnis multitudo, duxerūt illū ad Pilatum. [b] Cœperūt aūt illum accusare, a 300
dicētes: Hunc inuenimus subuertentē gentem nostrā, & prohibentē tributa dari Cæ- I
sari: & dicentem se Christum regem esse. [c]Pilatus aūt interrogauit eum, dicens: Tu es rex b 301
Iudæorū? At ille respondens ait: Tu dicis. [d] Ait aūt Pilatus ad principes sacerdotū & tur- X
bas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. [e] At illi inualescebāt, dicentes: Commouit popu c 302
lum docens per uniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa usq; huc. Pilatus autem audiens I
Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et ut cognouit, quod de Herodis potesta d 303
te esset, remisit eū ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes aūt ui IX
B so Iesu, gauisus est ualde. Erat enim cupiens ex multo tēpore uidere eum, eo quod audie- e 304
rat multa de eo, & sperabat signū aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat aūt eum multis X
sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. [f]Stabant aūt principes sacerdotū & scribæ cō- f 305
stanter accusantes eū. [g]Spreuit aūt illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum ue II
ste alba, & remisit ad Pilatū. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipso die, nam antea g 306
inimici erant adinuicē. [h] Pilatus aūt cōuocatis principibus sacerdotū & magistratibus & X
plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominē quasi auertentē populum, & ecce ego h 307
coram uobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eū ac- IX
cusatis, [i]sed neq; Herodes. Nam remisi uos ad illum, & ecce nihil dignū morte actum est i 308
ei. [k] Emendatū ergo illum dimittā. Necesse enim habebat dimittere eis per diem festum X
unum. [l]Exclamauit aūt simul uniuersa turba, dicens: Tolle hunc & dimitte uobis Barrab k 309
ban, qui erat propter seditionē quandam factam in ciuitate & homicidiū, missus in carce- II
rem. [m]Iterum aūt Pilatus locutus est ad eos, uolens dimittere Iesum: At illi succlamabant, l 310
dicentes, Crucifige, crucifige eum. [n] Ille aūt tertio dixit ad eos, Quid enim mali fecit iste? I
Nullā causam mortis inuenio in eo. Corripiā ergo illum & dimittā. [o] At illi instabant uo- m 311
cibus magnis postulantes ut crucifigeret, & inualescebant uoces eorū. [p]Et Pilatus adiudi I
cauit fieri petitionē eorū. Dimisit aūt illis eum qui propter homicidiū & seditionē missus n 312
fuerat in carcerē, quē petebant: Iesum uero tradidit uoluntati eorū. [q]Et cū ducerent eum IX
apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem uenientē de uilla, & imposuerunt illi o 313
crucem portare post Iesum. [r] Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum I
quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Filiæ Hieru p 314
salem nolite flere super me, sed super uosipsas flete & super filios uestros. Quoniam ecce I
ueniūt dies in quibus dicent, Beatæ steriles & uētres quæ nō genuerūt, & ubera quæ non q 315
lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos, I
quia si in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? [s] Ducebantur aūt & alij duo nequā r 316
cum eo ut interficerentur. [t]Et postquā uenerunt in locum qui uocatur caluariæ, ibi cruci X
fixerunt eum, [u] & latrones, unum à dextris, & alterum à sinistris. [x]Iesus aūt dicebat, Pater s 317
dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. [y] Diuidentes uero uestimenta eius miserūt sor I

tes. Et ſtabat populus expectãs. [a]Et deridebãt eũ principes cũ eis, dicentes: Alios ſaluos fecit, ſe ſaluũ faciat, ſi hic eſt Chriſtus dei electus. [a]Illudebãt aũt ei & milites accedentes, & acetum offerẽtes illi dicẽtes: Si tu es rex Iudæorũ, ſaluũ te fac. [b]Erat aũt & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis Græcis & Hebraicis & Latinis, hic eſt rex Iudæorũ. [c]Vnus aũt de his qui pendebant latronibus blaſphemabat eũ, dicens: Si tu es Chriſtus, ſaluũ fac teipſum & nos. [d]Reſpõdẽs aũt alter increpabat eum, dicẽs: Neq; tu times deum quod in eadẽ damnatione es. Et nos quidẽ iuſte, nam digna factis recipimus, hic uero nihil mali geſsit. Et dicebat ad Ieſum: Dne, memento mei, cum ueneris in regnũ tuum. Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. [e]Erat aũt ferè hora ſexta: & tenebrę factæ ſunt in uniuerſam terrã uſq; ad horam nonam, & obſcuratus eſt ſol. [f]Et uelum tẽpli ſciſſum eſt in medium. [g]Et clamãs uoce magna Ieſus, ait: Pater in manus tuas cõmendo ſpiritũ meum, Et hæc dicens, expirauit. [b]Videns aũt centurio quod factum fuerat, glorificauit deum, dicens: Vere hic homo iuſtus erat. [i]Et oĩs turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum illud & uidebant quæ fiebãt, percutiẽtes pectora ſua reuertebant. Stabant autem omnes noti eius à longe, & mulieres quæ ſecutæ eum erant à Galilæa hæc uidẽtes. [k]Et ecce uir nomine Ioſeph qui erat decurio, uir bonus & iuſtus, hic non conſenſerat conſilio & actib. eorum, ab Arimathia ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipſe regnũ dei. Hic acceſsit ad Pilatum & petijt corpus Ieſu. [l]Et depoſitum inuoluit ſindone, & poſuit illud in monumento exciſo in quo nondũ quiſquã poſitus fuerat. [m]Et dies erat paraſceue, & ſabbatum illucеſcebat. Subſecutæ aũt mulieres quæ cum eo uenerant de Galilæa, uiderunt monumentum, & quemadmodũ poſitum erat corpus eius. [n]Et reuertentes parauerunt aromata & unguenta, & ſabbato quidem ſiluerunt ſecundum mandatum. Cap. XXIIII

[a]Vna aũt ſabbati ualde diluculo, uenerunt ad monumentũ, portantes, quæ parauerãt aromata, & inuenerunt lapidẽ reuolutũ à monumento, & ingreſſæ nõ inuenerunt corpus domini Ieſu. Et factũ eſt dum mente cõſternatæ eſſent de iſto, ecce duo uiri ſteterunt ſecus illas in ueſte fulgẽti. [b]Cũ timerent aũt & declinauent uultũ in terram, dixerunt ad illas: Quid quęritis uiuentẽ cum mortuis? Nõ eſt hic, ſed ſurrexit. Recordamini qualiter locutus eſt uobis cũ adhuc in Galilæa eſſet, dicẽs: Quia oportet filiũ hominis tradi in manus hominũ peccatorũ & crucifigi, & die tertia reſurgere. Et recordatæ ſunt uerborũ eius, [c]Et regreſſæ à monumẽto nunciauerũt hæc oĩa illis undecim & cæteris omnibus. [d]Erant aũt Maria Magdalene & Ioanna & Maria Iacobi & cæteræ quę cũ eis erant, quę dicebant ad apoſtolos hæc. Et uiſa ſunt ante illos ſicut deliramentũ uerba iſta, & nõ crediderunt illis. Petrus aũt ſurgẽs cucurrit ad monumentũ, & procũbens uidit linteamina ſola poſita, & abijt ſecum mirans quod factum fuerat. [e]Et ecce duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalem, nomine Emmaus, & ipſi loquebantur adinuicem de his omnibus quę acciderant. Et factũ eſt dum fabularentẽ & ſecum quærerent, & ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorũ tenebantur ne eum agnoſcerent. Et ait ad illos, Qui ſunt hi ſermones quos confertis ad inuicem ambulantes & eſtis triſtes? Et reſpondens unus cui nomen Cleophas dixit ei, Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalẽ, & nõ cognouiſti quæ facta ſunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quę? Et dixerunt, de Ieſu Nazareno qui fuit uir propheta, potens in opere & ſermone coram deo & omni populo, & quõ eum tradiderunt ſummi ſacerdotes & principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos aũt ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael. Et nunc ſuper hæc omnia tertia dies eſt hodie quod hæc facta ſunt. Sed & mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, uenerunt dicentes ſe etiã uiſionẽ angelorũ uidiſſe, qui dicunt eum uiuere. Et abierũt quidam ex noſtris ad monumentũ, & ita inuenerũt ſicut mulieres dixerũt, ipſum uero nõ uiderũt. Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti & tardi corde ad credendũ in omnib. quę locuti ſunt prophetę, Nónne hęc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriã ſuã. Et incipiẽs à Moyſe & omnib. prophetis, interpretabat illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant. Et appropinquauerũt caſtello quò ibant, & ipſe ſe

finxit

finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiſcũ domine, quoniã adueſperaſcit, & inclinata eſt dies. Et intrauit cum illis. Et factũ eſt dum recumberet cum eis, accepit panẽ & benedixit ac fregit & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorũ & cognouerũt eum: & ipſe euanuit ex oculis eorũ. Et dixerunt adinuicem: Nõne cor noſtrũ ardens erat in nobis dum loqueretur in uia & aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgẽtes eadẽ hora, regreſsi ſunt in Hieruſalẽ: & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, dicentes quod ſurrexit dñs uere & apparuit Simoni, Et ipſi narrabant quę geſta erant in uia: & quõ cognouerunt eum in fractione panis. [f]Dum aũt hæc loquũtur, ſtetit Ieſus in medio eorum, & dicit eis: Pax uobis, ego ſum: nolite timere. Conturbati uero & conterriti exiſtimabant ſe ſpiritũ uidere. Et dixit eis: Quid turbati eſtis & cogitationes aſcendũt in corda ueſtra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipſe ſum. Palpate & uidete: quia ſpiritus carnem & oſſa nõ habet, ſicut me uidetis habere. Et cũ hoc dixiſſet, oſtẽdit eis manus & pedes. [g]Adhuc aũt illis nõ credentib, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partẽ piſcis aſsi & fauum mellis. Et cũ manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis. [b]Et dixit ad eos: Hæc ſunt uerba quæ locutus ſum ad uos cũ adhuc eſſem uobiſcũ, quoniã neceſſe eſt impleri oĩa quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum ut intelligerẽt ſcripturas. & dixit eis: Quoniã ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtũ pati & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remiſsionẽ peccatorũ in omnes gentes, incipientibus ab Hieroſolyma. Vos aũt eſtis teſtes horũ: & ego mittam promiſſum patris mei in uos: uos aũt ſedete in ciuitate quoaduſq; induamini uirtute ex alto. Eduxit aũt eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus ſuis benedixit eis. Et factũ eſt dum benediceret illis, receſsit ab eis: & ferebatur in cęlum: & ipſi adorantes regreſsi ſunt in Hieruſalẽ cum gaudio magno: & erant ſemper in templo laudantes & benedicentes deum.

EVANGELII SECVNDVM IOANNEM

CAPVT PRIMVM

[a]In Principio erat uerbum: & uerbum erat apud deum: & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deũ. Oĩa per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factũ eſt nihil. Quod factũ eſt in ipſo uita erat: & uita erat lux hominũ: & lux in tenebris lucet: & tenebrę eã non cõprehenderũt. [b]Fuit homo miſſus à deo cui nomẽ erat Ioãnes. Hic uenit in teſtimoniũ ut teſtimoniũ perhiberet de lumine, ut oẽs crederẽt per illũ. Nõ erat ille lux, ſed ut teſtimoniũ perhiberet de lumine. [c]Erat lux uera quæ illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hunc mundũ. In mundo erat: & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum nõ cognouit. [d]In propria uenit: & ſui eum nõ receperunt. Quotquot aũt receperũt eum, dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri his qui credũt in noĩe eius. Qui nõ ex ſanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, ſed ex deo nati ſunt. [e]Et uerbũ caro factũ eſt: & habitauit in nobis. Et uidimus gloriã eius, gloriã quaſi unigeniti à patre plenũ gratiæ & ueritatis. [f]Ioannes teſtimoniũ perhibet de ipſo, & clamat dicẽs: Hic erat quẽ dixi, qui poſt me uenturus eſt, ante me factus eſt: quia prior me erat. [g]Et de plenitudine eius nos oẽs accepimus, & gratiã pro gratia, quia lex p Moyſen data eſt: gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. [b]Deum nemo uidit unquã. Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit. [i]Et hoc eſt teſtimoniũ Ioãnis quãdo miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad eũ ut interrogarẽt eum: Tu quis es? Et cõfeſſus eſt, & nõ negauit. Et confeſſus eſt: quia nõ ſum ego Chriſtus. Et interrogauerũt eũ: Quid ergo? Helias es tu? Et dicit: Nõ ſum. Propheta es tu? Et reſpõdit: Nõ. Dixerũt ergo ei: Quis es, ut reſpõſum demus his qui miſerũt nos: Quid dicis de teipſo? Ait: [k]Ego uox clamãtis in deſerto: dirigite uiã dñi, ſicut dixit Eſaias propheta. [l]Et qui miſsi fuerant, erant ex phariſæis: Et interrogauerunt eum

m 12 & dixerũt ei: Quid ergo baptizas si tu nõ es Christus, neq; Helias, neq; propheta? m Respõ c
1 dit eis Ioannes, dicẽs: Ego baptizo in aqua, medius aũt uestrũ stetit quẽ uos nescitis. Ipse
est qui post me uenturus est, qui ante me factus est: cuius ego nõ sum dignus ut soluã eius
n 13 corrigiam calciamẽti. n Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanẽ, ubi erat Ioannes bapti-
X zans. Altera die uidit Ioannes Iesum uenientẽ ad se, & ait: Ecce agnus dei, qui tollit pecca
o 14 ta mũdi. o Hic est de quo dixi: Post me uenit uir qui ante me factus est, quia prior me erat,
1 & ego nesciebã eũ. Sed ut manifestet in Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans. p Et
p 15 testimoniũ perhibuit Ioannes, dicẽs: quia uidi spiritũ descendentẽ quasi columbã de cœ-
4 lo, & mansit super eũ, & ego nesciebã eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi
dixit: Super quẽ uideris spiritũ descẽdentẽ & manentẽ super eũ, hic est qui baptizat in spi
q 16 ritu sancto. Et ego uidi & testimoniũ perhibui: quia hic est filius dei. q Altera die iterũ sta-
X bat Ioannes & ex discipulis eius duo. Et respiciẽs Iesum ambulantẽ, dixit: Ecce agnus dei.
Et audierunt eũ duo discipuli loquentẽ, & secuti sunt Iesum. Cõuersus aũt Iesus & uidens
eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei. Rabbi, quod dicit interpretatũ
magister, ubi habitas? Dicit eis: Venite & uidete. Venerunt & uiderunt ubi maneret: & a-
pud eum mãserunt die illo. Hora aũt erat quasi decima. Erat aũt Andreas frater Simonis
r 17 Petri unus ex duobus qui audierãt à Ioanne, & secuti fuerãt eum. r Inuenit hic primũ fra-
1 trem suũ Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiã, quod est interpretatũ Christus. Et ad-
duxit eũ ad Iesum. Intuitus aũt eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona: tu uocaberis Ce-
phas, quod interpretat Petrus. s In crastinũ uoluit exire in Galilæam, & inuenit Philippũ,
s 18 X & dicit ei Iesus: Sequere me. Erat aũt Philippus à Bethsaida ciuitate Andreę & Petri. Inue
nit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quẽ scripsit Moyses in lege, & prophetę, inuenimus
Iesum filiũ Ioseph à Nazareth. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? D
Dicit ei Philippus: Veni & uide. Vidit Iesus Nathanael uenientẽ ad se, & dicit de eo: Ecce
uere Israelita in quo dolus nõ est. Dixit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respõdit Iesus & di
xit ei: Priusquã te Philippus uocaret cũ esses sub ficu, uidi te. Respõdit ei Nathanael, et ait:
Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus & dixit ei: Quia dixi tibi, Vidi te sub
ficu, credis: maius his uidebis. Et dixit ei, Amen amen dico uobis, uidebitis cœlum aper-
tum & angelos dei ascendentes & descendentes super filium hominis. Cap. II

ET die tertia, nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est aũt
& Iesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino, dicit mater Iesu ad eum, Vinũ
non habẽt. Et dicit ei Iesus, Quid mihi & tibi est mulier? Nondum uenit hora mea. Dicit
mater eius ministris, Quodcunq; dixerit uobis facite. Erant ibi autem lapideæ hydriæ sex
positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas uel ter-
nas. Dicit eis Iesus, Implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas usq; ad summum & dicit eis
Iesus, Haurite nunc & ferte architriclino, & tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus a-
quam uinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant qui hauserant a-
quam, uocat sponsum architriclinus, & dicit ei, Omnis homo primum bonum uinũ po-
nit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est, Tu autem seruasti bonum uinum
usq; adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriã suã,
a 19 & crediderunt in eum discipuli eius. a Post hæc descendit Caphernaũ ipse & mater eius,
VII & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt nõ multis diebus. b Et prope erat pascha
b 20 Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymã, c & inuenit in templo uendentes oues & bo-
1 ues, & columbas, & nũmularios sedentes. Et cum feciſſet quasi flagellum de funiculis, o-
c 21 mnes eiecit de templo, oues quoq; & boues, & nummulariorũ effudit æs, & mensas sub-
1 uertit. Et his qui columbas uẽdebant, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domũ patris
mei, domũ negociationis. d Recordati sunt uero discipuli eius, quia scriptũ est, Zelus do-
d 22 X mus tuæ comedit me. e Respõderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Quod signum ostendis
c 23 nobis, quia hæc facis? f Respõdit Iesus, & dixit eis, Soluite tẽplum hoc, & in tribus diebus
IIII excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum
f 24 hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille aũt dicebat de tẽplo corporis sui. Cum ergo
X resurrexisset

A resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderũt scri-
pturę & sermõi quẽ dixit Iesus. Cũ aũt esset Hierosolymis in pascha in die festo: multi cre
diderunt in nomine eius, uidentes signa eius quæ faciebat. Ipse autem Iesus non crede-
bat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes: & quia opus ei non erat, ut quis testimo-
nium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. Cap. III

ERat aũt homo ex pharisæis Nicodemus nomine princeps Iudæorum. Hic uenit ad Ie
sum nocte et dixit ei: Rabbi, scimus quia à deo uenisti magister. Nemo enim potest hęc
signa facere quę tu facis nisi fuerit deus cũ eo. Respõdit Iesus & dixit ei: Amen amen dico
tibi: nisi quis natus fuerit denuo, nõ potest uidere regnũ dei. Dixit ad eum Nicodemus:
Quomodo potest homo renasci cum sit senex? Nunquid potest in uẽtrem matris suæ ite-
rato introire & nasci? Respondit Iesus: Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex a-
qua & spiritu, non potest introire in regnũ dei. Quod natũ est ex carne, caro est: & quod
natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris quia dixi tibi, oportet uos nasci denuo. Spi-
ritus ubi uult, spirat: & uocẽ eius audis: sed nescis unde ueniat, aut quo uadat. Sic est om-
nis qui natus est ex spiritu. Respõdit Nicodemus, & dixit ei: Quõ possunt hæc fieri? Re-
spõdit Iesus & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amẽ dico tibi: quia
quod scimus, loquimur: & quod uidimus testamur, & testimoniũ nostrũ nõ accipitis. Si
terrena dixi uobis & nõ creditis: quõ si dixero uobis cœlestia, credetis? Et nemo ascendit
in cœlum, nisi qui descẽdit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Et sicut Moyses exalta
uit serpẽtem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in ipso nõ
pereat, sed habeat uitam æternã. Sic enim deus dilexit mũdũ ut filiũ suum unigenitũ daret:
ut oĩs qui credit in eũ nõ pereat, sed habeat uitã æternã. Nõ enim misit deus filiũ suum in
mundũ ut iudicet mũdũ, sed ut saluet mũdus per ipsum. Qui credit in eũ, nõ iudicat. Qui
B aũt nõ credit, iã iudicatus est, quia nõ credidit in noĩe unigeniti filij dei. Hoc est aũt iudi-
cium: quia lux uenit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucẽ. Erant enim
eorum mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem: & non uenit ad lucẽ ut non ar
guant opera eius. Qui aũt facit ueritatẽ, uenit ad lucem ut manifestent opera eius: quia in
deo facta sunt. Post hæc uenit Iesus & discipuli eius in terrã Iudæam: & illic demorabat
cum eis & baptizabat. u Erat aũt & Ioãnes baptizãs in Aenon iuxta Salim: quia aquæ mul- u 25
tæ erant illic, & ueniebant & baptizabant. b Nondum enim missus fuerat Ioannes in carce III
rem. c Facta est aũt quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione. Et uenerũt b 26
ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem cui tu testimoniũ per- IIII
hibuisti: ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Respondit Ioannes & dixit: Non po c 27
test homo accipere quicquã, nisi fuerit ei datũ de cœlo. d Ipsi uos mihi testimoniũ perhi- X
betis quod dixerim: non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illũ. e Qui habet spon d 28
sam, sponsus est: amicus aũt sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem I
sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletũ est. Illum oportet crescere, me aũt minui. Qui e 29
de sursum uenit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, et de terra loquitur. Qui de X
cœlo uenit, super omnes est. Et quod uidit & audiuit, hoc testatur: & testimoniũ eius ne-
mo accipit. Qui aũt acceperit eius testimoniũ: signauit quia deus uerax est. Quem enim mi-
sit deus, uerba dei loquitur. Non enim ad mensurã dat deus spiritũ. f Pater diligit filiũ: & f 30
omnia dedit in manu eius. g Qui credit in filiũ, habet uitam æternã: qui aũt incredulus est III
filio, non uidebit uitam: sed ira dei manet super eum. Cap. IIII g 31
X
VT ergo cognouit Iesus quia audierunt pharisęi quod Iesus plures discipulos facit &
baptizat q̃ Ioannes, quanquã Iesus nõ baptizaret, sed discipuli eius, a reliquit Iudęã, a 32
& abijt iterum in Galilæã. b Oportebat aũt eum trãsire per Samariã. Venit ergo in ciuita- VII
tem Samariæ quæ dicit Sychar, iuxta prædiũ quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat aũt b 33
ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontẽ. Hora aũt erat quasi X
sexta. uenit mulier de Samaria haurire aquã. Dixit ei Iesus: Da mihi bibere: Discipuli enim
eius abierãt in ciuitatẽ ut cibos emerẽt. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quõ tu cum
Iudæus sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Non enim coutuntur Iudæi

Samarita-

Samaritanis. Respõdit Iesus & dixit ei: Si scires donũ dei, et quis est qui dicit tibi: Da mihi c
bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuã. Dicit ei mulier: Dñe, neq; in
quo haurias, habes, & puteus altus est. Vnde ergo habes aquã uiuã? Nunquid tu maior es
patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteũ, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?
Respõdit Iesus & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterũ. Qui aũt biberit ex aqua
quam ego dabo ei, nõ sitiet in æternũ: sed aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ sali-
entis in uitã æternã. Dicit ad eũ mulier: Dñe, da mihi hanc aquam, ut nõ sitiam, neq; ueni
am huc haurire. Dixit ei Iesus: Vade uoca uirũ tuum & ueni huc. Respõdit ei mulier & di
xit: Nõ habeo uirum. Dixit ei Iesus: Bene dixisti, quia nõ habeo uirũ. Quinq; enim uiros
habuisti, & nũc quem habes, nõ est uir tuus. Hoc uere dixisti. Dicit ei mulier: Dñe, uideo
quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & uos dicitis, quia Hieroso
lymis est locus ubi adorare oportet. Dixit ei Iesus: Mulier crede mihi, quia ueniet hora
quãdo neq; in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrẽ. Vos adoratis quod ne
scitis: nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudæis est. Sed ueniet hora, & nunc est,
quando ueri adoratores adorabunt patrẽ in spiritu & ueritate. Nã & pater tales quærit, q̃
adorent eum. Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet ado
rare. Dicit ei mulier: Scio quia Messias ueniet, qui dicit Christus. Cũ ergo uenerit ille, an
nunciabit nobis omnia. Dixit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum. Et cõtinuo uenerunt
discipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit, quid quę
ris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suã mulier & abijt in ciuitatẽ, & di
xit illis hominibus: Venite & uidete hominẽ qui dixit mihi oñia quæcũq; feci. Nunquid
ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, & ueniebant ad eum. Interea rogabãt eum di
scipuli, dicẽtes: Rabbi, manduca. Ille aũt dixit eis: Ego cibum habeo manducare quẽ uos D
nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem: Nũquid aliquis attulit ei manducare? Dicit
eis Iesus: Meus cibus est, ut faciã uoluntatẽ eius qui misit me, ut perficiã opus eius. Nõne
uos dicitis, quod adhuc quatuor mẽses sunt & messis uenit? Ecce dico uobis, leuate ocu-
los uestros & uidete regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedẽ acci-
pit, & qui cõgregat fructũ in uitã æternã, ut & qui seminat, simul gaudeat & qui metit. In
hoc em̃ est uerbũ uerũ, quia alius est qui seminat, et alius est qui metit. Ego misi uos mete
re quod uos nõ laborastis. Alij laborauerũt, & uos in labores eorũ introistis. Ex ciuitate
aũt illa multi crediderunt in eũ Samaritanorũ propter uerbũ mulieris testimoniũ perhi-
bentis, quia dixit mihi oñia quęcũq; feci. Cũ uenissent ergo ad illum Samaritani, rogaue-
runt eum ut ibi maneret. Et mãsit ibi duos dies. Et multo plures crediderũt in eũ propter
sermonẽ eius. Et mulieri dicebãt, quia iam nõ propter tuam loquelã credimus: Ipsi enim
c 34 audiuimus & scimus, quia hic est uere saluator mũdi. [c] Post duos autem dies exijt inde &
VII
d 35 abijt in Galilæam. [d] Ipse enim Iesus testimoniũ perhibuit, quia propheta in sua patria ho-
I
norem non habet. [e] Cum ergo uenisset in Galilæã, exceperũt eum Galilæi, cũ oñia uidis-
e 36 sent quæ fecerat Hierosolymis in die festo: & ipsi enim uenerant ad diem festum. Venit
X
f 37 ergo iterũ in Cana Galilęæ, ubi fecit aquam uinum. [f] Et erat quidã regulus, cuius filius in
III
firmabatur Capharnaum. Hic cũ audisset quia Iesus aduenisset à Iudæa in Galilæam, abijt
ad eum & rogabat eum ut descẽderet & sanaret filiũ eius, incipiebat em̃ mori. Dixit ergo
Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia uideritis, nõ creditis. Dicit ad eum regulus: Dñe, de-
scẽde priusquã moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus uiuit. Credidit homo
sermoni quẽ dixit ei Iesus, & ibat. Iam aũt eo descendente, serui occurrerũt ei, & nuncia-
uerunt, dicentes, quia filius eius uiueret. Interrogabat ergo horã ab eis in qua melius ha-
buerat. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eũ febris. Cognouit ergo pater, q̃
illa hora erat in qua dixit Iesus, Filius tuus uiuit. Et credidit ipse & domus eius tota. Hoc
iterum secundum signum fecit Iesus cum uenisset à Iudæa in Galilæam. Cap. V

d 38 [d] Post hęc erat dies festus Iudęorũ, & ascẽdit Iesus Hierosolymã. Est aũt Hierosolymis
I
super probatica piscina, quæ cognominat Hebraice * Bethsaida, quinq; porticus ha
Aliàs Bethesda bens. In his iacebat multitudo magna languentiũ, cæcorum, claudorum, aridorum, expe

ctantium

A ctantium aquæ motum. Angelus aũt domini descẽdebat secundũ tempus in piscinam, &
mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinã post motionẽ aquæ, sanus fiebat à
quacunq; detinebat infirmitate. Erat aũt quidã homo ibi, triginta & octo annos habens
in infirmitate sua. Hunc cũ uidisset Iesus iacentẽ: & cognouisset quia iam multũ tempus
haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominẽ nõ habeo, ut
cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã. Dum uenio em̃ ego, alius ante me descẽdit.
Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatũ tuũ & ambula. Et statim sanus factus est homo ille, &
sustulit grabatũ suũ & ambulabat. Erat aũt sabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudæi illi
qui sanatus fuerat: Sabbatũ est, nõ licet tibi tollere grabatũ tuũ. [b] Respondit eis: Qui me sa b 39
num fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatũ tuũ & ambula. Interrogauerunt ergo eũ: quis est X
ille homo qui dixit tibi, tolle grabatũ tuũ & ambula? Is aũt qui sanus fuerat effectus, ne-
sciebat quis esset. Iesus em̃ declinauit à turba cõstituta in loco. Postea inuenit eum Iesus
in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid con-
tingat. Abijt ille homo & nunciauit Iudæis: quia Iesus esset qui fecit eum sanũ. Propterea
persequebant Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. Iesus aũt respõdit eis: Pater me-
us usq; modo operat, & ego operor. Propterea ergo magis quærebãt eum Iudęi interfi-
cere, quia nõ solum soluebat sabbatũ, sed & patrẽ suum dicebat deum, æqualẽ se faciens
deo. Respondit itaq; Iesus, & dixit eis: Amen amen dico uobis, nõ potest filius à se facere
quicquã, nisi quod uiderit patrẽ facientẽ. Quæcunq; enim ille fecerit, hæc & filius simili-
ter facit. Pater em̃ diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his de-
monstrabit ei opera ut uos miremini. Sicut em̃ pater suscitat mortuos & uiuificat: sic &
filius quos uult, uiuificat. Neq; em̃ pater iudicat quenquã, sed omne iudiciũ dedit filio, ut
omnes honorificẽt filium, sicut honorificant patrẽ. [c] Qui nõ honorificat filiũ, non hono
B rificat patrem qui misit illum. [d] Amen amen dico uobis, quia qui uerbũ meũ audit, & cre c 40
I
dit ei qui me misit, habet uitã æternã, & in iudiciũ non uenit, sed trãsiet à morte in uitam. d 41
Amen amen dico uobis, quia ueniet hora & nunc est, quãdo mortui audiẽt uocẽ filij dei, X
& qui audierint, uiuent. Sicut em̃ pater habet uitã in semetipso, sic dedit & filio habere ui
tam in semetipso. Et potestatẽ dedit ei & iudiciũ facere, quia filius hoĩs est. Nolite mirari
hoc: quia ueniet hora in qua oẽs qui in monumentis sunt, audient uocem eius, & proce-
dent qui bona fecerunt in resurrectionẽ uitæ: qui uero mala egerunt, in resurrectionẽ iu
dicij. Nõ possum ego à me ipso facere quicquã. Sicut audio, iudico, & iudiciũ meũ iustũ
est: [e] quia nõ quæro uoluntatẽ meam, sed uoluntatẽ eius qui misit me. [f] Si ego testimoniũ e 42
I
perhibeo de meipso, testimoniũ meũ non est uerũ. Alius est qui testimoniũ perhibet de f 43
me: & scio quia uerũ est testimoniũ quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioannẽ, & testi X
monium perhibuit ueritati. Ego aũt non ab homine testimonium accipio, sed hæc dico,
ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucẽs: uos aũt uoluistis ad horam exultare in
luce eius. Ego aũt habeo testimoniũ maius Ioanne. [g] Opera enim quę dedit mihi pater ut g 44
III
perficiam: ea ipsa opera quæ ego facio, testimoniũ perhibent de me, quia pater misit me.
Et qui me misit pater, ipse testimoniũ perhibuit de me. Neq; uocẽ eius unq̃ audistis, neq;
speciẽ eius uidistis. [h] Et uerbũ eius nõ habetis in uobis manens, quia quem misit ille, huic h 45
uos non creditis. Scrutamini scripturas, q̃a uos putatis in ipsis uitã æternã habere. Et illę X
sunt quæ testimoniũ perhibẽt de me: & nõ uultis uenire ad me ut uitã habeatis. Claritatẽ
ab hominibus nõ accipio, sed cognoui uos, quia dilectionẽ dei nõ habetis in uobis. Ego
ueni in noĩe patris mei, & nõ accepistis me. Si alius uenerit in nomine suo, illũ accipietis.
Quõ uos potestis credere qui gloriã abinuicẽ accipitis: & gloriã quæ à solo deo est, non
quęritis? Nolite putare, q̃a ego accusatur [g] sim uos apud patrẽ: est qui accusat uos Moses,
in quo uos speratis. Si em̃ crederetis Mosi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille
scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis. Cap. VI d 46
I

[a] Post hęc abijt Iesus trãs mare Galilęę, q[d] est Tiberiadis: & sequebat eũ multitudo ma
gna: quia uidebãt signa quæ faciebat super his qui infirmabant. [b] Subijt ergo in mon b 47
III
tem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. [c] Erat aũt proximum pascha dies festus Iudæo c 48
I

rum

rum. [d] Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & uidisset, quia multitudo maxima uenit ad eũ, c
dicit ad Philippũ: Vnde ememus panes ut mãducẽt hi? Hoc aũt dicebat tẽtans eum, ipse
enim sciebat quid esset facturus. Respõdit ei Philippus: Ducentorũ denariorũ panes nõ
sufficiunt eis, ut unusquisq; modicũ quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius, Andre
as frater Simonis Petri: Est puer unus hic qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pi
sces. Sed hęc qd sunt inter tãtos? Dixit ergo Iesus: Facite homines discũbere. Erat aũt fœ-
nũ multũ in loco. Discubuerũt ergo uiri numero quasi quinq; milia. Accepit ergo Iesus
panes, & cũ gratias egisset, distribuit discũbentib. Similiter & ex piscib. quantũ uolebant.
Vt aũt impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerãt fragmẽta ne pereant.
Collegerũt ergo & impleuerũt duodecim cophinos fragmẽtorũ ex quinq; panib. hordea
e 50 ceis quæ superfuerũt his qui mãducauerãt. [e] Illi ergo homines, cũ uidissent quod Iesus fe-
X cerat signũ, dicebãt: Quia hic est uere propheta qui uẽturus est in mundũ. Iesus ergo cum
f 51 cognouisset quia uẽturi essent ut raperẽt eum, & facerẽt eũ regẽ, [f] fugit iterũ in montem
IIII ipse solus. Vt aũt sero factũ est, descenderunt discipuli eius ad mare. Et cũ ascendissent na
uim, uenerunt trans mare in Capharnaũ: & tenebræ iam factę erant, & nõ uenerat ad eos
Iesus. Mare aũt uento magno flante exurgebat. Cũ remigassent ergo quasi stadia uiginti
quinq; aut triginta, uident Iesum ambulantẽ supra mare, & proximũ naui fieri, & timue-
runt. Ille aũt dicit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerũt ergo accipere eũ in nauim, & sta-
g 52 tim nauis fuit ad terrã quam ibant. [g] Altera die turba quæ stabat trans mare, uidit quia na-
X uicula alia nõ erat ibi nisi una: & quia non introisset cũ discipulis suis Iesus in nauim, sed
soli discipuli eius abijssent. Aliæ uero superuenerũt naues à Tiberiade iuxta locũ ubi mã
ducauerãt panẽ, gratias agentes dño. Cũ ergo uidisset turba quia Iesus non esset ibi, neq;
discipuli eius, ascenderũt in nauiculas, & uenerũt Capharnaũ, quærẽtes Iesum. Et cũ in-
uenissent eũ trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc ueneisti? Respondit eis Iesus, & di D
xit: Amẽ amen dico uobis, quæritis me, nõ quia uidistis signa, sed quia mãducastis ex pa-
nibus, & saturati estis. Operamini nõ cibũ qui perit, sed qui permanet in uitã æternã, quẽ
filius hominis dabit uobis: Hunc em pater signauit deus. Dixerunt ergo ad eũ: Quid facie
h 53 mus ut operemur opera dei? Respõdit Iesus et dixit eis: Hoc est opus dei, ut credatis in eũ
IIII quẽ misit ille. [h] Dixerũt ergo ei: Quod ergo tu facis signũ ut uideamus & credamus tibi?
i 54 Quid operaris? [i] Patres nostri mãducauerũt manna in deserto, sicut scriptũ est: Panẽ de
X
k 55 cœlo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Iesus: Amẽ amen dico uobis, non Moyses dedit
I uobis panẽ de cœlo, sed pater meus dabit uobis panẽ de cœlo uerũ. Panis em dei est qui
l 56 de cœlo descendit, & dat uitam mundo. Dixerũt ergo ad eũ: Dñe, semper da nobis panẽ
X
m 57 hunc. [k] Dixit aũt eis Iesus: Ego sum panis uitę. Qui uenit ad me, nõ esuriet; & qui credit in
I me, non sitiet unquam. Sed dixi uobis: quia & uidistis me, & nõ credidistis. [l] Omne quod
n 58 dat mihi pater, ad me ueniet, & eum qui uenit ad me, non eijciam foras. [m] Quia descẽdi de
X cœlo, non ut faciam uoluntatẽ meam, sed uoluntatẽ eius qui misit me. [n] Hęc est em uolun
tas eius qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi, nõ perdam ex eo, sed resuscitẽ illum
in nouissimo die. Hęc est aũt uolũtas patris mei qui misit me: ut omnis qui uidet filium &
o 59 credit in eum, habeat uitam æternã, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. [o] Murmura
I
p 60 bant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis qui de cœlo descendi, & dicebant:
X Nónne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrẽ & matrẽ? Quomodo ergo di-
q 61 cit hic, quia de cœlo descẽdi? [p] Respõdit ergo Iesus & dixit eis: Nolite murmurare inuicẽ.
III
r 62 Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum, & ego resuscitabo eũ in
X nouissimo die. Est scriptũ in prophetis: Et erũt oẽs docibiles dei. Omnis qui audiuit à pa
s 63 tre & didicit, uenit ad me. [q] Non quia patrem uidit quisquã, nisi is qui est à deo, hic uidit
I
t 64 patrem. [r] Amen amen dico uobis, qui credit in me, habet uitã æternã. [s] Ego sum panis ui-
X tæ. [t] Patres uestri mãducauerũt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo de
u 65 scẽdens, ut si qs ex ipso mãducauerit, non moriat. [u] Ego sum panis uiuus qui de cœlo de-
I
x 66 scendi. Si quis mãducauerit ex hoc pane, uiuet in æternũ. Et panis quem ego dabo, caro
X mea est pro mundi uita. [x] Litigabant ergo Iudæi adinuicem, dicentes: Quomodo potest

hic

A hic nobis carnẽ suam dare ad manducandũ? Dixit ergo eis Iesus, Amen amẽ dico uobis,
nisi manducaueritis carnẽ filij hoĩs, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis uitam in uo
bis. Qui manducat meã carnẽ, & bibit meum sanguinẽ, habet uitam æternã, & ego resu-
scitabo eũ in nouissimo die. [y] Caro em mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. y 67
[z] Qui manducat meam carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ: in me manet, & ego in illo. Sicut me I
misit uiuẽs pater, & ego uiuo propter patrẽ: & qui mãducat me, & ipse uiuet propter me. z 68
Hic est panis qui de cœlo descẽdit. Non sicut mãducauerũt patres uestri manna, & mor- X
tui sunt. Qui manducat hunc panẽ, uiuet in æternũ. Hæc dixit in synagoga, docens in Ca-
pharnaũ. Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerũt: Durus est hic sermo, quis posset
eum audire? Sciẽs aũt Iesus apud semetipsum, quia murmurarẽt de hoc discipuli eius, di-
xit eis: Hoc uos scandalizat? [a] Si ergo uideritis filium hoĩs ascendentẽ ubi erat prius. [b] Spi- a 69
ritus est qui uiuificat, caro nõ prodest quicquã. [c] Verba quæ ego locutus sum uobis, spiri I
tus & uita sunt. Sed sunt quidã ex uobis qui nõ credunt. [d] Sciebat enim ab initio Iesus qui b 70
essent credẽtes, & quis traditurus esset eũ. [e] Et dicebat: Propterea dixi uobis, qa nemo po- IIII
test uenire ad me, nisi fuerit ei datũ à patre meo. Ex hoc multi discipulorũ eius abierũt re- c 71
tro: & iam nõ cũ illo ambulabãt. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nũquid & uos uultis abi- X
re? [f] Respondit ergo ei Simon Petrus: Dñe, ad quem ibimus? Verba uitæ æternę habes. Et d 72
nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius dei. [g] Respõdit ei Iesus: Nõne ego IIII
uos duodecim elegi: et ex uobis unus diabolus est? Dicebat aũt de Iuda Simonis Iscarioti. e 73
Hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim. X
Cap. VII f 74
I
g 75
X

POst hæc aũt ambulabat Iesus in Galilæam, nõ enim uolebat in Iudæã ambulare: quia
quærebant eũ Iudæi interficere. Erat aũt in proximo dies festus Iudæorũ scenopegia.
Dixerunt aũt ad eum fratres eius. Transi hinc & uade in Iudæã, ut & discipuli tui uideant
B opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palã esse. Si hæc
facis, manifesta teipsum mundo. Neq; em fratres eius credebãt in eũ. Dixit ergo eis Iesus:
Tempus meũ nondũ aduenit, tempus aũt uestrũ semper est paratũ. Non potest mundus
odisse uos, me aũt odit, quia ego testimoniũ perhibeo de illo: quia opera eius mala sunt.
Vos ascendite ad diem festũ hunc, Ego enim nõ ascendã ad diem festũ illum, quia meum
tempus nondũ impletũ est. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt aũt ascenderunt
fratres eius, tũc & ipse ascendit ad diem festũ, nõ manifeste, sed quasi in occulto. Iudæi er-
go quærebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille? Et murmur multus erat in turba
de eo. Quidã enim dicebant, quia bonus est, alij aũt dicebant, non, sed seducit turbas. Ne
mo tamẽ palam loquebat de illo propter metũ Iudæorũ. Iam aũt die festo mediãte, ascen
dit Iesus in templum & docebat. Et mirabantur Iudæi, dicẽtes: Quomodo hic literas scit,
cum non didicerit? Respondit eis Iesus & dixit: Mea doctrina nõ est mea, sed eius qui mi-
sit me. Si quis uoluerit uoluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, utrũ ex deo sit, an
ego à meipso loquar. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit. Qui aũt quæ-
rit gloriam eius qui misit eum, hic uerax est, & iniustitia in illo non est. Nõne Moyses de-
dit uobis legem, & nemo ex uobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Respondit
turba, & dixit: Dæmonium habes: quis te quærit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis:
Vnum opus feci, & oẽs miramini: propterea Moses dedit uobis circuncisionẽ, non quia
ex Mose est, sed ex patribus: & in sabbato circunciditis hominẽ. Si circuncisionẽ accipit
homo in sabbato, ut non soluatur lex Mosi, mihi cur indignamini, quia totũ hominẽ sa-
num feci in sabbato? Nolite iudicare secundũ faciem, sed iustum iudiciũ iudicate. Dice-
bant ergo quidã ex Hierosolymis: Nónne hic est quẽ quærunt interficere? Ecce palam lo
quitur: & nihil ei dicũt. Nunquid uere cognouerũt principes, quia hic est Christus? Sed
hũc scimus unde sit: Christus aũt cum uenerit, nemo scit unde sit. [a] Clamabat ergo in tem- a 76
plo docẽs Iesus, & dicens: Et me scitis, & unde sim scitis: & à meipso non ueni, sed est ue- III
rus qui misit me, quẽ uos nescitis. Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. [b] Quæ- b 77
rebant ergo eum apprehẽdere: & nemo misit in illum manus, quia nondum uenerat ho- I
ra eius. [c] De turba aũt multi crediderũt in eum & dicebant: Christus cũ uenerit, nunquid c 78
X

c 79 I c 80 X f 81 X

plura signa faciet q̃ quæ hic facit? Audierunt pharisæi turbã murmurantẽ de illo hæc.[d] Et c
miserunt principes & pharisæi ministros ut apprehenderẽt eũ.[e] Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicũ tẽpus uobiscum sum, & uado ad eũ qui me misit.[f] Quæretis me, & non inuenietis. Et ubi ego sum, uos nõ potestis uenire. Dixerũt ergo Iudæi ad semetipsos: Quò hic iturus est, quia nõ inueniemus eũ? Nunquid in dispersionẽ gentiũ iturus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo quẽ dixit, quæretis me, & nõ inuenietis, & ubi ego sum uos nõ potestis uenire? In nouissimo aũt die magno festiuitatis, stabat Iesus & clamabat, dicens: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc aũt dixit de spiritu, quẽ accepturi erãt credẽtes in eũ. Non

g 82 VII h 83 VII i 84 X k 85 I l 86 X

dum eñ erat spiritus datus, quia Iesus nondũ erat glorificatus.[g] Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius, dicebant: Hic est uere propheta. Alij dicebãt: Hic est Christus.[h] Quidã aũt dicebãt: Nunquid à Galilæa uenit Christus? Nõne scriptura dicit: Quia ex semine Dauid & de Bethlehẽ castello ubi erat Dauid, uenit Christus?[i] Dissensio itaq; facta est in turba propter eũ.[k] Quidã aũt ex ipsis uolebant apprehendere eum, sed nemo misit super illũ manus.[l] Venerũt ergo ministri ad põtifices & pharisęos, & dixerunt eis illi: Quare nõ adduxistis eum? Responderũt ministri, Nunquã sic locutus est homo, sicut hic homo. Responderunt ergo eis pharisæi, Nunquid & uos seducti estis? Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex pharisæis? Sed turba hæc quæ nõ nouit legẽ, maledicti sunt. Dicit Nicodemus ad eos, ille qui uenit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis, Nũquid lex nostra iudicat hominẽ, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Respõderunt, & dixerũt ei: Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas & uide, quia à Galilæa propheta non surrexit. Et reuersi sunt unusquisq; in domum suam. Cap. VIII

IEsus aũt perrexit in montẽ oliueti, & diluculo iterũ uenit in tẽplum, & omnis populus uenit ad eũ, & sedens docebat eos. Adducunt aũt scribæ & pharisæi mulierẽ in adulterio deprehensam: & statuerũt eam in medio, & dixerũt ei, Magister, hęc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege aũt Moses mãdauit nobis huiusmodi lapidare, Tu ergo quid dicis? Hoc aũt dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum. Iesus aũt inclinans se deorsum, digito scribebat in terrã. Cum ergo perseuerarent interrogãtes, erexit se, & dixit eis, Qui sine peccato est uestrũ, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinãs scribebat in terrã. Audientes aũt hæc, unus post unum exibant, incipientes à senioribus, & remansit solus Iesus & mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus, dixit ei, Mulier, ubi sunt qui te accusabant? nemo te condẽnauit? Quæ dixit: Nemo domine. Dixit autẽ ei Iesus, Nec ego te cõdemnabo. Vade, & amplius noli peccare. Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, nõ ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Dixerũt ergo ei pharisęi, Tu de te ipso testimoniũ perhibes, testimoniũ tuũ non est uerum. Respondit Iesus, & dixit eis: Et si ego testimoniũ perhibeo de meipso, uerum est testimoniũ meũ, quia scio unde ueni, & quò uado. Vos aũt nescitis unde uenio, aut quò uado. Vos secundum carnẽ iudicatis: ego nõ iudico quenquã. Et si iudico ego, iudicium meum uerũ est, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater, & in lege uestra scriptũ est, Quia duorum hominũ testimoniũ uerũ est. Ego sum qui testimoniũ perhibeo de meipso, & testimoniũ perhibet de me qui misit me pater. Dicebant ergo ei, Vbi

a 87 III b 88 I c 89 X

est pater tuus? [a]Respõdit Iesus, Neq; me scitis, neq; patrẽ meum. Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis.[b] Hæc uerba loquutus est Iesus in gazophylacio, docẽs in tẽplo. Et nemo apprehendit eũ, quia necdũ uenerat hora eius. [c] Dixit ergo iterũ eis Iesus, Ego uado & quæretis me, & in peccato uestro moriemini. Quò ego uado, uos nõ potestis uenire. Dicebãt ergo Iudęi, Nũquid interficiet semetipsum, qa dicit, Quò ego uado, uos non potestis uenire? Et dicebat eis, Vos deorsum estis, ego de supnis sum. Vos de mũdo hoc estis, ego nõ sum de hoc mũdo. Dixi ergo uobis, qa moriemini in peccatis uestris. Si eñ nõ credideritis qa ego sum, moriemini in peccato uestro. Dicebãt ergo ei, Tu qs es? Dixit eis Iesus, Principiũ, qui & loquor uobis. Multa habeo de uobis loq & iudicare. Sed q me misit, uerax est: & ego quę audiui ab eo, hęc loquor in mũdo. Et nõ cognouerũt quia patrem

A patrem eius dicebat deũ. Dixit ergo eis Iesus: Cũ exaltaueritis filium hoĩs, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor. Et qui me misit, mecũ est, & nõ reliquit me solũ, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. Hęc illo loquente, multi crediderũt in eũ. Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderũt ei Iudæos: Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatẽ, & ueritas liberabit uos. Respõderunt ei: Semẽ Abrahę sumus, & nemini seruiuimus unquã: quõ tu dicis, liberi eritis? Respõdit eis Iesus: Amen amen dico uobis quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus aũt non manet in domo in æternum, filius aũt manet in æternum. Si ergo uos filius liberauerit, uere liberi eritis. Scio quia filij Abrahę estis, sed quęritis me interficere: quia sermo meus nõ capit in uobis. Ego quod uidi apud patrẽ, loquor: & uos quæ uidistis apud patrẽ uestrũ, facitis. Respõderunt & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc aũt quęritis me interficere hominem, qui ueritatem uobis locutus sum, quam audiui à deo. Hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris uestri. Dixerũt itaq; ei: Nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrem habemus deum. Dixit ergo eis Iesus: Si deus pater uester esset, diligeretis utiq; me. Ego eñ ex deo processi & ueni, neq; eñ à meipso ueni, sed ille me misit. Quare loquelam meam nõ cognoscitis? Quia non potestis audire sermonẽ meum. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate nõ stetit, quia non est ueritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mẽdax est & pater eius. Ego aũt si ueritatẽ dico, nõ creditis mihi. Quis ex uobis arguit me de peccato? Si ueritatẽ dico, quare uos nõ creditis mihi? Qui ex deo est, uerba dei audit, propterea uos nõ auditis, qa ex deo nõ estis. Responderunt ergo Iudæi, & dixerũt ei: Nõne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes?

B Respondit Iesus: Ego dæmoniũ non habeo, sed honorifico patrem meũ, & uos inhonorastis me. Ego aũt non quæro gloriã meam: est qui quærat & iudicat. Amẽ amen dico uobis, si quis sermonẽ meum seruauerit, mortem non uidebit in æternũ. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nunc cognouimus, quia dæmoniũ habes: Abrahã mortuus est & prophetæ, & tu dicis, si quis sermonẽ meũ seruauerit, nõ gustabit mortẽ in æternũ? Nũquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & prophetæ mortui sunt? Quem teipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est pater meus qui glorificat me, quẽ uos dicitis, quia deus noster est, & nõ cognouistis eũ: ego aũt noui eum. Et si dixero, quia nõ scio eum, ero similis uobis mẽdax: sed scio eum, & sermonẽ eius seruo. Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meũ, & uidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti? Dixit eis Iesus: Amen amen dico uobis: anteq̃ Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum: Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Caput IX

ET prętereũs Iesus, uidit hominẽ cæcũ à natiuitate, & interrogauerũt eũ discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parẽtes eius ut cęcus nasceret? Respõdit Iesus: Neq; hic peccauit, neq; parẽtes eius: sed ut manifestentẽ opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, qñ nemo potest operari. Quãdiu sum in mũdo, lux sum mundi. Hæc cũ dixisset, expuit in terrã, & fecit lutũ ex sputo, & liniuit lutũ super oculos eius, et dixit ei: Vade & laua in natatoria Siloe, quod interpretat̃, missus. Abijt ergo & lauit, & uenit uidẽs. Itaq; & uicini & qui uiderãt eũ prius (quia mendicus erat) dicebãt: Nõne hic est qui sedebat & mẽdicabat? Alij dicebãt, qa hic est, alij aũt, nequaq̃: sed similis est eius. Ille uero dicebat: quia ego sum. Dicebãt ergo ei: Quõ aperti sunt tibi oculi? Respõdit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutũ fecit: & unxit oculos meos, & dixit mihi: uade ad natatoriã Siloe, & laua: & abij & laui, & uideo. Dixerũt ei: Vbi est ille? Ait, Nescio. Adducunt eũ ad pharisæos qui cæcus fuerat. Erat aũt sabbatũ, quando lutum fecit Iesus: & aperuit oculos eius. Iterũ ergo interrogabãt eum pharisæi quomodo uidisset. Ille aũt dixit eis: Lutũ posuit mihi super oculos, & laui, & uideo. Dicebant ergo ex pharisæis quidam: Non est hic homo à deo, qui sabbatum non custodit. Alij aũt dicebant: Quomodo

potest homo peccator hęc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicũt ergo cæco iterũ: c
Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille aũt dixit: quia propheta est. Nõ credide
runt ergo Iudęi de illo, quia cæcus fuisset & uidisset: donec uocauerũt parẽtes eius qui ui
derat: & interrogauerũt eos, dicẽtes: Hic est filius uester quẽ uos dicitis, quia cęcus natus
est: quõ ergo nũc uidet? Respõderũt eis parẽtes eius, & dixerũt: Scimus quia hic est filius
noster, & quia cæcus natus est: quõ aũt nũc uideat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos
nos nescimus: ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquat. Hæc dixerunt parentes
eius: qm timebant Iudæos. Iam enim cõspirauerãt Iudæi, ut si quis eum confiteretur esse
Christum, extra synagogã fieret. Propterea parentes eius dixerũt, quia ætatẽ habet, ipsum
interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominẽ qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da glori
am deo: nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio:
unũ scio, quia cæcus cũ essem, modo uideo. Dixerũt ergo illi: Quid fecit tibi? quõ aperuit
tibi oculos? Respõdit eis: Dixi uobis iam & audistis, quid iterũ uultis audire? Nunquid &
uos uultis discipuli eius fieri? Maledixerũt ergo ei & dixerũt: Tu discipulus illius sis, nos
aũt Mosi discipuli sumus. Nos scimus quia Mosi loquutus est deus: hunc autẽ nescimus
unde sit. Respõdit ille homo, et dixit eis: In hoc eñ mirabile est, quia uos nescitis unde sit,
& aperuit meos oculos. Scimus aũt, quia peccatores deus nõ audit, sed si quis dei cultor
est, & uoluntatẽ eius facit, hũc exaudit. A seculo nõ est auditũ, quia quis aperuit oculos cę
ci nati. Nisi esset hic à deo nõ poterat facere quicquã. Respõderũt et dixerũt ei: In peccatis
natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerũt eũ foras. Audiuit Iesus quia eiecerũt eũ foras,
& cũ inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filiũ dei? Respõdit ille & dixit: Quis est dñe, ut
credã in eũ? Et dixit ei Iesus: Et uidisti eũ, & qui loquit tecũ, ipse est. At ille ait: Credo dñe. D
Et procidens, adorauit eũ. Et dixit ei Iesus: In iudiciũ ego in hunc mundũ ueni, ut qui nõ
uident, uideant, & qui uident, cæci fiant. Et audierunt quidã ex pharisęis qui cũ ipso erãt,
& dixerunt ei, Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus, Si cæci essetis, non haberetis
peccatũ. Nunc uero dicitis, quia uidemus, peccatũ uestrum manet. Cap. x

AMen amen dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascẽdit aliun-
de, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium, huic ostiarius
aperit, & oues uocem eius audiunt. Et proprias oues uocat nominatim, & educit eas. Et
cum proprias oues emiserit, ante eas uadit, & oues illum sequunt, quia sciunt uocẽ eius.
Alienum autem non sequuntur, sed effugiunt ab eo, quia non nouerunt uocem alieno-
rum. Hoc prouerbiũ dixit eis Iesus, illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Di-
xit ergo eis iterũ Iesus, Amen amen dico uobis, quia ego sum ostium ouium. Omnes quot
quot uenerunt, fures sunt & latrones, & nõ audierunt eos oues. Ego sum ostium, per me
si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Fur non uenit
nisi ut furetur, & mactet & perdat. Ego ueni ut uitã habeant & abundantius habeãt. Ego
sum pastor bonus. Bonus pastor animã suam ponit pro ouibus suis. Mercenarius aũt &
qui non est pastor, cuius nõ sunt oues propriæ, uidit lupum uenientẽ, & dimittit oues &
fugit, & lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius aũt fugit, quia mercenarius est, & nõ
pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscũt
a 90 me meæ. [a] Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrẽ, [b] & animã meam pono pro ouibus
III meis. [c] Et alias oues habeo quæ nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocẽ
b 91 IIII meã audient, & fiet unũ ouile & unus pastor. Propterea me diligit pater, quia ego pono
c 92 animã meã, & iterum sumã eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eã à meipso. Potesta
X tem habeo ponendi eam, & potestatẽ habeo iterũ sumẽdi eam. Hoc mandatũ accepi à pa-
tre meo. Dissensio iterũ facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant aũt mul-
ti ex ipsis, Dæmoniũ habet & insanit, quid eum auditis? Alij dicebant, Hæc uerba non
sunt dæmonium habẽtis, nunqd dęmoniũ potest cæcorũ oculos aperire? Facta sunt aũt
encęnia in Hierosolymis, & hyẽs erat, & ambulabat Iesus in tẽplo in porticu Salomonis.
Circũdederũt ergo eũ Iudęi, & dicebant ei, Quousq; animam nostram tollis? si tu es Chri
stus, dic nobis palam. Respondit eis Iesus, Loquor uobis, & non creditis. Opera quæ ego
facio

A facio in nomine patris mei, hęc testimoniũ perhibẽt de me: sed uos nõ creditis, quia non
estis ex ouib. meis. Oues meæ uocẽ meã audiunt: & ego cognosco eas, & sequunt me. Et
ego uitã æternã do eis: & non peribunt in æternũ: & nõ rapiet eas quisquã de manu mea.
Pater meus qd dedit mihi, maius omnib. est: & nemo potest rapere de manu patris mei.
Ego & pater unũ sumus. Sustulerũt ergo lapides Iudęi, ut lapidarẽt eũ. Respondit eis Ie-
sus: Multa bona opera ostẽdi uobis ex patre meo: propter quod eorũ opus me lapidatis?
Responderũt ei Iudæi: De bono opere nõ lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu ho-
mo cũ sis, facis teipsum deum. Respondit eis Iesus: Nónne scriptũ est in lege uestra: Quia
ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est: & non potest solui scri-
ptura, quẽ pater sanctificauit & misit in mundum: uos dicitis, quia blasphemas: quia dixi,
filius dei sum. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si aũt facio: et si mihi nõ
uultis credere, operibus credite: ut cognoscatis & credatis, quia pater in me est & ego in
patre. [d] Quęrebãt ergo eum apprehẽdere: & exiuit de manibus eorũ. Et abijt iterum trans d 93
Iordanem in eum locum, ubi erat Ioannes baptizans primũ: & mansit illic. [e] Et multi ue- IIII
nerunt ad eum, & dicebãt: quia Ioannes quidem signũ fecit nullũ. Omnia aũt quæcunq; e 94
dixit Ioannes de hoc, uera erant, & multi crediderunt in eum. Cap. XI X

ERat aũt quidã languẽs Lazarus à Bethania, de castello Mariç & Marthæ sororũ eius.
Maria aũt erat quæ unxit dñm unguẽto, & extersit pedes eius capillis suis, cuius fra-
ter Lazarus infirmabat. Miserũt ergo sorores eius ad eũ, dicẽtes: Dñe, ecce quẽ amas infir
matur. Audiẽs aũt Iesus dixit eis: Infirmitas hæc nõ est ad mortẽ, sed pro gloria dei, ut glo
rificet filius dei per eã. Diligebat aũt Iesus Marthã, & sororẽ eius Mariã, & Lazarũ. Vt er-
go audiuit quia infirmabat, tunc quidẽ mansit in eodẽ loco duobus diebus. Deinde post
hæc dicit discipulis suis: Eamus in Iudæã iterũ. Dicunt ei discipuli, Rabbi, nũc quæreb.t
B te Iudæi lapidare, & iterũ uadis illuc? Respõdit Iesus, Nõne duodecim sunt horæ diei? Si
quis ambulauerit in die, nõ offendit, qa lucẽ huius mũdi uidet. Si aũt ambulauerit in no-
cte, offendit, qa lux nõ est in eo. Hæc ait, & post hęc dicit eis: Lazarus amicus noster dor-
mit, sed uado ut à somno excitẽ eũ. Dixerũt ergo discipuli eius: Dñe si dormit, saluus erit.
Dixerat aũt Iesus de morte eius, illi aũt putauerũt, qa de dormitione somni diceret. Tunc
ergo Iesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est, et gaudeo propter uos ut credatis, qm
non erã ibi, sed eamus ad eũ. Dixit ergo Thomas qui dicit Didymus ad cõdiscipulos, Ea
mus & nos, & moriamur cũ eo. Venit itaq; Iesus, & inuenit eum quatuor dies iã in monu
mento habentẽ. Erat aũt Bethania iuxta Hierosolymã quasi stadijs quindecim. Multi aũt
ex Iudæis uenerant ad Martham & Mariã, ut consolarent eas de fratre suo. Martha ergo
ut audiuit quia Iesus uenit, occurrit illi. Maria aũt domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Ie
sum, Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quæ-
cunq; poposceris à deo dabit tibi deus. Dixit illi Iesus, Resurget frater tuus. Dixit ei Mar-
tha, Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei Iesus, Ego sum resurre
ctio & uita. qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet. & omnis qui uiuit et credit in
me, non morietur in æternũ. Credis hoc? Ait illi, Vtiq; domine, Ego credidi quia tu es Chri
stus filius dei, qui in hũc mundũ uenisti. Et cum hæc dixisset, abijt & uocauit Mariam so-
rorem suã silentio dicens, Magister adest, & uocat te. Illa ut audiuit, surrexit cito & uenit
ad eũ. Nondũ enim uenerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat
ei Martha. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & cõsolabant eam, cum uidissent Mari
am quia cito surrexit & exijt, secuti sunt eam, dicẽtes, Quia uadit ad monumentũ ut plo-
ret ibi. Maria ergo cum uenisset ubi erat Iesus, uidens eũ cecidit ad pedes eius, & dixit ei,
Dñe, si fuisses hic, nõ esset mortuus frater meus. Iesus ergo ut uidit eam plorantẽ, & Iu-
dæos qui uenerant cũ ea plorantes, infremuit spiritu & turbauit seipsum, & dixit, Vbi po
suistis eum? Dicũt ei, Domine, ueni & uide. Et lachrymatus est Iesus. Dixerũt ergo Iudęi,
Ecce quõ amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt. Non poterat hic qui aperuit ocu
los cæci, facere ut hic nõ moreret? Iesus ergo rursum fremens in semetipso, uenit ad mo-
numentũ. Erat aũt spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. Di-

xit ei Maria ſoror eius qui mortuus fuerat: Dñe, iã fœtet: quatriduanus eſt em. Dixit ei Ie- c
ſus: Nõne dixi tibi, qm ſi credideris, uidebis gloriã dei? Tulerũt ergo lapidẽ. Ieſus aũt eleuatis ſurſum oculis dixit: Pater: gratias ago tibi, quoniã audiſti me. Ego aũt ſciebam quia
ſemper me audis: ſed propter populũ qui circũſtat dixi ut credãt, quia tu me miſiſti. Hæc
cum dixiſſet, uoce magna clamauit: Lazare, ueni foras. Et ſtatim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes inſtitis, & facies eius ſudario erat ligata. Dicit eis Ieſus: Soluite
eum, & ſinite abire. Multi ergo ex Iudęis qui uenerãt ad Mariã, & uiderãt quæ fecit Ieſus,
crediderũt in eũ. Quidã aũt ex ipſis abierũt ad phariſęos, et dixerũt eis quę fecit Ieſus. Col
legerũt ergo põtifices & phariſæi conciliũ, & dicebãt: Quid faciemus, qa hic homo multa ſigna facit: ſi dimittimus eũ ſic, oẽs credent in eum, & ueniẽt Romani & tollent noſtrũ
& locũ & gentẽ. Vnus aũt ex ipſis Caiphas noĩe, cũ eſſet pontifex anni illius, dixit eis: Vos
neſcitis quicquã, nec cogitatis: quia expedit nobis, ut unus moriat homo pro populo, &
non tota gens pereat. Hęc aũt à ſemetipſo nõ dixit: ſed cũ eſſet põtifex anni illius prophe
tauit, quia Ieſus moriturus erat pro gente, & nõ tantũ pro gẽte, ſed ut filios dei qui erãt di
a 95 ſperſi, cõgregaret in unũ. [a] Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerẽt eum. Ieſus ergo
IIII iam non in palam ambulabat apud Iudæos: ſed abijt in regionẽ iuxta deſertum, in ciuitatẽ
b 96 quæ dicitur Ephrem: & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. [b] Proximũ autem erat paſcha
I Iudæorum: [c] & aſcenderunt multi Hieroſolymam de regione ante paſcha ut ſanctificarẽt
c 97 X ſeipſos. Quærebant ergo Ieſum, & colloquebant adinuicem in templo ſtantes: Quid putatis quia non uenit ad diem feſtum? Dederant autem pontifices & phariſæi mandatum,
ut ſi quis cognouerit ubi ſit, indicet ut apprehendant eum. Cap. XII

IEſus ergo ante ſex dies paſchæ uenit Bethaniã, ubi Lazarus fuerat mortuus: quem ſuſci
a 98 tauit Ieſus. [a] Fecerunt aũt ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat: Lazarus uero unus erat D
I ex diſcũbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguẽti nardi piſtici precioſi, & unxit pedes Ieſu, & exterſit pedes eius capillis ſuis, & domus impleta eſt ex odore unguenti.
Dixit ergo unus ex diſcipulis eius Iudas Iſcariotis, qui erat eũ traditurus: Quare hoc unguentũ non uenijt trecentis denarijs, & datũ eſt egenis? Dixit aũt hoc, nõ quia de egenis
pertinebat ad eũ, ſed quia fur erat: & loculos habens, ea quę mittebant portabat. Dixit er
go Ieſus: Sine illã ut in diẽ ſepulturæ meæ ſeruet illud: Pauperes em ſemper habebitis uo-
b 99 biſcũ, me aũt nõ ſemper habebitis. [b] Cognouit ergo turba multa ex Iudęis, quia illic eſt: &
X uenerunt, non propter Ieſum tantũ, ſed ut Lazarum uiderẽt: quẽ ſuſcitauit à mortuis. Co
gitauerunt aũt principes ſacerdotum, ut & Lazarum interficerent, quia multi propter il-
c 100 lum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum. [c] In craſtinum aũt turba multa quæ uenerat
I ad diem feſtum, cũ audiſſent quia uenit Ieſus Hieroſolymã, acceperũt ramos palmarum,
& proceſſerunt obuiam ei, & clamabãt: Oſanna, benedictus qui uenit in nomine domi-
d 101 ni rex Iſrael. [d] Et inuenit Ieſus aſellum, & ſedit ſuper eũ: ſicut ſcriptũ eſt: Noli timere filia
VII Sion: ecce rex tuus uenit tibi ſedens ſuper pullum aſinæ. [e] Hęc nõ cognouerunt diſcipuli
e 102 eius primũ: ſed quando glorificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt, quia hæc erant ſcripta
X de eo, & hæc fecerunt ei. Teſtimoniũ ergo perhibebat turba, quæ erat cũ eo quando Lazarum uocauit de monumento, & ſuſcitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam uenit
ei turba, quia audierunt eum feciſſe hoc ſignũ. Phariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſos: Vi-
detis quia nihil proficimus: ecce mũdus totus poſt eũ abijt. Erant aũt quidã gẽtiles ex his
f 103 qui aſcenderant, ut adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, qui erat à
IIII Bethſaida Galilææ, & rogabant eũ, dicẽtes: Domine, uolumus Ieſum uidere. Venit Phi-
g 104 lippus, & dicit Andreæ, Andreas rurſum & Philippus dixerunt Ieſu. [f] Ieſus aũt reſpondit
X eis, dicens: Venit hora ut clarificetur filius hominis. [g] Amen amen dico uobis, niſi granũ
b 105 frumenti cadens in terrã mortuũ fuerit, ipſum ſolum manet. Si aũt mortuum fuerit, mul-
III tum fructũ affert. [b] Qui amat animã ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuã in hoc mun
i 106 do, in uitã æternam cuſtodit eam. [i] Si quis mihi miniſtrat, me ſequat. Et ubi ego ſum, illic
X & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus. [k] Nunc
k 107 anima mea turbata eſt, & quid dicam? Pater ſaluifica me ex hac hora. [l] Sed propterea
IIII ueni
l 108 X

A ueni in hãc horã. Pater clarifica nomẽ tuũ. Venit ergo uox de cęlo, dicẽs: Et clarificaui, &
iterũ clarificabo. Turba aũt quę ſtabat & audierat, dicebat tonitruũ eſſe factum. Alij aũt
dicebãt: Angelus ei locutus eſt. Reſpõdit Ieſus & dixit: Nõ propter me hęc uox uenit, ſed
propter uos. Nũc iudiciũ eſt mũdi, nunc princeps huius mũdi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, oĩa trahã ad meipſum. Hoc aũt dicebat ſignificãs qua morte eſſet moriturus. Reſpõdit ei turba: Nos audiuimus ex lege: quia Chriſtus manet in æternũ: & quõ
tu dicis: Oportet exaltari filiũ hoĩs? Et quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicũ lumẽ in uobis eſt: Ambulate dum lucẽ habetis, ut nõ uos tenebræ cõprehendant. Et qui ambulat in tenebris, neſcit quò uadat. Dum lucẽ habetis, credite in lucem, ut
filij lucis ſitis. Hæc locutus eſt Ieſus: & abijt & abſcõdit ſe ab eis. Cũ aũt tanta ſigna feciſſet
coram eis, nõ credebant in eũ: ut ſermo Eſaiæ prophetæ impleretur quẽ dixit: Dñe, quis cre
didit auditui noſtro, & brachiũ domini cui reuelatũ eſt? [m] Propterea nõ poterant credem 109
re: quia iterũ dixit Eſaias: Excæcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorũ: ut nõ uideant o- I
culis, & intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos. [n] Hæc dixit Eſaias, quãdo uidit glo n 110
riam eius: & locutus eſt de eo. Veruntamẽ & ex principib. multi crediderũt in eũ, ſed pro X
pter phariſæos nõ confitebantur, ut de ſynagoga non eijcerentur. Dilexerunt em gloriã ho
minum magis q̃ gloriã dei. [o] Ieſus aũt clamauit & dixit: Qui credit in me, nõ credit in me, o 111
ſed in eũ qui miſit me. Et qui uidet me, uidet eũ qui me miſit. [p] Ego lux in mundũ ueni: ut I
omnis qui credit in me, in tenebris nõ maneat. Et ſi quis audierit uerba mea & nõ cuſto- p 112
dierit, ego nõ iudico eum. Non enim ueni ut iudicẽ mundũ, ſed ut ſaluificẽ mundũ. Qui X
ſpernit me & nõ accipit uerba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus ſum, ille
iudicabit eum in nouiſsimo die. Quia ego ex meipſo nõ ſum locutus, ſed qui miſit me pa
ter, ipſe mihi mandatũ dedit, quid dicam, & quid loquar. Et ſcio quia mandatũ eius uita
B æterna eſt. Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi pater, ſic loquor. Cap. XIII

ANte diem feſtũ paſchæ, ſciẽs Ieſus quia uenit hora eius, ut trãſeat ex hoc mũdo ad pa
a 113 trem, cum dilexiſſet ſuos qui erãt in mũdo, in finẽ dilexit eos. [a] Et cœna facta, cũ dia- IX
b 114 bolus iam miſiſſet in cor ut traderet eũ Iudas Simonis Iſcariotis, [b] ſciens quia oĩa dedit
ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad deũ uadit: [c] ſurgit à cœna & ponit ueſtimẽta III
c 115 ſua. Et cum accepiſſet linteum præcinxit ſe. Deinde miſit aquam in peluim: & cœpit laua- X
re pedes diſcipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem
Petrum: & dixit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Reſpõdit Ieſus, & dixit ei: Quod
ego facio, tu neſcis modo: ſcies autem poſtea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in-
æternum. Reſpondit ei Ieſus: Si non lauero te, non habebis partem mecũ. Dicit ei Simon
Petrus: Domine, non tantum pedes meos, ſed & manus & caput. Dicit ei Ieſus: Qui lotus
eſt, non indiget niſi ut pedes lauet: ſed eſt mundus totus. Et uos mundi eſtis, ſed non om
nes. Sciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum: propterea dixit, nõ eſtis mundi omnes.
Poſtquam ergo lauit pedes eorum, accepit ueſtimenta ſua, & cum recubuiſſet, iterum di
d 116 xit eis, Scitis quid fecerim uobis? [d] Vos uocatis me magiſter & domine, & bene dicitis, III
e 117 ſum etem. [e] Si ergo ego laui pedes ueſtros dominus & magiſter, & uos debetis alter alte- X
rius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodũ ego feci uobis, ita et uos
f 118 faciatis. [f] Amen amẽ dico uobis: nõ eſt ſeruus maior domino ſuo, neq; apoſtolus maior III
g 119 eſt eo, qui miſit illum. Si hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea. [g] Non de omnibus uobis di- X
co: Ego ſcio quos elegerim, ſed ut adimpleatur ſcriptura: Qui manducat mecum panem,
leuabit contra me calcaneum ſuum. A modo dico uobis priuſquam fiat, ut credatis cum
b 120 factum fuerit, quia ego ſum. [b] Amen amen dico uobis, qui accipit ſi quem miſero, me ac- I
i 121 cipit: qui autẽ me accipit, accipit eum qui me miſit. [i] Et cum hęc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt IIII
k 122 ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit: Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. [k] I
l 123 Aſpiciebant ergo adinuicem diſcipuli hęſitantes de quo diceret. [l] Erat aũt recũbens unus X
m 124 ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus: Innuit ergo huic Simon Petrus, & di- IX
xit ei: Quis eſt de quo dicit? Itaq; cum recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu, dicit ei, Domine,
quis eſt? Reſpondit Ieſus, ille eſt cui ego intinctum panẽ porrexero. [m] Et cum intinxiſſet

n 145 X panẽ, dedit Iudę Simonis Iſcariotis. Et poſt buccellã tũc introiuit in eũ Satanas. "Et dicit c
ei Ieſus: Quod facis, fac citius. Hoc aũt nemo ſciuit diſcũbentiũ, ad quid dixerit ei. Quidã
em putabãt, quia loculos habebat Iudas, quod dixiſſet ei Ieſus: Eme ea quæ opus ſunt no-
bis ad diẽ feſtũ, aut egenis ut aliqd daret. Cũ ergo accepiſſet ille buccellã, exiuit cõtinuo:
erat aũt nox. Cum ergo exiſſet, dixit Ieſus: Nũc clarificatus eſt filius hoĩs, & deus clarifica
tus eſt in eo. Si deus clarificatus eſt in eo, & deus clarificabit eũ in ſemetipſo, & cõtinuo
clarificabit eũ. Filioli, adhuc modicũ uobiſcũ ſum. Quęretis me, & ſicut dixi Iudęis, quò
ego uado, uos nõ poteſtis uenire. Et uobis dico modo: Mãdatũ nouũ do uobis, ut diliga
o 126 I tis inuicẽ, ſicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicẽ. In hoc cognoſcẽt oẽs quia diſcipuli
mei eſtis, ſi dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. °Dicit ei Simõ Petrus: Dñe quò uadis? Reſpõ-
dit Ieſus: Quò ego uado, non potes me modo ſequi, ſequeris aũt poſtea. Dicit ei Petrus:
Quare nõ poſſum te ſequi modo? Animã meã pro te ponã. Reſpõdit ei Ieſus: Animã tuã
pro me pones? Amẽ amen dico tibi: nõ cantabit gallus, donec ter me neges. Cap. XIIII
a 127 X "T ait diſcipulis ſuis: Nõ turbet cor ueſtrũ. Creditis in deũ, et in me credite. In domo
patris mei mãſiones multæ ſunt. Si quo minus dixiſſem uobis, quia uado parare uo
bis locũ. Et ſi abiero & præparauero uobis locũ, iterũ uenio & accipiã uos ad meipſum:
ut ubi ſum ego, & uos ſitis. Et quò ego uado, ſcitis, & uiã ſcitis. Dicit ei Thomas: Dñe, ne
ſcimus quò uadis, & quõ poſſumus uiã ſcire? Dicit ei Ieſus: Ego ſum uia, ueritas, & uita.
Nemo uenit ad patrẽ niſi per me. Si cognouiſſetis me, & patrẽ meũ utiq; cognouiſſetis.
Et amodo cognoſcitis eũ, & uidiſtis eũ. Dicit ei Philippus: Dñe, oſtende nobis patrẽ, &
ſufficit nobis. Dicit ei Ieſus: Tanto tẽpore uobiſcũ ſum, & nõ cognouiſtis me Philippe?
Qui uidet me, uidet & patrẽ, quõ tu dicis, oſtende nobis patrẽ? Nõ credis, quia ego in pa
tre, & pater in me eſt? Verba quæ ego loquor uobis, à meipſo nõ loquor. Pater in me ma D
nens, ipſe fecit opera. Nõ creditis, quia ego in patre, & pater in me eſt? Alioqui propter
opera ipſa credite. Amen amẽ dico uobis, qui credit in me, opera quę ego facio, & ipſe fa
b 128 IIII ciet, & maiora horũ faciet, quia ego ad patrẽ uado. "Et quodcunq; petieritis patrẽ in no-
mine meo, hoc faciam: ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo,
hoc faciam. Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrẽ, & alium paracletũ
dabit uobis: ut maneat uobiſcum in æternũ, ſpiritum ueritatis, quem mundus non poteſt
accipere, quia non uidet eum, nec ſcit eum. Vos aũt cognoſcetis eum, quia apud uos ma-
nebit, & in uobis erit. Non relinquã uos orphanos, ueniam ad uos. Adhuc modicũ, &
mundus iam me non uidet. Vos aũt uidebitis me, quia ego uiuo, & uos uiuetis. In illo die
uos cognoſcetis, quia ego ſum in patre meo: & uos in me, & ego in uobis. Qui habet mã-
c 129 I data mea, & ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. ᶜ Qui autem diligit me, diligetur à patre meo:
d 130 X & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. "Dicit ei Iudas, non ille Iſcariotis: Domi
ne quid factum eſt, quia manifeſtaturus es nobis teipſum, & nõ mundo? Reſpondit Ieſus
& dixit ei: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum: & ad
eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos
e 131 I non ſeruat. ᵉ Et ſermonẽ quem audiſtis non eſt meus, ſed eius qui miſit me patris. Hęc lo-
f 132 X quutus ſum uobis, apud uos manẽs. ᶠ Paracletus autem ſpiritus ſanctus quem mittet pater
in nomine meo, ille uos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia quæcũq; dixero uobis.
Pacem meam relinquo uobis, pacem meã do uobis. Non quõ mũdus dat, ego do uobis.
Nõ turbetur cor ueſtrum, neq; formidet. Audiſtis quia ego dixi uobis, uado & uenio ad
uos. Si diligeretis me, gauderetis utiq;, qa uado ad patrẽ, quia pater maior me eſt. Et nũc
dixi uobis priuſquã fiat: ut cum factũ fuerit, credatis. Iam non multa loquar uobiſcũ. Ve
nit eñ princeps mundi huius, & in me nõ habet quicquã. Sed ut cognoſcat mũdus quia
diligo patrẽ: & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Cap. XV
EGo ſum uitis uera, & pater meus agricola eſt. Omnẽ palmitẽ in me nõ ferentẽ fructũ
tollet eũ: et omnẽ qꝫ fert fructũ, purgabit eũ ut fructũ plus afferat. Iam uos mũdi eſtis
ꝓpter ſermonẽ quẽ locut⁹ ſum uobis: Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes nõ po
teſt ferre fructũ à ſemetipſo, niſi mãſerit in uite: ſic nec uos niſi in me mãſeritis. Ego ſum
uitis

A uitis, uos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hiẽ fert fructũ multum, qꝫ ſine me ni-
hil poteſtis facere. Si quis in me nõ mãſerit, mittet foras ſicut palmes, et areſcet, et colligẽt d 133
eũ & in ignẽ mittẽt, & ardet. "Si manſeritis in me, & uerba mea in uobis manſerint: quod- IIII
cũq; uolueritis petetis, & fiet uobis. "In hoc clarificatus eſt pater meus, ut fructũ plurimũ b 134
afferatis, & efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Manete in di X
lectiõe mea. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectiõe mea, ſicut & ego prę-
cepta patris mei ſeruaui, & maneo in eius dilectiõe: Hęc loquutus ſum uobis, ut gaudiũ me
um in uobis ſit: & gaudiũ ueſtrũ impleat. Hoc eſt pręceptũ meũ, ut diligatis inuicẽ ſicut
dilexi uos. ᶜ Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, qꝫ ut animã ſuam ponat quis pro amicis c 135
ſuis. "Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio uobis. Iã nõ dico uos ſeruos, quia d 136
ſeruus neſcit quid faciat dñs eius. Vos aũt dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à pa X
tre meo, nota feci uobis. Nõ uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos, et poſui uos ut eatis & fru e 137
ctũ afferatis, & fructus ueſter maneat: ᵉ ut quodcunq; petieritis patrẽ in noĩe meo, det uo IIII
bis. ᶠ Hæc mãdo uobis, ut diligatis inuicẽ. Si mũdus uos odit, ſcitote quia me priorẽ uobis f 138
odio habuit. Si de mũdo fuiſſetis, mũdus quod ſuũ erat diligeret. Quia uero de mũdo nõ X
eſtis, ſed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mũdus. "Memẽtote ſermonis mei, g 139
quẽ ego dixi uobis: Nõ eſt ſeruus maior dño ſuo. "Si me perſecuti ſunt, & uos perſequen III
tur. Si ſermonẽ meũ ſeruauerint, & ueſtrũ ſeruabũt. ᶠ Sed hæc oĩa facient uobis propter h 140
nomẽ meũ: "quia neſciunt eum qui miſit me. ᶠ Si nõ ueniſſem, & locutus fuiſſem eis, pec- X
catũ nõ haberẽt. Nũc aũt excuſationẽ non habent de peccato ſuo. "Qui me odit, & patrẽ i 141
meum odit. "Si opera nõ feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. I
Nũc aũt & uiderũt: & oderũt me & patrẽ meũ. Sed ut adimpleat ſermo qui in lege eorũ k 142
ſcriptus eſt: Quia odio habuerũt me gratis. Cũ aũt uenerit paracletus, quem ego mittã uo III
B bis à patre, ſpiritũ ueritatis, qui à patre procedit, ille teſtimoniũ perhibebit de me, & uos l 143
teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis. Cap. XVI X
HAec loquutus ſum uobis, ut nõ ſcandalizemini. Abſq; ſynagogis faciẽt uos. Sed ue a 144
niet hora ut omnis qui interficit uos, arbitret obſequiũ ſe præſtare deo. Et hæc faci I
ent uobis, quia non nouerunt patrem neq; me. Sed hæc loquutus ſum uobis, ut cum ue- b 145
nerit hora eorum reminiſcamini, quia ego dixi uobis. "Hæc autem uobis ab initio non di X
xi: quia uobiſcum eram. Et nunc uado ad eum qui miſit me, & nemo ex uobis interrogat
me, quò uadis. Sed quia hæc loquutus ſum uobis, triſticia impleuit cor ueſtrũ. Sed ego
ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadam. Si eñ ego nõ abiero, paracletus nõ ue
niet ad uos. Si aũt abiero, mittã eum ad uos. Et cum uenerit ille, arguet mundũ de pecca-
to, & de iuſtitia & de iudicio. De peccato quidẽ: quia non crediderunt in me. De iuſticia
uero, quia ad patrẽ uado: & iam non uidebitis me. De iudicio aũt, quia princeps mundi
huius iudicatus eſt. Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modo. Cũ
autem uenerit ille ſpiritus ueritatis, docebit uos omnẽ ueritatẽ. Non enim loquetur à ſe-
metipſo: ſed quæcunq; audiet, loquetur, & quæ uentura ſunt annunciabit uobis. Ille me
clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis. ᶜ Omnia quæcunq; habet pater, c 148
mea ſunt. "Propterea dixi, quia de meo accipiet: & annunciabit uobis. Modicũ & iam nõ III
uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me, quia uado ad patrem. Dixerũt ergo ex d 149
diſcipulis eius adinuicem: Quid eſt hoc quod dicit nobis, modicũ & nõ uidebitis me, & X
iterum modicũ & uidebitis me, quia uado ad patrem. Dicebant ergo: Quid eſt hoc quod
dicit, modicum? Neſcimus quid loquitur. Cognouit aũt Ieſus: quia uolebant eum interro
gare, & dixit eis: De hoc quæritis inter uos, quia dixi: Modicum & nõ uidebitis me, & ite
rum modicũ & uidebitis me. Amen amen dico uobis: plorabitis & flebitis uos: mundus
autem gaudebit. Vos autem contriſtabimini, ſed triſticia ueſtra uertetur in gaudium. Mu
lier cum parit, triſticiam habet, quia uenit hora eius. Cum autem peperit puerum, iam nõ
meminit preſſuræ, propter gaudium: quia natus eſt homo in mundũ. Et uos igitur nunc
quidem triſticiam habetis. Iterum autem uidebo uos: & gaudebit cor ueſtrum, & gaudi- e 150
ũm ueſtrum nemo tollet à uobis. Et in illo die me non interrogabitis quiequam. ᵉ Amen IIII
amen

amẽ dico uobis: si qd petieritis patrẽ in nomine meo, dabit uobis. Vsq; modo nõ petistis c
f 151 x quicq̃ in nomine meo: petite & accipietis, ut gaudiũ ueſtrũ ſit plenũ. [f] Hæc in prouerbijs locutus ſum uobis. Venit hora cũ iã non in prouerbijs loquar uobis, ſed palam de patre meo annũciabo uobis. In illo die in noĩe meo petetis. Et nõ dico uobis, quia ego rogabo patrẽ de uobis. Ipſe em̃ pater amat uos, qa uos me amaſtis, & credidiſtis, quia à deo exiui.
Exiui à patre & ueni in mundũ, iterũ relinquo mundũ & uado ad patrẽ. Dicũt ei diſcipu
li eius: Ecce nũc palã loqueris: & prouerbiũ nullũ dicis. Nũc ſcimus, quia ſcis om̃ia, & nõ
g 153 IIII opus eſt tibi ut quis te interroget. In hoc credimus, quia à deo exiſti. [g] Reſpõdit eis Ieſus:
h 153 x Modo creditis? Ecce uenit hora, & iã uenit, ut diſpergamini unuſquiſq; in propria, & me ſolũ relinquatis, & nõ ſum ſolus, quia pater mecũ eſt. [h] Hęc locutus ſum uobis, ut in me pa cem habeatis. In mundo preſſuram habetis: ſed cõfidite, ego uici mundum. Cap. XVII

HAec locutus eſt Ieſus: & ſubleuatis oculis in cœlũ, dixit: Pater, uenit hora: clarifica fi lium tuũ, ut filius tuus clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatẽ omnis carnis, ut omne quod dediſti ei det eis uitam æternã. Hæc eſt aũt uita æterna, ut cognoſcant te ſolum deũ uerum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Ego te clarificaui ſuper terram, opus cõſummaui quod dediſti mihi ut faciã. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipſum, claritate quam habui priuſquã mundus fieret apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dediſti, & ſermonẽ meum ſeruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt. Quia uerba quæ dediſti mihi, dedi eis. Et ipſi acceperunt, & cognouerũt uere, quia à te exiui, & crediderũt, quia tu me mi ſiſti. Ego pro eis rogo: Nõ pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt, & mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt, & clarificatus ſum in eis. Et iam nõ ſum in mũdo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te uenio. Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo quos dedi ſti mihi, ut ſint unũ ſicut & nos. Cum eſſem cũ eis, ego ſeruabã eos in nomine tuo. Quos D
dediſti mihi cuſtodiui: et nemo ex eis perijt niſi filius p̃ditionis, ut ſcriptura impleat. Nũc aũt ad te uenio, & hęc loquor in mũdo, ut habeãt gaudiũ meũ impletũ in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonẽ tuũ: & mũdus eos odio habuit: quia nõ ſunt de mundo: ſicut & ego nõ ſum de mũdo. Non rogo ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerues eos à malo. De mũdo nõ ſunt: ſicut & ego nõ ſum de mũdo. Sanctifica eos in ueritate, ſermo tuus ueritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundũ: ita & ego miſi eos in mundũ. Et pro eis ego ſanctifico meipſum: ut ſint & ipſi ſanctificati in ueritate. Nõ pro eis aũt rogo tantũ: ſed et pro eis qui credituri ſunt per uerbũ eorũ in me: ut oẽs unũ ſint: ſicut tu pater in me, & ego in te, et ut ipſi in no bis unum ſint, ut credat mundus quia tu me miſiſti. Et ego claritatẽ quam dediſti mihi, dedi eis ut ſint unũ ſicut & nos unũ ſumus. Ego in eis, & tu in me: ut ſint cõſummati in unum, & cognoſcat mũdus, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. Pater, quos dediſti mihi uolo ut ubi ego ſum, & illi ſint mecũ, ut uideant claritatẽ meã quã de-
a 154 III diſti mihi, quia dilexiſti me ante conſtitutionẽ mundi. [a] Pater iuſte mundus te nõ cogno-
b 155 x uit, ego aũt te cognoui. [b] Et hi cognouerũt, quia tu me miſiſti. Et notũ feci eis nom̃ tuũ, & notum faciam: ut dilectio qua dilexiſti me, in eis ſit, & ego in ipſis. Cap. XVIII

d 156 1 b 157 x c 158 1 d 159 x [a] Haec cũ dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trãs torrentẽ Cedron, ubi erat hortus, in quẽ introiuit ipſe & diſcipuli eius. [b] Sciebat aũt & Iudas qui tradebat eũ, locũ, quia frequẽter Ieſus cõuenerat illuc cũ diſcipulis ſuis. [c] Iudas ergo cũ accepiſſet cohortẽ, & à põtificib. & phariſęis miniſtros, uenit illuc cũ laternis & facib. & armis. [d] Ieſus itaq; ſciẽs oĩa quę futura erãt ſuper eũ, proceſsit & dixit eis: Quẽ quęritis? Reſpõderũt ei: Ieſum Nazarenũ. Dixit eis Ieſus: Ego ſum. Stabat aũt & Iudas qui tradebat eũ cũ ipſis. Vt ergo dixit eis, ego ſum: abierũt retrorſum, & ceciderunt in terrã. Iterũ ergo interrogauit eos: Quẽ quęritis? Illi aũt dixerũt: Ieſum Nazarenũ. Reſpõdit Ieſus: Dixi uobis, quia ego ſum: Si ergo me quæritis, ſinite hos abire, ut impleret ſermo quẽ dixit: Quia quos dediſti
e 160 1 mihi, nõ perdidi ex eis quẽq̃. [e] Simon ergo Petrus habẽs gladiũ eduxit eũ, & percuſsit pon
f 161 1 tificis ſeruũ, & abſcidit auriculã eius dexterã. Erat autem nom̃ ſeruo Malchus. [f] Dixit ergo Ieſus Petro: Mitte gladiũ in uaginam, calicẽ quem dedit mihi pater, nõ bibam illum?

Cohors

A [g] Cohors aũt & tribunus & miniſtri Iudęorũ cõprehenderũt Ieſum & ligauerũt eum: [b] & g 162
adduxerũt eũ ad Annam primũ. Erat enim ſocer Caiphæ, qui erat põtifex anni illius. Erat 1
aũt Caiphas qui conſiliũ dederat Iudęis: quia expedit unũ hominẽ mori pro populo. [i] Se- h 163
quebatur aũt Ieſum Simon Petrus & alius diſcipulus. [k] Diſcipulus aũt ille erat notus põti- x
fici: & introiuit cũ Ieſu in atriũ pontificis. [l] Petrus aũt ſtabat ad oſtiũ foris. [m] Exiuit ergo di- i 164
ſcipulus alius qui erat notus põtifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrũ. [n] Dixit ergo Pe- IIII
tro ancilla oſtiaria: Nunquid & tu ex diſcipulis es hoĩs iſtius? Dicit ille: Non ſum. [o] Stabãt k 165
aũt ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat: & calfaciebãt ſe. Erat aũt cũ eis & Petrus x
ſtans & calfaciẽs ſe. Põtifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. l 166
[p] Reſpondit ei Ieſus: Ego palam locutus ſum in mũdo, ego ſemper docui in ſynagoga & in 1
templo: quo oẽs Iudæi cõueniunt, & in occulto locutus ſum nihil: [q] Quid me interrogas? m 167
Interroga eos qui audierũt quid locutus ſum ipſis, ecce hi ſciunt quæ dixerim ego. [r] Hæc x
aũt cũ dixiſſet, unus aſsiſtẽs miniſtrorũ, dedit alapã Ieſu dicẽs: Sic reſpondes pontifici? [s] Re n 168
ſpondit ei Ieſus: Si male locutus ſum: teſtimoniũ perhibe de malo: ſi aũt bene, quid me cę 1
dis? [t] Et miſit eũ Annas ligatũ ad Caipham pontificẽ. [u] Erat aũt Simon Petrus ſtans, et calfa o 169
ciẽs ſe. Dixerũt ergo ei: Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Nõ ſum. x
Dicit unus ex ſeruis põtificis, cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculã, Nónne ego te p 170
uidi in horto cũ illo? Iterũ ergo negauit Petrus: & ſtatim gallus cãtauit. [x] Adducũt ergo Ie- 1
ſum ad Caiphã in prætoriũ. Erat aũt mane, [y] & ipſi nõ introierũt in prætoriũ: ut nõ conta q 171
minarent, ſed ut mãducarẽt paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, et dixit: Quam accuſa x
tionẽ affertis aduerſus hominẽ hũc? Reſpõderũt, & dixerũt ei: Si nõ eſſet hic malefactor, r 172
non tibi tradidiſſemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum uos, & ſecundũ legẽ ue- 1
ſtram iudicate eum. Dixerũt ergo ei Iudæi: Nobis nõ licet interficere quenquã: ut ſermo s 173
B Ieſu impleret, quẽ dixit, ſignificãs qua morte eſſet moriturus. [z] Introiuit ergo iterũ in prę- x
toriũ Pilatus, & uocauit Ieſum, & dixit ei, Tu es rex Iudæorũ? Reſpõdit Ieſus, A temetipſo t 174
hoc dicis, an alij tibi dixerũt de me? [a] Reſpondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus ſum? Gens 1
tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid feciſti? Reſpondit Ieſus, Regnũ meum non eſt u 175
de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnũ meum, miniſtri mei utiq; decertarent ut nõ 1
traderer Iudæis, nunc autem regnum meum non eſt hinc. [b] Dixit itaq; ei Pilatus, Ergo rex x 176
es tu. Reſpondit Ieſus, tu dicis, quia rex ſum ego. [c] Ego in hoc natus ſum, & ad hoc ueni in 1
mundum, ut teſtimonium perhibeam ueritati. Omnis qui eſt ex ueritate, audit uocem me y 177
am. Dixit ei Pilatus, Quid eſt ueritas? Et cum hoc dixiſſet, iterũ exiuit ad Iudæos, [d] & dixit x
eis, Ego nullam inuenio in eo cauſam. [e] Eſt autem conſuetudo, ut unum dimittã uobis in z 178
paſcha, uultis ergo dimittam uobis regem Iudæorum? [f] Clamauerunt rurſum omnes, di- 1
centes, Non hunc, ſed Barrabam. Erat autem Barrabas latro. Cap. XIX

a 179 x [c] Vnc ergo apprehẽdit Pilatus Ieſum, & flagellauit. Et milites plectẽtes coronã de ſpi
nis impoſuerũt capiti eius, & ueſte purpurea circũdederũt eũ, & ueniebãt ad eũ, et di b 180
cebant, Aue rex Iudæorũ, & dabãt ei alapas. [b] Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: IIII
Ecce adduco eũ uobis foras, ut cognoſcatis, qa nullã inuenio in eo cauſam. [c] Exiuit ergo c 181
Ieſus portãs coronã ſpineã & purpureũ ueſtimentũ. Et dicit eis, Ecce homo. [d] Cũ ergo ui- x
diſſẽt eũ põtifices & miniſtri, clamabãt, dicẽtes, Crucifige, crucifige eũ. [e] Dicit eis Pilatus, d 182
Accipite eũ uos, & crucifigite. [f] Ego em̃ nõ inuenio in eo cauſam. [g] Reſpõderũt ei Iudæi, IX
Nos legẽ habemus, & ſecundũ legẽ debet mori, quia filiũ dei ſe fecit. [h] Cũ ergo audiſſet Pi e 183
latus hunc ſermonẽ, magis timuit, & ingreſſus eſt prætoriũ iterũ & dicit ad Ieſum, Vnde IIII
es tu? Ieſus aũt reſpõſum nõ dedit ei. [i] Dixit ergo ei Pilatus, Mihi nõ loqueris? Neſcis qa po f 184
teſtatẽ habeo crucifigere te, & poteſtatẽ habeo dimittere te? Reſpõdit Ieſus, Nõ haberes 1
poteſtatẽ aduerſus me ullã, niſi tibi datũ eſſet deſuper, ꝓpterea qui me tradidit tibi, maius
peccatũ habet. & exinde quęrebat Pilatus dimittere eũ. Iudęi aũt clamabant, dicentes, Si
hunc dimittis, nõ es amicus Cæſaris, Om̃is qui ſe regẽ facit, cõtradicit Cæſari. Pilatus aũt
cum audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum, & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur
lithoſtratos, Hebraice aũt gabatha (erat aũt paraſceue paſchæ hora quaſi ſexta) & dicit

Iudæis

CANON

Iudeis:Ecce rex uester.[h]Illi aũt clamabãt:Tolle,tolle, crucifige eũ.[i]Dixit eis Pilatus:Regẽ c
194 I uestrũ crucifigã?Respõderũt põtifices:Nõ habemus regẽ nisi Cæsarẽ.[k]Tũc ergo tradidit
l 195 X eis illũ,ut crucifigeret.[l]Susceperũt aũt Iesum,& eduxerunt eũ:& baiulans sibi crucẽ, exi-
m 196 I uit in eũ qui dicit caluarię locũ,Hebraice aũt golgotha:ubi crucifixerũt eũ:[o]& cũ eo alios
n 197 I duos hinc & hinc,mediũ aũt Iesum.[p]Scripsit aũt & titulũ Pilatus: & posuit super cru-
I cem.Erat aũt scriptũ:Iesus Nazarenus rex Iudæorũ.[q]Hunc ergo titulũ multi Iudæorũ le-
o 198 I gerũt:quia prope ciuitatẽ erat locus ubi crucifixus est Iesus:& erat scriptũ Hebraice,Grę
ce & Latine.Dicebãt ergo Pilato põtifices Iudæorũ:Noli scribere,rex Iudæorũ: sed quia
p 199 I ipse dixit:rex sum Iudæorũ.Respõdit Pilatus:Quod scripsi,scripsi.[r]Milites ergo cũ cruci
q 200 X fixissent eũ,acceperũt uestimẽta eius:& fecerũt quatuor partes,unicuiq; militi partẽ & tu
r 201 I nicã.Erat aũt tunica incõsutilis,desuper cõtexta per totũ.Dixerũt ergo adinuicẽ:Nõ scin
damus eã, sed sortiamur de illa cuius sit:ut scriptura impleret,dicẽs:Partiti sunt uestimẽta
s 202 X mea sibi:& in uestẽ meã miserunt sortẽ.Et milites quidẽ hęc fecerũt.[s]Stabãt aũt iuxta cru
cem Iesu mater eius:& soror matris eius,Maria Cleophæ,& Maria Magdalene. Cũ uidisset ergo Iesus matrẽ & discipulũ stantẽ quẽ diligebat,dixit matri suę:Mulier ecce filius tu
us.Deinde dicit discipulo:Ecce mater tua.Et ex illa hora accepit eã discipulus in suã.[t]Po-
t 203 IIII stea sciens Iesus quia iam oĩa cõsummata sunt:ut consummaret scriptura,dixit:Sitio.Vas
autem erat positũ aceto plenũ.Illi aũt spongiam plenam aceto hyssopo circũponẽtes, ob
u 204 I tulerunt ori eius.[u]Cum ergo accepisset Iesus acetũ,dixit:Consummatũ est,& inclinato ca
x 205 X pite,tradidit spiritũ.[x]Iudæi ergo quoniã parasceue erat,ut nõ remanerent in cruce corpo
ra sabbato,erat enim magnus dies ille sabbati,rogauerũt Pilatũ,ut frangerentur eorũ cru
ra & tollerent.Venerunt ergo milites,& primi quidẽ fregerunt crura,& alterius qui cru
cifixus est cum eo.Ad Iesum aũt cum uenissent,ut uiderunt eum iam mortuũ, non fregerũt eius crura,sed unus militũ lancea latus eius aperuit:& cõtinuo exiuit sanguis & aqua. D
Et qui uidit,testimoniũ perhibuit, & uerũ est testimoniũ eius. Et ille scit quia uera dicit,
ut & uos credatis.Facta sunt enim hæc ut scriptura impleretur: Os nõ cõminuetis ex eo.
y 206 I Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quẽ transfixerunt.[y]Post hoc aũt rogauit Pila-
tum Ioseph ab Arimathia:eo quod esset discipulus Iesu, occultus aũt propter metum Iudæorum,ut tolleret corpus Iesu.Et permisit Pilatus.Venit ergo,& tulit corpus Iesu.[z]Ve
z 207 X nit aũt & Nicodemus qui uenerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhę &
a 208 I aloes quasi libras centum.[a]Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt eum linteis cum
aromatibus,sicut mos est Iudæis sepelire. Erat aũt in loco ubi crucifixus est hortus, & in
horto monumentũ nouum,in quo nondũ quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter pa
rasceuen Iudæorum,quia iuxta erat monumentum,posuerunt Iesum. Cap. XX

d 209 I V[c]Na aũt sabbati Maria Magdalene uenit mane cũ adhuc tenebræ essent ad monumẽ
b 210 X tum:& uidit lapidẽ sublatũ à monumẽto.[b]Cucurrit ergo & uenit ad Simonẽ Petrũ,
& ad alium discipulũ quẽ amabat Iesus,& dicit illis: Tulerunt dñm de monumẽto:& ne-
scimus ubi posuerunt eũ.Exijt ergo Petrus & ille alius discipulus & uenerũt ad monumẽ
tum.Currebãt aũt duo simul,& ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & uenit pri
mus ad monumentũ.Et cũ se inclinasset,uidit posita linteamina,nõ tamẽ introiuit.Venit
ergo Simon Petrus sequẽs eũ,& introiuit in monumẽtũ,& uidit linteamina posita & su-
darium quod fuerat super caput eius nõ cum linteaminib.positũ, sed separatim inuolutũ
in unum locũ.Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui uenerat primus ad monumentũ:
& uidit & credidit,nondũ enim sciebant scripturã, quia oportet eũ à mortuis resurgere.
c 211 I Abierũt ergo discipuli iterũ adsemetipsos.[c]Maria aũt stabat ad monumentũ foris,plorãs.
d 212 X Dum ergo fleret,inclinauit se & prospexit in monumentũ.Et uidit duos angelos in albis
sedẽtes,unũ ad caput, & unum ad pedes ubi positũ erat corpus Iesu.[d]Dicũt ei illi:Mulier
quid ploras? Dicit eis,Quia tulerũt dñm meum,& nescio ubi posuerũt eum.Hęc cum di-
xisset,cõuersa est retrorsum, & uidit Iesum stantẽ & nõ sciebat quia Iesus est. Dicit ei Ie-
sus, Mulier quid ploras? Quẽ quęris? Illa existimãs quia hortulanus esset,dixit ei,Dñe, si
tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum, & ego eum tollam. Dixit ei Iesus, Maria.
Conuersa

A Conuersa illa dixit ei:Rabboni,quod dicitur magister.Dicit ei Iesus:Noli me tangere. Nondumc
enim ascendi ad patrem meum.Vade autem ad fratres meos,& dic eis: Ascendo ad patrem meum
& patrem uestrum,& deum meum & deum uestrum.Venit Maria Magdalene annuncians discipulis:quia uidi dominum,& hæc dixit mihi:[e]Cum ergo sero esset die illo una sabbatorum, & fo- e 213
res essent clausæ,ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorũ:uenit Iesus & stetit in me IX
dio,& dixit eis:Pax uobis.Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus.[f]Gauisi sunt ergo discipuli uiso domino.Dixit ergo eis iterũ:Pax uobis.Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Hoc cum f 214
X
dixisset,insufflauit & dixit eis:Accipite spiritum sanctum.[g]Quorum remiseritis peccata,remittun- g 215
VII
tur eis:& quorum retinueritis,retenta sunt.[h]Thomas autem unus de duodecim,qui dicitur Didy h 216
mus non erat cum eis quando uenit Iesus.Dixerunt ergo ei alij discipuli:Vidimus dominũ.Ille au- X
tem dixit eis: Nisi uidero in manibus eius fixurãm clauorum, & mittam digitum meum in locum
clauorum,& mittam manum meam in latus eius,non credam.[i]Et post dies octo iterum erant di- i 217
scipuli eius intus & Thomas cum eis.Venit Iesus ianuis clausis,& stetit in medio,& dixit eis:Pax uo IX
bis.Deinde dicit Thomæ:Infer digitum tuum huc,& uide manus meas, & affer manum tuam, &
mitte in latus meum,& noli esse incredulus, sed fidelis.[k]Respondit Thomas & dixit ei: Dominus k 218
meus & deus meus.Dicit ei Iesus:Quia uidisti me,credidisti?Beati qui non uiderunt & crediderũt. X
Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum quæ non sunt scripta in
libro hoc. Hæc autem scripta sunt ut credatis: quia Iesus est Christus filius dei, & ut credentes uitam habeatis in nomine eius. Caput XXI

P[d]Ostea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis.Manifestauit autẽ sic: Erant simul Si- d 219
mon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat in Cana Galilææ, & filij IX
Zebedæi,& alij ex discipulis eius duo.Dicit eis Simon Petrus:Vado piscari.Dicunt ei: Venimus &
nos tecum.Et exierunt & ascenderunt in nauim,& illa nocte nihil prendiderũt. Mane autem iam
facto,stetit Iesus in littore:non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est.Dicit ergo eis Iesus:Pue
ri,nunquid pulmentarium habetis?Responderunt ei:Non. Dicit eis:Mittite in dexterã nauigij re-
B te,& inuenietis.Miserunt ergo retia, & iam non ualebant illud trahere præ multitudine piscium. D
[b]Dicit ergo discipulus ille quẽ diligebat Iesus Petro:Dominus est.Simon Petrus cum audisset quia b 220
dominus est,tunica succinxit se(erat enim nudus)& misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio X
uenerunt.Non enim longe erant à terra,sed quasi cubitis ducentis,trahentes rete piscium.[c]Vt er- c 221
go descenderunt in terram,uiderunt prunas positas, & piscem superpositum & panem. Dicit eis IX
Iesus:Afferte de piscibus quos prendidistis nunc.[d]Ascendit Simon Petrus & traxit rete in terrã ple d 222
num magnis piscibus,centum quinquagintatribus.Et cum tanti essent,non est scissum rete.[e]Dicit IX
eis Iesus:Venite,prandete.[f]Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, tu quis es: sciẽtes e 223
quia dominus est.[g]Et uenit Iesus,& accepit panem,& dabat eis,& piscem similiter.[h]Hoc iam ter- IX
tio manifestatus est Iesus discipulis suis cum surrexisset à mortuis.Cum ergo prandisset,dicit Simo f 224
ni Petro Iesus:Simon Ioãnis diligis me plus his?Dicit ei: Etiam domine,tu scis quia amo te.Dicit ei: X
[i]Pasce agnos meos. Dicit ei iterum:[k]Simon Ioannis diligis me?At ille: Etiam domine,tu scis quia g 225
amo te.Dicit ei iterum:[l]Pasce agnos meos.Dicit ei tertio:[m]Simon Ioannis amas me? Contristatus IX
est Petrus quia dixit ei tertio?amas me,& dixit ei:Domine tu omnia nosti:tu scis quia amo te. Dicit h 226
ei:[n]Pasce oues meas.[o]Amen amen dico tibi: cum esses iunior cingebas te, & ambulabas ubi uo- X
lebas.Cum autem senueris,extendes manus tuas,& alius te cinget & ducet quò tu non uis. Hoc au i 227
tem dixit significans qua morte clarificaturus esset deũ. Et cum hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. IX
Conuersus Petrus,uidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem: qui & recubuit in cœ- k 228
na super pectus eius,& dixit:Domine quis est qui tradet te?Hunc ergo cum uidisset Petrus,dixit Ie X
su:Domine hic autem quid?Dicit ei Iesus:Si eum uolo manere donec ueniam,quid ad te? Tu me l 229
sequere.Exijt ergo sermo inter fratres:quia discipulus ille non moritur,& nõ dixit ei Iesus,nõ mo- IX
ritur:sed,si eum uolo manere donec ueniam,quid ad te? Hic est discipulus qui testimonium per- m 230
hibet de his,& scripsit hæc,& scimus quia uerum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa X
quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui n 231
scribendi sunt libros. IX

Euangelij secundum Ioannem finis. o 232
X

DIVI HIERONYMI IN EPISTOLAM AD GALATAS AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM PROOEMIVM.

PAVCI admodum dies sunt ex quo Epistolam Pauli ad Philemonem interpretatus ad Galatas transcenderam: multis retrorsum in medio prætermissis, & ecce subito literæ mihi de urbe allatæ sunt: nũciantes & Albinam uenerabilem anum præsentiæ domini redditam, & sanctam Marcellam matris contubernio destitutam, magis nunc uestrum ò Paula & Eustochium flagitare solatium. Et quia hoc interim fieri non potest propter grandia maris in medio spacia atq; terrarum: repente uulnus impressum saltem scripturarum uellem curare medicamine. Scio equidẽ ardorem eius, scio fidem, quam flammã semper habeat in pectore, superare sexũ, obliuisci hominis, & diuinorũ uoluminum tympano cõcrepante, rubrum huius seculi pelagus transfretare. Certe cum Romæ essem, nunquã tam festina me uidit ut nõ de scripturis aliquid interrogaret. Neq; uero more Pythagorico quicquid responderam rectum putabat: nec sine ratione præiudicata apud eam ualebat autoritas: sed examinabat omnia & sagaci mente uniuersa pẽsabat: ut me sentirem non tam discipulam habere q̃ iudicem. Itaq; quod & illi absenti pergratum fore, & uobis quæ in præsentiarũ estis utile existimo: aggrediar opus intentatum ante me linguæ nostræ scriptoribus, & à Græcis quoq; ipsis uix paucis, ut rei poscebat dignitas usurpatũ. Non quia ignorẽ Caiũ Marium Victorinũ, qui Romæ pueros rhetoricam docuit, ædidisse cõmentarios in Apostolum: sed quod occupatus ille eruditione seculariũ literarũ, scripturas omnino sanctas ignorauerit, & nemo possit quãuis eloquens de eo bene disputare quod nesciat. Quid igitur, ego stultus aut temerarius qui id pollicear quod ille non potuit? Minime. Quin potius in eo mihi uideor cautior atq; timidior, quod imbecillitatem uirium mearum sentiens, Origenis commentarios sum secutus. Scripsit enim ille uir in Epistolã Pauli ad Galatas quinq; propria uolumina, & decimũ Stromatũ suorum librum cõmatico super explanatione eius sermone cõpleuit: tractatus quoq; uarios & excerpta quæ uel sola possint sufficere composuit. Prætermitto Didymũ uidentem meum, & Laodicenũ de Ecclesia nuper egressum, & Alexandrũ ueterem hæreticum: Eusebium quoq; Emesenum, & Theodorum Heraclioten, qui & ipsi nonnullos super hac re cõmentariolos reliquerũt. E quibus si uel pauca decerperẽ, fieret aliquid quod non penitus contẽneretur. Itaq; ut simpliciter fatear: legi hęc omnia, & in mente mea plurima coaceruans, accito notario uel mea uel aliena dictaui: nec ordinis, nec uerborũ interdũ, nec sensuum memoriã retentans. Iam domini tãtum misericordiæ est, ne per imperitiam nostrã ab alijs bene dicta dispereant, & nõ placeant inter extraneos quæ placent inter suos. Argumentum itaq; epistolæ huius breuiter comprehendens: hac præfatione cõmoneo: ut sciatis eandem essẽ materiam & Epistolæ Pauli ad Galatas, & quæ ad Romanos scripta est. Sed hoc differre inter utramq;: quod in illa altiori sensu & profundioribus usus est argumentis: hic quasi ad eos scribens de quibus in consequentibus ait: O insensati Galatæ, & sic insipientes estis: tali sermone moderatus est: quod increparet potius quàm doceret, & quem possent stulti intelligere: ut communes sententias communi oratione uestiret, & quos ratio suadere non poterat, reuocaret autoritas. Nullus quidem Apostoli sermo est: uel per epistolam uel præsentis, in quo nõ laboret docere antiquæ legis onera deposita, & omnia illa quæ in typis & imaginibus præcesserunt, id est ocium sabbati: circuncisionis iniuriam: Kalendarum & trium per annum solennitatũ recursus: scrupulositatem ciborum, & per dies singulos lauacra iterum sordidanda, gratia Euangelij subrepente cessasse: quam non sanguis uictimarum sed fides animæ credentis impleret. Verum alibi pro parte, & ut se aliud agenti hæc quæstio obtulerat, ex latere disputatũ est, & penè perstrictum. In his autem duabus ut dixi Epistolis, specialiter antiquæ legis cessatio & nouæ introductio continetur. Sed ad Galatas hoc proprium habet: quod non scribit ad eos qui ex Iudæis in Christum crediderant, & paternas putabant ceremonias obseruandas: sed ad eos qui ex gentibus fidem Euangelij receperant, & rursum retro lapsi, quorundam fuerant autoritate deterriti: asserentium Petrum quoq; & Iacobum, & totas Iudææ ecclesias

A sias, euangeliũ Christi cum lege ueteri miscuisse. Ipsum etiam Paulũ aliud in Iudæa facere, aliud nationibus prædicare: & frustra eos in crucifixũ credere, si id negligendũ putarẽt, quod apostolorũ principes obseruarent. Quamobrẽ ita cautè inter utrunq; & medius incedit: ut nec euangelij prodat gratiã pressus pondere & autoritate maiorũ, nec præcessoribus faciat iniuriã, dum assertor est gratiæ: obliquè uerò & quasi per cuniculos latẽter incedens, ut Petrũ doceat pro cõmissa sibi circuncisionis plebe facere, ne ab antiquo uiuendi more desciscens, in crucẽ scandalizata non crederet: & sibi prædicatione gentiũ credita, æquũ essẽ id pro ueritate defendere, quod alius pro dispensatione simularet. Quod nequaquã intelligẽs Bataneotes & sceleratus ille Porphyrius, in primo operis sui aduersum nos libro: Petrũ à Paulo obiecit essẽ reprehensum, quod non recto pede incederet ad euangelizandũ, uolens & illi maculam erroris inurere, & huic procacitatis, & in cõmune ficti dogmatis accusare mendaciũ, dum inter se ecclesiarum principes discrepent. Quæ quidem & orantibus uobis leuiter quo sensu sint dicta contingimus, & in suis locis plenius exequemur. Sed iam tempus est, ut ipsius apostoli uerba ponentes, singula quæq; pandamus.

C

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Epistolam ad Galatas Liber primus.

Paulus apostolus, non ab hominibus, neq; per hominem.] Non superbè, ut quidam putant, sed necessariè, neq; ab hominibus, neq; per hominem se apostolũ esse proponit: sed per Iesum Christum & deum patrẽ: ut eos qui Paulũ extra duodecim apostolos uentilabant, & nescio unde subito prorupisse, uel à

B maioribus ordinatum astruebant, hac autoritate confunderet. Potest aũt & obliquè in Petrum & in cæteros dictum accipi: quod non ab apostolis ei sit traditũ euangelium, sed ab ipso Iesu Christo, qui & illos apostolos elegerat. Hoc autem ideo præparatur, ut nemo sibi contra legis onera pro euangelij gratia disputanti, possit opponere, sed Petrus hoc dixit, sed apostoli hoc statuerunt, sed præcessores tui aliud decreuerunt. Quod quidem in sequentibus nunc quasi occulto sermone præludens manifestius facit, dum ab eis qui uidentur esse aliquid nihil in se collatum refert, & ipsi Petro in faciem restitisse se scribit: nulla se dicens necessitate compulsum ut hypocrisi cederet Iudæorum. Quod si temerarium quibusdã uidetur eum cõtra apostolos quamuis occulte locutum: qui Hierosolymam idcirco perrexerit, ut cum eis conferret euangelium: ne fortè in uacuum curreret, aut cucurrisset, illo intelligentiam transferamus: Vsque hodie à patriarchis Iudæorum apostolos mitti: à quibus etiam tunc reor Galatas deprauatos legem obseruare cœpisse: uel certe alios de Iudæis credentibus in Christum perrexisse Galatiam, qui asserent Petrum quoq; apostolorũ principem & Iacobum fratrem domini, legis ceremonias custodire. Ad distinctionem itaq; eorum qui mittuntur ab hominibus, & sui qui sit missus à Christo, tale sumpsit exordium. Paulus apostolus, non ab hominibus, neq; per hominem. ἀπόστολος autem, hoc est missus, Hebræorũ proprie uocabulũ est: quod Silas quoq; sonat: cui à mittẽdo Misso nomen impositũ est. Aiunt Hebręi inter ipsos quoq; prophetas & sanctos uiros esse quosdã qui & prophetæ & apostoli sint: alios uero qui tantum prophetæ. Denique Moysen, cui dicitur: Et ego mittam te ad Pharaonem, & ipse respondeat: Prouide alium quẽ mittas. Et Esaiam, cui loquitur deus: Quem mittã, & quis ibit ad populũ istum? esse & apostolos & prophetas. Vnde & nos possumus intelligere Ioannẽ quoq; baptistã & propherã & apostolũ appellãdũ: siquidẽ ait scriptura: Fuit homo missus à deo, cui nomẽ erat Ioãnes. Et in epistola ad Hebræos propterea Paulũ solita cõsuetudine nec nomẽ suũ, nec apostoli uocabulũ præposuisse: quia de Christo erat dicturus. Habentes ergo principẽ sacerdotũ & apostolũ cõfessionis nostræ Iesum: nec fuisse congruũ, ut ubi Christus apostolus dicendus erat, ibi etiã Paulus apostolus poneretur. Quatuor aũt genera apostolorum sunt. Vnum, quod neq; ab hominibus, neq; per hominẽ, sed per Iesum Christũ & deũ patrẽ. Aliud quod à deo quidẽ est, sed per hominem. Tertiũ, quod ab homine, non à deo. Quartũ, quod neq; à deo, neq; per hominẽ, neq; ab homine, sed à semetipso. De primo genere poterit esse Esaias cæteriq; prophetæ, & ipse apostolus Paulus: qui neque ab hominibus neq; per hominẽ, sed à deo patre & Christo missus est. De secundo, Iesus filius Naue: qui à deo quidem est apostolus constitutus, sed per hominẽ Moysen. Tertium genus est, cum hominũ fauore & studio aliquis ordinat. Vt nunc uidemus plurimos non dei iudicio, sed redempto fauore uulgi in sacerdotium subrogari. Quartũ est pseudoprophetarũ, & pseudoapostolorum. De quibus Apostolus: Istiusmodi, inquit, pseudoapostoli, operarij iniquitatis: transfigurãtes se in apostolos Christi, qui dicũt: Hæc dicit dñs: & dñs nõ misit eos. Verum non talis apostolus Paulus, qui neq; ab hominibus, neq; per hominem, sed à deo patre per Iesum Christũ missus est. Ex quo approbatur, Hebionis & Photini etiam hinc hæresis retũdenda, quod dominus noster Iesus Christus deus sit: dum apostolus qui à Christo ad prædicationẽ euangelij missus est, negat se missum esse ab homine. Subrepunt hoc loco cæteræ hæreses: quæ putatiuam Christi carnem uendicantes: deum aiunt Christũ esse, nõ hominẽ. Necnon & noua hæresis: quæ dimidiatã Christi asserit dispensationẽ. Atq; ita ecclesiæ fides inter tanta falsorum dogmatum naufragia constituta: si Christum fateatur hominem: Hebion Photinusq; subrepunt. Si deum esse contenderit: Manichæus & Marcion, & nouelli dogmatis autorebulliunt. In cõmune itaq; audiant: Christum & deum esse & hominem. Non quod alius deus sit, & alius homo: sed qui deus semper erat, homo ob nostrã salutem esse dignatus est. Sciendũ quoq; in Marcionis apostolo nõ esse scriptũ, & per deum patrẽ: uolentis exponere

D

AD GALATAS

PAVLVS apostolus, non ab hominibus, neq; per hominẽ: sed per Iesum Christum & deum patrẽ qui suscitauit eũ à mortuis. Et qui

Exo. 3.c

Esa. 6.c

Heb. 3.4

2. Cor. 11.c

A Christū non à deo patre, sed per semetipsum suscitatū: Ioan. 2.d ut est illud: Soluite templū hoc & ego in triduo suscitabo illud. Necnō & alibi: Nemo tollit animā meā à me, sed ego pono eā à me ipso: Potestatē habeo ponēdi eā, & rursum potestatē habeo sumēdi illā. a ¶ Et qui, etc.]

In alijs epistolis, Sosthenes & Siluanus, interdū & Timotheus in exordio præponunt: in hac tantū quia necessaria erat autoritas plurimorum, omnium fratrum nomē assumitur. Qui & ipsi forsitan ex circūcisione erant, & à Galatis non contemptui ducebant. Plurimū quippe facit ad populū corrigendū, multorū in una re sentētia atq; cōsensus. Quod aūt ait: ecclesijs Galatiæ, & hoc notandū quia hic tantū generaliter nō ad unam ecclesiā unius urbis, sed ad totius prouinciæ scribat ecclesias, & ecclesias uocet, quas postea errore ārguat deprauatas. Ex quo noscendū dupliciter ecclesiā posse dici, & eam quæ nō habet maculam aut rugā, & uere corpus Christi sit, & eā quæ in Christi nomine absq; plenis per fectisq; uirtutibus congregēt. Quomodo sapiētes bifariam nuncupant: tam hi qui sunt plenæ perfectæq; uirtutis q̄ illi qui incipiūt & in profectu positi sunt. De perfectis dicit: mittam in uos sapientes. De incipientibus: Prou. 9.b Argue sapientē & diliget te. Qui enim plenæ cōsummatæq; uirtutis est, correptione nō indiget. Iuxta hūc sensum de cæteris quoq; uirtutibus intelligendū: quod sicut licet fortis & prudēs, pius, castus, iustus, & temperās, in B terdū plene, interdū abusiue accipiat. b ¶ Gratia, etc.]

Non ut in cæteris epistolis, dei patris & dñi nostri Iesu Christi gratiam ponit & pacem: per quas absq; operū merito, & peccata nobis cōcessa sunt pristina, & pax indulta post ueniam: sed prudenter iam causam agit aduersum eos qui fuerant à lege præuenti, & putabant se posse ex operibus iustificari: ut scirent dei saluos gratia in eo perseuerare debere quod cœperānt. c ¶ Qui dedit, etc.] Nec; filius se dedit pro peccatis nostris absque uoluntate patris: neq; pater tradidit filiū sine filij uolūtate: sed hæc est uolūtas filij, uoluntatē patris implere: ut Psal. 39.b ipse loquitur in psalmo: Vt facerē uoluntatem tuā, deus meus uolui. Dedit se aūt filius: ut iniustitiam quæ erat in nobis, iustitia ipse subuerteret. Tradidit se sapientia, ut insipientiā expugnaret. Sanctitas & fortitudo se obtulit: ut spurcitiam infirmitatēq; deleret. Atq; ita non solum in futuro seculo iuxta promissam spem qua credimus, sed etiā hic de præsenti seculo nos liberauit: dū cōmortui Christo transfiguramur in nouitatē sensus, & nō sumus de hoc mūdo, à quo merito nec amamur.

Et qui mecum sunt omnes fratres, Ecclesijs Galatiæ. Gratia uobis & pax à deo patre & domino nostro Iesu Christo. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris ut eriperet nos de præsenti seculo malo secundum uoluntatem dei & patris nostri: cui est gloria in secula seculorum amen. Miror quod tam cito transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiā Christi Iesu in aliud euangelium quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui uos conturbant

Quæritur quomodo præsens seculum malū dictū sit. Solent quippe hæretici hinc capere occasiones: ut aliū lucis & futuri seculi: alium tenebrarū & præsentis asserant conditorē. Nos autem dicimus, non tam seculum ipsum quod die ac nocte annis currit & mēsibus appellari malum, quàm ὁμωνύμως ea quæ in seculo fiāt: quo Gen. 47.b modo sufficere dicit diei malitia suā, & dies Iacob mo dici esse scribunt & pessimi. Nō quo spaciū temporis in quo uixit Iacob malū fuerit, sed quo ea quæ sustinuit, per uaria eū exercuerint tentamenta. Denicq; eo tēpore quo ille pro coniugibus seruiebat, & multis conflictabat angustijs: Esau in requie erat: atq; ita idē tēporis spa Eccl. 7.b ciū, alij bonū alij malū fuit, nec scriptū esset in Ecclesiaste: Ne dixeris quia dies mei priores erant boni super 1. Ioan. 5.d istos: nisi ad discrimen malorū. Vnde Ioannes ait: Mundus omnis in maligno positus est. Nō quod mūdus ipse sit malus, sed quod mala in mūdo fiāt ab hominibus manducemus & bibamus dicētibus, cras enim moriemur. Et ipse Apostolus: Redimētes, inquit, tēpus: quia Eph. 5.d dies mali sunt. Infamant & saltus cum latrocinijs pleni sunt: non quo terra peccet & syluæ, sed quo infamiā homicidij loca quoq; traxerint. Detestamur & gladium, quo humanius effusus est cruor, & calicē in quo uenenū tēperatū est, non gladij calicisq; peccato: sed quod odiū mē reantur illi q̄ his male usi sunt. Ita & secu C lū quod est spaciū temporū, nō per semetipsum aut bonū aut malū est: sed per eos qui in illo sunt, aut bonū appellat aut malū. Quapropter Valētini delyramēta & fabulæ contēnendæ sunt: qui triginta αἰῶνας suos ex eo q̄d in scripturis secula legant effinxit: dicēs eos esse animalia, & per quadradas & ogdoadas, decadas quoq; & duodecadas totā dixisse numeros seculorū: quot Aeneia sœrus scropha generauit. Quærendū quoq; qd sit inter seculū & seculū seculi siue secula seculorū: & ubi p breui tēporis spacio, ubi pro æternitate ponat: quia in Hebræo seculū, id est עוֹלָם ubi ר literā posita habuerit, æternitatē significat: ubi uero sine ר scribit, annum Exod. 21.a quinquagesimū: quē illi Iobileū uocāt. Ob hāc causam & ille Hebræus q propter uxorē & liberos amās dñm suū, aure pertūsa seruitio subiugat, seruire iubet in secu Deut. 23.a lū: hoc est usq; ad annū quinquagesimū. Et Moabitæ & D Amonitæ nō ingrediunt ecclesiā dñi, usq; ad quintā & decimā generationē & usq; in seculū: Quia omnis dura cōditio, Iobilei soluebat aduentu. Quidā dicūt eundē esse sensum in seculis seculorū: quē in sanctis sanctorū, in cœlis cœlorū, in operibus operū, in Cāticis canticorū: & quam habent differentiā cœli ad eos quorū cœli sunt, & sancta quæ sanctorū cōparatiōe sunt sanctiora, & opera quæ operū prælatione meliora sunt, & cantica quæ inter cantica uniuersa præcellunt: eandē habere & seculū, quæ seculorū collatiōe sunt secula. Præsens itaq; seculū ita edisserūt, ut dicant ex eo tēpore illud esse numerandū ex quo cœlum & terra sunt cōdita, & currere usq; ad cōsummationem mūdi, quo Christus iudicaturus est omnia. Reuocāt quoq; ultra, & in priora, pmouēt gradū, de præteritis & futuris seculis disputātes, bona an mala fuerint seu futura sint: & in tam profundas incidūt quæstiones, ut libros quoq; & infinita uoluminа super hac dissertione cōdiderint. Quod aūt prologus Pauli, amē Hebræo sermone concludit אמן Lxx. trāstulerūt γένοιτο, id est fiat: Aquila πεπιστωμένως uere siue fideliter. Quod etiam in Euangelio à saluatore semper assumit, sua per amen uerba firmante. d ¶ Miror quod, etc.] Verbum translationis in Geneſi primum Gen. 5.d legimus: ubi Enoch transtulit deus & non inueniebat. Et in regnorū postea libris: quando Achab à cultu dei 3. Reg. 21.d ad idolorum ueneration em trāstulit uxor sua Iezabel, ut faceret iuxta omnia quæ fecit Amorræus quē dispердidit dominus à facie filiorum Israel. Sed cū sit utraq; translatio: illa dei est, hæc diaboli. Qui trāsfertur à deo, non inuenitur ab inimicis suis, nec ei potest insidiator obrepere. Hoc quippe significare æstimo, & non inueniebatur. Qui uero trāsfertur à diabolo: in hoc trāsfertur quod uidetur esse sed non est. Sapientes quoq; seculi eos qui de dogmate transferuntur ad dogmata, trāslatos uocant: ut Dionysius ille cuius fuit ante sententia: dolo-

A dolorē nō esse malū: positq; oppressius calamitatibus & dolore cruciatus, cœpit affirmare q̄ dolor esset summū omniū malorum: ab his appellatus est trāspositus siue trāslatus, q̄ scilicet à priori decreto recedēs in cōtrariū recidisset. Mirat itaq; Paulus, primū q̄ translati sint ab euangelij libertate in legaliū operū seruitutem. Deinde quod tā cito trāslati: quia nō ciusdē reatus est trāsferri ab aliquo difficulter, & cito trāsferri: ut in martyrio nō eadē pœna plectitur, qui absq; colluctatione & tormētis statim prosiluit ad negādū: ut ille qui inter eculeos, fidiculas, ignesq; distortus, cōpulsus est quod credebat negare. Recēs adhuc erat euāgelij prædicatio, nō grande tēpus in medio, quo Galatas Apostolus ab idolis ad Christum traduxerat. Miratur itaq; quomodo tā cito recesserint ab eo ad cuius nomē dudū facti fuerāt Christiani. Habet aūt & locus ipse ὑπερβατόν, quod ita suo ordine legi potest: Miror q̄ tā cito transferimini à Christo Iesu, q uos uocauit in gra- Mar. 2.c tia, dicēs: Nō ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiā. Gratia quippe salui facti sumus, & nō per legē. Translati aūt, inquit, estis in aliud euangeliū: quod nō est aliud, quia omne quod falsum est nō subsistit, & qd Heſt. 14.c ueritati contrariū, nō est: ut illud: Ne tradas dñe sceptrū tuū his qui non sunt. Et ea quæ nō erant uocauit deus: ut faceret esse quod nō erat. Si aūt hoc de his q̄ in eundem credebant deum, & easdē scripturas habebant dicitur, q̄ translati sint in aliud euangelium, quod nō est B euangeliū: quid de Marcione & cæteris hæreticis, q condītorē respuunt, & alterius dei Christū simulant, æstimare debemus? Qui nō in interpretatione legis & litera pugna uel spiritus labunt & corruunt: sed de toto ecclesiæ iure discordant. Pulchrē aūt ait: Nisi si sunt aliqui qui uos conturbant, & uolunt cōuertere euangelium Christi. Volunt, inquit, euangeliū Christi mutare, conuertere, turbare: sed non ualent. Quia huius est, ut nō possit aliud esse, q̄ uerū est. Omnis qui euangeliū alio interpretatur spiritu & mente q̄ scriptū est, credētes turbat, & conuertit euangeliū Christi: ut id quod in facie est, post tergum faciat, & ea quæ post tergū sunt, uertat in faciem. Si quis tantū literā sequit, posteriora ponit in faciem. Si quis Iudæorū interpretationibus acquiescit, post tergū mittit ea quæ ex natura sua in faciē constituta sunt. Necnon & illud congrue, quod translationis uerbum Galatis coaptatū est. γαλατία enim trāslationem in nostra lingua sonat. a ¶ Sed licet nos, &c.]

turbant, & uolunt conuertere euangelium Christi. Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet uobis præter quàm quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Modō enim hominibus suadeo, an deo: aut quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerē, Christi seruus

Potest & hyperbolice dictum accipi: nō quo aut Apostolus aut angelus aliter potuerint prædicare q̄ semel dixerāt: sed etiā si hoc posset fieri ut & apostoli & angeli mutarentur, tamē nō esset ab eo quod semel acceptū Rom. 8.g fuerat recedēdum: maxime cum ipse Apostolus in alio loco firmitatē fidei suæ ostendat, dicens: Scio quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; præsentia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neque profundum, neq; alia creatura poterit nos separare à dilectione dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Rom. 9.a Veritatem dico, & nō mentior, testimoniū mihi perhibente cōscientia mea. Hæc quippe dicta nō sunt eius q possit à Christi fide & dilectione aliquando discedere. Qui aūt nolunt κατὰ ῥωμαϊκῶς hoc dictum esse, sed uere: quod scilicet possint & apostoli & angeli ad peiora conuerti: illud opponūt, quod & ipse Paulus scierit posse se labi si segnius ageret dicēs: Subijcio aūt corpus meum

quā angelus quidā diabolici spiritus & peruersus impleuerat: hūc esse scribit angelū, cui multo anteq; Apelles nasceret, spiritus sancti uaticinio sit anathema p apostolū prophetatū. Porrò ἀνάθεμα uerbū proprie ludæorū est, & positū tā in Iesu Naue q̄ in Numeris: qñ om- Iosue 6.7.b nia quæ erant in Hiericho & Madianitarū, detestationi Num. 21.a & anathemati habenda dñs imperauit. Interrogemus eos, qui Christū & apostolū Paulū, boni dei & usq; ad illud tēpus ignorati, uel filiū asserūt esse uel seruū, q male dicere nesciat, nec nouerit aliquē condēnare: quomodo nunc apostolus eius uerbo ludæorū, id est creatoris utat, & perire uel angelū uel apostolū uelit, cum ipse nō soleat ulcisci. Quod aūt addidit, sicut prædiximus, & nūc iterū dico: ostendit se in principio hoc ipsum cauentē denūciasse anathema eis q aliter prædicaturi erant, & nūc postq̄ prædicatū est, id anathema decernere quod ante prædixerat. Propterea aūt & sibi, quem aliud in Iudæa facere, aliud docere in gentib. crimina- D bantur, & angelo quē maiorē etiā præcessoribus suis apostolis esse constabat, anathema denunciauit: ut nō magna Petri & Ioānis putaretur autoritas: cum nec sibi licere qui eos ante docuerat, nec angelo aliter prædicare q̄ semel didicerant. Se itaq; & angelū nominatim posuit: alios uero absq; nomine. Si qs, inquit, uobis euangelizauerit, ut in generali uocabulo nec præcessoribus faceret iniuriā, & tamen nomina eorū latēter ostēderet. b ¶ Modo enim, etc.] Non putemus ab Apostolo nos doceri, ut exemplo suo hominum iudicia cōtemnamus, qui in alio loco dixerit: Scientes ergo timorē domini, 2. Cor. 5.b hominibus suademus: deo aūt manifesti sumus, & illud: Sine offensione estote Iudæis & gentib. & ecclesiæ dei, sicut & ego omnibus per omnia placeo, nō quærēs quod mihi utile est, sed quod multis ut saluent. Sed si fieri potest ut pariter & deo & hominibus placeamus, placendū & hominibus. Sin autem aliter nō placemus hominibus, nisi deo displiceamus: deo magis q̄ hominibus placere debemus. Alioquin & ipse insert, cur omnibus per omnia placeat: Non quærēs, inquiēs, quod mihi utile est, sed quod multis ut saluentur. Qui aūt ex Philip. 2.c ea charitate quæ non quærit quæ sua sunt, sed quæ aliena, placet omnibus ut saluētur: utiq; deo primum placet, cui salus hominum curæ est. Habet aūt & uerbum quod hic specialiter additū est, modo: uel placēdū esse pro tempore hominibus uel displicendum: ut qui modo non placet propter euangelij ueritatem, placuerit quondam ob salutem plurimorum. Placuerat Paulus aliquando Iudæis, cum æmulator existens paternarū traditionū: sine querela ante in lege uersatus est, & tantum habuit in maiorum ceremonijs ardoris & fidei, ut in Stephani nece particeps fuerit, & Damascum perrexerit ad eos, qui à lege desciuerāt uinciendos. Sed post quam in uas electionis de persecutore translatus est, & cœpit

A cœpit prædicare fidē quam quondā expugnauerat: cœpit pariter displicere Iudæis quib. ante placuerat. Hoc est ergo quod ait: Nūquid quæro Iudæis placere: qbus displicēdo deo placui? Si ēm illis placerē, adhuc Christi seruus nō essem. Asserere quippe legē & euāgelij gratiam destruerē. Nunc aūt propterea ne in simulationem quidem obseruandæ legis adducor: quia non quæro & deo placere pariter & Iudæis: quibus quicunq; placet, deo displicet. Ipsū quoq; uerbū, suadere, de humano usu sumptum est: cū quis id quod ipse habet & semel imbibit, etiā cæteris conaf inserere, & in plurimis scripturarū locis legit: ex quibus illud est: Suasio nō est ex eo
Act. 19.b qui uocauit uos. Necnō & in actibus apostolorū: Venerūt ergo ad eū Iudæi in hospitiū multi: quibus exponebat, contestās eis regnū dei, suadēsq; eis de Iesu, ex lege
& 28.f Moysi & prophetis usq; ad uesperū. Hoc aūt totū ideo: quia dissemināti de eo fuerat, occulte illū cūstodire legē, & Hierosolymis cū his qui Iudaizabant cōsortium miscuisse. a ¶ *Notum, etc.*] Ex hoc loco Hebionis & Photini dogma conterit: quod deus sit Christus, & non tantū homo. Si enim euangeliū Pauli non est secundū hominē, neq; ab homine accepit illud aut didicit: sed per reuelationē Iesu Christi: nō est utiq; homo Iesus Christus qui Paulo euangeliū reuelauit. Quod si nō est homo, cōsequēter deus est. Nō quo hominē negemus assumptū: sed quo tantum hominem renuamus. Quæri
B tur utrum totius orbis ecclesiæ dei acceperint euangeliū an hominis: Quotus ēm quisq; nostrū per reuelationem Christi didicit, & non homine prædicante cogno-
2.Cor.13.a uit? Ad quod respōdebimus eos qui possint dicere: An experimentum eius quæritis qui in me loquitur Christus, Et, uiuo autē iam non ego, uiuit autē in me Christus: non tam ipsos docere q̄ in ipsis deum qui ad san-
Psal.81.b ctos loquatur: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, & statim de peccatoribus: Vos autem ut homines moremini, & tanq̄ unus de principibus cadetis. Cum igitur Paulus loquitur & Petrus, qui non moriūtur ut homines: neq; ut unus de principibus corruūt: deos esse manifestū est. Qui aūt dij sunt: tradunt dei Euangelium & non hominis. Marcion & Basilides & cæteræ hæreticorum pestes, non habēt dei Euangeliū: quia non habent spiritū sanctū sine quo humanum fit Euangeliū quod docetur. Nec putemus in uerbis scripturarū esse Euangeliū: sed in sensu. Nō in superficie, sed in medulla. Nō in sermonū foliis: sed in radice rationis. Dicitur in pro-
Mich.2.b pheta de deo: Sermones eius boni sunt cū eo. Tunc scriptura utilis est audientibus, cum absq; Christo non dicitur: cum absq; patre non profertur: cū sine spiritu nō eam insinuat ille qui prædicat. Alioquin & diabolus q
Ezech.13.c loquitur de scripturis, & omnes hæreses secūdum Ezechiel inde sibi consuunt cerulicalia, quæ ponant sub cubito uniuersæ ætatis. Ego quoq; ipse q loquor, si Christum in me habeo, nō habeo euangeliū hominis: si au-
Psal.49.c tē peccator sum: dicitur mihi: Peccatori dixit deus: quare tu enarras iustitias meas, & assumis in labijs tuis testamentum meum? Tu autem odisti disciplinā, & proiecisti uerba mea post te, & cætera quæ sequūtur. Grande periculū est in ecclesia loqui, ne forte interpretatione peruersa, de euangelio Christi, hominis fiat euāgelium: aut quod peius est diaboli. Inter accipere autē & discere hoc inter est: quod accipit euangelium cui primum insinuat, & ad fidem eius adducit, ut credat uera C
esse quæ scripta sunt. Discit aūt is: qui ea quæ in illo per ænigmata & parabolas figurata sunt, explanata & disserta cognoscit, & cognoscit nō homine reuelante, sed Christo qui reuelauit Paulo: aut Paulo in quo loquitur Christus. Verbū quo que ipsum ἀποκάλυψις id est, reuelationis, proprie scripturarū est, & à nullo sapiētiū seculi apud Græcos usurpatū. Vnde mihi uident quemad modū in alijs uerbis quæ de Hebræo in Græcū Lxx. interpretes transtulerūt: ita & in hoc magnopere esse conatos ut proprietatē peregrini sermonis exprimerēt noua nouis rebus uerba fingentes, & sonare, cum quid tectū & uelatū, ablato desuper operimēto ostendi
Exod.33.b tur & proferī in lucem. Hoc ut manifestius fiat: accipite
& 34.b exemplū. Moyses cū deo reuelata & aperta facie loquebatur, id est absq; uelamine: ad populū autem loquēs quia uultum eius attendere non ualebant, uelamē po-
Num.4.a nebat in facie. Ante arcam quoq; testamenti uelum oppansum erat: quod cum fuisset reductum: ea quæ ante abscondita fuerant prodebantur, & ut ipso uerbo utar reuelabantur. Si itaq; hi qui disertos seculi legere consueuerūt, cœperint nobis de nouitate & utilitate sermonis illudere: mittamus eos ad Ciceronis libros, qui de quæstionibus philosophiæ prænotant, & uideant, quā ta ibi necessitate compulsus sit, tanta uerborum portēta proferre, quæ nunquam Latini hominis auris audi
D uit, & hoc cum de Græco quæ lingua uicina est trāsferret in nostram: Quid patiuntur illi qui de Hebræis difficultatibus proprietates exprimere conant, & tamen multo pauciora sunt in tātis uoluminibus scripturarū quæ nouitatem sonēt, quàm ea quæ ille in paruo opere congessit. Potest autem sicut in principio diximus, cū exponeremus: Paulus apostolus nō ab hominib. neq; per hominē: ita & in præsenti loco oblique in Petrum accipi & in cæteros præcessores eius, quod nullius, p le ge autoritate mouearur, qui Christum solum euangelij habeat præceptorem. Porro reuelationem illam significat, cum Damascū uadēs in itinere Christi uocem meruit audire, & cæcatis oculis, uerum mundi lumen intuitus est. b ¶ *Audistis, etc.*] Plurimū prodest Galatis ista narratio, quomodo Paulus uastator quondā ecclesiæ, & Iudaismi acerrimus defensator, ad Christi fidē repente conuersus sit. Et hoc eo tempore quo crucifixus primum annunciabatur in mundo: quo nouū dogma & à gētibus & à Iudæis totius orbis finibus pellebatur. Dicere enim poterāt: Si ille qui à parua ætate pharisæorū institutus est disciplinis: qui omnes coætaneos suos in Iudaica traditione superabat: nūc defendit ecclesiam quam quondam ualidissime persequebatur, & magis Christi gratiam & nouitatem uult habere cū inuidia omnium, q̄ uetustatem legis cum laude multorū: quid nos facere oportet, qui ex gētilitate esse cœpimus Christiani? Pulchre uero adiūxit: supra modū persequebar ecclesiā dei: ut hinc quoq; admiratio nasceretur, quod nō unus quispiā de his qui leuiter persequebātur ecclesiam: sed ille qui cæteros in persecutione uincebat, conuersus ad fidem sit. Et prudenter dum aliud narrat, interserit nō tam dei se seruisse legi quàm paternis, id est pharisæorum traditionibus: qui docent doctrinas & mandata hominum, & reijciunt legem dei, ut statuant traditiones suas. Quàm pulchra autē obseruatio ponduscq;

A dusq; uerborū. Audistis, inquit, conuersationē meā aliquando in Iudaismo: cōuersationē, nō gratiā: aliquando, non modo: in Iudaismo, non in lege dei: Q̄n supra modū persequebar ecclesiā dei, & deuastabā illam. Nō persequebaf ut cæteri, sed supra modū. Nec sufficiebat quāuis uehemēs persecutio, sed quasi quidam grassator, ecclesiam & prædo uastabat. Nec, ait, ecclesiā Christi, ut tunc putabat, quē ducebat contemptui, quem persequebatur, sed ut nūc credit, ecclesiam dei, uel ipsum Christū deū esse significans, uel eiusdem dei esse ecclesiā qui quondā legis dator fuit. Et proficiebā, inquit, in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarū mearū traditionū. Rursum profectū nō legis dei, sed Iudaismi uocat. Nec super omnes, sed super plurimos: nec super senes, sed super coætaneos, ut & studiū suum referret in lege, & iactantiā declinaret. Paternas aūt traditiones, non dñi mandata commemorans, & se pharisæū ex pharisæis indicauit: & habuisse quidē zelum dei, sed nō secundū scientiā. Vsq; hodie aūt qui Iudaico sensu scripturas intelligunt, persequunt ecclesiā Christi, & populant illam, non studio legis dei, sed traditionibus hominū deprauati. a ¶ *Cum aūt placuit, etc.*] Non solum in hoc loco, sed ad Romanos Paulus segregatū in euan-
Hier.1.b geliū dei esse se scribit: Et Hieremias anteq̄ formaret in utero, & conciperet in uulua matris suæ, notus deo sanctificatusq; perhibet: Et ex iusti, siue ut quidā putant, ex
Psal.21.b saluatoris persona dicitur: In te proiectus sum ex uul-
B ua, ex utero matris meæ deus meus es tu. Econtra de peccatorib. Dauid canit: Ecce enim in iniquitatib. conPsal.57.a ceptus sum, & in delictis cōcepit me mater mea. Et in alio loco: Abalienati sunt peccatores à uulua. Et in utrāq; partem anteq̄ paruuli nascerent: Deus Iacob dilexit: Esau aūt odio habuit. Inueniunt locū hæretici, qui diuersas naturas esse prætendunt, spirituale uidelicet & animale, & χοϊκὸν, & aliā saluari, aliā perire, aliā in utrāq; consistere, quod nunq̄ aut iustus eligeretur anteq̄ aliquid boni faceret, aut peccator odiretur ante delictū, nisi esset pereuntiū & saluandorū natura diuersa. Ad qđ potest simpliciter respōderi, hoc ex dei præscientia euenire, ut quē scit iustū futurū, prius diligat q̄ oriatur ex utero, & quē peccatorē odrit anteq̄ peccet: nō quo & in amore & in odio iniquitas dei sit: sed quo nō aliter eos habere debeat, quos scit uel peccatores futuros esse uel iustos: nos ut homines tantū de præsentib. iudicare, illū cui futura iam facta sunt, de fine rerū, non de exordijs ferre sentētiā. Et hæc quidē simplicius dicta sunt, & absq; altiori dissertione possunt utcūq; placere lectori. Cæterū qui iniustum deum nituntur asserere, post illud quod dudū posuimus, abalienati sunt peccatores à uulua, inferunt etiā cætera quæ sequuntur: Errauerūt ab utero, locuti sunt falsa: Et dicūt, quomodo statim ab utero errauerunt peccatores, & falsa locuti sunt, qui nec sermonē potuerunt habere nec sensum? Aut quę est ista iustitia præscientiæ dei, alium amare & custodire priusquam nascatur, alium detestari? Et causas huius rei ad priorem uitam referunt, quod unusquisq; pro merito suo, à primo statim ortu bonis aut malis angelis assigne-
Rom.9.a tur. Totumq; illum locum de Iacob & Esau, cuius nunc fecimus mentionē: ita ad Romanos scriptum uentilāt, ut nō absq; sudore & Chrysippi eis possit helleboro responderi. Non est autē ipsum, reuelaret filium suum in me, quod si diceret, reuelaret filium suum mihi. Cui ēm quid reuelatur, huic illud potest reuelari, quod ante in C
eo nō erat. In quo uero reuelatur, illud reuelatur quod prius fuit in eo, & postea reuelatū est. Simile est illud in
Ioan.1.d euangelio: Medius in uobis stat quē uos nescitis. Et alibi: Erat lux uera quæ illuminat omnē hominē uenientē in mūdū. Ex quo perspicuū fit, naturam omnibus dei inesse noticiam, nec quenq̄ sine Christo nasci, & non habere semina in se sapientiæ & iustitiæ, reliquarumq̄ uirtutū. Vnde multi absq; fide & euangelio Christi, uel sapienter faciunt aliqua uel sancte, ut parentibus obsequantur, ut inopi manū porrigant, non opprimāt uicinos, non aliena diripiant, magisq; iudicio dei obnoxij fiant, quod habentes in se principia uirtutū & dei semina, nō credunt in eo sine quo esse nō possunt. Potest & aliter accipi in Paulo dei filius reuelatus, quod prædicāte illo agnitus sit gentibus, quē antea nesciebāt.
b ¶ *Cōtinuo nō acquieui, etc.*] Situe ut in Græco melius habet: Nō cōtuli cum carne & sanguine. Scio plerosq; de apostolis hoc dictū arbitrari. Nam & Porphyrius obiecit, quod post reuelationē Christi nō fuerit dignatus ire ad homines, & cum eis cōferre sermonē, ne post doctrinā uidelicet dei à carne & sanguine instrueret. Sed absit ut ego Petrū, Ioannē & Iacobū carnē & sanguinē putē, quæ regnū dei possidere nō possunt. Si spirituales apostoli, caro & sanguis sunt, quid de χοϊκοῖς arbitramur? Non contulit planè Paulus post reuelationē Christi cū carne & sanguine, quia noluit margaritas proiicere ante porcos, nec dare sanctū canibus. Vide quid de pec-
D catorib. scriptum sit: Non permanebit spiritus meus in hominib. istis, quia caro sunt. Cum talibus qui caro & sanguis erant, quæ Petro quoq; nō reuelauerit filium dei, nō contulit Apostolus euangeliū quod ei fuerat reuelatū: sed paulatim eos de carne & sanguine uertit in spiritū, & tūc demum eis occulta euangelij sacramenta cōmisit. Dicat quispiā: Si statim non contulit cum carne & sanguine euangeliū, tamē subintelligitur quod postmodū cū sanguine & carne cōtulerit: & sensus hic quo apostoli excusant, ne caro & sanguis sint, stare nō poterit: dum nihilominus qui in principio cū carne & sanguine nō contulit, postmodū ut dixi cū sanguine & carne contulerit. Quæ propositio nos coartat ut sic distinguamus, ne statim siue cōtinuo cum carne iūgamus & sanguine, sed cum superiorib. hærere faciamus, & legatur: Cum aūt placuit ei qui me segregauit de utero matris meæ: Ac deinde: Vt reuelaret filiū suum in me: Et ad extremū: Vt euangelizarē illū in gentib. continuo: ut à proprio incipiat exordio: Nō contuli cum carne & sanguine: magisq; arbitrandū est sic stare sensum, quia qui statim missus sit post reuelationē Christi euangeliū gentib. annunciare, nō steterit, nec moris quibuslibet tēpus produxerit cūdo ad apostolos, & reuelationē dñi cum hominib. cōferendo: sed abierit in Arabiā, & rursus reuersus Damascū, post tres annos euangeliū prædicauerit: & tunc demū Hierosolymā ueniens, Petrū, Ioānem & Iacobū uiderit. c ¶ *Neq; ueni Hierosolymam, etc.*] Si de apostolis dixerat, nō contuli cū carne & sanguine: quid necesse fuerat idipsum iterare dicentē: neq; ueni Hierosolymā ad antecessores meos apostolos? Is itaq; sensus tenendus quē supra exposuimus. d ¶ *Sed abij in Arabiā, etc.*] Non sibi uidetur historiæ ordo concinere, referente Luca in Actibus apostolorū quod cum Paulus post Act.9.d
fidem Christi per dies multos euangelium Damasci loqueretur audenter: factæ fuerint ei insidiæ, & in sporta

per murū nocte dimissus sit,& uenerit Hierosolymā tentans se iungere discipulis. A quibus cū uitaret & timerent ad eū accedere, à Barnaba ad apostolos illū esse ꝓductū, & ibi narrasse quō dñm uiderit in itinere, & Damasci fiducialiter egerit in nomine Iesu. Erat, inquit, cū illis, intrans & exiens in Hierusalē, fiducialiter agens in nomine dñi. Loquebat quoq; & disputabat eū Græcis, illi aūt quærebant occidere eū. Quod cū cognouissent fratres, deduxerūt eū Cæsareā, & dimiserūt Tarsum. Hic aūt dicit se primū isse in Arabiā, & iterū reuersum Damascū, post triēniū uenisse Hierosolymā, uidisse Petrū, & cū eo mansisse diebus quindecim, nec præter Iacobū, fratrē dñi, alterū cō uenisse. Quæ ut uera credanē (dubia quippe uideri absentibus poterāt) sub testatiōe cōfirmat dicēs: Quæ aūt dico uobis, ecce corā deo, qa nō mētior. Possumus igit æstimare isse quidē Paulū secundū Lucæ historiā Hierosolymā, nō quasi ad antecessores apostolos, ut aliquid ab illis discereꝛ, sed ut persecutionis impetū declinaret, qui sibi Damasci propter euangeliū Christi fuerat cōcitatus, & sic uenisse Hierosolymā quasi ad quamcūq; aliā ciuitatē. Inde eū statim propter insidias recessisse, & uenisse Arabiā siue Damascū, atq; inde post trienniū ad uidendum Petrū Hierosolymā reuertisse. Vel certe ita. Statim ut baptizatus sit, & accepto cibo cōfortatus, fuisse eū cū discipulis qui erāt Damasci per dies aliquot: & stupētibus cūctis in synagogis Iudæorū, prædicasse cōtinuo quod Iesus esset filius dei, & tūc isse in Arabiā, & de Arabia Damascum reuertisse, & ibi fecisse trienniū, quos dies multos scriptura testat, dicēs: Cū implerētur aūt dies multi, consiliū fecerūt Iudæi ut eū interficerēt.

B Notæ aūt factæ sunt Saulo insidiæ corū, & custodiebāt portas die ac nocte ut eū interficerēt. Accipiētes ergo discipuli eius nocte, per murū dimiserūt eum submittentes in sporta. Cū aūt uenisset Hierusalē, tentabat iungere se discipulis. Lucā uerò idcirco de Arabia præterisse, quia forsitan nihil dignū apostolatu in Arabia perpetrarat, & ea potius cōpendiosa narratione dixisse, quæ digna Christi euangelio uidebantur. Nec hoc ſegnitiæ apostoli deputandū, si frustra in Arabia fuerit: sed quo aliqua dispēsatio & dei præceptū fuerit ut taceret. Nam & postea legimus Paulū cum Sila egressum, prohibitū
Act. 16.d esse à spiritu sancto uerbū in Asia loqui. Aliter: Sed abij in Arabiā, & iterū reuersus sum Damascū. Quid mihi prodest ista relatio, si legam quod Paulus post reuelationē Christi statim ierit in Arabiā, & de Arabia statim Damascū fuerit reuersus, nec sciā qd ibi gesserit, quid ue utilitatis habuerit itus ac reditus? Dat mihi occasionē altioris intelligentiæ, in hac eadem epistola ipse apostolus cum de Abraham, Agar, & Sara disputans: Quæ quidem sunt, inquit, per allegoriā dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, unum quidem à monte Sina in seruitutē generans, quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui iunctus est ei, quæ nunc est Hierusalē. Et docet uetus testamētū, hoc est, ancillæ filiū: in Arabia (quę interpretat humilis & occidua) constitutū. Statim itaq; ut credidit Paulus, ad legē, ad prophetas, ad ueteris testamenti iam in occiduo positi sacramenta conuersus, quæ fuit in eis Christū, quem iussus fuerat in gentibus prædicare & reperto illo nō est ibi diutius cōmoratus, sed reuersus est Damascū: hoc est, ad sanguinē & ad passionē Christi, & inde prophetica lectione firmatus pergit Hierosolymā, locū uisionis & pacis, non tam discitu rus aliquid ab apostolis, cū quibus cum eis euangelium quod docuerat collaturus. *a* ¶ *Deinde post annos tres, ueni Hierosolymam uidere Petrum.*] Non ut oculos, genas, uultumq;

uersus sum Damascum. Deinde pōst annos tres, ueni Hierosolymam uidere Petrum. Et mānsi apud eum diebus quindecim. Aliūm autem apostolorum uidi neminem

eius aspiceret, utrū macilentus, an pinguis, aduncone naso esset, an recto: & utrū frontē uestiret coma: an (ut Clemens in Periodis eius refert) caluiciem haberet in capite. Nec puto apostolicæ fuisse grauitatis, ut post tantam triennij præparationē, aliquid humanū in Petro uoluerit aspicere. Sed his oculis aspexit eū, quibus & modo in epistolis suis uidet. His oculis Paulus uidit Cephan, quibus nūc à prudentibus quibusq; Paulus ipse cōspicitur. Quod si cui non uidetur, cum superiori sensu iungat hæc omnia, quod nihil sibi apostoli contulerint. Nam & quod uisus sit ire Hierosolymam, ad hoc isse ut uideret Apostolum, non discendi studio, qui & ipse eundem prædicationis haberet autorem, sed honoris priori apostolo deferendi. *b* ¶ *Et mansi apud eum diebus quindecim.*] Non grandi indiguit magisterio, qui tanto se ad uidendum Petrū tempore præparauit. Et licet quibusdam superfluum uideatur, numeros quoq; qui in scripturis sunt obseruare, tamen non ab re arbitror quindecim dies, quibus apud Petrū Paulus habitauit, plenam significare scientiā, consummatamq; doctrinā. Siquidem quindecim sunt carmina in psalterio, & quindecim gradus per quos ad canendum deo, & in atrijs eius consistendum iustus ascendit. Ezechias quoq; quindecim anno *Esa.38.b*
rum spacio sibi ad uitam dato, signum accipere meretur in gradibus, & solennitates dei à quintodecimo die incipiunt. Necnon (quia duplicem intelligentiā sequitur) propterea quindecim ponit dies, ut ostēdat non fuisse grande tempus, quo potuerit aliquid à Petro discere, ut ad illum sensum à quo cœpit cūcta referantur, se non ab homine doctū esse, sed à deo. *c* ¶ *Alium apostolorum, etc.*] Memini me dum Romæ essem, impulsu fratrū librū de sanctæ Mariæ uirginitate edidisse perpetua. In quo mihi necesse fuit de his qui fratres dñi dicti sunt, diutius disputare. Vnde qualiacunq; sunt illa quæ scripsimus, his cōtenti esse debemus. Nunc hoc sufficiat, ut propter egregios mores, & incōparabilē fidē sapientiamq; non mediam, frater dictus sit dñi, & quod primus ei ecclesiæ præfuerit, quæ prima in Christū credēs ex Iudæis fuerat cōgregata. Dicunt quidē & cæteri apostoli fratres dñi, sicut in euangelio: Vade dic fratribus *Ioan.20.d*
meis, uado ad patrē meū, & ad patrē uestrū, & ad deū meū & ad deū uestrū. Et in psalmo: Narrabo nomē tuū *Psal.12.c*
fratribus meis, in medio ecclesiæ cantabo te. Sed præcipuē hic frater dicit, cui filios matris suæ ad patrē uadēs dñs cōmendauerat. Et quomodo Iob & cæteri patriarchæ dicti sunt quidē famuli dei, sed quasi egregiū quid- *Heb.3.a*
dam Moses habuit, ut scriberetur de eo: Sed non sicut Moses famulus meus, sic & beatus Iacobus specialiter frater dñi (ut ante diximus) appellatus est. Quod autē exceptis duodecim quidam uocentur apostoli, illud in causa est: omnes qui dñm uiderant, & eum postea prædicabant, fuisse apostolos appellatos, ut ad Corinthios scribitur: Quia uisus est post hæc illis undecim, deinde *1.Cor.15.d*
uisus est plus q̄ quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usq; adhuc, quidam autem dormierunt: deinde uisus est Iacobo, deinde apostolis oīnibus. Paulatim uerò tempore procedente, & alij ab his quos dominus elegerat, ordinati sunt apostoli, sicut ille ad Phi- *Phil.2.d*
lippenses sermo declarat, dicens: Necessariū autem existimaui Epaphroditū fratrem, cooperatorem & commilitonē meū: uestrū autē apostolū, & ministrū necessi- *2.Cor.8.d*
tatis meæ mittere ad uos. Et ad Corinthios de talibus scribit: Siue apostoli ecclesiarū in gloria dei. Silas quoque & Iudas ab apīs, apostoli nominati sunt. Vnde uehemēter errauit, q arbitratus est Iacobū huc de euangelio

A gelio esse apostolum fratrem Ioannis, quem cōstat post Stephanum iuxta fidem actuum apostolorū sanguinē fudisse pro Christo. Hic autem Iacobus episcopus Hierosolymorū primus fuit, cognomento Iustus, uir tantæ sanctitatis & rumoris in populo, ut fimbriā uestimenti eius certatim cuperēt attingere. Qui & ipse postea de templo à Iudæis præcipitatus, successorē habuit Symeonē, quē & ipsum tradunt pro dño crucifixum. Negat se itaque præter hos quenquā apostolorū cōuenisse, ne occulta contradictio nasceretur: etiā si à Petro non es doctus, alios habuisti apostolos præceptores. Non uidit autem eos, non quo contemptui duceret, sed ꝙ illi ad euangeliū prædicādū toto fuerant orbe dispersi. *a* ¶ *Quæ autem scribo, etc.*] Siue simpliciter accipiendū, ut sit: quæ scribo uobis, uera sunt, & deo teste confirmo, quia nulla arte uerborū, nullo sunt fucata mendacio. Siue aliter, ut legatur: quæ scribo uobis, corā deo sunt: id est, dei digna conspectu. Quare autem dei digna conspectui? Quia scilicet non mentior. Et quo modo oculi dñi super iustos: auertit autem faciem suā à conspectu impiorū, ita nunc ea quæ scribuntur, corā dño sunt, me non mentiente quæ scribo, quæ nō essent
B coram dño, si mentirer. Hoc aūt non solum de his quæ nunc scribit ad Galatas potest accipi, sed & generaliter de omnib. epistolis, quia non sunt falsa quæ scribat, & cor eius uerbaq; non discrepent. *b* ¶ *Deinde ueni in, etc.*] Post Hierosolymæ uisionē uenit ad Syriā, quæ nobiscū dicitur excelsa atq; sublimis. Et inde trālsit ad Ciliciam, quam in fide Christi cupiebat assumere, euangelizans ei uocationē pœnitentiæ. Cilicia quippe interpretatur assumptio siue uocatio lamentabilis. *c* ¶ *Eram aūt ignotus, etc.*] Ecclesiæ quæ erant in Iudæa, Paulū tantū rumore cognouerant. Ex quibus plerique eū magis persecutorē quàm apostolū uiderāt. Syria uero & partes Ciliciæ, Arabia & Damascus, ex uultu quoq; eū forsitan nouerant, quia doctor gentiū euangeliū Christi non Iudæis, sed gentib. prædicabat. Totum aūt quod ait, illud est, ut doceat se nunquā de persecutore apud eos ipsos quos prius persecutus fuerat potuisse existere gloriosum, nisi prædicatio eius, eorū quoq; qui ante eū male nouerāt, esset iudicio cōprobata. Et ad propositū occulte redit, tam breue tēpus se in Iudæa fecisse confirmans, ut etiā uultu credentib. esset ignotus. Ex quo ostendit, nō Petrū, non Iacobū, non Ioannē se habuisse doctores, sed Christū, qui sibi euangeliū reuelasset. Simul aūt notandū quod supra dicatur ecclesiā expugnasse, hic fidē, ibi homines, hic rem, ut nunc opportunius inferret: Euangelizat fidē quam aliquando expugnabat. De ecclesia enim similiter sonare non poterant. CAP. II

Deinde post annos quatuordecim, etc. & cōtuli cum eis, etc.] Id quod supra Latinus interpres, acquieui dixerat, in eo loco ubi scriptū est: Continuo non acquieui carni & sanguini: in præsenti loco, cōtuli magis ꝙ acquieui, interpretatus est. Et ut uerius dicam, sermo Græcus ἀνεθέμην, aliud quiddā quàm apud nos intelligit: cū scilicet ea quæ nouimus, conferimus cū amicis, & quasi in sinū eius & cōscientiā reponimus, ut pari consilio uel probanda sint, uel improbanda quæ nouimus. Ascendit igitur post quatuordecim annos Hierosolymā, & qui prius tantū ad uidendum perrexerat Petrū, & diebus quindecim manserat apud eū: nunc se dicit ideo perrexisse ut cōferret cum apostolis euangeliū, assūpto Barnaba circūciso, & Tito ex gentibus habente præputium, ut sub ore duorū & triū testiū staret omne uerbū. Aliud est aūt conferre, aliud discere. Inter conferētes æqualitas est: inter docentē & discētem, minor est ille qui discit. In principio fidei in transitu apostolos uidet. Post annos (ut ipse ait) decē & septē, plene cum eis loquit, & se humiliat: & ne forte inuacuū aut curreret, aut cucurrisset, inquirit. Duplicem ob causam, quo & humilitas ostenderet Pauli, qui doctor in toto orbe iam gentium, ad præcessores apostolos cucurrisset, & Galatæ discerent nō reprobasse euāgelium eius, eos quoq; qui in Iudæa ecclesijs præsidebant. Simul aūt & illud docet, quod pro Christi fide & euangelij libertate, ad eos ipsos qui de eo plura cognouerant, quod legē infringeret, Moysen destrueret, circuncisionē penitus auferret: ausus sit ducere Titū hominē incircuncisum. Et inter tantā multitudinē Iudæorū & inimicos suos, qui quasi ob zelū legis sanguinē eius haurire
D cupiebant: nec ipse, nec Titus aliquo sint terrore superati necessitati cedere. Quæ potuit habere uemā, uel ꝓ loco, uel pro autoritate maiorū, uel pro numero ecclesiarū, quæ de Iudæis in Christo credebant: uel pro tempore, ne tantā simul inuidiā sustinerēt. Quidā post quatuordecim annos eū Hierosolymā ascendisse tūc dicūt, quando in Actib. apostolorū de quæstionib. obseruandæ, uel prætermittendæ legis inter credentes Antiochię orta dissensio est, & placuit ire Hierosolymā, & sententiā maiorū præstolari, quādo ipse quoq; Paulus & Barnabas missi sunt, & hoc esse quod in codicib. legatur Latinis, quibus ad horā cessimus subiectioni, ut ueritas euangelij perseueraret apud uos. Quod scilicet propterea Paulus & Barnabas de re manifesta, quasi dubia se mitti passi sunt Hierosolymā, ut maiorū quoq; iudicio euangelij gratia cōfirmata, credentib. probaret: & nulli resideret ultra dubitatio circuncisionis omissæ, cū apostolorū esset literis imperatū, iugum legis ab his qui in Christū crediderant ex gentibus, auferendū. Potest aūt hoc quod ait: Contuli cū eis euangeliū quod prædico in gentibus: seorsum aūt his qui uidebātur, ne forte in uacuū currerē uel cucurrissem: & sic intelligi, ut absconditе cum apostolis gratiā euangelicæ liberratis, & legis abolitæ uetustatē contulerit propter multitudinem credentiū Iudæorū, qui necdū poterant Christū adimplectionē & finem legis audire, qui & absente Paulo Hierosolymæ iactitauerāt, frustra eum currere aut cucurrisse, qui putaret legem ueterē non sequendā. Non quo Paulus timuerit, ne per decē & septē annos falsum in gentibus euangeliū prædicasset: sed ut ostenderet præcessoribus suis, nō se in uacuū currere aut cucurrisse, sicut putauerant ignorantes. *e* ¶ *Sed neq; Titus qui mecum, etc.*] Si Titus quum esset ex gentibus, nullo potuit terrore compelli, ut circuncideretur Hierosolymis in Iudæorū

metropoli

A metropoli ciuitate, in qua tanta Paulus blasphemiæ in Mosen flagrabat inuidia, ut postea penè à Iudæis interfectus sit, quãdo à tribuno liberat, & Romã uinctus ad Cæsarẽ mittit: quomodo quidam putant legendũ esse, quibus ad horã cessimus subiectioni, ut ueritas euangelij permaneat apud uos. & intelligẽdum quod Titus ipse qui cõpelli ante non potuit ad circũcisionẽ, tutsum circũcisus sit atque subiectus. Aut quæ est ista ueritas euangelij, hypocrisi cedere Iudæorum, & ea quæ prius scybala æstimaueris, & quasi damna cõtempseris, obseruare, & esse aliquid æstimare quum nihil sint? Sed & ipsius epistolæ sensui, ualde repugnat, Galatas ad circũcisionẽ reuocare. Hoc toto sermonis sui textu agit, ut doceat se Hebræũ ex Hebræis, omia quondam legis opera seruantẽ, circũcisum octaua die secundum legẽ, pharisæũ, nihilominus tamẽ ob Christi gratiam uniuersa contemnere. Nam cum esset Hierosolymam, & falsi fratres qui ex circũcisione crediderãt, eum uellent impellere, ut circũcideret Titũ: nec Titũ, nec se cessisse uiolentiæ, quo minus custodirent euangelij ue-
B ritatẽ. Quod si dicit se necessitate superatũ ut circũcideret Titũ, quò Galatas reuocat à circũcisione, à qua nec Titũ qui secũ fuerat ex gentibus, Hierosolymis potuit excusare? Itaq; aut iuxta græcos codices est legendum, quibus neq; ad horã cessimus subiectioni, ut cõsequenter positum intelligi, ut ueritas euangelij permaneat apud uos. Aut si Latini exẽplaris alicui fides placet, secundũ superiorẽ sensũ accipere debemus, ut ad horã cessio nõ circũcidendi Titi, sed eundi Hierosolymã fuerit. Quò scilicet idcirco subiectioni cesserint Paulus & Barnabas eundi Hierosolymã, seditione ob legẽ Antiochiæ cõcita ta, ut p epistolã apostolorũ, sua sentẽtia firmaret, & maneret apud Galatas euãgelij ueritas, quæ nõ esset in litera, sed in spiritu: non in carnali sensu, sed in intelligẽtia spirituali: nec in manifesto iudaismo, sed in occulto. Scindũ uerò q, aũt, cõiũctio quæ in præsenti loco ponit: Propter subintroductos aũt falsos fratres, superflua fit: & si legat, non habet quod ei respõdeat, illãq; cõcludat: sed esse ordinẽ lectiõis & sensus: Sed neq; Titus q mecũ erat, cũ esset ex gẽtibus, cõpulsus est circũcidi. Statimq; subiungat quæ causa fuerit, ut ad circũcisionẽ impelleret inuitus: Propter subintroductos, inquit, falsos fratres, qui subintroierũt explorare libertatẽ nostrã quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutẽ redigerẽt. Qui cũ minis terrerẽt, & multitudine uellẽt nos à libertate Christi in legis traducere seruitutẽ, ne ad tempus quidẽ eis cessimus, ut circũcideremus Titum, maximè cum & aliqua ob ecclesiasticã pacẽ potuerit nos necessitas excusare: & hoc totũ fecimus, ut uobis nulla fieret occasio ab euangelij gratia recedendi. Si igit̃ nos Hierosolymis inter tantos Iudæos imminentib. hincinde falsis fratribus, & his qui maiores erant aliqua ex parte cohibẽtibus, nulla potuimus ui ac ratione cõpelli, ut obseruaremus circũcisionẽ quam sciebamus esse finitam: uos ex gentibus, uos in Galatia, uos quibus uis nulla

gentibus, compulsus est circũcidi. Propter subintroductos autem falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem redigerent, quibus neq; ad horam cessimus subiectioni, ut ueritas euangelij permaneat apud uos. Ab his aũtem qui uidebantur esse aliquid, quales aliquãdo fuerint, nihil mea interest: Deus personam hominis non accipit. Mihi enim qui uidebantur, nihil contulerunt. Sed contrà cum uidissent quod creditũ est mihi euangeliũ præputij, sicut Petro circũcisionis. Qui enim operatus est Petro in apostolatu circũcisionis, operatus est & mihi inter gentes. Et cũ cognouissent gratiam quæ data est mihi, Petrus & Iacobus, & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse: dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos in gentes, ipsi autem in circumcico qui timet eum, & operatur iustitiam acceptabilis est ei. Quo itaq; argumento ipse sanctus apostolus Petrus aduersum eos qui in Cornelio ex gentibus baptizato, nec circũciso scandalũ sustinebãt utitur, & placat eos se non potuisse negare aquã his qui spiritũ sanctũ acceperant: eodẽ nũc sanctus apostolus Paulus aduersum ipsum Petrum disputat, quod personarũ non sit acceptor
D deus, sed unũquenq; pro ueritate iudicet. Et ita cautè & pedetentim inter laudẽ & obiurgationẽ Petri medius incedit, ut & præcessori apostolo deferat, & nihilominus audacter ei resistat in faciem, ueritate compulsus.

C inferri potest, ultro à gratia recedẽtes, ad legis iam abolitæ transcendistis uetustatẽ. *a* ¶ *Ab his autem, etc.*] Licet, inquit, Petrũ & Ioannẽ dñs secũ apostolos habuerit, & transfiguratũ eum in mõte uiderint, & super ipsos ecclesiæ sit positũ fundamẽtũ, mihi tamẽ nihil refert: quia non aduersum eos loquor qui eo tempore dñm sequebãtur: sed aduersũ eos loquor, qui nunc legem præponũt gratiæ: nec detraho præcessoribus, nec in aliqua parte accuso maiores, sed hoc dico, quia deus personam hominis nõ accipit. Non enim accepit Moysi, non accepit Dauid, nõ accepit aliorũ: nec eorũ ergo accipiet, q cedere qui busdã uidentẽ ad tempus, tametsi ipsi mecũ sentiant, Petro quoq; dicente: In ueritate cognosco, quia non est acceptor personarũ deus, sed in omni lo- *Act. 10.c*

b ¶ *Mihi enim qui uidebantur, nihil contulerunt.*] Ipse superius cum illis cõtulit, & multa ad eos retulit, quæ in gẽtibus perpetrarat: illi nihil cõtulerunt ei, sed tantũmodo quæ ab eo dicta sunt cõprobantes, dexteras dederunt consortij, & unũ suũ Pauliq; euangeliũ firmauerunt. Rursum notandum quod προσανέθεντο, id est, cõtulerũt, uerbum ipsum sit in Græco, de quo ante tractauimus.

c ¶ *Sed contrà cum uidissent, etc.*] ἀνάπαλιν est, & multis quæ in medio sunt interiecta sublatis, sic breuiter legi potest: mihi enim qui uidebant esse, nihil contulerunt, sed econtra dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Aut certè ille absq; iactatione sui, occultus est sensus: mihi qui uidebantur esse aliquid, nihil cõtulerunt: sed econtra à me eis collatũ est, dum fiunt in euangelij gratia firmiores. Totũ aũt quod dicit, hoc est: unus atq; idem mihi euangeliũ præputij, & Petro circumcisionis credidit. Me misit ad gentes, illum posuit in Iudæa. Nec gentes poterant adulta iam ætate non profuturo circũcisionis dolore cruciari, & abstinere se ab escis, quibus semper assueuerant, & quas deus creauerat ad utendũ: nec hi qui ex Iudæis crediderant & circũcisi erant, & ex consuetudine quasi secunda natura putabant se à cæteris gentibus plus habere, facile cõtemnere poterant ea in quibus gloriabant. Prouidentia itaq; dei, alius apostolus circũcisis datus est, qui legis umbris uideret acquiescere: alius in præputio cõstitutis, qui euãgelij gratiã nõ putaret esse seruitiũ, sed liberã fidẽ: ne sub aliqua occasione impedimentũ fidei nasceret, & propter circũcisionẽ siue præputiũ non crederet in Christũ. Nec hoc dicimus quo Petrus, qui & ipse in Actibus apostolorũ nullum

A nullũ hominẽ communẽ esse testatus est: & in illo uase, quod quatuor angulis de cœlo missum uiderat, edoce tur nihil interesse, Iudæus sit aliquis, an gentilis: quasi oblitus priorũ, super euãgelij gratia, legẽ putauerit obseruandã: sed ut ipse quoq; legẽ custodire se simulans, paulatim Iudæos ab antiquo uiuendi more deduceret. Nõ em poterant tm̃ obseruationis laborẽ, & ueteris uitæ cautissimam cõuersationem quasi purgamẽta subito & damna contẽnere. Ex quo perspicimus propterea dexteras datas Paulo & Barnabæ societatis à Petro, Iacobo & Ioanne, ne obseruatione uaria, diuersum Christi euangeliũ putaret: sed & circumcisorũ & habentiũ præputiũ esset una cõmunio. Pulchre aũt præstruxit, dicẽs: Qui enim operatus est Petro in apostolatu circumcisionis, ne quis eum putaret detrahere Petro, sed ut laudibus eius ante præmissis, intelligeret Petrus ideo circumcisionẽ aliqua ex parte suscipere, ut eos qui sibi ex Iudæis crediti fuerãt, lucrifaceret, & in Christi fide & euangelio custodiret. Subintelligit etiã quod si ille absq; culpa faceret, & ad tẽpus obseruando, quod non licet, ne sibi creditos perderet: se magis pro euangelij ueritate facere debere quod sibi creditũ est in præputio, ne gentes legis onere & difficultate deterrita, à Christi fide & credulitate discederent. Occulta hic orit̃ quæstio. Quid igitur: Petrus si inuenisset ex gentibus, nõ eos adducebat ad fidẽ? Aut Paulus si ex circumcisione aliquos re-
B perisset, nõ eos ad Christi baptismũ prouocabat? Quæ ita soluit, ut dicamus principale singulis in Iudæos & gentes fuisse mandatũ, ut qui defendebãt legẽ, haberẽt quẽ sequerent, qui legi gratiã præferebãt, nõ deesset eis doctor & præuius. In commune uero hoc eos habuisse proposit, ut Christo ex cunctis gentib. ecclesiã congregarent. Legimus em̃ & à sancto Petro gentilẽ baptizatũ fuisse Corneliũ, & à Paulo in synagoga Iudæorũ, Christũ sæpissime prædicatũ. Petrus & Ioannes & Iacobus, qui uidebant columnæ esse, ter supradictũ de apostolis legimus: seorsum aũt his qui uidebant, & ab his qui uidebant esse aliquid, & mihi enim qui uidebant esse aliquid, nihil cõtulerunt. Solicitus itaq; requirebam quid nã esset quod diceret, qui uidebant: sed nunc me omni scrupulo liberauit adijciens, qui uidebant colũnæ esse. Columnæ igitur sunt ecclesiæ apostoli, & maxime Petrus, Iacobus & Ioãnes, ex quibus duo cum dño ascendere merent̃ in mõtẽ: quorũ unus in Apocalypsi saluatorẽ introducit loquentẽ: Qui uicerit, faciã eum columnã in templo dei mei, docens omnes credentes qui ad-
1.Tim.3.d uersariũ uicerint, posse columnas ecclesiæ fieri. Ad Timotheũ uero Paulus scribens ait: Vt scias quomodo oporteat te in domo dei cõuersari, quæ est ecclesia dei ui: columna aũt & firmamentũ ueritatis. His & cæteris instruimur, tam apostolos omnesq; credẽtes, q̃ ipsam quoq; ecclesiã columnã in scripturis appellari, & nihil interesse de corpore quid dicat, an membris, cũ & corpus diuidat̃ in membra, & membra sint corporis. Derunt itaq; Petrus, & Iacobus & Ioannes, qui uidebãtur colũnæ esse, dexteras Paulo & Barnabæ societatis, sed Tito qui cũ eis erat, dextras nõ dederunt. Nec dum quippe ad eã mensurã peruenerat, ut posint ei Christi mercimonia ex æquo cũ maiorib. credi, & eundem tenere negociationis locum quem Barnabas tenebat &
Paulus. *d* ¶ *Tantum ut pauperum, etc.*] Sancti pauperes

quorũ præcipue ab apostolis Paulo & Barnabæ cura C
mandat, hi sunt, qui ex Iudæis credentes, precia possessionũ suarũ ad pedes apostolorũ deferebãt egentib. largienda: uel quia cõtribulibus, cognatis & parentib. suis quasi desertores legis, & in crucifixũ hominẽ credẽtes, detestationi & piaculo ducebant̃. In horũ ministerio sanctus apostolus Paulus quã to labore sudauerit, epistolæ eius testes sunt, scribentis ad Corinthios, & ad Thessalonicenses, ad omnes gentium ecclesias, ut præpararent munus hoc per se, uel per alios qui eis placuissent, Hierosolymã deferendũ. Vnde nunc cõfidenter dicit, quod etiã solicitus fui facere hoc ipsum. Possunt aũt & alio genere pauperes accipi, de quib. in euangelio dicit̃: Beati pauperes spiritu, q̃m ipsorũ est regnũ cœlorũ. *Matth. 5.a* Merentẽ quippe tales in memoria esse apostolorũ. Necnõ & illi pauperes, de quib. in Salomone scribit̃: Redẽptio uiri animæ, propriæ diuitiæ. Pauper uero nõ sustinet cõminationẽ. Nõ em̃ potest futurarũ pœnarũ audire terrorẽ, pauper in fide, pauper in gratia, nõ habẽs diuitias spirituales, nec scientiã scripturarũ, quæ auro & argẽto, & preciosо lapidi cõparat̃. Q̃m igitur nõ egent sani medico, sed hi qui male habent: propterea & apostolis in dexterarũ cõmunicatione cõuenit, ne sperne- *Pro. 13.b*
rent pauperes, ne despicerẽt peccatores, sed semper meminissent eorũ, sicut Paulus Corinthij illius meminit, *1.Cor. 5.b*
quẽ cũ in priori epistola cõristasset ad tempus, ut corpore per pœnitentiã laborante spiritu saluus fieret: in se D
cũda, ne maiori tristitia absorberet, reuocat ad ecclesiã. Petrũq; cunctos ut cõfirment in eum charitatẽ, & donẽt fratri licut ipse unicuiq; eorũ in facie Christi donauerit, implẽs pactũ quod Hierosolymis fecerat, ut semper pauperũ recordaret. *b* ¶ *Cum aũt uenisset, etc.*] Ex eo q̃ Petrus antecq̃ quidam de Hierosolymis Antiochiã uenirent, edebat cum gentibus: ostenditur non cum oblitum fuisse præcepti, nullũ hominẽ communẽ & immũdũ dicere, sed quia propter eos qui adhuc legem obseruandã putabant, paululũ se à conuictu subtraxerat gentiũ, ita ut etiam cæteri qui ex Iudæis erant similiter facerent: & Barnabas qui cum Paulo in gentib. euangeliũ prædicabat, hoc facere cogeret. Hi qui Antiochię crediderant ex gentibus, nec fuerant circuncisi, cõpelleban-
tur ad legis onera transcendere, nõ intelligentes dispensationẽ Petri, qua Iudæos saluari cuperet: sed putantes ita se euangelij habere rationẽ. Cum itaq; uidisset apostolus Paulus periclitari gratiã Christi, noua bellator eius usus est arte pugnãdi: ut dispensationẽ Petri, qua Iudæos saluari cupiebat, noua ipse cõtradictionis dispensatione corrigeret, & resisteret ei in facie, nõ arguẽs proposituũ, sed quasi in publico cõtradicens, ut ex eo quod Paulus eũ arguens resistebat, hi qui crediderãt ex gentibus seruarent̃. Quod si putat aliquis uere Paulũ Petro apostolo restitisse, & pro ueritate euãgelij intrepide fecisse iniuriam præcessori, nõ ei stabit illud quod & ipse Paulus Iudæis Iudęus factus est, ut Iudęos lucrifaceret: & ciusdẽ simulationis tenebit̃ reus, q̃ caput totõdit in Cenchreis: & facto caluitio, oblationẽ obtulit in Hierusalẽ, & Timotheum circũcidit, & nudipedalia exercuit, quæ utiq; manifestissime de ceremonijs Iudæorũ sũt. Si itaq; ipse q ad prædicationẽ gentiũ missus erat, nõ putauit abs re dicere: Sine offendiculo estote Iudæis & ecclesię dei, quõ & ego omnib. per omnia placeo, nũ quærẽs

quod

A quod mihi utile est, sed quod multis ut saluen̄: & fecit aliquā quæ cōtraria essent euangelij libertati, ne scandalizaret Iudæos, qua autoritate, qua fronte audet hoc in Petro reprehendere, qui circūcisionis apostolus erat, quod ipse Apostolus gentiū arguitur cōmisisse? Sed ut ante iam diximus, re stitit secundū faciem publicā Petro & cæteris, ut hypocrisis obseruandæ legis, quæ nocebat eis q̄ ex gentibus crediderāt, correptiōis hypocrisi emendaret, & uterq; populus saluus fieret: dum & q circumcisionē laudant, Petrū sequunt: & qui circūcidi nolunt, Pauli prædicant libertatē. Quod aūt ait, reprehensibilis erat, propterea mediē tēperauit, ut intelligamus non tam à Paulo eum fuisse reprehensibilē, q̄ his fratribus cum quibus ante edens se ab eis postea separabat.

4 Reg. 10 d Vtilē uerò simulationē, & assumendā in tempore, Hieu regis Israel nos docet exemplū, qui cum nō potuisset interficere sacerdotes Baal, nisi se finxisset uelle idolū colere, dixit: Cōgrega mihi omnes sacerdotes Baal, si eī Achab seruiuit Baal in paucis, ego seruiam in multis. Et Dauid quando mutauit faciē suā corā Abimelech, & dimisit eum & abijt. Nec mirū, quamuis iustos homines, tamē aliqua simulare pro tempore ob suam & aliorum salutē, cum & ipse dīs noster non habens peccatū, nec carnē peccati, simulationē peccatricis carnis assumpserit, ut cōdemnans in carne peccatū, nos in se faceret iu-

Luc. 17. d sticiā dei. Legerat utiq; Paulus in euangelio dīm præcipientē: Si aūt peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solū. Si te audierit, lucrifeceris fratrē tuū. Et quō cum etiā de minimis fratribus hoc fa

B ciendū iusserit, ausus est apostolorū maximū in publica facie tam procaciter, tam constanter arguere: Nisi & Petro sic placuisset argui, & Paulus non ei faceret iniuriam, de quo ante dixerat: Veni Hierosolymam uidere Petrū, & mansi apud eum diebus quindecim: aliū autē apostolorū uidi neminē: Et rursum: Qui eī operatus est Petro in apostolatū circūcisionis. Et infra: Petrus & Iacobus & Ioannes, qui uidebant̄ columnæ esse, & cætera quæ in eius laudes perorat. Aliquotiēs cū adolescentulus Romæ cōtrouersias declamarē, & ad uera certamina fictis me litibus exercerē, currebā ad tribunalia iudicū, & disertissimos oratorū tanta inter se uidebam acerbitate cōtendere, ut omissis sæpe negocijs in propriās contumelias uerterent̄, & ioculari se inuicē dente morderent. Si hoc illi faciunt, ut apud reos nullam suspicionē præuaricationis incurrant, & fallunt populū circumstantē, quid putamus tantas ecclesiæ columnas, Petrū & Paulū tanta uasa sapientiæ inter dissidentes Iudæos atq; gentiles facere debuisse? nisi ut eorū simulata cōtentio, pax credētiū fieret, & ecclesiæ fides, sancto inter eos iurgio cōcordaret. Sunt qui Cephan, cui hic in faciē Paulus restitisse se scribit, non putent apostolū Petrū, sed alium de septuaginta discipulis isto uocabulo nuncupatū. Et dicūt nequaq̄ Petrū à cōuictu gentiū se potuisse subtrahere, qui & centurionē Corneliū baptizarat. Et cum ascendisset Hierosolymā, disceptantibus aduersus se qui erant ex circumcisione, & dicentibus:

Act. 11. c Quare introisti ad uiros præputiū habentes, & manducasti cum illis? Post narrationē uisionis, tali responsionem suam fine cōcluserit: Si ergo eandem gratiā dedit illis deus, sicut & nobis qui credimus in dīm Iesum Christū, ego quis eram qui possem prohibere deum? Quibus auditis, tacuerūt & glorificauerunt deū, dicentes: Ergo & gentibus deus pœnitentiā ad uitā dedit: maximē cum Lucas scriptor historiæ, nullā huius dissensionis faciat mentionē, nec dicat unq̄ Petrū Antiochiæ C fuisse cū Paulo, & locū dari Porphyrio blasphemanti, si aut Petrus errasse, aut Paulus, pceciter apostolorū principē cōfutasse credat̄. Quibus primū respōdendū, altērius nescio cuius Cephæ nescire nos nomē. Nisi eius q̄ & in euāgelio, & in alijs Pauli epistolis, & in hac quoq; ipsa modo Cephas, modo Petrus scribit̄: Non quo aliā significet Petrus, aliud Cephas, sed q̄ quā nos latinē & græ

Sed cùm uidissem quod non recto pede incedūt ad ueritatem euangelij, dixi Petro coram omnibus: Si tū cum Iudæus sis, gentiliter & nō Iudaicè uiuis, quomodo gentes cogis iudaizare? Nōs natura Iudæi, & non ex gentibus

cē petrā uocemus, hanc Hebræi & Syri propter linguæ inter se uiciniā, cephan nuncupent. Deinde totū argumentū epistolæ quod oblique de Petro, Iacobo & Ioanne dicit̄, huic intelligentiæ repugnare. Nec mirū esse si Lucas hanc rem tacuerit, quū & alia multa quæ Paulus sustinuisse se replicat, historiographi licētia prætermiserit: & non statim esse cōtrariū, si quod alius ob causam dignū putauit relatu, alius inter cætera dereliquit. Denicp primū episcopū Antiochenæ ecclesiæ Petrū fuisse accepimus, & Romā inde translatū, quod Lucas penitus omisit. Ad extremū si propter Porphyrij blasphemiā, alius nobis fingendus est Cephas, ne Petrus puret̄ errasse, infinita de scripturis erūt radenda diuinis, quæ ille, quia nō intelligit, criminat̄. Sed aduersum Porphyriū, in alio, si Christus iusserit, opere pugnabimus: nūc reliqua prosequamur. a ¶ *Sed cum uidissem, etc.*] Sicut hi qui sanis gressibus claudicare se simulant, non uitium habent in pedibus, sed est aliqua causa cur claudicent: ita & Petrus sciens circūcisionē & præputiū nihil esse, sed obseruationē mandatorū dei, edebat quidē ante cū gētibus, sed pro tēpore ab eis se, ne Iudæos à fide Christi perderet, subtrahebat. Vnde & Paulus eadē arte qua D simulabat, ei restitit in faciē, & loquit̄ corā omnibus, nō tam ut Petrū arguat, q̄ ut hi quorū causa Petrus simulauerat, corrigant̄. Quod si cui iste non placet sensus, quo nec Petrus peccasse, nec Paulus procaciter ostēdit arguisse maiorē, debet exponere qua cōsequentia hoc Paulus in altero reprehēdat, quod ipse cōmisit. b ¶ *Si tu quum Iudæus sis, etc.*] Indissolubili argumento constringit Petrū, imò per Petrum eos qui pugnantia illum inter se facere cogebant: Si, inquit, ò Petre tu natura Iudæus es, circūcisus à parua ætate, & uniuersa legis præcepta custodiens, nunc ob gratiam Christi scis ea nihil per se habere utilitatis, sed exemplaria esse & imagines futurorum, & cum his qui ex gentibus sunt, cibum capis, nequaquā ut ante superstitiose, sed libere & indifferenter uictitans: quomodo eos qui ex gentibus crediderunt, nunc recedens ab eis, & quasi à cōtaminatis te separans & secernens, cōpellis iudaizare? Si enim immundi sunt à quibus recedis, idcirco autē recedis, quia non habent circūcisionē, compellis eos circumcidi & Iudæos fieri, quum tu ipse natus Iudæus gentiliter uiueris. Et latenter ostēdit causam quare aduersum eum disputauerit, quia scilicet gentes simulatione sua iudaizare compelleret, dum eum cupiunt æmulari. c ¶ *Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores.*] Subrepunt hoc loco hæretici, qui ridicula quædam & inepta fingentes, aiunt, nec spiritualem peccare posse naturam, nec iuste aliquid facere terrenam. Quos interrogemus quare de bona oliua rami fracti sunt, & cur de oleastro in radicem bonæ oliuæ inserti sint: si nec de bono cadere quicquam potest, nec de malo surgere? Aut quomodo uel Paulus persecutus sit ante ecclesiam, si de natura spirituali fuit: aut postea apostolus factus, si de terrena fece generatus est. Quod si terrenum eum non fuisse cōtenderint, ipsius uerba ponamus. Eramus filij natura iræ, sicut

A sicut & cæteri. Natura Iudæus est, qui de genere est Abraham: & à parentibus die octauo circumcisus est. Non natura Iudæus, qui postea est factus ex gentibus. Vt autem totum argumentū breui sermone comprehēdam, sensus est iste qui texitur, Nos, id est, ego & tu Petre: misCcuit enim personam suā, ne illi facere uideretur iniuriā: Cū essemus, inquit, natura Iudæi, ea faciētes quæ lege præcepta sunt, & non ex gentib. peccatores, qui uel generaliter, quia idolis seruiūt, peccatores sunt: uel quos nunc putamus immūdos: scientes quod non possemus ex legis opere, sed ex Christi saluari fide, credidimus in Christū, ut quod lex nobis non dederat, fides tribueret quā habebamus in Christo. Quod si recedentes à lege, in qua saluari non potuimus, trāscendimus ad fidē, in qua nō carnis quēritur circumcisio, sed cordis puri deuotio: & nūc à gentibus recedendo hoc agimus, ut quicūq; non sit circumcisus, immūdus sit: ergo fides in Christū in qua nos putamus ante saluari, magis peccati est ministra quàm iustitiæ, quæ aufert circumcisionē: quū qui non habuerit, immundus est. Sed absit, ut quod semel destruxi, & sciui mihi nō profuisse, rursum uendicē. Semel à lege discedens, legi sum mortuus, ut in Christo uiuerē: cruciq; eius affixus, & in nouū renatus hominē, fide magis q̄

B carne subsisterem, & cum Christo egrederer è mundo. Quod semel adorsus sum, teneo. Nō mihi gratis Christus est mortuus, in quo frustra credidi, si putauit absq; fide eius in ueteri lege saluari. a ¶ *Scientes aūt quod, etc.*] Aiunt quidā si uerum hoc sit quod Paulus affirmat, ex operibus legis neminē iustificari, sed ex fide Iesu Christi, patriarchas & prophetas, & sanctos, qui ante Christi aduentū fuerunt, imperfectos fuisse. Quos admonere debemus eos hic dici iustitiā non consequutos, qui tantū ex operibus iustificari posse se credunt. Sanctos aūt qui antiquitus fuerint, ex fide Christi iustificatos. Si

Ioan. 8. g quidē Abrahā uidit diem Christi, & lætatus est. Et Moses maiores diuitias æstimauit thesauro Aegyptiorū, improperiū Christi. Aspiciebat enim in remunerationē.

Esa. 6. a Et Esaias uidit gloriā Christi, ut Ioannes euangelista cōmemorat, & Iudas de omnibus generaliter: Cōmonere, inquit, uos uolo scientes semel omnia, quoniā Iesus populū de terra Aegypti saluans: secundo eos qui non crediderunt, perdidit. Vnde non tam legis opera damnantur, quàm hi qui tantū ex operib. iustificari se posse confidunt. Saluatore quoq; ad discipulos loquente:

Matth. 5. a Nisi superabundauerit iustitia uestra plus quàm scribarū & pharisæorū, non intrabitis in regno cœlorum. Congregandum in hoc loco quanta in lege præcepta sint, quæ explere nullus queat. Et econtrario dicendū, quædā legis etiā ab his fieri qui ignorēt eam. Sed ideo non iustificari operatores eius, quia absq; fide Christi fiant: uerbi gratia, non dormire cum uiro dormitione mulieris, non adulterari, non rapere, sed magis honorare patrē & matrē, & cætera quæ imperata sunt, facere. Quod si de sanctis uiris nobis exempla protulerint, quod in lege uersati, ea quæ legis fuerant perpetrarint,

1. Tim. 1. b dicemus. Quia iusto lex nō est posita, sed iniquis & nō subditis, impijs & peccatoribus, contaminatis & immūdis. Qui aūt à deo doctus sit, nō habere eum necesse

ut uel de charitate doceatur, Paulo dicente: De charitate aūt non necesse habeo scribere uobis, ipsi enim uos à deo docti estis, ut diligatis inuicē. b ¶ *Propter quod ex, etc.*] Non iustificatur ex operib. legis caro illa, de qua scribitur: Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quasi flos agri. Iustificatur aūt ex fide Iesu Christi caro illa, de qua in resurrectionis dicitur sacramento: Omnis Luc. 3. b caro uidebit salutare dei. Sed & iuxta humiliorē intellectū, iustificabat̄ quondā ex lege non omnis caro, sed tantū hi homines qui in Palæstina erāt. Nunc aūt ex fide Iesu Christi iustificatur omnis caro, dum ecclesia eius in toto orbe fundatur. c ¶ *Ego enim per legem, etc.*] Aliud est per legē mori, aliud legi mori. Quod legi moritur, uiuebat ei antequā moreretur: obseruans sabbata, & neomenias, & dies festos, & uictimarū typicā curiositatem, & fabulas Iudaicas, & genealogias. Postquā aūt uenit Christus & lex, de qua scriRom. 7. c ptum est: Scimus autē quia lex spiritualis est: per euangelicam legem, legi pristinæ mortuus est: & anima, quę secundum id quod scribitur ad Romanos: Viro uiuēte si nupsisset, adultera uocabatur: mortuo uiro suo, id est, lege ueteri, nupsit legi spirituali, ut fructificaret deo. Vnde & in Osee ad eam dicitur: Ex me fructus tuus in- Osee 14. d uentus est. Cui pulchre mysticū illud infertur: Quis sapiens, & intelliger ista: intelligens, & cognoscet ea? Qui D per legem igitur spiritualem legi literæ moritur, deo uiuit, cum non sit sine lege dei, sed in lege sit Christi. Qui uero legi moritur ob peccata, mortuus quidem est: sed non potest de eo dici quod sequitur, ut uiuat deo. Esse autem legem aliam spiritualem extra legem literæ: & alibi Apostolus docet, dicens: Itaq; lex quidem sancta & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Et Ezechiel Ezec. 20. b ex persona dei: Eduxi, inquit, eos: id est, populum Iudæorum de terra Aegypti, & adduxi eos in desertum, & dedi eis præcepta mea, & iustificationes meas ostendi illis, quas faciet homo & uiuet in eis. De ea uero lege quæ iram operatur, cui & Apostolus mortuus est, postea infert: Et ego dedi eis præcepta non bona, & iustificationes in quibus non uiuent in eis. Idipsum significatur & in psalterio: Quoniā non cognoui literaturā, in- Psal. 70. c troibo in fortitudinē dñi. d ¶ *Christo confixus sum cruci.*] Quia dixerat se per legē legi mortuū, quomodo mortuus fuerit, ostendit: Christo confixus sum cruci, tollēs crucem suam, & Christum sequens, & in ipsa obsecrās passione: Memento mei quū ueneris in regnum tuum. Luc. 23. c Statimq; audiens: Hodie mecū eris in paradiso. Si quis mortificatis membris super terrā: & mundo mortuus, configuratus fuerit morti Iesu Christi, crucifigitur cum Iesu, & trophæū mortificationis suæ, in ligno dominicæ passionis affigit. e ¶ *Viuo autem iam non ego, etc.*] Non uiuit ille qui quondam uiuebat in lege, quippe qui perse quebatur ecclesiam. Viuit autem in eo Christus, sapientia, fortitudo, sermo, pax, gaudium, cæteręq; uirtutes, quas qui non habet, non potest dicere: Viuit autem in me Christus. Hoc autem totum sub sua persona aduersum Petrū de Petro disputat. f ¶ *Quod aūt nunc uiuo in carne.*] Aliud est in carne esse, & in carne uiuere. Qui enim in carne sunt, deo placere non possunt. Vnde ad Rom. 8. b bene uiuentes dicitur: Vos autem non estis in carne.

carne,in fide uiuó filij dei: qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.Nón abijcio gratiam dei: si enim per legem iustitia,ergo Christus gratis mortuus est.

Cap. III

O Insensati Galatę,quis uós fascinauit nó credere ueritati? Antẽ quorũ oculos Iesus Christus proscriptus est, in uobis crucifixus est.Hóc solú à uobis uolo discere, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis,ut cũ spiritu cœperitis,nunc carne cõsummamini? Tãtã passi estis sine causã,si tamen sine causa. Qui ergo tribuit uobis spiritũ, & operatur uirtutes in uobis, ex operibus

A a ¶ *In fide uiuo,etc.*] Ad Romanos de deo loquit̃,quod filio suo nõ pepercit,sed pro nobis tradiderit eũ. Nũc uero de Christo quod se ipse tradiderit:Qui dilexit me,inquit, & tradidit seipsum pro me.In euangelio uero ubi Luc.6.c apostoli enumerant̃,infertur: Et Iudas Iscariotis qui & tradidit eũ. Rursum Matth.26.c in eodẽ: Ecce appropinquauit qui tradet me.De principib.uero sacerdotũ, & seniorib.populi, scriptura cõmemorat,quod cõdemnauerint Iesum morti,& ligates eũ duxerint & tradiderint Pilato præsidi. Et deinceps de Pilato: Dimisit eis Barrabã,Iesum aũt flagellatũ tradidit eis ut crucifigerent illũ. Igitur & pater tradidit filiũ, & filius ipse se tradidit:& Iudas & sacerdotes cum principib. tradiderunt:& ad extremũ traditũ sibi, tradidit ipse Pilatus. Sed pater tradidit, ut saluaret perditũ mũdũ. Iesus ipse se tradidit,ut patris suamq; faceret uoluntatẽ.Iudas aũt & sacerdotes & seniores populi & Pilatus, uitam morti nescij tradiderunt. Quæ cũ ipsa quoq; se pro nostra salute tradiderit,beatus multumq; felix,qui uiuente in se Christo per singulas cogitationes & opera potest dicere:In fide uiuo filij dei,qui dilexit me, & tradidit seipsũ pro me. *b* ¶ *Non abijcio gratiã,etc.*] Abijcit gratiã dei, tã ille qui post euangeliũ uiuit in lege,quàm is qui peccatis post baptismũ sordidat̃. Qui aũt potest iuxta Apo- 1.Cor.15.b stolũ dicere:Gratia eius in me nõ fuit uacua: iste & hoc loquit̃ confidenter:Nõ abijcio gratiã dei.Quod aũt sequit̃, ualde necessariũ est aduersum eos qui post fidem B Christi putant legis præcepta seruanda.Dicendũ quippe eis:Si per legẽ iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est.Aut certe doceãt,quomodo nõ Christus gratis mortuus sit,si opera iustificent. Sed quamuis sint hebetes,dicere nõ audebunt Christũ sine causa mortuũ. Ad particulã itaq; syllogismi,quæ hic proponit:id est,si eñ per legẽ iustitia,ergo Christus gratis mortuus est:debemus illud assumere quod consequenter infertur,& negari nõ potest:Christus autẽ non est gratis mortuus,& concludere: Non igitur per legẽ iustitia. Hucusq; cõtra Petrũ,nunc ad Galatas reuertitur. CAP. III

O *insensati Galatæ,etc.*] Dupliciter hic locus intelligi potest.Vel ideo insensatos Galatas appellatos, à maioribus ad minora uenientes,quia cœperint spiritu & carne consumẽt̃. Vel ob id,quod unaquæq; Tit.1.c prouincia suas habeat proprietates. Cretenses semper mendaces,malas bestias, uẽtres pigros,uere ab Epimenide poeta dictos, Apostolos comprobat. Vanos Mauros,& feroces Dalmatas,Latinus pulsat historicus. Timidos Phrygas,omnes poetæ lacerant. Athenis expeditiora nasci ingenia, philosophi gloriant̃. Græcos leues,apud C.Cæsarẽ suggillat Tullius,dicens: Aut leuiũ Græcorũ,aut immaniũ barbarorũ:& pro Flacco,Ingenita,inquit,leuitas,& erudita uanitas.Ipsum Israel,gracorde,& dura ceruice,oẽs scripturæ arguũt. In hunc ergo modũ arbitror & Apostolũ Galatas regionis suæ ꝓprietate pulsasse. Licet quidã ꝓfundis se quæstionib. inferentes,quasi sub obtentu uitandæ hæreseos,quæ diuersas naturas infert,dicãt, Tyrios quoq; & Sidonios, Moabitas & Ammonitas, & Idumæos, Babylonios & Aegyptios,oẽsq; gentes quæ in scripturis nominantur habere quædã idiomata:& ex causis præcedẽtib.& merito operũ pristinorũ,ne iustitia dei ueniat in dubiũ,cũ unaquæq; gens uel bonũ uel malũ habere asserat̃ quod alia nõ habeat.Nos istas altitudines declinãtes,superto ra sectabimur, aut stultitiæ eos argui,dicentes: per quã C spiritũ legis & literã dijudicare nõ possint:aut uitio gẽtis corripi,quod indociles sint & uecordes,& ad sapiẽtiã tardiores.Quod aũt sequit̃:Quis uos fascinauit,digne Paulo,qui & si imperitus est sermone,nõ tamẽ scientia debemus exponere:nõ quo scierit esse fascinũ,qui uulgo putatur nocere:sed usus sermone sit triuꝑ:et ut in cæteris,ita & in hoc quoq; loco, uerbum quotidianæ sermocinationis assumpserit. Legimus in Prouerbijs:Donũ,inuidi cruciat oculos. Qui apd̃ nos inuidus,in Græco significãtius ponit̃,fascinator,& Sap.4.c in sapiẽtia quæ Salomonis scribit̃: Fascinatio malignitatis obscurat bona. Quib.docemur exẽplis,quod uel in uidus aliena felicitate cruciet̃:uel is in quo bona sint aliqua,alio fascinãte,id est,inuidẽte noceat̃. Dicit fascinus ꝓprie infantib.nocere,& ætati paruulæ, & his qui necdũ firmo uestigio figãt gradũ. Vnde & quidã è gentilibus: Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Hoc utrũ uerũ,nec ne sit,deus uiderit:quia potest fieri, ut & dæmones huic peccato seruiãt,& quoscunq; in dei opere uel cœpisse uel profecisse cognouerint,eos à bonis operib.auertãt. Nũc illud in causa est,quod ex opinione uulgi sumptũ putamus exẽplũ,ut quomodo tenera ætas noceri dicit̃ fascino:sic etiã Galatæ in Christi fide nuper nati & nutriti lacte, & non solido cibo: ueluti quodã fascinãte sint nociti, & stomacho fidei nauseãte, spiritus sancti cibũ euomuerint.Quod si aliquis cõtradicit,exponat quomodo de cõmuni opinione sit sumD ptũ,uallis Titanorũ in Regnorũ libris: Syrenæ & Ono 2.Reg.23.b cẽtauri in Esaia:Arcturus & Oriõ,& Pleiades in Iob, & Esa.34.d cætera his similia: quæ utiq; uocabula, gẽtiliũ fabularũ & causas et origines habẽt.Interrogemus hoc loco Marcionẽ,qui ꝓphetas repudiat, quomodo interpretet̃ id quod sequit. *d* ¶ *Ante quorũ,etc.*] Nobis eñ recte proscriptus est Christus,de cuius patibulo & passione, alapis & flagellis, omnis prophetarũ prædicit chorus, ut crucẽ ipsius nõ de euãgelio tñ in quo crucifixus refertur: sed multo anteq; descendere dignaret̃ ad terras, & hominẽ qui est crucifixus assumeret, nouerimus. Nec parua laus Galatarũ est, quod ita crediderint in crucifixũ,ut ante fuerat eis proscriptus:quod scilicet lectitates prophetas,& oñia ueteris legis sacramẽta noscẽtes,uia & ordine uenerint ad credẽdũ.Legit̃ in quibusdã codicibus:Quis uos fascinauit nõ credere ueritati? Sed hoc quia in exẽplaribus Adamãtij nõ habet̃, omisimus. *e* ¶ *Hoc solum,etc.*] Sunt quidẽ,ait,multa quæ possunt interrogatione uos cogere,legi euangeliũ præferẽdũ: sed qñ insensati estis,& nequaq̃ potestis ea audire,simpliciter uobiscũ sermone loquor, & de eo qd̃ prõptũ est, scitor: Spiritũ sanctũ quem accipistis, utrũ uobis legis opera,sabbati obseruatio,circũcisionis,& neomeniarũ superstitio dederint, an auditus fidei,per quã ex gẽtib. credidistis? Quod si negari nõ potest, spiritũ sanctũ & uirtutes quæ in principio fidei acceptũ spiritum sequebantur,nõ ex operib.legis,sed ex fide Christi datas,manifestum est uos à meliorib. exorsos,in peiora corruere. Consideremus aũt diligenter,quia nõ dixerit: uolo à uobis discere utrũ ex operib.spiritũ accepistis:sed adiecerit,ex operibus legis. Sciebat enim & Cornelium Cẽturionẽ spiritum ex operibus accepisse,sed nõ ex operibus legis,quã nesciebat. Si aũt ecõtrario dicitur,ergo & sine auditione fidei accipi spiritus potest. Nos respõdebimus ac

A bimus accepisse quidẽ eũ spiritũ: sed ex auditu fidei & naturali lege,quę loquit̃ in cordib.nostris,bona quęq; faciẽda & uitãda mala, per quã dudum quoq; Abrahã, Mosen, & cęteros sanctos iustificatos retulimus:quã augere deinceps potest operũ obseruatio,legis quoq; iustitia:nõ tñ carnalis legis quæ prætęrijt, sed spiritualis, quia lex spiritualis est.Neq; uero quia fidẽ prætęrimus, legis opera destruimus: nec dicimus secũdũ quosdã, faciamus mala donec ueniãt bona,quorũ damnatio iusta est,sed seruituti gratiã anteponimus. Dicimusq; qd̃ Iudæi propter metũ faciũt,id nos facere propter charitatẽ.Illos seruos esse,nos filios:illos cogi ad bonũ, nos bonũ sponte suscipere. Non igit̃ ex fide Christi licentia nascit̃ delinquẽdi,sed ex dilectione fidei uoluntas boni operis auget̃:dũ bona ideo facimus, nõ quia iudicẽ formidamus,sed quia scimus ea ei placere in quem credimus. Quærat quispiã,si fides nõ est nisi ex auditu:quomodo qui surdi nati sunt,possunt fieri Christiani. Deũ quippe patrẽ ex magnitudine & pulchritudine creaturarũ potest quis intelligere,& à cõditionib.cõditor consequenter agnoscit̃.Christi aũt natiuitas,crux, mors,resurrectio,nisi ex auditu sciri nõ potest. Aut surdi igitur Christiani non sunt, aut si surdi sunt Christiani,falsum est quod alibi ab apostolo dicit̃:Itaq; fides ex auditu:auditus aũt per uerbũ dei. Ad quod qui simplici responsione cõtentus est,dicit non eũ generaliter dixisse:fides omniũ ex auditu est,sed fides ex auditu:quod & in parte,& in toto accipi potest: Eorũ scilicet fides ex auditu, qui audiũt,qui credũt.Qui aũt huic scrupulo satisfaceB re conat̃,prius illud tẽtabit asserere,quod nutib.quoq; & quotidiana cõuersatione:& ut ita dixerim totius corporis loquẽte gestu surdi possint euangeliũ discere:deinde etiã hoc,quod dei sermo cui nihil surdũ est,ad eas magis loquat̃ aures, de quibus & ipse ait in euangelio: Luc.8.a Qui habet aures audiẽdi,audiat.Et in Apocalypsi:Qui Apoc.2.b habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Et Esaias:Dñs addidit mihi auriculã.Iste est alius homo cui deus loquitur in occulto:qui clamat in corde credẽtis: Rom.8.c Abba pater:& (ut frequenter exposuimus) quomodo corpus omnia mẽbra & sensus habet: ita animã quoq; uniuersos & sensus,& mẽbra habere,& inter cætera aures etiam, quas qui habuerit,nõ magnopere indigebit his aurib.corporis ad Christi euangeliũ cognoscendũ. Simul aũt etiã illud attendite,quod hic spiritus absq; ullo additamẽto sanctus intelligat̃,quẽ ex dono cõsequiSap.12.a mur,& non hominis, de quo alibi scribit̃:Incorruptus spiritus est in omnibus.Et:Ipse spiritus testimoniũ reddet spiritui nostro.Et in alto loco: Nemo scit ea quæ in homine sunt, nisi spiritus hominis qui est in eo.Et in Dan.3.f Daniele:Benedicite spiritus & animæ iustorũ dñm. *f* ¶ *Sic stulti estis,etc.*] Si sanctũ spiritũ acceperant Galatæ, quomodo stulti erãt? Verũ statim soluit,cœpisse quidẽ eos spiritu,sed cũ carne cõsummarẽt̃,spiritũ ab eis fuisse sublatum. Vnde sine causa passi sunt tanta quæ passi Psal.50.f sunt.Quod ne sibi post peccatũ eueniret, Dauid precat̃ dicens:Spiritũ sanctũ tuũ ne auferas à me.Diligẽter attẽdite quod qui scripturas iuxta literã sequit̃,cõsummaC ri carne dicat. Quãobrẽ illud quod ad Corinth. scriptũ 2.Cor.10.d est:In carne uiuẽtes, nõ iuxta carnẽ militamus: melius sic intelligi potest, ut hi militare dicant̃ in carne qui uetus testamẽtũ humiliter ediserũt.Qui uero sequunt̃ intelligẽtiã spiritualẽ,sint quidẽ in carne, quia eãdẽ habẽt literã quam Iudæi:sed nõ iuxta carnẽ militẽt,à carne ad spiritũ trãscendẽtes. Quãdo uideritis eũ qui primũ credit ex gẽtibus,& ad Christi ararũ mittit manũ, præuio aliquo doctore prudẽte, sic per legis iter ad euãgelium pergere,ut omnia illa quæ ibi scripta sunt, de sabbato, de azymis,de circuncisione,de uictimis,digne deo intelligat:& deinceps post euangelij lectionẽ à Iudæo aliquo,aut Iudæorũ socio persuaderi,ut umbras & Allegorię nubila derelinquens,sic scripturas interpretet̃ ut scriptę sunt,de hoc potestis dicere: Sic stultus es,ut cũ spiritu *b* ¶ *Tãta passi estis,etc.*] Cõsideremus infelices Iudæos, quanta superstitione & obseruationis labore uiuãt inter cæteras nationes, dicẽtes:ne tetigeris,ne gustaueris,ne attrectaueris,& probabimus uerũ esse quod dicit̃: Tãta passi estis sine causa: sed nõ statim ad eos sentẽtia tẽperat̃ & dubia fit, si tñ sine causã,quia de his dicit̃, qui possunt post legẽ ad euãgeliũ reuerti.Melius aũt sic intelligi potest,quod primũ credentes Galatæ in crucifixũ, & à Iudæis & à gentilib. opprobria multa perpessi sint, & persecutiones nõ minimas sustinuerint.Quas frustra arguunt̃ fuisse perpessi,si à gratia Christi recedant, propter quã tãta perpessi sunt.Simul & illa spes, quod quicũq; ob Christi fidẽ laborauerit,& postea lapsus fuerit in peccatũ,sicut prior,a sine causa dicit̃ passus fuisse dũ peccat: sic rursum nõ perdat ea si ad pristinã fidẽ & antiquũ studiũ reuertat̃. Aliter:Si circũcisionem,inquit, putatis sequendam esse post gratiã: ergo usq; ad præsens tẽpus sine circũcisione uiuentes,omnia quæ passi estis,in irritũ sunt deducta. Quæ quidẽ mihi uidemini non frustra sustinuisse, qui scio legẽ post euangeliũ nõ ualere. Vel certe sic: Nõ D leue erat damnũ,si circuncisionẽ sequentes,tantũ pristinæ fidei perdidissetis laborẽ: nunc uero ad hoc detrimentũ,etiã præuaricationis pœna sociatur,ut & prætęrita sine causa perpessi sitis,& in futuro cruciemini. Qui dã coactius ita intelligunt. Considerate pristinã gratiæ libertatẽ,& præsentis onera obseruationis in lege, & ui debitis cẽ multa cassa studio fecerit̃is,licet non penitus fructus erroris istius desperãdus sit,dũ zelo dei ad hoc ipsum estis adducti.Ignorantib.enim cõcedi ueniã potest:si ad meliora conuersi,scientiã in uobis doceatis fluctuasse,nõ studiũ. *c* ¶ *Qui ergo tribuit,etc.*] Tribuit,hoc est,administrat,præsentis tẽporis est legendũ, ut often datur per singulas horas atq; momenta semper dignis sanctũ spiritũ ministrari, & quanto quis in dei opere & amore profecerit,tanto magis sancti spiritus in se habere uirtutes,quas auditus fidei, & non legis opera consummãt.Non quo legis opera contẽnenda sint,& absq; eis simplex fides appetenda, sed quo ipsa opera fide Christi adornent̃. Scita est enim sapientis uiri illa sententia,non fidelẽ uiuere ex iustitia,sed iustũ ex fide. Simul ostenditur Galatas accepto post fidẽ sancto spiritu,dona habuisse uirtutũ,id est,prophetiã, genera linguarum, morborũ curationes,& cætera quæ ad Corin 1.Cor.7.b thios in donis spiritualib.enumerantur. Et tamen post tanta (quia forsitan gratiã discernendorũ spirituũ non habebant) à falsis doctoribus irretiti sunt. Obseruandum etiã quod operari uirtutes dicantur in his qui nõ tenent euangelij ueritatẽ, sicut in illis qui dñm non sequentes,in nomine eius signa faciebant:Ioanne uel maxime cõquerente,Præceptor uidimus quẽdã in nomi- Marc.9.f ne tuo eijcientẽ dæmonia,& ꝓhibuimus eũ quia nõ sequit̃ nobiscũ. Hoc aduersum hæreticos qui ꝓbationẽ fidei suę ex eo si signum aliquod fecerint,arbitrant̃. Qui cũ mãducauerint & biberint in nomine dñi (habẽt qppe & ipsi altare sacrilegũ) & signa multa inuocato salua

A torq̃ fecisse se iactent, in die iudicij merebuntur audire: Nõ noui uos, discedite à me qui operamini iniquitatẽ.
a ¶ *Sicut Abrahã credidit, etc.*] Ab hoc loco usq; ad eum ubi scribitur: Qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abrahã: Marcion de suo apostolo erasit. Sed quid profuit hoc tuisse, cũ cætera quæ reliquit, insaniæ eius aduersa
Gen. 12 sint. Credidit aũt Abraham deo, exiens de patria sua in terram quam nesciebat: Sarã nonagenariã, & sterilẽ cõfidẽs esse pariturã: & audita repromissione dei, quod in Isaac uocaretur semẽ eius, ipsum Isaac offerens uictimã, & tamen de dñi repromissione non dubitãs: recte tali reputatur fides ad iustitiam, qui legis opera supergressus, deum non metu, sed dilectione promeruerit. b ¶ *Cognoscitis ergo, quia qui ex fide sunt,*
Rom. 4. a *hi filij sunt Abrahæ.*] Plenius de hoc in epistola ad Romanos disputat, quod fides reputata sit Abrahæ ad iustitiã, non in circumcisione, sed in præputio. Et diligenter obseruans, docet eos filios esse Abrahæ, quicunq; hac mente crediderint, qua incircumcisus credidit Abrahã, qui exultauit ut uideret diem dñi, & uidit, & lætatus est.
Ioan. 8. g Vnde & ad infideles ludæos dicitur: Si filij essetis Abrahæ, opera Abrahæ faceretis. Quæ aũt alia (illo in tempore cum hæc dicebantur) ab eis opera dñs expetebat, nisi credulitatem in filiũ dei quem pater miserat loquentem: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui me misit. Vnde & in alio loco de generis sibi antiquita-
Ioan. 8. c te & nobilitate plaudentib. respondetur: Et ne dixeritis, quia patrem habemus Abraham. Potest enim deus de
B lapidibus istis suscitare filios Abraham. Lapides ibi nemo ambigit dura significari corda gentiliũ: quæ mollita sunt postea, & fidei recepere signaculũ. Virtutes Abraham in quibus ante circumcisionem deo placuit, diligens lector enumera, & quoscunq; in simili opere repereris, dicito filios esse Abraham, iustificati in præputio, qui circumcisionẽ non ob meritũ operũ, sed in signum fidei prioris accepit. Quia eñ ex semine eius erat Christus oriundus, in quo uniuersarũ gentiũ fuerat benedicto repromissa: & ab Abraham usq; ad Christum multa erant secula transitura, prouidẽs deus, ne soboles dilecti Abrahæ cæteris nationibus miscerentur: & paulatim familia eius fieret incerta, gregem Israeliticũ quodã circumcisionis cauterio denotauit, ut uiuẽtes inter Aegyptios, inter Assyrios, Babylonios atq; Chaldæos, hoc signaculo distinguerentur. Deniq; per quadraginta annos in eremo nullus est circũcisus: soli quippe sine gentis alterius admixtione uiuebãt: statim ut Iordanis ripã transgressus est populus, & in Palæstinæ terrã ludæum se examen infudit, circumcisio necessaria futuro ex commixtione gentium prouidit error. Quod aũt à Iesu duce, secundo scribitur populus circumcisus: significat & in eremo cessasse circũcisionẽ, quæ in Aegypto rationabiliter exercebatur, & à dño Iesu Christo spirituali circumcisione credẽtes esse mũdandos. c ¶ *Prouidens autem scriptura.*] Non quo ipsa scriptura, attramentum uidelicet & membranæ, quæ insensibiles sunt, possint futura prænoscere, sed quo spiritus sanctus, & sensus qui in litera latet, multis post seculis uentura prædixerint. Porrò exemplum quod de Geneſi sumptũ est, ita in proprio uolumine continetur: Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Quod Apostolus super Christum interpretans, ait: Non est scriptum ex seminib. quasi in multis, sed quasi in uno, & semine tuo qui est Christus. Hoc autem in omnibus penè testimonijs, quæ de ueteribus libris in nouo assumpta sunt testamento obseruare debemus, quod memoriæ crediderint euangelistæ uel apostoli: & tantum sensu explicato, sæpe ordinem commutauerint: nonnunq; uel detraxerint uerba, uel addiderint. Nulli uero dubium quod in Isaac & Iacob, siue in duodecim patriarchis, & cæteris qui de Abraham stirpe descendunt, non fuerint benedictæ uniuersæ nationes, sed in Christo Iesu per quẽ omnes gentes laudant deum, & benedicitur nouũ nomen super terrã. Potest autem Apostolus & de alio Ge- D
neseos loco exemplũ seminis usurpasse, ubi scribitur: Eduxit autem foras haud dubium quin Abrahã deus, & dixit ei: Aspice in cœlum & numera stellas, si poteris Gen. 15. b
dinumerare eas. Et ait illi: Sic erit semen tuum: & credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Qui cunq; igitur credunt, benedicentur cum fideli Abrahã, qui ob egregiam in deum fidem primus in eum credidisse narratur. Sicut Enos ob principalem in deũ spem, & inter cæteros eminentem, sperasse scribitur inuocare dñm deum. Non quo & Abel de quo dñs ait: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me: & cęteri deinceps deum non sperauerint inuocare, sed quo ex ea parte unusquisq; appelletur, quam uel maxime habet.

¶ Commentariorum in epistolam ad Galatas libri primi finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM LIBRVM Commentariorum ad Galatas, ad Paulam & Eustochium proœmium.

QVod in primo Cõmentariorũ ad Galatas libro, cum de gentiũ proprietatibus disputarem, intactũ reliquerã: nunc in secundo reddendũ uidetur, qui sint Galatæ, uel quò, unde transierint. Vtrũ indigenas eos fuderit, an aduenas quã nunc incolunt terra susceperit: & utrũ linguã connubio perdiderint: an & nouã didicerint, & non amiserint suã. Marcus Varro cunctarũ antiquitatũ diligentissimus perscrutator, & cæteri qui eũ imitati sunt, multa super hac gente, & digna memoria tradiderũt. Sed quia nobis propositũ est, incircũcisos homines nõ introducere in templũ dei: & ut simpliciter fatear, multi iã anni sunt quod hæc legere desiuimus: Lactãtij nostri quę in tertio ad Probũ uolumine de hac gẽte opinatus sit, uerba ponemus. Galli, inqt, antiquitus à cãdore corporis Galatæ nũcupabant̃, & Sibylla sic eos appellat. Quod significare uoluit Poeta, quũ ait: Tũ lactea colla auro innectunt̃: cũ posset dicere candida. Hinc utiq; Galatia prouincia, in quã Galli aliquando ueniẽtes, cũ Græcis se miscuerũt. Vnde primũ ea regio Gallograecia

A logræcia, post Galatia nominata est. Nec mirum si hoc ille de Galatis dixerit, & occidentales populos tantis in medio terrarum spacijs prætermissis, in orientis plaga consedisse memorarit, cum constet Orientis contra & Græciæ examina, ad Occidentis ultima peruenisse. Massiliam Phocæi condiderunt, quos ait Varro trilingues esse, quod & Græce loquantur, & Latine, & Gallice. Oppidum Rhoda, coloni Rhodiorum locauerunt, unde amnis Rhodanus nomen accepit. Prætermitto Carthaginis conditores Tyrios, & Agenoris urbem: prætereo Thebas Liberi quas in Aphrica condidit, quæ ciuitas nunc Thebestis dicitur. Relinquo eam partem Libyæ, quæ Græcis urbibus plena est. Ad Hispanias transgredior: nonne Saguntum Græci ex insula Zacyntho profecti condiderunt? & oppidum Tartesson, quod nunc uocatur Carteia, Iones Græci homines locasse referuntur. Montes quoq; Hispaniarum, Calpe, Idrus, Pyrene: item insulæ Aphrodisiades, & Gymnesiæ, quæ uocantur Baleares: nonne Græci sermonis indicia demonstrant? Ipsa Italia à Græcis populis occupata, maior quondam Græcia uocabatur. Certe quod negari non potest, Romani de Aeneæ Asiani hominis stirpe generati sunt. Ex quo euenit, ut & in Occidente Græci sæpe acuminis reperiantur ingenia, & in Oriente stoliditatem barbaram redoleant. Nec hoc dicimus quod non è regione utrobiq; diuersa nascantur: sed quod ex magna parte etiam cætera quæ non sunt similia, nuncupentur. Itaq; non mirum est stultos ad intelligentiam tardiores Galatas appellatos, cum & Hilarius Latinæ eloquentiæ Rhodanus, Gallus ipse & Pictauis genitus, in hymnorum carmine Gallos indociles uocet. Et quod nunc oratorum fertiles sunt, non tam ad regionis diligentiam, quàm ad rhetoricum clamorem pertinet, maxime cum Aquitania, Græca se iactet origine: & Galatæ non de illa parte terrarum, sed de ferocioribus Gallis sint profecti. Vultis scire ô Paula & Eustochium, quomodo Apostolus unamquanq; prouinciam suis proprietatibus denotarit. Vsq; hodie eadem uel uirtutum uestigia permanent uel errorum. Romanæ plebis laudatur fides. Vbi alibi tanto studio & frequentia, ad ecclesias & ad martyrum sepulchra concurritur? ubi sic ad similitudinem cœlestis tonitrui amen reboat, & uacua idolorum templa quatiuntur? Non quod aliam habeant Romani fidem, nisi hanc quam omnes Christi ecclesiæ, sed quod deuotio in eis maior sit, &
B simplicitas ad credendum. Rursum facilitatis & superbiæ arguuntur. Facilitatis, ut ibi: Rogo uos D
fratres, ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula, præter doctrinam quam uos didicistis, faciunt: & declinate ab illis, huiusmodi enim Christo domino non seruiunt, sed suo uentri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia in omnem locum peruulgata est. Gaudeo igitur in uobis, & uolo uos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Superbiæ uero: Noli altum sapere, sed time. Et: Nolo uos ignorare fratres mysterium hoc ut non sitis ipsi uobis sapientes. Et in sequentibus: Dico enim per gratiam quæ data est mihi in omnibus qui sunt inter uos, non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Et apertius: Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Corinthios quoque notat quod mulieres eorum intecto capite sint, & uiri comam nutriant, & indifferenter uescantur in templis: & inflati sapientia seculari, resurrectionem carnis negent. Hæc ex parte usq; hodie permanere: non potest dubitare, qui Achaiam uiderit. Macedones in charitate laudantur, & in hospitalitate ac susceptione fratrum. Vnde ad eos scribitur: De charitate autem fraternitatis, non necesse habemus scribere uobis. Ipsi enim uos à deo didicistis, ut diligatis inuicem. Etenim facitis illud in omnes fratres in uniuersa Macedonia. Sed reprehenduntur quod ociosi domus circumeant: & alienum expectantes cibum, dum singulis placere desiderant, & huc illucq; discurrant: quid apud singulos agatur, enuncient. Sequitur enim: Rogamus autem uos fratres, ut abundetis magis, & operam detis ut quieti sitis, & ut uestrum negocium agatis, & operemini manibus uestris sicut præcepimus uobis, & ut honeste ambuletis, ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Quòd ne quis putet officio magis docentis quàm uitio gentis admonitum, in secunda ad eosdem inculcat ac replicat, dicens: Nam & quum essemus apud uos, hoc denunciabamus uobis: quoniam si quis operari non uult, nec manducet. Audiuimus enim inter uos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes. His autem qui eiusmodi sunt, denunciamus & obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducent. Longum est si uelim de Apostolo & de scripturis omnibus singularum gentium, uel uirtutes obseruare uel

A uitia, cum ad hæc ipsa quæ diximus, inde deuoluti simus quod Galatæ stulti & uecordes pronunciati sint. Scit mecum qui uidit Ancyram metropolim Galatiæ ciuitatem, quot nunc usq; schismatibus dilacerata sit: quot dogmatũ uarietatibus constuprata: omitto Cataphrygas, Ophitas, Borboritas, & Manichæos. Nota enim iam hæc humanæ calamitatis uocabula sunt. Quis unquam passalorincitas, & Ascodrobos, & Artotyritas, & cætera magis portenta quàm nomina in aliqua parte Romani orbis audiuit? Antiquæ stultitiæ usq; hodie manent uestigia. Vnum est quod inferimus, & promissum in exordio reddimus, Galatas excepto sermone græco, quo omnis oriẽs loquitur, propriam linguã eandem penè habere quam Treuiros: nec referre si aliqua exinde corruperint, cum & Aphri Phœnicum linguam nonnulla ex parte mutauerint, & ipsa Latinitas & regionibus quotidie mutetur & tempore. Sed iam ad propositum reuertamur. C

COMMENTARIORVM HIERONYmi in epistolam ad Galatas Liber secundus.

Q Vicunq; enim ex operib. legis sunt, sub maledicto sunt, etc.] Hunc morẽ habeo, ut quotiẽscunq; ab apostolis de ueteri instrumento aliquid sumitur, recurram ad originales libros, & diligenter inspiciam, quomodo in suis locis scripta sint. Inueni itaq; in Deuteronomio hoc ipsum apud Lxx. interpretes ita

Deut. 27.d positum: Maledictus omnis homo qui non permanserit in omnibus sermonibus legis huius, ut faciat illos, & dicet omnis populus, fiat. Apud Aquilam uero sic: Maledictus qui non statuerit uerba legis huius, ut faciat ea: & dicet omnis populus, uere. Symmachus:

B Maledictus qui non firmauerit sermones legis istius, ut faciat eos, & dicet omnis populus, amen. Porrò Theodotio sic transtulit: Maledictus qui non suscitauerit sermones legis huius facere eos: & dicet omnis populus, amen. Ex quo intelligimus, Apostolum, ut in cæteris, sensum magis testimonij posuisse quàm uerba: & incertum habemus utrum Septuaginta interpretes addiderint, omnis homo & in omnibus: an in ueteri Hebraico ita fuerit, & postea à Iudæis deletũ sit. In hanc me autem suspicionem illa res stimulat: quod uerbum omnis & in omnibus, quasi sensui suo necessarium ad probandum illud, quod quicunque ex operibus legis sunt, sub maledicto sint: Apostolus uir Hebrææ peritiæ, & in lege doctissimus nunquam protulisset, nisi in Hebræis uoluminibus haberetur: quam ob causam Samaritanorum Hebræa uolumina relegens, inueni ‫אמת‬ quod interpretatur, omnis siue omnibus, scriptũ esse, & cum Septuaginta interpretibus concordare. Frustra igitur illud tulerunt Iudæi, ne uiderentur esse sub maledicto, si non possent omnia complere quæ scripta sunt: cum antiquiores alterius quoq; gentis literæ id positum fuisse testentur. Quoniam autem nemo possit explere legem, & cuncta facere quæ iussa sunt: & alibi te-

Rom. 8.a statur apostolus, dicens: Quod enim erat impossibile legis, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato condemnauit peccatum in carne. Quod si uerum est, potest nobis obijci: Ergo & Moyses, & Esaias, & cæteri prophetæ, qui sub operibus legis fuerunt, sub maledicto sunt. Quod non timebit annuere, qui dicentem Apostolum legerit: Quia Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, & respondere unumquenq; sanctorum suo tempore maledictionem factum esse populo. Nec statim hoc tribuens & iustis uiris, uidebitur detrahere saluatori, quasi nihil præcipuum & excellens habuerit, factus pro nobis maledictum: cum & cæteri pro alijs maledictum facti sint. Nemo enim illorum quamuis factus fuerit ipse maledictio, de maledicto quempiam liberauit, absq; solo domino Iesu Christo, qui precioso sanguine suo, & nos omnes & ipsos, Moysen dico & Aaron, prophetas cunctos & patriarchas, de maledicto legis redemit. nec hoc ex meo sensu dictum putetis, scriptura testis est, quia Christus gratia dei, siue ut in quibusdam exemplaribus legitur, absq; deo, pro omnib. mortuus est. Si autẽ pro omnibus, & pro Moyse, & pro uniuersis prophetis, è quibus nullus potuit delere chirographum uetus, quod aduersum nos scriptum erat, & affigere illud cruci. Omnes peccauerunt, & indigent Col. 2.c gloria dei. Ecclesiaste quoq; hanc firmante sententiam. Rom. 3.c Homo non est iustus in terra, qui faciat bonum & non D peccet. Denique & inferius Apostoli dictum manifeste docet: nec Moysen, nec illustrem aliquem de antiquis uirum, apud deum iustificari potuisse per legem. Sequitur enim: a ¶ Quoniam autem in lege nemo iustificatur, etc.] Exemplum quo probatur iustus ex fide uiuere, & non ex operibus, de Habacuc tulit, quod ita Septuaginta in Abac. 2.d terpretes ediderunt: Iustus autem ex fide mea uiuit. Aquila & Theodotio: Iustus autem ex fide eius uiuit, id est, dei. Considerandum itaq; quia non dixerit, homo aut uir ex fide uiuit, ne occasionem tribueret ad uirtutum opera contemnenda, sed iustus ex fide uiuit: Vt quicunq; fidelis esset, & per fidem uicturus, non aliter posset ad fidem uenire uel in ea uiuere, nisi prius iustus fuisset, & puritate uitæ quali quibusdam ad fidem gradibus ascendisset. Potest ergo fieri, ut sit aliquis iustus, & tamen non uiuat absq; fide Christi. Si legenti scripPhilip. 3.b tus commouetur, Pauli uerba suscipiat, in quibus dicit: Secundum iustitiam quæ in lege est sine reprehensione. Erat igitur Paulus tunc iustus in lege, sed nec dum uiuere poterat, quia non habebat in se Christum loquentem: Ego sum uita. In quem credens postea ccIoan. 11.c pit & uiuere. Faciamus & nos aliquid simile huic quod dicitur: iustus ex fide uiuit, & dicamus, castus ex fide uiuit, sapiens ex fide uiuit, fortis ex fide uiuit: & à cæteris uirtutum partibus uicinam sententiam proferamus aduersum eos qui in Christum non credentes, fortes & sapientes, temperantes se putant esse uel iustos, ut sciant nullum absque Christo uiuere, sine quo omnis uirtus in uitio est. Potest præsens testimonium & sic legi, quia iustus ex fide, ut deinceps inferat, uiuit. Quod autem ait: Lex non est ex fide, sed qui fecerit ea uiuet in illis: manifestissime demonstratur, non simplicem dici uitam, sed eam quæ referatur ad aliquid

A aliquid. Iustus quippe ex fide uiuit, & non additur, in his siue in illis. Viuẽs autem in lege qui fecerit ea, uiuet in illis: hoc est, in his quæ fecit, quæ putauit bona: mercedẽ laboris sui habens ea tantum opera quæ fecit: siue longitudinẽ uitæ (ut Iudæi putãt) siue declinationẽ pœnæ, per quã trãsgressor legis occidit. Viuere aũt in illis, nõ putemus apostoli uerba esse, sed Ezechielis prophetæ qui ait: Et eduxi eos in desertũ, & dedi eis præcepta mea, & iustificationes meas demonstraui eis, quas faciet homo & uiuet in eis. Qui cũ illos qui in præceptis & iustificationibus ambulassent, uiuere dixisset: adiecit: Et dedi eis præcepta nõ bona, & iustificatiões in quibus nõ uiuerẽt in eis. Quanta in uerbis cõsideratio, ubi dixit: Dedi eis præcepta & iustificatiões in quibus uiuerẽt in eis nõ adiũxit, bona. Vbi uero posuit in quibus nõ uiuerẽt in eis, addidit: Et ego dedi eis præcepta nõ bona, & iustificationes in quibus nõ uiuẽt in eis. Sed hæc plenius in Ezechiele: nũc ad ordinẽ epistolæ reuertamur.

a ¶ Christus, etc.] Subrepit in hoc loco Marcion de potestate creatoris, quẽ sanguinariũ, crudelẽ infamat & uindicẽ, asserẽs nos redẽptos esse per Christũ, qui alterius boni dei filius sit. Qui si intelligeret quo differunt emere, & redimere (quia qui emit, alienũ emit: qui aũt redimit, id emit proprie quod suũ fuit, & suum esse desiuit) nunq; scripturarũ uerba simplicia, in calũniam sui dogmatis detorqueret. Redemit ergo nos Christus de maledicto legis, quod peccantibus constitutũ est: quos ip-

Esa. 50.a se increpat per prophetã, dicens: Ecce peccatis uestris uenditi estis, & in iniquitatibus uestris dimissi matrem

B uestrã. Et Apostolus hoc ipsum replicat, dicẽs: Ego aũt

Rom. 7.c carnalis sum uenũdatus sub peccato. Maledicta quoq; legis quæ in Leuitico & Deuteronomio scripta sunt: nõ deo autore cõplentur, sed prophetico spiritu his q̃ peccaturi erant ea quæ uentura sunt, nunciant. Quod si apostoli uoluerit nos testimonio coartare dicẽtis: Quicũq; ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt: scriptũ

Deut. 27.d est enim: Maledictus omnis qui nõ permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea: & assere oẽs qui sub lege fuerint, fuisse maledictos: interrogemus eũ utrũ hi qui sub euãgelio Christi sunt, & eius præcepta nõ faciũt, maledicti sint an nõ. Si maledictos dixerit, id habebit in euangelio quod nos habemus in lege. Si maledictos negauerit, frustra ergo euãgelij præcepta sunt posita, & absq; mercede erũt hi qui illa compleuerint. Soluitur itaq; utrunq; hoc modo: quomodo Christus Iesus ex maledicto nos legis liberauit, factus pro nobis maledictum: ita de maledicto quoq; euangelij quod statutum est super eos qui eius præcepta nõ fecerint, eruit nos: factus pro nobis ipse maledictũ, sciens talẽ quoq; minimã nõ dimittere portionẽ, & nouissimum exigere quadrantem. b ¶ Quia scriptum est, etc.]

Deut. 21.d Antequam de sensu & uerbis Apostoli disputemus, iuxtã uidetur Deuteronomij testimoniũ, de quo & Apostolus hæc sumpsit, paucis replicare & cõponere illud cæteris æditionibus. Lxx. ergo interpretes ita hũc locũ transtulere: Si aũt fuerit in aliquo peccatũ & iudicium mortis, & mortuus fuerit, & suspenderitis eũ in ligno, nõ dormiet corpus illius super lignũ: sed sepeliẽtes sepelietis eum in die illa: quia maledictus à deo omnis q̃ pendet in ligno, & nõ contaminabis terrã tuam quam dominus deus tuus dabit tibi in hæreditatem. Aquila: Et cum fuerit in uiro peccatum iudiciũ mortis, & occisus fuerit & suspenderis eum super lignũ: non commorabitur morticinium ipsius super lignum: sed sepeliens sepelies eũ in die illa: quia maledictio dei est, qui suspensus est, & non contaminabis humum tuam quã dominus deus tuus dabit tibi hæreditatẽ. Symmachus: Si autem fuerit homini peccatũ ad iudiciũ mortis, & occisus fuerit, & suspẽderis eum super lignũ: non pernoctabit cadauer ipsius super lignũ, sed sepultura sepelies eum in die ipsa: quia propter blasphemiã dei suspẽsus est, & nõ contaminabis terram tuam quã dominus deus tuus dabit tibi ad hæreditatem Theodotio: Et quia erit in uiro peccatum iudiciũ mortis, & morietur, & suspendes eum in ligno: nõ dormiet morticiniũ eius super lignũ: quia sepultura sepelies eum in die ipsa: quia maledictio dei est suspensus, & non cõtaminabis adama tuã quam dominus deus tuus dederit tibi hæreditatem. Porrò ‫ארצה‬ terra siue humus, lingua Hebræa appellatur. In eo aũt loco ubi Aquila & Theodotio similiter transtulerunt, dicentes: quia maledictio dei est suspensus: in Hebræo ita ponit ‫כי קללת אלהים תלוי‬ Hæc uerba Hebiõ ille hæresiarches, semichristianus & semijudæus, ita interpretatus est: ὅτι ὕβρις θεοῦ ὁ κρεμάμενος: id est quia iniuria dei est suspensus. Memini me in altercatione Iasonis & Papisci, quæ Græco sermone conscripta est ita repperisse: λοιδορία θεοῦ ὁ κρεμάμενος: id est, maledictio dei qui appẽsus est. Dicebat mihi Hebræus qui me in scripturis aliqua ex parte instituit, quod possit & ita legi: quia contumelioſe deus suspensus est. Hæc idcirco congessimus: quia famosissima quæstio est: & nobis solet à Iudæis pro infamia obijci, quod saluator noster & dominus sub dei fuerit maledicto. Primũ igitur intuẽdum est: quod nõ quicũq; in ligno pepẽderit, maledi- D ctus sit apud deũ: sed qui peccauerit, & propter scelus morti fuerit adiudicatus, sublatusq; in crucẽ: non ideo maledictus, quia crucifixus est: sed quia in talẽ incederit reatũ, ut meruerit crucifigi. Deinde illud opponendũ quod inferius causa patibuli plenius exponat, scriptura referente, ob maledictũ & blasphemiã dei eũ esse crucifixum. Quod apertius Symmachus transtulit, dicens: quia propter blasphemiã dei suspensus est. Ad extremũ interrogemus eos si Ananias & Azarias & Misahel, nolentes adorare idolum Nabuchodonosor, fuisDan. 3.b sent in ligno suspensi: Eleazarus quoq; nonagenarius sub Antiocho rege Syriæ, & cũ septẽ filijs gloriosa mater: utrum maledictos eos æstimaturi fuerint, an omni benedictione dignissimos? Certe si crucem quã Aman parauerat Mardocheo, non ipse pro suo merito cõscendisset: puto Mardocheus in eam, nõ ut maledictus, sed ut uir sanctus ascẽderet. His & cæteris similibus cõprobatur illum esse maledictum, qui dignum facinus patibulo perpetrarit: Non eum qui iniquitate iudicum, & inimicorum potentia, uel clamore uulgi, aut uirtutum inuidia, aut regis ira fuerit crucifixus. Et Naboth quondã ad Iezabel literas tota Iezrael ciuitas morte dã-3.Reg. 21.c nauit: sed sanguis eius in typo Christi, multa post secula uindicat: dicente dño ad Osee: Voca nomen eius Iezrael: quia adhuc modicũ, & ulciscar sanguinẽ Iezrael Osee 1.b super domũ Hieu. Hæc aduersum Iudæos. Cæterum ut ad nos redeat disputatio, scire non possum quare Apostolus in eo quod scriptum est: Maledictus à deo omDeut. 21.d nis qui pẽdet in ligno, uel subtraxerit aliquid uel addiderit. Si enim semel autoritatem Lxx. interpretũ sequebatur: debuit sicut ab illis æditum est, & dei nomen ad iungere. Sin uero ut Hebræus ex Hebræis, id quod in sua lingua legerat, putabat esse uerissimum, nec omnis nec in ligno, quæ in Hebræo non habentur, assumere.

A Ex quo mihi uidentur: aut ueteres Hebræorũ libri aliter habuisse, quam nũc habẽt: aut Apostolũ (ut ante iam dixi) sensum scripturarũ posuisse, nõ uerba: aut qd magis est æstimandũ, post passionẽ Christi, & in Hebræis, & in nostris codicib. ab aliquo dei nomẽ appositũ: ut infamiã nobis inureret, q in Christũ male dictũ à deo credimus. Audaci itaq; pede ad hoc pcedo certamẽ, ut ad libros prouocẽ, nullo loco scriptũ à deo quenquã esse maledictũ: & ubicũq; maledictio ponit, nũ quã dei nomẽ adiunctũ. Maledictus tu ab omnib. bestijs, dicit ad serpentẽ. Et ad Adã: Maledicta terra in operibus tuis. Et ad Cain: Maledictus tu super terrã. Et alibi: Maledictus Chanaã puer, famulus erit fratribus suis. Necnõ in alio loco: Maledictus furor eorũ, qa audax: & ira eorũ, quia dura. Longũ est si uniuersas maledictiões, quæ in Leuitico, & in Deuteronomio, & in Iesu Nauæ scribunt, enumerẽ, & tamẽ in nulla earum, dei nomẽ est additũ: intantũ ut etiã ipse satanas, cũ de Iob pollicerẽt, quod si grãdib. pressus fuisset angustijs blasphemaret, à meliori parte hoc significauerit, dicẽs: Nisi te benedixerit in faciẽ. Et in regnorũ libris, Naboth propterea lapidatus referẽt: quia benedixerit deũ & regẽ. Nullum aũt debet mouere quod Christus pro nobis maledictũ factus sit: quia & deus qui eũ dicit fecisse maledictũ: ipse (cũ nesciret Christus peccatũ) pro nobis
B cum peccatũ fecit, & saluator de plenitudine patris, exinaniuit se, formã serui accipiẽs, uita mortuus est, & sapiẽtia dei fatuitas est appellata: ut quod stultũ erat dei, sapiẽtius fieret hominib. Et in sexagesimo octauo psalmo de se loquit: Deus tu scis insipientiã meã, & delicta mea à te nõ sunt abscõdita. Iniuria itaq; dñi, nostra gloria est. Ille mortuus est, ut nos uiueremus, Ille descendit ad inferos, ut nos ascẽderemus ad cœlum. Ille factus est stultitia, ut nos sapiẽtia fieremus. Ille se de plenitudine & de forma dei euacuauit, formam serui accipiẽs: ut in nobis habitaret plenitudo diuinitatis, & dñi fieremus ẽ seruis. Ille pependit in ligno ut peccatũ quod cõmiseramus in ligno sciẽtiæ boni & mali, ligno deleret appẽsus. Crux eius amaras aquas uertit in dulcẽ saporẽ, & securim perditã in profundũq; demersam, missa in fluenta Iordanis leuauit. Ad postremũ factus est ille male dictio: factus, inquã, non natus: ut benedictiones quæ promissæ fuerãt Abrahæ, ipso autore & præuio trãsferrent ad gẽtes, & spiritus repromissio per fidẽ illius cõpleret in nobis: quã dupliciter debemus accipere: aut in uirtutũ spiritualibus donis: aut in scripturarũ intelligentia spirituali. a ¶ *Fratres, etc.*] Apostolus qui omnibus omnia factus est, ut oẽs lucrifaceret, debitor Græcis ac barbaris, sapientib. & insipiẽtibus, Galatis quoq; quos paulo ante stultos dixerat, factus est stultus. Non enim ad eos his usus est argumentis quibus ad Romanos, sed simplicioribus, & quæ stulti possent intellige-
re, & pene de triuio. Quod ne uideret imperitia & non arte feciss̃e, prudentẽ placat ante lectorem, & quæ dictu rus est, temperat præfatione præmissa. Fratres, secundũ hominẽ dico: Quod enim dicturus sum, nõ dico secundum deum: nõ dico secũdum reconditam sapientiam, & eos qui solido possũt uesci cibo: sed secundũ eos qui ob tenerit udinem stomachi lacteo rore pascũtur, & ne quaquam ualent audire quæ grandia sunt. Vnde & ad Corinthios in quibus audiebat fornicatio, & tãlis fornicatio quæ ne inter gentes quidẽ, ait: Ego dico, & non dñs. Et ad eosdẽ in secũda: Quod loquor, nõ secũdum dñm loquor, sed quasi in insipiẽtia. Putãt aliqui quod de testamẽto hominis, & de testatoris morte, & cæteris humanæ similitudinis disputaturus exẽplis, dixerit: Fratres secundũ hominẽ dico, Mihi aũt uidẽt, & propter hoc quidem quod illi arbitrãtur: sed maxime propter illud quod sequit esse pręmissum: id est: Nõ dicit, & seminib. quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo qui est Christus. Oẽs scripturas sensu ac memoria peragrãs, nunq; plurali numero semina scripta reperi: sed siue in bonã partẽ, siue in malã, semper singulari numero. Necnõ & illud quod infert: Hoc aũt dico testamentũ confirmatũ à deo: si quis diligẽter Hebræa uolumina, & cæteras æditiões cũ Lxx. interpretũ trãslatiõe cõtulerit, inueniet ubi testamentũ scriptũ est, non testamentũ sonare, sed pactũ: quod Hebrẽo sermone dicitur בְּרִית Vnde manifestum est, id fecisse Apostolum quod promisit: nec recõditis ad Galatas usum esse sensibus: sed quotidianis & uilibus, & quæ possint (nisi præmississet, secundũ hominẽ dico) prudentibus displicere. Supputandi in hoc loco anni ab eo tempore quo dñs ad Abraham locutus est dicẽs: Et in semine tuo benedicentur omnes gentes, usq; ad legislatorẽ Moysen: utrũ quadringenti triginta sint: uel quomodo in Gene
D sipsi Abrahæ dñs polliceatur: quod post quadringentos annos de terra seruitutis filij eius exituri sint: Non enim parua res est, & à multis quæsita, nescio an ab aliquo sit inuenta. Illud etiam quod in eodẽ libro de Thamar & duobus eius paruulis legitur: quod scilicet primus qui dicitur Zara, miserit manum suam, & obstetrix ligauerit ei coccinũ, & dehinc illo manum intrinsecus retrahente, manũ posterior qui Phares uocat porrexerit, præsenti loco cõgruit: quod ostenderit Israel in legis opere manũ suã, & eam prophetarũ, & ipsius salu atoris pollutã cruore cõtraxerit: Postea uero proru perit populus gentiũ: propter quẽ dicitur sepis esse destructa, & medius paries qui inter Iudæos & gẽtiles fuerat dissipatus: ut fieret unus grex, & unus pastor, & esset gloria, & honor, & pax, omni operãti bonũ, Iudæo primũ & Græco. Simplex aũt sensus qui in hoc loco texitur, hanc uim habet, ut doceat Apostolus, non posse per legẽ, quæ postea data est, repromissiones quæ ante factæ sunt ad Abrahã destrui, & posteriora prioribus præiudicare: cũ repromissiones ad Abraham ante quadringẽtos triginta annos datæ sint, quod benediceren tur in illo uniuersæ natiões. Legis aũt obseruatio, qd q fecisset eã, uiueret in ea, post quadringẽtos triginta annos Moysi data sit in mõte Sina. Ecõtrario hic dici potest: Quid ergo necesse fuit legẽ post tantũ tẽpus repromissionis dari: cũ & data lege, suspicio destructæ spõsionis potuerit oboriri, & manẽte repromissione non profutura lex data sit? Quã præuidens Apostolus quæstionẽ, in sequentibus ipse sibi proponit & explicat, dicẽs. b ¶ *Quid igitur, etc.*] Quia manente repromissione quæ facta fuerat ad Abrahã: lex postea data per Moysen frustra uidebat illata: cur data sit explicat: Propter transgressiones, inquit. Post offensam enim in eremo populi, post adoratũ uitulum, & murmur in dominum: lex transgres-

A transgressiones prohibitura successit. Iusto quippe lex non est posita: iniquis autem & non subiectis, impijs & peccatoribus, & ut altius repetam, post idololatriã cui in Aegypto fuerant mancipati: ita ut deum patrũ suorum obliuiscerẽtur, & deinceps dicerẽt: Isti sunt dij tui Israel qui eduxerunt
te de terra Aegypti: ritus colendi deum & delinquẽtium pœna sancita est in manu mediatoris Christi Iesu: quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: Non solũ cœlũ, terra, mare, & uniuersa quę cernimus, sed etiã illa quæ per Moysen duro populo quasi iugũ legis imposita sunt.
1.Tim.2.b Scribitur & ad Timotheũ: Vnus emi deus unus & mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Postq; ob nostram salutem de uirginis utero dignatus est nasci dei & hominum homo Christus Iesus, sequester est dictus. Anteq; uero humanũ corpus assumeret, & esset apud patrẽ in principio deus uerbum, ad omnes sanctos ad quos factus est sermo dei, Enoch uidelicet, Noe Abrahã, Isaac, & Iacob: & postea Moysen & cũctos prophetas quos scriptura cõmemorat: sine additamento hominis, quem necdũ assumpserat, mediator tantũmodo nuncupatur. Quod aũt ait: Lex ordinata per angeB los: hoc uult intelligi, quod in omni ueteri testamento, ubi angelus primum uisus refert & postea quasi deus loquens inducit: angelus quidẽ uere ex ministris pluribus quicũq; sit uisus: sed in illo mediator loquat qui di
Exod.3.b cat: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. Nec mirũ si deus loquatur in angelis, cum etiã per angelos qui in hominibus sunt loquatur deus in prophetis: dicẽte Aggeo: Et ait angelus qui loquebat in mẽ: ac
Zach.2.a deinceps inferente. Hæc dicit dominus omnipotẽs. Neque enim angelus qui esse dictus fuerat in prophetia ex sua persona audebat loqui: Hæc dicit dñs omnipotẽs. Manum mediatoris, potentiam & uirtutem eius debemus accipere. Qui cum secundum deum unum sit ipse cum patre: secundum mediatoris officiũ alius ab eo intelligit. Quia uero lectionis ordo cõfusus est, & hyperbato perturbatur: sic nobis reddendus uidet. Lex posita est per angelos in manu mediatoris, propter transgressiones ordinata per angelos, donec ueniret semen cui repromissũ erat. Semen aũt haud dubiũ quin Christum significet: qui ex Matthæi quoq; principio cõprobatur esse filius Abraham: scriptura referente: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahã. a ¶ *Lex ergo aduersus, etc.*] Sicut mediator dei & hominum, inter dantem & accipientem legem medius fuit: ita lex ipsa quæ post repromissionem data est, inter repromissionem & completionem eius media subrepsit. Quæ non idcirco arbitranda est promissionem excludere, quia postea subsecuta eam quæ prius fuit uidetur abolere: sed ex eo quod non potuit uiuificare, nec id tribuere quod repromissio prima pollicita est, manifestum est in custodiam eam repromissionis non in subuersionem datam. Si enim data esset lex quæ posset præstare uitam, & id quod repromissio spoponderat exhibere: uere promissio per legem putaretur exclusa. Nunc autem ptopter trãsgressiones, ut supra diximus posita, magis arguit eos peccatores quibus post repro C
missionem in custodiam, & ut ita dicam, in carcerẽ data est: ut quia per arbitrij libertatem noluerant innocẽtes expectare promissum, legalibus uinculis præpediti, & in seruitutẽ mandatorum redacti, custodirẽtur in aduentum futuræ in Christo fidei: quæ finem repromissionis afferret. Nec uero est mandũ scripturã autorẽ esse peccati, quia omnia sub peccato cõclusisse dicat: cum mandatũ quod ex iure præcipitur, ostendat potius arguatq; peccatũ, quam sit causa peccati. Quomodo & iudex nõ est autor sceleris nequam homines uinciendo: sed concludit eos, & nocentes sententiæ suæ autoritate pronũciat: ut debitos pœnæ, in-
dulgẽtia postea si uoluerit principalis absoluat. b ¶ *Ita que lex pædagogus noster fuit in Christo: ut ex fide iustificemur.*]
Pædagogus paruulis assignatur: ut lasciuiens refrenetur ætas, & prona in uitia corda teneantur: dum tenera studijs eruditur infantia, & ad maiores philosophiæ ac regendæ reipublicæ disciplinas, mœtu pœnæ coercita præparatur. Non tamen pædagogus magister & pater est: nec hæreditatem & scientiam pædagogi is qui eruditur expectat: sed alienum custodit filium pædagogus, ab eo postquam ille ad legitimum capiendæ hæreD
ditatis tempus aduenerit recessurus. Denicq; & nomen pædagogi hoc ipsum sonat, & est compositum ab eo quod pueros agat, id est ducter. Itaq; & Moysi lex, populo lasciuienti ad instar pædagogi seuerioris apposita est, ut custodiret eos, & futuræ fidei præpararet: quæ postquam uenit & credidimus in Christum iam non sumus sub pædagogo: tutor à nobis curatorq; discedunt, & legitimum ætatis tempus ineuntes, ueri dei filij nominamur: cui nos generat non lex abolita: sed mater fides, quæ est in Christo Iesu. Quod si quis post consummatum ætatis suæ tempus, quando iam hæres & liber & filius appellatur, uoluerit esse sub pædagogo: sciat se non posse legibus paruuli uiuere. Vbi enim nunc compleri potest illud, Ter in anno apparebit omne masculinum tuum in conspectu domini dei tui, sub
uersa Hierusalem, & templo usq; ad cineres dissipato- Exod.23.b
Vbi salutares & pro peccato hostiæ? Vbi ad simulachrum cœlestium siderum holocaustorum æternus ignis, altari omnino destructo? Noxijs uero quæ poterit pœna decerni, scriptura dicente: Auferetis malum de
medio uestrum: seruientibus Iudæis, & Romanis reg- Deut.13.b
nantibus. Atq; ita fiet, ut nec sub patre nec sub pædagogo uiuamus: dum & lex impleri non potest post successionem fidei, & fides dum pædagoga lex appetitur non tenetur. c ¶ *Quicunq;, etc.*] Quomodo filij dei per fidẽ quæ est in Christo Iesu nascamur, ostẽdit dicẽs: Quicũque enim in Christo baptizati estis Christũ induistis. Quod aũt Christus sit indumentũ: non solũ de præsenti loco, uerumetiã de alio cõprobatur, Paulo eodẽ cohortãte: Induite uos dominũ Iesum Christum. Si igitur Rom.13.d
qui in Christo baptizati sunt, Christum induerũt: manifestum est eos qui non sunt induti Christum, non fuisse baptizatos in Christo. Ad eos emi qui fideles & baptisma Christi cõsecuti putabãtur, dictum est: Induite

uos

A tros dominũ Iesum Christum. Si quis hoc corporeũ & Rom.15.d quod oculis carnis aspicit, aquæ tantũ accipit lauacrũ: nõ est indutus dñm Iesum Christũ. Nam & Simon ille Act.8.c de actibus Apostolorũ acceperat lauacrũ aquę: uerum quia sanctũ spiritũ nõ habebat: indutus nõ erat Christũ. Sic hæretici uel hypocritæ, & hi qui sordide uiuentant, uident quidẽ accipere baptismum: sed nescio an Christi habeãt indumẽtũ. Itaq; cõsiderandum ne forte & in nobis aliquis deprehendat, qui ex eo quod Christi nõ hẽt indumentũ arguat nõ baptizatus in Christo.

Cũ aũt quis semel Christũ indutus fuerit, & missus in flãmam, spiritus sancti ardore cãduerit: nõ intelligit aurũ sit an argentũ. Quãm diu calor massam sic possidet, unus igneus color est, & omnis diuersitas generis, conditiõis & corporũ auferẽt istiusmodi uestimento. Nõ est enim Iudæus neq; Græcus. Pro Græco gentilẽ accipere debemus: quia ἔλλην, & Græcũ & ethnicũ utrũq; significat. Nec Iudæus idcirco melior est, quia circũcisus est: nec gẽtilis ideo deterior, quia præputiũ habet: sed pro qualitate fidei, uel Iudæus, uel Græcus melior siue deterior est. Seruus quoq; & liber, nõ conditione separant sed fide: quia potest & seruus libero esse melior, & liber seruũ in fidei qualitate præuertere. Masculus similiter & fœmina, fortitudine & imbecillitate corporũ separãtur. Cæterũ fides pro mẽtis deuotiõe censẽt, & sæpe euenit ut & mulier uiro causa salutis fiat, & mulierẽ uir in religiõe præcedat. Cũ aũt ita se res habeat, & tota diuersitas generis, cõditionis & corporũ, Christi baptismate & indumẽto illius auferãt: oẽs unũ sumus in Christo Iesu: Vt quõ pater & filius in se unũ sunt: ita & nos in ipsis unũ simus. a ¶ *Si autem, etc.*] Quia repromissiones ad Abrahã & ad semẽ eius factæ sunt, quod est Christus Iesus: cõsequẽter hi qui Christi filij, id est semẽ eius sunt: semẽ quoq; dicunt Abrahã cuius sunt semẽ ex semine. Verũ quotiensciq; dñs noster Iesus semẽ Abrahæ nominat: corporaliter sentiendũ est, quod ex eius stirpe generat. Quotiens aũt nos qui saluatoris sermõe suscepto credidimus in eũ, & nobilitatẽ generis Abrahæ ad quẽ est promissio facta suscepimus: tũc spiritualiter semẽ fidei & prædicatiõis accipere debemus. Deinde etiã hoc cõsiderandũ, quod qñ de dño loquit: Abrahæ aũt dictæ sunt promissiões & semini eius: hoc est Christo Iesu: repromissiões pluraliter ponat. Qñ uero de his qui p Christũ semẽ sunt Abrahæ, singulariter repromissio nuncupat: ut in præsenti loco: ergo Abrahæ semen estis secundũ promissionẽ hæredes. Dec. ẽs quippe erat ut q̃ in Christo uno pluraliter dicebat: id in multis hominibus singulariter poneret. Sequitur: Cap. IIII.

Dico autem, etc.] Hæres iste paruulus qui nihil differt à seruo cũ sit dñs omniũ, sed sub tutoribus et actoribus est usq; ad præfinitũ tẽpus à patre: totũ humanũ genus usq; ad aduentum Christi, & ut amplius dicam, usq; ad mũdi consummationẽ significat. Quõ enim oẽs in protoplasto Adã, necdum nati moriunt: ita & oẽs etiam hi qui ante aduentum Christi nati sunt, in secundo Adã uiuificant. Atq; ita fit, ut & nos legi seruierimus in patribus, & illi gratia saluent in filijs. Iste intellectus ecclesiæ catholicæ cõuenit: quæ & ueteris & noui testamenti unã asserit prouidentiã: nec distinguit in tẽpore, quos cõditione sociauit. Oẽs ædificati sumus super fundamẽtum apostolorũ & prophetarum, cõtinente nos angulari lapide Iesu Christo dño nostro, qui fecit utraq; unum, & medium parietẽ dissipans, inimicitiã utriusq; populi in sua carne destruxit, & antiquæ legis difficultatẽ euangelicorum dogmatũ integritate mutauit. Vere in Christo omnes unus panis sumus, & duo cõ sensimus super terrã. Et quõ nos super prophetas fundati sumus: ita & patriarchę in apostolorũ fundamine constiterũt. Tutores aũt & actores, possunt & prophetæ accipi: quorũ uerbis quotidie in aduentũ saluatoris erudiebamur: sicut pædagoga Moysi lex supra disserta est, & angeli paruulorum qui quotidie uident faciẽ patris, & interpellant pro eis. De quibus dictum est: Immittet angelũ dñs in circuitu timentiũ eum & eruet eos. Recte hi sub tutoribus & actoribus esse dicunt: qui habentes spiritum timoris, nec dum meruere spiritum libertatis & adoptionis accipere. Ætas enim infantię ad peccata formidat: pędagogũ meruit, non confidit esse se liberam, licet per naturam domina sit. Et secundũ utranq; intelligentiã qua tutores & actores uel prophetas uel angelos diximus: paruulus iste tam diu sub actoribus est atq; tutoribus, do nec legitimum perfecti uiri tẽpus impleuerit. Legitimũ autẽ tempus, sicut Romanis legibus, uigintiquinq; annorum spacio terminat: ita ad humani generis perfectionẽ, Christi reputat aduentus. Statim ut ille uenerit, & oẽs in uirũ perfectũ creuerimus: pędagogus à nobis tutorq; discedunt. Tunc autoritate dñi & hæreditatis possessiõe perfruemur, in qua prius nati, quodãmodo putabamur alieni. c ¶ *Ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis huius mundi eramus seruien. etc.*] Elementa mũdi, eosdem quos supra tutores & actores dixerat, appellauit: quod sub ipsis primũ præsidib. cõstituti: quia necdum dei filij capere ad nos poteramus aduẽtum, erudiebamur in mũdo. Nõnulli eos esse angelos arbitrant, qui quatuor mũdi elemẽtis præsideãt: terræ uidelicet, aquę igni, & aeri, & necesse esse ut priusq; quis credat in Christo, illis arbitris guberneẽ. Elemẽta mundi, cœlũ, & terrã, & ea quæ intra hæc sunt, plæriq; appellata putãt: qd̃ uidelicet solẽ, lunã, maria, syluarum & mõtium deos, & sapiẽtes Græciæ & Barbaræ natiões, Romanicq; omniũ superstitionum sentina uenerent: à quibus cum Christus uenerit liberamur: intelligẽtes ea creaturas esse nõ numina: Alij elemẽta mundi, legẽ interpretant Moysi & eloquia prophetarum: quod per hæc quasi initia & exordia literarum, dei timorẽ qui sapiẽtiæ principium est, suscipiamus. Deniq; ad eos qui iã deberẽt esse perfecti, & ueritate neglecta adhuc disciplinarum principijs inhærebant: scribit in epistola ad Hebræos Apostolus: Etenim cum deberetis esse magistri propter tẽpus, rursum necesse habetis ut doceamini quæ sint elementa principij sermonũ dei. Econtrario nobis obijci potest, quod ad Coloss. Paulus apostolus scribens, elementa mũdi alia nũcuparit: Videte dicẽs, ne quis uos deprædet per philosophiã, & inanẽ deceptionẽ, secundũ traditionem hominum: secundum elemẽta mundi, & nõ secundum Christum. Sed eo quod addidit, secundum traditionẽ hominum & inanẽ deceptionẽ: ostendit nõ eadẽ elementa ad Colossenses & ad Galatas nominari. Ab his quippe elementis postquã uenerit tẽporis plenitudo redimimur, & ad maiora gradientes, adoptionem recipimus filiorum. Ab illis uero nihil tale dicitur quid

A quid sequat: sed simpliciter elemẽta pro literis accipiũtur. Potest igit ut diximus Moysi lex & prophetæ pro elemẽtis accipi literarũ, quod per eas syllabæ iungant & nomina, & nõ tam sui q̃ alterius rei utilitate discant: ut possimus orationẽ legere cõtextã: in qua sensus magis & ordo uerborũ q̃ literarũ principia considerãtur. Quod aũt legem & prophetas, elemẽta mũdi interpretati sumus, mũdus pro his q in mundo sunt accipi solet: eodẽ Paulo dicente: Deus erat in Christo, mundũ recõciliãs sibi. Et in Euangelio: Et mũdus per eũ factus est, & mũdus eũ nõ recepit. Quidã etiã in illa liberius euagant: ut quia lex umbrã habet futurorũ bonorũ, requirãt utrũ in alio mundo de quo saluator ait: Ego nõ sum de mundo isto: primũ paruuli simus, & sub elemẽtis initiorum cõstituti, paulatim procedamus ad summũ, & recipiamus adoptiõis locũ quẽ quondã amisimus. a ¶ *At ubi uenit, etc.*] Diligẽter attẽdite quod nõ dixerit, factũ per mulierem, qd̃ Marciõ & cæteræ hæreses uolũt, quæ putatiuã Christi carnẽ simulãt: sed ex muliere: ut nõ per illã, sed ex illa natus esse credat. Quod aũt sanctam & beatã matrẽ dñi, mulierẽ non uirginẽ nominauit, hoc idẽ & in Euãgelio κατὰ ματθαῖον scriptũ est: quãdo uxor appellat Ioseph, & ab ipso dño quasi mulier increpat. Nõ enim necesse erat semper quasi caute & timide uirginẽ dicere: cũ mulier sexũ magis significet q̃ copulã uiri, & secũdũ intelligentiã Græcitatis, γυνὴ tã uxor q̃m mulier ualeat interpretari. Sed ut cũcta prætereã: quõ sub lege factus est, ut eos qui sub lege erãt redimerer: sic propter illos qui nati erãt ex muliere, ex muliere nasci uoluit. Nã & baptismũ in Iordanis fluẽte idcirco quasi pœnitẽs cũ esset à peccatis liber accepit: ut cæteros edoceret mundãdos esse per baptismũ, & in filios noua spiritus adoptiõe generari. Matt.3.d Quod nequaq̃ intelligẽs Ioannes baptista; eũ ad lauacrũ prohibebat accedere, dicẽs: Ego à te debeo baptizari. Et statim sacramentũ docet: Sine modo: sic eñ decet nos adimplere oẽm iustitiã. Ne qui ob hominũ salutẽ uenerat, aliquid de cõuersatione hominum præteriret. Quærat quispiã & dicat: Si ideo sub lege factus est, ut eos q sub lege erant redimeret, quod uidelicet impossibile fuerit redimi eos qui erant sub lege nisi factus fuisset ipse sub lege: aut sine lege factus est, ut redimeret eos qui sub lege nõ erant: aut si nõ est factus ipse sine lege, nõ redemit eos qui sub lege non fuerant. Quod si possibile erat eos qui sine lege erant redimi, ita ut sine lege ipse nõ fieret: ergo superflue sub lege factus est: ut redimeret eos qui sub lege erant. Breuiter soluet hanc quæstionẽ, si quis illo utatur exemplo, & cum his qui sine lege erant reputatus est. Nam licet in latinis cadicibus propter simplicitatẽ interpretũ male ædictum sit: Et cũ iniquis reputatus est: tamẽ sciendũ aliud apud Græcos significare ἄνομον, quod hic scriptum est: aliud ἄδικον quod in Latinis uoluminibus habet. ἄνομος enim dicitur ille: qui sine lege est & nullo iure cõstringitur. ἄδικος uero iniquus siue iniustus. Vnde & ipse a- 1.Cor.9.c postolus in alio loco: Cũ nõ essem, ait, sine lege dei, sed in lege essẽ Christi. & certe in hoc quoq; testimonio ἄνομος in Græco scriptũ est: & qui hic bene interpretatus est, potuit idem uerbũ & ibi similiter interpretari, nisi eũ ambiguitas fefellisset. Alius uero ipsum uerbũ redimeret acutius intuebit, & dicet eos significari redẽptos q primũ de dei parte fuerint, & postea esse cessauerint: Illos uero qui sub lege non fuerint, non tam redimi q̃ 1.Cor.5.d emi. Vnde & ad Corinthios in quibus audiebat fornicatio, & talis fornicatio quæ ne inter gentes quidẽ, scribit: Precio empti estis nõ redẽpti. Sub lege quippe nõ fuerãt. Recipimus igit adoptionẽ filiorũ dei, & redẽpti à Christo, sub seruitute elementorũ mundi & tutorum potestate esse desistimus. Quõ aũt inter redimere & emere quid interesset, ostendimus: sic quid sit inter accipere, & recipere adoptionem filiorũ, consideremus.

b ¶ *Quoniam autem estis filij dei, etc.*] Manifeste Apostolus Paulus tres spiritus nominat: Spiritum filij dei: ut in præsenti loco, misit deus spiritum filij sui in corda nostra: Et spiritum dei: ut in illo. Quotquot spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. Et spiritum sanctũ: ut ibi: Corpora uestra templũ sancti spiritus sunt qui est in uobis. Alium autẽ sanctũ spiritũ esse quàm filiũ dei, manifeste & in Euangelio cõprobatur: Qui dixerit uerbũ contra filium hominis, dimittet ei. Luc.12.b Quicunq; autem dixerit cõtra spiritũ sanctum: nec hic nec in futuro dimittetur ei. Hoc ideo quia multi per imperitiam scripturarũ, quod & Firmianus in octauo ad Demetrianũ epistolarum libro facit: asserunt spiritum sanctum sæpe patrem, sæpe filium nominari. Et cũ perspicue in trinitate credamus, tertiam personam auferentes, nõ substantiam eius uolunt esse sed nomen. Ne autem longum faciam, non enim dialogus, sed commẽtarius scribitur: de quinquagesimo psalmo tres spiritus nominatos breuiter ostendam: propheta dicente: Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectũ innoua in uisceribus meis. Ne projcias me à facie tua, & spiritũ sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali cõfirma me. Principalem spiritũ, patrem appellat, quia filius ex patre, & nõ pater ex filio. Spiritũ autem rectũ ueritatis atq; iustitiæ, Christum dominũ significat: Quia pater omne iudicium dedit filio: ut Dauid ait: Deus iudicium tuũ regi da, & potẽtiam tuam filio regis. Porro spiritum sanctum aperto nomine uocat. Quæ quidẽ cum uocabulis personisq; dissentiant: substantia naturaq; sociata sunt, & indifferẽter idem spiritus ob naturæ societatẽ, nunc patris dicitur esse nũc filij. Argumentũ autẽ quo asserere conatur, nos iam nõ esse sub lege, sed sub gratia domini Iesu, tali fine concludit. Superius dixerat ut adoptionem filiorum reciperemus: nunc dei esse nos filios, ex spiritu probat quem habemus in nobis. Nunquã enim, inquit, auderemus dicere: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum: nisi de conscientia spiritus habitantis in nobis, & magna sensuũ & dogmatum uoce clamante: Abba pater. Abba Hebraicum est, idipsum significans quod & pater. Et hanc consuetudinem in pluribus locis scriptura conseruat: ut Hebraicum uerbum cum interpretatione sua ponat. Barthimeus, filius Timei. Aser diuitię. Tabitha, Dorcas: & in Genesi Mesech, uernaculus, & cætera his similia. Cum autem abba pater Hebræo Syroq; sermone dicatur, & dominus noster in Euangelio præcipiat, nullum patrem uocandũ nisi deum: nescio qua licentia in monasterijs uel uocemus hoc nomine alios uel uocari nos acquiescamus. Et certe ipse præcepit hoc q̃ dixerat non esse iurandum. Si non iuramus, ne patrem quidẽ quẽpiam nominemus. Si de patre interpretabimur aliter, & de iurando aliter sentire cogemus. Notãdum etiam quia clamor in scripturis, nõ magnæ uocis emissio, sed scientiæ intelligatur, & dogmatum magnitudo. Nã & in Exodo respõdit dominus ad Moysen: Quid clamas Exod.14.d ad me, cũ penitus Moysi uox nulla præcesserit. Verum compun-

Universidad de Sevilla Biblioteca

A compunctũ cor & pro populo lachrymabiliter ingemi
scẽs, scripturã clamorẽ uocauit. Quomodo igit̃ qui spi
ritũ filij dei habet, filius dei est: sic in reciprocũ qui spiri
tũ filij dei nõ habet, dei filius nõ potest appellari. a ¶ Ita
q; tam non est, etc.] Habẽtes, inquit, spiritũ filij dei in uo
bis clamãtẽ abba pa
ter, nõ serui coepistis
esse sed filij. Quia an
te nihil differebatis à
seruo cum essetis na
tura quidem dei, sed
sub tutoribus & acto
ribus paruuli degẽ
batis: quod si filij e
stis, consequenter uo
bis debẽt hæreditas: ut quomodo spiritũ filij dei accipi
entes facti estis filij dei: ita in libertatẽ de seruitute muta
ti, hæredes sitis cũ hærede patris Christo Iesu: q ex per
sona hominis assumpti loquit̃ in psalmo: Dñs dixit ad
Psal. 2.b me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me:
& dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & possessionẽ tuã
terminos terræ. Quod aũt in hoc loco dicimus in cæte
ris quoq; obseruare debemus: de toto genere hominũ
singulari numero disputari. Omnes enim credẽtes, u
nũ sumus in Christo Iesu, & mẽbra corporis eius, & in
perfectũ uirum redacti, illum habemus caput: quia ca
put uiri Christus est. b ¶ Sed tunc quidem nescientes, etc.]
Galatas quos ab idolorum cultu ad fidem dei ueri trã
stulerat arguit, quomodo idolis derelictis, quæ natura
non erant dij, & cognoscentes deum, magis autem cog
niti ab ipso, spiritu quoq; adoptionis accepto: rursum
quasi paruuli & sub tutoribus & pædagogo esse cupiẽ
tes: ad infirma & paupertina reuertantur elemẽta: quæ
propterea infirmo & pauperi sensu populo data sunt
in deserto: quia nõ poterat accipere & sustinere maio
B ra. Eadem autem elementa, quæ nunc infirma & egena
appellauit: superius tantum mũdi elementa posuit. Et
ubi elementa mundi dicta sunt: ibi non est additũ, infir
ma & egena. Hic rursum ubi infirma uocata sunt, mũ
di, ut supra diximus, nomen est tacitũ. Puto itaq; quã
diu quis paruulus est, nec statutum à patre tempus im
pleuit ut filius & hæres appellari queat: sub elementis
eum mundi, lege uidelicet esse Moysi. Cum autem post
libertatem & adoptionem & hæreditatem filio debitã
rursus reuersus fuerit ad legem, circuncidi uolẽs, & to
tam Iudaicæ superstitionis literam sequi: tũc quæ prius
ei mundi tantum fuerant elementa, infirma quoq; &
egena dicuntur exordia. Intantum enim nihil prosunt
cultoribus suis, ut ne hoc quidem eis exhibere ualeant
quod ante præstiterãt, Hierosolyma, templo altariq; de
structis. Respondeat aliquis & dicat: Si lex & præcepta
quæ in lege conscripta sunt, infirma & egena elementa
sunt, & hi qui cognouerũt deũ, magis autẽ cogniti sunt
ab eo, legem obseruare non debent, ne incipiãt nõ tam
deũ colere à quo cogniti sunt, q̃ ad eos reuerti qui na
tura nõ sunt dij: Aut legẽ obseruauerunt Moyses & pro
phetæ, & nõ cognouerũt deum nec cogniti sunt ab eo:
Aut si cognouerunt deum: mãdata legis minime com
pleuerunt: Quod utrunq; periculosum est dicere: Aut
illos non fecisse quæ legis sunt, & sic cognouisse deum:
aut nõ cognouisse deum, dũ infirma & egena legis ele
1.Cor.9.c mẽta custodiũt. Quod qdẽ sic solui potest, ut dicamus
illos, quomodo Paulus factus est Iudæis Iudæus, ut Iu
Act.18.c dæos lucrifaceret, & in Cẽchreis ex uoto comã totõdit,
& nudipedalia atq; caluitium Hierosolymis in templo
exercuit: ut eorum sedaret inuidiam, qui catechisati de
eo fuerant, quod contra legẽ Moysi & deũ faceret pro
phetarum: Ita & sanctos uiros fecisse quidem ea quæ le
gis erant: sed sensum magis legis secutos esse q̃ literam:
Qui nõ minus q̃ Abraham sublato de facie uelamẽto C
cupierũt uidere diẽ Christi, & uiderũt & lætati sunt: Fa
cti infirmo populo infirmi: ut infirmos lucrifacerẽt, & 1.Cor.9.d
his qui sub lege erãt quasi essent ipsi sub lege: ut eos ab
idolis quibus in Aegypto assueuerãt separarẽt. Absur
dũ quippe est Moy
sen & cæteros cõfabu
latores dei in ea fuisse
cõditione, ut nõ cre
damus eis & præfiniti
tũ tẽpus à patre uenis
se, & redemptos eos
esse de seruitute lega
li, & adoptionẽ filio
rũ consecutos, & hæ
reditatẽ cepisse cũ Christo. Quæcunq; enim toto gẽne
ri humano sapiẽtia dei quasi uni filio præstitit: hæc ea
dẽ unicuiq; sanctorũ semper suo ordine & dispensatiõe
largita est. Legẽ nobis Moysi infirma & egena dicẽtibus
elemẽta, occasionẽ inueniũt hæretici, ut detrahãt crea
tori, quia mũdũ cõdiderit & legẽ sanxerit. Quibus nos
respõdebimus id qd̃ supra diximus, infirma his esse &
egena elemẽta, qui ad ea post euãgelij gratiã reuertunt̃.
Anteq; uero præfinitũ tẽpus ueniret à patre, nõ tam in
firma & egena appellata esse elementa q̃ mũdi. Deniq;
prius q̃ Christi in toto orbe euangelium coruscaret ha
buerũt suũ fulgorẽ præcepta legalia: postq; uero maius
euãgelicæ gratiæ lumẽ effulsit, & sol iustitiæ toti mundo
se prodidit: stellarũ lumen absconditũ est, & carũ radij
caligauerũt: ita ut Apostolus in alio loco diceret: Nam 2.Cor.3.c
nec glorificatũ est quod glorificatũ fuit in hac parte, p
pter excellentẽ gloriã. Quod alijs uerbis nũc loquit̃, ut
dicat, lex Moysi quæ ante euangeliũ diues & opulẽta &
clara fuit: post aduẽtũ Christi ad cõparationẽ eius qua
si infirma & egena, imminuta atq; destructa est ab eo q̃ D
maior fuit Salomõe, & tẽplo & Iona. Quod eñ scriptũ Ioan.3.d
est. Illũ oportet crescere, me aũt minui: nõ tam ex Ioan
nis q̃ ex legis persona dictũ puto: quia semper cedunt
minora maioribus, & perfecta initijs prẽponunt̃. Alias
aũt, infirma & egena elemẽta, Iudæorũ traditiões, & se
cundũ literã uilem intelligentiã confirmabimus: quæ
sunt iustificatiões nõ bonæ & præcepta nõ bona. Robu
sta quippe & diues est legis intelligẽtia spiritualis, ita ut
aut penitus elementũ nõ debeat appellari: aut elemen
tũ quidẽ sit cõparatione futuri seculi, & uitæ in Christo
Iesu, qua nunc uiuũt angeli supernæq; uirtutes. Sensui
uero Iudaico comparata, non tam elementum, hoc est
initiũ quàm perfectio nuncupet̃. Quod aũt ait: Nũc ue
ro cognoscẽtes deum, magis aũt cogniti ab eo: illud o
stendit, quod post idolorũ cultum, deum intellexerint
Galatæ: uel potius ipsi cognitiõe eius digni sint iudica
ti. Non quod deus creator omniũ aliquid ignoret, sed
quod eos tantũ scire dicat̃, qui errorẽ pietate mutauer
rint. Cognoscit dñs qui sunt eius. Et saluator in euãge- 2.Tim.2.c
lio. Ego sum, ait, pastor bonus, & cognosco meas, & co Ioan.10.c
gnoscũt me meæ. Ecõtra ad impios: Nescio uos, recedi Luc.13.f
te à me operarij iniq̃tatis. Et ad stultas uirgines: Nescio Matt.25.c
uos quæ estis. c ¶ Dies obseruatis, etc.] Qui non adorat
patrẽ in spiritu & ueritate, nescit sabbatismũ sanctis re- Psal.94.b
positũ. De quo loquitur deus: Si introierint in requiẽ Esa.46.b
meã: & non de illis temporibus recordatur, de quibus & 76.b
scriptũ est: Recordamini dierũ seculi. Et alibi. Memora
tus sum dies antiquos, et annos æternos in mẽte habui.
Dies Iudaicos obseruãt & mẽses, & tempora & annos.
Dies, ut sabbatu, & neomeniæ, & à decima mẽsis primi
usq; ad quartãdecimam qua agnus corporeus uictimę
reseruatur, & à quartadecima usq; ad uicesimãprimam
eius mensis, quando azyma comeduntur, nõ synceri
tatis & ueritatis: sed in fermẽto ueteri malitiæ & neq̃tiæ:

pharisæo-

A pharisæorũ. Septẽ quoq; septimanas, qui ritu Iudaico
post azyma cõputat: dies Israeliticæ pentecostes colit.
Nec nõ & clangorẽ tubarũ mense septimo prima men
sis. Decima quoq; eiusdẽ mensis, expiationẽ & ieiuniũ,
& scenopegias ex more figentes, Iudaicos obseruant di
es. Mẽses aũt custodia
unt, qui primũ & se
ptimũ mẽsem, nõ in
telligẽtes mysteriũ ue
ritatis, obseruãt. Tem
pora quoq; colunt, q̃
ter per annos singu
los Hierosolymã ue
nientes putant se dñi implere præceptũ dicentis: Tribus
tẽporibus anni diem festũ agetis mihi, solennitatẽ azy
morũ, & solennitatẽ messis primitiuorũ, & solennitatẽ
Exod.23.b consummationis in exitu anni. Et alibi: Tribus tempo
ribus anni apparebit masculinũ tuum in cõspectu dñi
dei tui. Qd̃ aũt ait, & annos: puto de septimo remissio
nis anno dici, & de quinquagesimo, quẽ illi Iobileum
uocãt. Plenius hunc locũ ad Colossenses Apostolus ex
plicat, dicẽs: Nemo ergo uos iudicet in cibo, aut in po
tu: aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorũ,
quæ sunt umbra futurorũ. Partẽ diei festi, ad distinctio
nẽ perpetuæ festiuitatis hic posuit: ut nõ breuem, & ut
ita dicã, totius corporis quandã particulã, sed totũ ui
tæ nostræ spaciũ perpetuæ in Christo solẽnitatis habea
mus. Et ut posterioribus priora connectã: quid de lege
Moysi & de superflua ciborũ curiositate in hac eadem
epistola sentiat: statim subiungit & loquit̃: Si enim mor
tui estis cũ Christo ab elementis mũdi huius: quid ad
huc tanq̃ uiuẽtes in hoc mũdo decernitis? Ne tetigeri
tis, neq; gustaueritis, neq; cõtrectaueritis: quæ sunt om
nia in interitu ipso usu, secundũ præcepta & doctrinas
B hominũ. Dicat aliquis: Si dies obseruare nõ licet, & mẽ
ses & tẽpora & annos: nos quoq; simile crimẽ incurri
mus quartã sabbati obseruãtes, & parasceuẽ, & diẽ do
minicã, & ieiuniũ quadragesimæ, & paschæ festiuitatẽ,
& pentecostes lætitiã, & pro uarietate regionũ, diuersa
in honorẽ martyrũ tẽpora cõstitura. Ad quod qui sim
pliciter respondebit: dicet, non eosdẽ Iudaicæ obserua
tionis dies esse quos nostros. Nos enim nõ azymorũ
pascha celebramus, sed resurrectiõis & crucis. Nec se
ptẽ iuxta morẽ Israel numeramus hebdomadas in pẽ
tecoste: sed spiritus sancti ueneramur aduentũ. Et ne in
ordinata cõgregatio populi fidẽ minueret in Christo,
propterea dies aliqui cõstituti sunt, ut in unum omnes
pariter ueniremus. Non quo celebrior sit dies illa qua
cõuenimus: sed quo quacũq; die cõueniendum sit, ex
conspectu mutuo, lætitia maior oriat̃. Qui uero oppoli
tæ quæstioni acutius respondere conat̃: illud affirmat,
omnes dies æquales esse: nec per parasceuẽ tantũ Chri
stũ crucifigi, & die dominica resurgere: sed semper san
ctũ resurrectionis esse diẽ, & semper eũ carne uesci do
minica. Ieiunia autẽ & congregationes inter dies, pro
pter eos à uiris prudẽtibus cõstitutos, qui magis secu
lo uacant q̃ deo: nec possunt imõ nolũt toto in ecclesia
uitæ suæ tẽpore cõgregari, & ante humanos actus, deo
orationũ suarũ offerre sacrificiũ. Quotus eñ quisq; est,
q̃ saltẽ hæc pauca quæ statuta sunt, uel orãdi tẽpora uel
ieiunãdi, semp exerceat? Itaq; sicut nobis licet uel ieiu
nare semp uel semp orare, & diẽ dominicã accepto dñi
corpore indesinẽter celebrare gaudẽtibus: Nõ ita & Iu
dæis fas est omni tẽpore immolare agnũ: pẽtecostẽ age
re, tabernacula figere: ieiunare quotidie. Satis uero cau
te inter autoritatẽ Apostoli, & sancti hominis lenitatem
uerba moderatus est, inferẽs: Timeo uos, ne forte sine
causa laborauerim in uobis. Si eñ abrupte condẽnare
uoluisset: dixisset utiq; Timeo uos, sine causa eñ labo-

Hier. to. 9

ses, & tempora, & annos: timeo uos ne forte sine causa
laborauerim in uobis. Estotẽ sicut & ego, quia & ego
sicut uos. Fratrẽs obsecro uos nihil me læsistis. Scitis
autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui uobis iam
raui in uobis. Nũc aũt uidens eos zelũ dei habere, sed C
non secundũ scientiã, nec penitus eorũ desperauit salu
tẽ, qui pio fuerãt errore decepti. Nec rursum irreprehẽ
sos reliquit: ne & ipsis perseuerãdi in errore, & cæteris
occasionẽ similiter tribueret errandi. Timeo autẽ uos,
posuit, pro eo qd̃ est,
timeo de uobis. Sine
causa laborat magi
ster, cum ipse prouo
cat ad maiora disci
pulos, & illi retro lap
si ad minora & humi
lia reuoluuntur. d
¶ Estote, etc.] Qd̃ dicit tale est: quo modo ego uobis in
firmis sum factus infirmus, & nõ potui loq̃ ut spiritua
lib. sed quasi carnalib. & paruulis in Christo, & qa nec
dũ poteratis solido cibo uesci, euãgelico uos tãtũ lacte
potaui, nolẽs in ætate uos semper infantię pmanere, sed
paulatim ad adolescẽtiã & iuuẽtutẽ usq; perducere, ut
solidũ cibũ posseris accipere: ita & uos debetis esse sicut
& ego sum: perfectiora uidelicet sapere: dimisso lacte,
ad fortiores cibos & ad pabula trãsire maiora. Hoc aũt
loquit̃ quasi saluatoris imitator, qui nõ rapinã arbitra
tus est se esse æqualẽ deo: sed semetipsum exinaniuit for
mã serui accipiẽs, & habitu inuẽtus est ut homo: ut nos
dij fieremus ex hominibus, & nõ ultra moreremur: sed
cõsurgẽtes Christo, amici eius diceremur & fratres, &
ut esset discipulus sicut magister, & seruus sicut dñs. Po
test aũt & ita intelligi. Obsecro uos, inquit, fratres, ut Iu
daica obseruatiõe cõtẽpta, dierũ, mẽsiũ, temporũ, atq;
annorũ, quæ sunt umbræ futurorũ, me imitemini: qui
sine querela in lege uersatus, omnia arbitratus sum qua
si purgamẽta atq; quisquilias, ut Christũ lucrifacerem.
Fui quippe & ego sicut uos nũc estis: cũ eisdẽ obserua
tionib. strictus tenebar, & ecclesiã Christi qa ista nõ fa- D
ceret persequẽs deuastabã. b ¶ Fratres, etc.] Superiori
sentẽtiæ iũge qd̃ sequit̃: quod ut fiat manifestius, sit or
do iste quẽ fingimus. Obsecro uos fratres estote sicut
& ego: quia & ego sicut uos. Simile est huic illud: Roga 2.Cor.5.d
mus p Christo recõciliamini deo. Nec nõ & alibi: Obse 1.Tim.2.a
cro primũ omniũ fieri deprecatiões, oratiões, postula
tiões, gratiarũactiões. Petri quoq; uerba dicẽtis: Senio
res in uobis rogo cõsenior ipse, & testis passionũ Chri
sti. Quæ quidẽ & nos ad humilitatẽ prouocãt, & super 1.Pet.5.d
ciliũ decuriũ episcoporum: qui uelut in aliqua sublimi
specula cõstituti, uix dignant̃ uidere mortales, & alloq
cõseruos suos. Discãt ab Apostolo errãtes & insipientes 1.Cor.11.d
Galatas fratres uocari. Discant post increpationẽ blan
da uerba dicentis: Obsecro uos. Quod aũt obsecrat, il
lud est, ut imitatores eius sint, sicut ipse Christi: imõ ut
præsentẽ locũ sequar, nihil est grande quod postulat:
ut quomodo ipse propter illos de maiori factus est mi
nor: sic illi à minoribus ad maiora conscendant. Nihil
me, inquit, læsistis. Lædit discipulus magistrũ, si per ne
gligentiã suã præcepta eius laboremq; disperdat. Non
læserant Galatæ Apostolũ, usq; in præsens tẽpus Euan
gelium eius ac mandata seruantes. Aut certe ita. Quan
do uobis primũ Euangeliũ annunciaui, & propter in
firmitatem carnis uestræ, quia non poteratis sacramen
ta susципere maiora, prædicaui uobis quasi paruulis, &
meipsum infirmũ esse simulaui, ut uos infirmos lucrifa
ceré: nõne quasi angelũ suscepistis me, quasi Christum
Iesum? Cum igitur in nullo me illo tempore leseritis, &
me uestri causa humilẽ atq; deiectũ similem dei filio pu
taueritis: quomodo ad maiora uos prouocãs lædor à
uobis, perdendo laborem meũ, & dispensatiõnẽ illam
qua me paruulũ esse simulauerã, irrito opere nũc luge
tis? Per infirmitatẽ aũt carnis nõ suæ, sed audientiũ Ga
latis Paulus annunciat: qui non poterãt carnẽ subiice-

q re uerbo

re uerbo dei: sed quasi carnei, nihil intelligẽtiæ susceperе spiritualis. Quod ut euidẽtius fiat: ponamus exẽplũ.
1.Cor.7.b Per infirmitatẽ carnis docet, q dicit: Si se nõ cõtinẽt, nubant. Et mulier si mortuus fuerit uir eius, libera est: cui uult nubat, tantũ in dño. Nequaq̃ uero per infirmitatẽ carnis docet, ista cõmemorãs: Solutus es ab uxore: noli quærere uxorẽ. Et, tẽpus est ut & qui hñt uxores, sic sint quasi nõ habẽtes. Alia quippe præcepta ad spirituales, alia dant ad carneos. Et aliud est quod iuxta imperium: aliud quod iuxta indulgẽtiã præcipit. a ¶ Et, etc.] Obscurus locus & acrius attẽdendus: Ego quidẽ, ait, quasi paruulis uobis atq; lactẽtibus per infirmitatem carnis uestræ iã pridem euãgelizaui, à minoribꝰ incipiens, & (ut dicã) apud uos penè balbutiẽs. Quæ dispensatio & prædicatiõis infirmæ simulatio, mea quidem gubernatio erat: sed uestra tentatio, an uobis placerent & magna uiderent ea quæ pro cõditiõe sui minora erãt, & à me quasi humilia promebant. Quæ quidem uos, nõ ut parua, sed ut magna capientes, intantũ admirati estis: ut me qui ea loquebar quasi angelũ, & ut plus dicã, quasi dei filiũ susciperetis. Hæc ergo uestra tentatio, quia ego uos in carnali mei sermonis annũciatione rentabã, nõ fuit cõtempta, nec uilis: sed plus q̃ æstimabã habuit dignitatis. Potest & locus iste ita edisseri. Quãdo ueni ad uos, nõ ueni in sermone sapientiæ, sed homo humilis atq; cõtemptus, nihil magnũ deferens crucifixũ. Cũ igit̃ me uideretis in corpore infirmitatibus obnoxio cõstitutũ, regna cœlestia pollicentẽ: nõ irrisistis, nec æstimastis dignũ esse cõtemptu: Intelligebatis quippe humilitatẽ carnis meę, & ipsius habitus uilitatem, ad uestrã tentationem fieri, an uidelicet cõtemneretis eũ, qui ab incredulis miserabilis putabat: sed ecõtra illũ humilem, uilem atq; cõtemptũ, ita ut angelũ & plusq̃ angelũ suscepistis. Aut certe suspicari possumus, apostolũ eo tẽpore quo primũ uenit ad Galatas ægrotasse, & aliqua corpusculi infirmitate detẽtũ. nõ cessasse tamen nec uocem silẽnio repressisse, quominus cœptũ euangeliũ prædicaret. Nam tradũt eum grauissimũ capitis dolorem sæpe perpessum, & hũc esse angelũ satanę qui appositus ei sit, ut eũ colaphizaret in carne, ne extolleret. Hæc infirmitas & languor hic corporis, apud eos quibus annunciabat euangeliũ tentatio fuit: an cõtemnerent eũ sublimia promittentẽ, quẽ languoribus corporis subiectũ uidebant. Nec non & illud dici potest, quod in principio aduentus sui ad Galatas, cõtumelias & persecutiões & plagas corporis ab his qui cõtraibant euangelio sustinuerit, & hanc fuisse tentationem uel maximã Galatis, apostolũ Christi cernentibus uerberari. Quod aũt ait, sicut angelum, sicut Christum Iesum suscepistis me, & angelo Christũ esse ostendit maiorem, quem secundum dispensationẽ corporis minorem psalmista cantauerat, dicens: Minorasti eum paulominus ab angelis: & tantũ sua uerba in principio ualuisse demonstrat, ut angeli putarentur & Christi. b ¶ Vbi est ergo, etc.] Beatus est qui ambulat in uirtutũ uia: sed si ad uirtutes usq; peruenerit. Nec prodest à uitijs recessisse, nisi optima comprehendas. Quia nõ tam initia sunt in bonis studijs laudanda q̃ finis. Sicut enim in uinea multi usq; ad prælũ uuæ gradus sunt, & primũ necesse est ut uitis gemmet in pampinis, spem promittat in floribus: dehinc ut flore decusso, futuri botri species deformetur: paulatimq; turgescẽs uua partu
Psal.88.g

iam pridem: & tentãtionem uestram quæ erat in carne mea non spreuistis, neque respuistis: sed sicut angelum dei excepistis me, sicut Christum Iesum. Vbi est ergõ beatitudo uestra? Testimonium enim perhibeo uobis: quia si fieri potuisset, oculos uestros eruissetis & dedisse tis mihi. Ergo inimicus uobis factus sum ueritatem dicens uobis. Aemulantur uos non bene: sed excludere uos

riat ut pressa torcularib. dulcia musta desudet: Ita & in C
doctrina singuli beatitudinũ sunt profectus: ut audiat quis uerbũ dei, ut cõcipiat, ut in utero animæ eius adolescat, & ad partũ usq; perueniat: Vt cũ pepererit illũ, lacte enutriat, & per infantiã, pueritiã, adolescentiã, iuuentutẽ, ad perfectũ uirũ usq; perducat. Cum ergo singuli, ut diximus, gradus iuxta profectus suos habeant beatitudinẽ: si finis, & ut ita loquar, extrema manus operi defuerit: totus labor irritus fiet, & dicetur, ubi est ergo beatitudo uestra? Quãuis, inquit, uos eo tẽpore quo euangeliũ iuxta carnẽ susceperatis, beatos dicerẽ, quod in initijs feruebatis: tamẽ nunc qa nõ uideo ædificio culmẽ impositũ, & pene nequicq̃ iacta fundamina: cogor dicere, ubi est ergo beatitudo uestra, qua uos beatos arbitrãs ante laudabã? Vere enim & ipse fateor, qa sic me uobis humilia prædicantẽ uel persecutionib. cõflictatũ, in principio dilexistis: ut si fieri posset (hyperbolice aũt sunt accipiẽda quę loquitur) eruissetis uobis oculos, & mihi, ut omniũ uestrũ luminib. plus cernerẽ, dedissetis. Optabatis quippe uos cæcos esse per ineffabilẽ in me charitatem: ut plus in meo corde euãgelij lumẽ orirẽ, emolumẽtũ meũ uestris dãnis crescere uolebatis. & hoc illo tẽpore, quo uobis qua si paruulis atq; lactẽtib. siue, ppter infirmitatẽ carnis uestræ, & parua & humilia annũciabã: siue, ppter meæ cãrnis iniurias, nõ dignus uidebar fide. Nunc uero qa ab elemẽtis & syllabis & lectiõe pueri cœpi uos ad maiora studia, puocare: ut libros teneatis in manib. ut plena eruditiõis & sensuũ uerba discatis, recalcitratis, irascimini, grauis uobis uidẽ esse perfectio doctrinarũ, & intã tũ in alios mutati estis affectus: ut me quẽ quasi angelũ et Christũ susceperatis, cui uolebatis oculos uestros tradere: nũc habeatis inimicũ: qua uobis plenã annũcio ueritatẽ. Elegãter aũt sententiã terminauit, dicens: Ergo inimicus uobis factus sum ueritatẽ dicẽs uobis: ut ostẽderet initia prædicatiõis, non tã ueritatẽ fuisse q̃ umbrã & imaginẽ ueritatis. Similis est huic illa sentẽtia nobilis apd' Rom. poetę: Obsequiũ amicos, ueritas odiũ parit. Sed uide quanto hic melius q̃ ille. Aps enim his quos stultos dixerat, quos paruulos appellarat: hãc sentẽtiã tẽperauit, & specialẽ fecit: dũ, pprie ad psonas Galatas, que dixerit. Ille uero gñalẽ, & ita se apud oñes habere denũciãs, uehemẽter errauit. Obsequiũ em̃ quo putauit amicos fieri, ueritate dẽpta nõ tã obsequiũ est q̃ adulatio: & assentationẽ clãdestinas magis inimicitias q̃ amicitias dici debere perspicuũ est. Simul aũt & illud cõsiderandũ, quod hodie quoq; quãdiu paruulis atq; lactẽtib. & his in quorũ cordib. nunq̃ Christus adolescit nec proficit ætate & sapiẽtia, & gratia apud deũ et homines: iuxta literã scripturas explanamus: laudamur, suspicimur, in admiratiõe habemur. Cũ aũt paululũ cœpimus eos, puocare, ut trãseãt ad maiora: de præcõib. nostris inimici fiãt, & malint Iudæos potius q̃ apostolos seq qui à phariseorũ doctrina & traditiõibus recedẽtes, ad ipsum Christũ, ppiciatoriũ & pfectionẽ legis ingressi sunt: nec diuinũ sermonẽ accipere dignent, q ecclesiæ magistros iubet ad altiora dogmata scãdere, & totis uirib. sublimare uocẽ: nec circũlatrantiũ strepitũ pertimescere paruulorũ, dicentẽ: Super montem excelsum ascẽde, q euãgelizas Siõ. Exalta in uirtute uocem tuã, q euãgelizas Hierusalẽ. Exalta, noli timere. c ¶ Aemulantur, etc.] Aemulant̃ bene, q cũ uideãt in aliquibus esse
Esa.40.b

A esse gratias, dona, uirtutes, ipsi tales esse desiderant, & fidẽ, uitã atq; industriã eorũ per quæ illa meruerũt nitũtur imitari, ut possint ea quoq; quæ bona æmulatione digna sunt cõsequi. De quibus & Apostolus ait: Aemulamini spiritualia: magis autẽ ut prophetetis. Ac deinceps: Sic & uos, qñ æmulatores estis spiritualiũ, ad ædificationẽ ecclesiæ quærite ut abundetis. Et iterum: Itaq; fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere. Aemulant̃ aũt non bene: qui nõ tam ipsi cupiũt esse meliores, ut imitent̃ eos qui æmulatiõe digni sunt, q̃ illos ipsos uolũt facere peiores, & retrorsum trahere æmulatione peruersa. Verbi gratia dictũ sit: Christianus est qui spiã, legit Moysen & prophetas: scit omnia in umbra & in imagine illi populo præcessisse: scripta aũt esse, ppter nos in quos fines seculorũ decurrerũt: Circũcisionẽ nõ tã præputij, q̃ auriũ & cordis intelligit: Resurrexit cum Christo: ea quærit quæ sursum sunt: Liberatus est ab onere & seruitute legis, ne tãgas, ne gustes, ne attamines, imperãtis: huic si quis scripturarũ uerbis uoluerit persuadere, ut nõ per tropologiã, sed occidentẽ literã quæ sunt scripta suscipiat: ut in manifesto fiat Iudæus nõ in occulto: æmulat̃ eũ non bene: sed cõcito cursu ad maiora gradientẽ retrahere festinat: ut se potius æmulet̃ qui retrorsum uadit: aut certe ut multũ ultra nõ, pmoueat. Loquit̃ itaq; Galatis qui ab assertorib. legis inducti fuerant ut eos imitarent̃, cũ illi potius Galatas debuerint imitari: quia naturale est, maiorẽ de minori, nõ minorẽ fieri de maiore. Bonũ æmulamini in bono: id est nolite assertores Iudaicæ obseruationis imitari: sed ea quæ bona sunt imitamini. Quõ enim qui diuitias, potentiã
B dignitatẽ alicuius imitat, nõ tam bona q̃ ea quæ fugiẽda sunt æmulat̃: ita & uos econtrario, bonũ æmulamini in bono: magis quærẽtes spiritualia q̃ carnalia: ut nõ illi uos Iudæos, sed uos illos Christianos esse doceatis. Hoc aũt facite semper, ut perseuerãti gradu, ad finẽ boni operis peruenire possitis. Aemulabamini siquidem bonũ in bono, prius cũ apud uos essem: qui postq̃ à uobis recessi, omnia quæ tradideram perdidistis: de statiõe certa & fido portu, rursum in altũ unda relabente subtracti. Nec mirũ si recedẽte Apostolo uase electiõis, & in quo Christus dñs loquebat̃, Galatæ sunt mutati: cũ etiã nũc cernamus in ecclesiis idipsum fieri. Si qñ enim doctor quis in ecclesia cõtigerit sermone ornatus & uita: qui audiẽtes quasi stimulis quibusdã cõcitet ad uirtutes: uidemus omnem plebẽ circa eleemosynas, ieiunia, castitatẽ, susceptionẽ pauperũ, sepulturas, & cætera similia festinare, feruere, discurrere. Cum aũt ille receesserit: paulatim emarcescere, & subtracto cibo, tenuari, pallere, languescere: & interitũ sequi omniũ quæ pri
Matt.9.d us uigebãt. Quãobrẽ quia messis multa, operarij autẽ pauci: precemur dñm messis: ut mittat operarios ad metẽdũ, qui spicas populi Christiani quæ stãt in ecclesia futuro tritico præparatæ, metãt, colligãt, & in horrea cõportantes, nequaquã perire patiant̃. Hoc de eo zelo &
Psal.36.a æmulatiõe peruersa, de qua & alibi dictũ est: Noli æmulari in malignãtibus, & hic: Aemulant̃ uos non bene. Inuenimus aũt & aliũ zelum quo zelati sunt filij Iacob Ioseph fratrẽ suũ, & Maria & Aarõ amicũ dñi Moysen. Neque em̃ aut illi aut hi, ut meliores essent Ioseph & Moyse ad zelũ sunt cõcitati, sed quia dolebãt illos esse meliores. Iste zelus uicinus inuidiæ est. Longũ est si uelim omnia zeli genera, boni seu mali de scripturarũ proferNum.25.b re thesauro. Bonũ zelũ legimus Phinees, Eliæ, Mathi
3.Reg.19.b æ, & Apostoli Iudæ, sed nõ proditoris: qui ob insignẽ zeli in se uirtutẽ, etiã zelotis nomẽ accepit. Malũ au-

tẽ, ut Cain in Abel, & cæterorũ in alios. Et zelũ uiri, de C
quo scriptũ est: Et uenerit ei spiritus zeli. Nisi forte medius hic zelus est, & nec in bonã nec in malã partẽ accipi potest: sed inter uirtutẽq; zelotypia potius appellat̃. Aliter. Videtes hi qui ex circũcisione erãt Galatas ex gẽtibus spiritus sancti abundare uirtutib. se uero nõ linguis loqui: nõ dona habere curationũ, non gratiã prophetiæ, cupiebãt eos

uos uolunt ut illos æmulemini. Bonum autem æmulamini in bono semper, & non tantum cum præsens sum apud uos. Filiõli mei quos iterum parturio donec formetur

zeli stimulis incitati, ad legis onera trãsducere: ut inciperẽt & illi sui similes fieri. a ¶ Filioli, etc.] Quãtis diffi Gen.3.c
cultatibus & dolore fœtus promant̃ ex utero: maledictio prima declarat, dicẽs: In tristitia paries filios. Volẽs igit̃ Paulus ostẽdere magistrorũ pro discipulis sollicitudinẽ: quos patiant̃ affectus, ne sectatores sui excidant à salute, ait: Filioli mei quos iterũ parturio. Qui em̃ in alio loco quasi pater dixerat: Si decẽ milia pædagogorũ habeatis in Christo, sed nõ multos patres: iã non quasi pater, sed ut mater loquit̃ in Christo: ut utriusq; anxietatẽ & pietatẽ in se parẽtis agnoscãt. Tale quid & Moy- 1.Cor.4.c
ses de populo loquebat̃: Nunquid ego in utero accepi Num.11.c
oẽm populũ istũr? Quis putas nostrũ ita de discipulorũ anxius ẽ salute, ut nõ paucis horis, aut ut multũ biduo triduõue: sed toto uitę suę tẽpore torqueat: donec Christus formet̃ in eis. Exẽplũ fœtæ mulieris quod assumpsit, cõcipientis & formãtis in se semina, diligenter tenẽdum, ut possimus intelligere quod dicitur: Natura nõ erubescenda, sed uenerãda est. Sicut em̃ in uuluã mulieris primũ semẽ iacit̃ informe, ut sulcis & fũdo eius qua si quodã glutino adhæreat: de quo & propheta initij sui recordatus ait: Incomposituũ meũ uiderũt oculi tui: Deinde per nouem menses restricto sanguine, futurus homo coagulatur, corporatur, pascitur atq; distinguitur: D
ut postquã in utero palpitarit, statuto tẽpore fundatur in lucem, & tãtis difficultatibus nascitur, quãtis postea ne intereat enutritur: Ita & semẽ sermonis Christi cum in animam audiẽtis inciderit, per gradus suos crescit: & ut multa prætream, possumus siquidem facile corporalem descriptionem transferre ad intelligẽtiam spiritualem: tamdiu in ancipiti est, quãdiu pariat qui concepit. Nec statim finis industriæ est ædidisse, sed tunc alterius laboris exordium est: ut lactentem infantiã sedulis nutrimẽtis & studijs, usq; ad plenã Christi perducat ætatem. Et quomodo in cõiugio sæpe uiri semẽ in causa est ne liberi procreentur: nõ nunquã sterilis uxor semina nõ tenet, & frequẽter neuter ad generandũ aptus est, & econtrario uterq; fœcundus: ita & in his qui uerbum dei seminant, quadrifaria hæc diuisio custoditur: ut impleat quidem suũ doctor officium, sed sit sterilis auditor: uel auditor bonæ indolis sit, sed per imperitiã doctoris uerbi semen intereat: aut certe tam uecors sit qui docet, quã ille est qui præcipit: rarоq; cõtingit, ut et magister & discipulus sibi consentiãt, scilicet ut tantum iste doceat quantum ille possit haurire: uel tantũ suscipere doctus, quantum doctor ingerere. At nũc omnes iudices sumus. Nescimus quotus psalmus sit, quę pars prophetiæ, quod legis capitulũ, & loquẽdi facilitate interpretamur audacter, quod nequaquã intelligimus. Non ad nos pertinet ut Christus formet̃ in populo, ut ad domũ suã unusquisq; rediẽs habeat semẽ uerbi dei: quod cum conceperit possit dicere cum propheta: A ti Esa.26.c
more tuo dñe cõcepimus & peperimus, filios saluationis tuæ fecimus super terrã. Tales in Apostolos transeunt, & à saluatore merentur audire. Quicunq; fecerit Matt.7.c
uoluntatẽ patris mei, ipse est frater meus, & soror & mater: diuersitate profectuum, in diuersis nominibus ostẽsa. Formatur quoq; Christus in corde credentium, cũ

omnia filijs sacramẽta pandunt, & ea quæ obscura uidebant perspicua sunt. Sed & illud est intuendũ, qđ qui per peccatũ quodãmodo homo esse desiderat: per pœnitentiã concipit a magistro, & rursum in eo Christi formatio repromittit. Hoc aduersum Nouatianos, qui nolunt reformari eos quos semel peccata cõtriuerint. a ¶ *Vellẽ autem, etc.*] Scriptura diuina ædificat & lecta: sed multo plus prodest si de literis uertat in uocẽ: ut qui per epistolã docuerat, præsens instruat audientes. Magnam siquidẽ uim habet uox uiua: uox de autoris sui ore resonãs: quæ ea pronunciatione profert atq; distinguit, qua in hominis sui corde generata est. Sciẽs itaq; Apostolus maiorẽ uim habere sermonẽ ad præsentes fiat: cupit uocẽ suã apostolicã literis cõprehẽsam in præsentiã cõmutare, & quia hoc magis expediebat his qui in errorẽ fuerant deprauati, uiuo eos ad uerita tẽ retrahere sermone. Hoc aũt ideo, quia confundebat in illis: quod quidẽ Græce magis proprie dicit. ἀπορῶ μαι enim non tam confusionẽ quæ apud illos αἰσχύνη siue σύγχυσις appellat, q̃ indigentiã & inopiã sonat. Sẽsus itaq; iste est. Vellẽ apud uos nũc adesse, & literarum uocẽ præsens ipse proferre: quia indigeo uobis. Non quippe habeo fructus quos solent de discipulis habere doctores, & sine causa semen iactũ est doctrinarũ, cũ penitus in uobis patiar egestatẽ: ita ut Hieremiæ possim uoce prorumpere: Nõ profui neq; profuit mihi quisq;. Potest & aliter locus iste interpretari: Paulus apostolus
B qui factus fuerat Iudæis Iudęus, ut Iudęos lucrifaceret: & his qui erant sub lege, quasi esset ipse sub lege, & infirmis infirmus, ut infirmos lucrifaceret: pro qualitate eorum quos saluare cupiebat, mutabat uocem suã, & in histrionum similitudinẽ (factus siquidem est theatrum mundo & angelis & hominibus) habitũ in diuersas figuras uertebat & uoces: Nõ quod id esset, quod se esse simulabat: sed quod id tantũ uideret esse, quod cæteris proderat. Cernit Galatas alia indigere doctrina, alia uia debere saluari: nõ illa qua primũ ad Christi fidẽ fuerant de gentilitate transducti, & compellitur dicere: Velem nunc esse apud uos, & mutare uocem meam in uobis. Nõ, inquit, uideo me prodesse, si ea loquar quæ prius locutus sum: propter quod ignorans quid agã, & in diuersa distractus: laceror, cõfundor atq; dilanior. Et quõ medici cum uim artis suæ in primo uiderint non ualere medicamine, transeunt ad aliud, & tamdiu experiũtur quid prosit ẽ pluribus, donec perueniant ad curationem: ut quod per mollitiem alicuius emplastri ne quaq; sanari ualuit, mordaciori puluere & austeriori curatione saneť. Ita & ego quia cõfundor in uobis, & ignorãtia huc atq; illuc distrahor: uellẽ literarum uocem præsens de meo ore proferre, ut uos solito seuerior ipse corriperem: quoniam epistola non potest uocẽ obiurgantis exprimere: nõ ualet trascẽtis resonare clamorẽ, & dolorẽ pectoris apicibus explicare. Potest aũt & simplicius intelligi. Blãdis apd' uos modo uerbis usus sum dicẽs: Fratres obsecro uos, & filioli mei quos iterũ parturio donec Christus formeť in uobis: sed ego blãdus & lenis qui ad uos quasi pater locutus sum, p ea charitate qua uos perire nõ patior & errare perpetuo: uellẽ nunc præsens esse si cõfessionis me uincula nõ artarẽt, & blãdã uocẽ in obiurgãtis uerba mutare. Nec leuitatis est si nũc blãdiar, nũc irascar. Impellit me charitas, impellit me dolor, diuersis affectibus loqui. Nescio eñ in quæ primũ uerba prorumpã, & quo uos debeã sanare medicamine: quia cõfundor in uobis. a ¶ *Dicite, etc.*] Notandũ legẽ hic dictã esse Genesis historiã: nõ ut uulgo æstimãt, quæ facienda sint quæue uitãda: sed totum quod de Abraham & eius uxoribus liberisq; contexitur, legẽ appellatã. Legimus & in alio loco, prophetas quoq; legem uocari. Audit ergo legẽ, qui iuxta Paulũ nõ superficiem, sed medullam eius introspicit. Non audit legem, qui similis Galatarũ, exteriorem tantũ corticem sequitur. b ¶ *Scriptũ est, etc.*] Nimiæ difficultatis est demõstrare, Isaac tantum, qui de Sara natus est, fuisse de repromissione generatũ: & non etiam Ismahel qui de Agar ancilla est ortus Aegyptia. Scriptura quippe refert, quod cũ persequente Sara Agar fœta fugisset, & uenisset ad eã angelus in deserto, moneretq; ut subijceret dñæ potestati: idem ipse angelus etiã hæc locutus sit: Multiplicans multiplicabo semen tuũ, & non Gen. 16.c
numerabit præ multitudine. Et postea de Ismahel, quæ utiq; repromissionis uerba nemo dubitarit: Iste erit rusticanus homo: manus eius super oẽs, & manus omnium super eũ, & contra faciem omniũ fratrum suorũ habitabit. Sed respõderi potest, minoris autoritatis esse repromissionẽ angeli, q̃ ipsius dei. Sicut enim stella orto sole nõ rutilat: ita & angeli uerba ad cõparationẽ repromissionis dei obscurari, & euanescere, & pro nihilo computari. Videtur quidem hæc responsio aliquid habere momenti: sed statim sequẽtis scripturæ autoritate cõteritur. Scriptum est enim: Abraham autem dixit ad Ibidem 17.c
deum: Ismahel iste uiuet in cõspectu tuo, & deus respõdit ad eum ita: Ecce Sara uxor tua pariet tibi filium, & D
uocabis nomen eius Isaac, & statuam testamentũ meũ ad eum, in testamentũ æternũ, & semini eius post eum. De Ismahel aũt: Ecce exaudiui te, & ecce benedixi eum, & augebo eum, & multiplicabo illum uehemẽter. Duodecim gentes generabit, & dabo eum in gentẽ magnã. Testamentum autem meum statuam ad Isaac quem generabit tibi Sara in tempore isto, anno uẽturo. Ex quibus euidẽs est ipsius quoq; sermonibus dei Ismahel secũdum repromissionem esse generatum. Sed & hoc ita soluitur: repromissionem proprie in testamẽti datione compleri, & aliud esse benedicere, augere, multiplicare uehemẽter, quod in Ismahel scriptũ est: aliud hæredem facere per testamẽtum, quod de Isaac dicitur: Statuam Gen. 17.d
testamentum meum ad eum, in testamẽtum æternum, & semini eius post eum. Et in cõsequentibus. Testamẽtum autem meum statuam ad Isaac quẽ pariet tibi Sara. Et quomodo aliud sunt dona, aliud substãtia: aliud legata, aliud hæreditas: Legimus enim filijs concubinarum Abrahæ dona tradita: filio autem Saræ totius substantiæ hæreditatem relictam: Ita aliud esse, ut diximus, benedictionẽ atq; legata: aliud testamentũ. Sed & hoc dici potest de Ismahele, post conceptum eius, uel angelum uel deum locutum. De Isaac uero antequam in Saræ utero conciperetur, deum fuisse pollicitũ. Hæc interim quantum ingenij nostri mediocritas patitur dicta sint. Cæterũ si quis potest maius aliquid inuenire, quo modo Ismahel qui de ancilla natus est, nõ sit repromissionis filius, sed Isaac qui de libera: ille potius audiẽdus est. Et si quid (inquit apostolus) aliter sentitis, & hoc uobis deus reuelabit. Nũc breuiter ad altiora tendẽdum est, ut dicamus unumquemq; nostrum primum nõ iuxta repromissionem nasci: quamdiu scripturarum uerbis simplicibus instruitur, & Iudaicis adhuc expositionibus delectatur: quando uero ad sublimiora transcẽderit,

A derit, & legem intellexerit spiritualem, tunc eum de repromissione generari: Et ut apertius loquar, quotidie eos qui faciũt opera Abrahæ, de Abrahã nasci. Verũ illos qui habeãt spiritũ seruitutis iterum in timore, ex ancilla generari Aegyptia: eos aũt qui spiritũ adoptionis acceperint, ex Sara libera, qua libertate à
Ioan. 8.d Christo dõati sumus. Loquitur dñs ad Iudæos q̃ adhuc ancillę filij esse malebant: Si mãseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatẽ, & ueritas liberos faciet uos. Vnde & illi ignorantes mysticũ esse q̃ dicebat, aiũt: Semen Abrahæ sumus, & nemini unq̃ seruiuimus: quõ tu dicis liberi eritis? Respõdit ei Iesus: Amẽ dico uobis, quia omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. Seruus aũt nõ manet in domo in æternũ: Filius autem manet in æternũ. Si serui sumus peccati, Agar nos generauit Aegyptia: si non regnat peccatum in nostro mortali corpore, uere dei filij sumus. a ¶ *Quæ qu. etc.*] Allegoria proprie de arte grãmatica est, & quo à metaphora uel cæteris tropis differat, in scholis paruuli discimus. Aliud prætẽdit in uerbis: aliud significat in sensu. Pleni sunt oratorũ & Poetarũ libri. Scriptura quoq; diuina per hanc nõ modica ex parte cõtexta est. Quod intelligens Paulus apostolus (quippe qui & seculares literas aliqua ex parte cõgerat) ipso uerbo figuræ usus est, ut allegoriã sicut apud suos dicitur appellaret: quo scilicet sensu magis loci huius Græci sermonis abusiõnẽ monstraret. Scisse autem Paulũ, licet nõ ad perfectũ,
B Titum 1.c literas seculares, ipsius uerba testant. Dixit quidam ex eis proprius eorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, uentres pigri. Hic uersus Heroicus Epimenidis poetę est: cuius & Plato & cęteri scriptores ueteres recordantur. Apud Athenienses quoq; cum in Areo pago satisfaceret: hæc addidit: Sicut & quidã uobis poetæ dixerunt: Ipsius enim & genus sumus. Hoc hemistichiũ fertur in Arato: qui de cœlo stellisq; cõscri
1.Cor. 15.d bit. Necnon & illud: Corrũpunt bonos mores confabulationes pessimæ: trimeter iãbicus de comœdia sumptus est Menandri. Ex quibus & alijs, euidens est Paulum non ignorasse literas seculares, & quam hic allego
Rom. 7.d riam dixit, alibi uocasse intelligentiã spiritualẽ. Vt ibi:
1.Cor. 10.d Scimus enim quod lex spiritalis est, pro eo quod est allegorica, siue allegorice figurata. Et alibi: Omnes eandẽ spiritualẽ comederũt escã, & eundẽ spiritualẽ biberunt potũ. Bibebant aũt de spirituali sequẽti eos petra: petra aũt erat Christus. Manna hic, & subiti fontis eruptio, & petra ipsa quæ sequit: quod allegorice accipienda sint, nemo est qui dubitet. Scio quid ecõtrario possit opponi: Fratres, si præoccupatus fuerit homo in ali
1.Cor. 1.d quo delicto: uos spirituales instruite istiusmodi in spiritu mansuetudinis. Et in alio loco. Spiritualis aũt dijudicat omnia: ipse aũt à nullo dijudicat: q̃ scilicet aliud q̃ supra diximus uerbũ spirituale sonet. Sed nos spiritualẽ, qui omnia iudicet & ipse à nemine dijudicetur, eum uirũ dicimus, qui uniuersa scripturarũ sacramenta cognoscens, sublimiter ea intelligat, & Christũ in diuinis libris uidens, nihil in eis Iudaicæ traditionis admittat. b ¶ *Hæc enim, etc.*] Pene cunctorũ super hoc loco ista est explanatio: ut Agar ancillã, interpretent in lege & in populo Iudæorũ: Saram aũt liberã, in ecclesia, quæ de gentibus cõgregata est, quæ mater sanctorũ sit, Paulo dicente: quæ est mater omniũ nostrum. Hæc diu non peperit antequam Christus de uirgine nasceretur C
& sterilis fuit: necdum risu mundi Isaac de electo patre cum uoce sublimium dogmatum resonante: Si quidẽ & Abraham in nostra lingua, pater electus cum sonitu refertur: Agar autem quæ interpretať παροικία, id est, incolatus siue peregrinatio siue mora, generat Ismahel: q̃ tãtum audiat dei præcepta nec faciat: hominem rusticũ, sanguinariũ, deserta sectantem: qui uniuersis fratribus suis de libera procreatis inimicus sit, & aduersa eis fronte resistat. Nec mirũ uetus testamentũ, qđ
in mõte Sina, qui est in Arabia, & cõfinis est ei quę nũc est Hierusalẽ, constitutũ est atq; conscriptũ, nõ esse perpetuum: cum & incolatus à perpetua possessione diuersus sit, & Sina montis nomen tentationẽ sonet, & Arabia significet occasum, & ecõtrario quæ sursum est Hierusalẽ, quæ est libera materq; sanctorum, demonstret hanc Hierusalẽ quæ in præsenti est, deorsum esse, & in humili infimoq; demersam. Sũt qui duo testamenta & aliter intelligãt: ut scripturã diuinã, tam ueterem q̃ nouam, iuxta diuersitatẽ sensus eorumq; sententiã qui legunt: aut ancillã interpretent aut liberã, & eos qui adhuc literæ seruiant, & spiritũ timoris habeãt in seruitute, de Agar Aegyptia uelint esse generatos: Eos aũt qui ad superiora cõscendãt, & allegorice uelint sentire quæ scripta sunt, filios esse Saræ, quæ in lingua nostra ἀρχὴ σα id est princeps interpretať genere fœminino: Et hoc
ob illam necessitatẽ se asserũt usurpare: quia iniquũ sit D
Moysen, & cunctos prophetas de ancilla: quoslibet uero gentilium de libera intelligere procreatos. Vnde melius esse, ut non solum de his qui in ecclesia sunt, pro diuersitate (ut supra diximus) intellectuũ alios seruos, alios liberos arbitremur: sed etiã de uno eodẽq; homine quamdiu sequitur historiam, ancillæ eum esse filiũ: cũ autẽ aperiente Iesu scripturas, incensum fuerit cor eius, & in fractione panis inspexerit eum quem antea nõ uidebat: tunc & ipsum Saræ filium nominari. Marciõ & Manichæus hunc locum in quo dixit apostolus: Quæ quidem sunt allegorica, & cætera quæ sequuntur, de codice suo tollere noluerunt: putãtes aduersum nos relinqui: quod scilicet lex aliter sit intelligenda q̃ scripta est: cũ utiq; etiã si allegorice, ut nos quoq; fatemur & Paulus docet, accipiẽda sit, nõ pro uolũtate legẽtis, sed proscribentis autoritate sic cognita sit, & eo ipso qđ contra nos seruare uisi sunt, conterantur: quod Moyses creatoris dei seruus spiritualia scripserit, apostolo quoq; eorũ idipsum docẽte, quem ipsi alterius Christi & melioris dei asserunt prædicatorem. c ¶ *Scriptum est enim, etc.*] Esa. 54.d
Virum habuit synagoga legem, & iuxta Annæ uoq; 1.Reg. 1.d
prophetiã, fœtosa quondam in liberis fuit. Sterilis uero ecclesia sine uiro Christo: sine ullo sponsi sermonis alloquio diu iacuit in deserto. Sed postquam accepit illa librum repudij in manus suas, & omnia ornamenta uiri in idoli uertit ornamentum: tunc maritus priore cingulo putrescente: alium lumbis suis balthcũ, aliud de gentibus lumbare contexuit: quæ statim ut est uiro iuncta, concepit & peperit. Et in Esaia exclamat dominus per prophetã: si est gens nata simul: quando una Esa. 49.f & 54.d
die in actibus apostolorum tria milia, & quinq; milia hominum crediderũt. Nec puto necesse esse, ut de multitudine Christiana, & de Iudæorũ paucitate dicamus cum in toto mundo crucis uexilla resplendeãt, & uix

A rarus atq; notabilis in urbibus Iudæus appareat. a ¶ *Nos autem, etc.*] Apostolum & similes ei, secundū Isaac promissionis esse filios: nulla intelligētiæ difficultas est. Sed quia Origenes hunc locum edisserens, ita apostoli posuit exemplū: Vos autem fratres, secundū Isaac promissionis filij estis, quæritur quomodo Galatas, quos stultos appellarat, & incœpisse dixerat spiritu, carne finire: nunc secūdum Isaac filios repromissionis uocet. Dicimus itaq; apostolum ideo eos appellare secūdū Isaac filios repromissionis: quia non penitus eorū desperet salutem, & rursum eos ad spiritum quo cœperant æstimet reuersuros: fiantq; filij liberæ. Qui si carne fuerint consummati, filij sint ancillæ. b ¶ *Sed quomodo tunc qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eum qui secundū, etc.*] Nō puto inuenire nos posse ubi Ismahel persecutus fuerit Isaac: sed tantū illud, quod cū filius Aegyptiæ qui maior natu erat, luderet cum Isaac: indignata sit Sara & dixerit ad Abraham: Eijce ancillam & filium eius: Nō enim hæreditabit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Et utiq; simplex lusus inter infantes: expulsione & abdicatione indignus est. Verū apostolus quasi Hebræus ex Hebræis, & ad pedes magistri Gamalielis eductus: qui quondam furentes aduersus deum pharisæos consilio refrenarat, ex uerbis Saræ dicentis nō enim hæreditabit filius ancillæ cū filio meo Isaac: intellexit lusum illum simplicem non fuisse. Sed quia forsitā Ismahel quasi maior natu, & eo tēpore circūcisus quo tā poterat intelligere & sentire quod passus est, sibi primogenita uēdicabat: scriptura iurgium paruulorum, lusum uocauit. Vnde & Sara hæc uerba non sustinens, & consuetudinem sibi primogenita uendicātis ancillæ filij à parua ætate nō patiens, erupit in uocem: Eijce ancillam cum filio suo: Non enim hæreditabit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Quod cum durū uisum fuisset Abrahæ (semper enim primogenitis maiora debētur) non solum Ismahelem priorē esse desinere, sed ne æqualem quidem cū minore fratre accipere portionē: deus qui liberam intus esse, & foras expelli uolebat ancillā, Saræ uerba confirmat, & loquitur ad Abrahā: Non durum sit coram te de puero & ancilla: Omnia quæ dixit tibi Sara, audi uocem eius: quoniā in Isaac uocabitur tibi semen. Sicut ergo tunc maior frater Ismahel lactentem adhuc & paruulū persequebatur Isaac, sibi circuncisionis prærogatiuam, sibi primogenita uendicās: ita & nunc secūdum carnem Israel, aduersum minorē fratrem de gētibus populum Christianum sustollitur, inflatur, erigitur: Cōsideremus insaniam Iudæorum: qui & dominum interfecēre, & prophetas & apostolos persecuti sunt, & aduersanť uolūtati dei, & uidebimus multo maiores persecutiones, quas nos etiam historiæ docent, á Iudæis in Christianos q̄ à gentilibus cōcitatas. Miramur de Iudæis: Hodie quoq; hi q̄ in Christo paruuli sunt, & uiuunt carnaliter, persequūtur eos qui ex aqua & spiritu nati sunt, & cum Christo resurgentes, ea quærunt quæ sursum sunt, non deorsum. Faciāt quod uolunt: cum Ismahele persequanť Isaac: ejcientur foras cum ancilla matre Aegyptia: Nec accipient hæreditarē: quam solus qui de repromissione natus est consequet. Eleganter autem & illud, quod is qui secūdum carnem natus est, persequitur spiritualem. Nunquam enim spiritualis secundum carnalē: sed ignoscit ei quasi rustico fratri: scit eū posse proficere per tempus. Et si quādo Aegyptiæ filium uiderit irascentē, recordatur unius patris, qui lucam bouem creauit & culicē, & in magna domo, non solum esse uasa aurea & argētea, sed lignea & fictilia. Itaq; cū apostolo Paulo dicamus: Non sumus ancillæ filij sed liberæ, & renouati in Christo, audiamus uerba domini ad Iudæos loquētis: Si māseritis in sermone meo: cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Hac libertate & apostolus liberatus, aiebat: Cū enim sim liber ex omnibus. Qui facit peccatum, seruus peccati est. Ille quia se ab omnibus uitijs liberum: ab omni concupiscentia & errore sciebat alienū: recte in Christi libertate gaudebat dicens: Non sumus ancillæ filij sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.

Cap. V.

State & nolite, etc.] Et ex hoc ostenditť, quia non stet qui iugo inhæreat seruitutis. Et quia is qui à Christo libertate donatus est, tādiu fuerit sub iugō quā diu spiritū seruitutis habuerit in timore, & legis initia sit secutus. Quod aūt ait, state: firmam & stabilē in Christo hortať fidē, ut ecclesiæ Galatiæ fixo in saluatore permaneant pede. De quo & in alio loco iustus loquit: Statuit super petram pedes meos: pro eo quod est, super Christū: ne scilicet circunferanť omni uento doctrinæ, & in diuersa rapianť. Vnde & ad stantes dicitur: Et qui stat, uideat ne cadat. Et in alio loco: State, uiriliter agite, cōfortamini: ut stent cū eo quē Stephanus à dextris patris stantē uidit in martyrio perseuerās, & qui locutus est ad Moysen: Tu uero sta mecū. Iugū aūt seruitutis, legem uocat duram, difficilem, laboriosam, quę die ac nocte cultores suos graui opere cōsumit. Sicut & Petrus in actibus apostolorū: Quid tentatis, inquit, imponere iugū graue super collū fratrū: quod neq; nos neq; patres nostri portare potuerunt? Quod autē apposuit, nolite iterum: non quo prius legē Galatæ custodierint: sed quo & idololatriæ iugum graue sit: quo Aegyptiorum populus oppressus, ad instar plūbi in rubrū mare mersus est. Iuxta quē sensum & supra dixerat: Quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa: quibus rursum seruire uultis, dies obseruātes, & mēses & tempora & annos? Galatæ enim qui ad Pauli apostoli prædicationem, idolis derelictis statim ad euangelij conscenderant gratiam: non reuertebātur ad legis Iudaicæ seruitutem, quā nunquā prius cognouerant: sed uolētes obseruare tēpora, circūcidi carne, & hostias offerre corporeas, quodāmodo in eosdem reuertebātur cultus, quibus in idololatria ante seruierāt. Aiūt enim & Aegypti sacerdotes, & Ismaelitas & Madianeos præputiū nō habere. Quod aūt natiōes, obseruēt dies, mēses & annos: utinā nesciremus, ne nobis cū eiesset unq̄ mixta festiuitas. d ¶ *Ecce ego Paulus dico uobis: quoniā, etc.*] In euāgelio saluator ad discipulos loquit: Qui uos audit, me audit: qui uos suscipit, me suscipit. Et Apostolus testať, dicens: Viuo aūt iam nō ego: uiuit aūt in me Christus. Et alibi: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Ex quo liquido comprobať hoc quod nunc dixit: ecce ego Paulus dico uobis, non quasi Pauli tātum uerba accipienda, sed domini. Nam cum & in prima ad Corinthios præmisisset. His autem qui

A qui nupti sunt, denuncio nō ego sed dñs, & statim intulisset: cæteris aūt ego præcipio, ne uilis sua putaret auctoritas: puto, inquit, quod & ego spiritū dei habeo, ut spiritu & Christo in se loquente, nō contemptui duceret, qui pphetas imitās diceret: Hæc dicit dñs omnipotēs. Maius autē fiet id qđ dictum est: Ecce ego Paulus dico uobis, qm̄ si circūcidamini, Christus uobis nihil prodeť, si cū principio copuleť, in quo ait: Paulus apostolus nō ab hominibus, neq; per hominē, sed per Iesum Christū & reliqua: ut audientes, non tam missi q̄ mittētis auctoritate moueanť. Potest aliquis dicere: Contrarium est Rom. 2. a huic loco quod ad Rom. scribit: Circūcisio quidē prodest si legē custodias, & infra: Quid ergo est amplius Iudæo, aut quæ utilitas circūcisionis? Multū per omnem modū. Primū quidē, quia credita sunt illis eloquia dei. Si em̄ his qui circuncisi fuerint Christus nihil prodest, quomodo legē custodientib. prodest circūcisio? Quod quidē hac responsione soluet, ut dicamus epistolā quæ ad Roman. scripta est, ad eos esse dictatā, qui ex Iudæis gentilibusq; crediderant: Et hoc egisse Paulū, ut neuter populus offenderet, quo scilicet suū utraq; plebs priui legiū possideret: ut nec gentiles circunciderent, nec circuncisi adducerent præputiū. Ad Galatas aūt scribens alio usus sit argumento. Non em̄ erant ex circūcisione, sed ex gentib. qui crediderant. Nec poterat eis prodesse circuncisio, qui post euangelij gratiā, iterū ad legalia re
Act. 15 uerterenť elementa. Et in Actib. apost. narrat historia, cū quidā de circuncisione surgētes asseruissent eos qui ex gentib. crediderant, debere circuncidi, & legē custodire
B Moysi: seniores qui Hierosolymis erāt & apostolos pariter congregatos, statuisse per literas, ne superponeret eis iugū legis, nec amplius obseruarent, nisi ut custodirent se tm̄ ab idolothytis & sanguine & fornicatione: sine ut in nonnullis exemplarib. scriptū est, & á suffocatis. Et ne resideat ulla dubitatio quod circuncisio nihil prosit, sed propter eos qui ex Iudæis crediderāt, ad Romanos de circūcisione sententiā tēperauit: paulatim ad epistolæ eiusdē posteriora descendēs, nec circūcisionē,
2. Cor. 7. d nec præputiū aliquid ualere mōstrauit, dicens: Circuncisio itaq; nihil est, & præputiū nihil est, sed obseruatio mandatorū dei. Intantū em̄ circūcisio nihil est, ut Israeliticæ quoq; domui, se de circūcisione iactāti, nihil profuerit, propheta memorante: Omnes gētes incircūcisæ carne, domus aūt Israel incircūcisa corde. & incircuncisus Melchisedek, circuncisum benedixit Abrahā. Nam quod ait: Si circūcidamini, tale est quasi dicere uoluisset, si circuncidemini. Quā in alio loco nō circuncisionē, sed concisionē uocat, dicens: Videte cōcisionē. Nos
Phil. 3. a em̄ sumus circūcisio qui spiritu dei seruimus, & gloriamur in Christo, & nō in carne cōfidimus. Non confidit in carne, qui oēm utilitatē expectat à Christo, & nō seminat in carne, ut de carne metat corruptionē, sed in spiritu de quo uita æterna generatur. Subtilius intuēda sententia, si circuncidamini, Christus uobis nihil prodeť. Quod non solum in eo si circuncidantur, nō eis prosit ipsa circuncisio, sed etiam si cæteras uideantur extra circuncisionē in Christo habere uirtutes, uniuersæ pereāt, cum post fidem Christi fuerint circuncisi. Quid igitur? Nihil profuit Timotheo circūcisio? Multū per omnem modū. Non enim tam ideo circūcisus est, ut ex ipsa circuncisione aliquid emolumenti æstimaret posse se cōse-
1. Cor. 9. c quī, q̄ ut cæteros lucrifaceret, factus Iudæis Iudæus, ut Iudæos ad fidem Christi sua circūcisione transduceret. Tunc siquidē non prodest circuncisio, cum aliquid per semetipsam putatur utilitatis afferre. a ¶ *Cōtestor autem omnem, etc.*] Deus qui circuncisionē primo ad Abrahā, deinde per Moysen in lege præcepit, non solū circuncisionē, sed & alia multa obseruanda cōstituit: Dies festos Hierosolymis frequētandos, hostiarū holocausta, mane semper & uespere: Immolationē in uno tm̄ loco agni: terræ septima ætate ferias, quinquagesimum remissionis annū, & cætera quæ facile est de scripturis excerpere sibi unumquenq; lectorē. Coartabimus itaq; Hebionē & sectatores eius, qui post euangeliū credentes in Christo circuncidendos putant, ut aut circuncisionē faciant & cætera quæ præcipiunť in lege: aut si impossibile est cuncta fieri, cesset & circūcisio, quę cū cæteris quasi inutilis prætermissa est. Quod si respōderint, possibilia tm̄ debere se facere: nō enim deum ea à nobis exigere quæ nō possumus, sed ea quæ possimus implere: dicemus eis, nō eiusdē esse dei custoditi uelle legē, & eos qui legē custodiant derelinquere. Aut quomodo propter intermissam legē reos eos faciet, qui etiā si uelint, uniuersa cōplere nō possint. Nos uero legē sequi spiritualem quæ dicat: Nō infrenabis os boui triturāti, & cū apostolo intelligere: Nunquid de bobus cura est deo? sed Deut. 25. d propter nos utiq; dicit: & obseruare sabbata delicata, 1. Tim. 5. e nō ut bos & asinus noster & uilia pecora lætenť in sabbato, sed illi homines & pecora, de quibus scriptū est: Psal. 35. b Homines & iumenta saluos facies dñe. Homines, rationabiles quoq; & spirituales uitros: animalia uero eos qui tardioris ingenij sunt, & à spiritualib. ad agēda dñi sabbata erudiunť. Nec contrariū esse id quod supra dictū est, si circuncidamini, Christus uobis nihil prodeť, D & quod sequit: Testificor omnē hominē circuncidentē se, quoniā debitor est uniuersæ legis faciēdæ: huic quod infertur à nobis, Neq; enim auditores legis sunt iusti apud deum, sed factores legis iustificabunť: Quia factor ille sit legis qui potest dicere: Nos sumus circuncisio, & in occulto Iudæus, & scimus quia lex spiritualis est. Qui aūt circuncisionē & interfectricem sequatur literā, eum nō legis esse factorē, sed ueræ legis inimicū, maxime post saluatoris aduentū, qui ad se conuertentib. tollat uelamen de corde, ut omnes reuelata facie, gloriam dñi contemplantes, transfiguremur de uetustate literæ in nouitatē spiritus. b ¶ *Euacuati estis à Christo, etc.*] Quomodo nemo potest duob. dominis seruire: sic umbram pariter & ueritatē legis implere difficile est. Vmbra in lege ueteri est donec aspiret dies, & amoueantur umbræ ueritas in euangelio Christi: Gratia enim & ueritas per Ioan. 1. b Iesum Christū factæ sunt. Perdidit ergo gratiā Christi, & euangelium quod tenuerat amittit, qui in aliqua obseruatione legis se iustificari putat: & quum gratiā amiserit, à Christi fide destituitur, & in eius opere non conquiescit. κατηργήθητε enim ἀπὸ τοῦ χριστοῦ, non ut in Latino male interpretatum est: Euacuati estis à Christo, sed in Christi opere cessastis, magis intelligit, ut id qđ supra specialiter de circuncisione præceperat, dicens: si circuncidamini, Christus uobis nihil prodeť: nunc de tota lege generaliter comprehēdat, nihil eos in Christi opere proficere, qui in quacunq; obseruatione legis se crediderint iustificandos. c ¶ *Nos enim spiritu, etc.*] Spiritū, ad distinctionem literæ posuit. Spes uero iustitiæ, Christus intelligendus, quia ipse est ueritas, patientia, spes, iustitia, omnesq; uirtutes, cuius nos secundū expectamus aduentū, quo iudicaturus est omnia, & iā nō patiētia, sed iustitia affuturus, ut reddat unicuiq; secundū opera sua. Cuius diei præsentiā apostolus & qui ei

A sunt similes, expectantes aiunt: Adueniat regnū tuum: ut cum filius deo & patri tradiderit regnum, & in subiectis omnibus fuerit & ipse subiectus: tūc caput subijciatur in corpore, & sit deus omnia in omnibus. Quia qui nunc est ex parte per singulos, tunc incipiet totus esse per cunctos. d ¶ Nā *in Christo Iesu, etc.*] His qui in Christo Iesu uolunt uiuere, uirtutes appetendæ sunt, uitia fugienda: media uero quæ inter uirtutes & uitia sunt, nec fugienda nec appetenda, ut circuncisio & præputiū, & cætera his similia. Circuncisio quidem prodest si legem custodias. Quæ idcirco utilis fuit his qui in lege uixerunt: non quia circunciſi erant, sed quia credita sunt illis eloquia dei: quę in opera uertentes, à salute extranei nō fuerūt. Nec nos
Exod. 4.f moueat quod Sephora tollens calculum, filium circuncidit, & suffocantē angelum prohibuit à marito, siue ut aliter in Hebræo scriptum refertur, quia nunc non tam circuncisionē penitus nil prodesse cp̄ in Christo Iesu eā nō ualere testatus est: ex eo siquidem tempore quo euāgeliū in toto orbe radiauit, superflua est circuncisionis iniuria. Quę tunc, ut cætera quoq; legis ualuit, quando & benedictiones carnales legem seruātib. spondebantur: quo scilicet si impleſſent eam, benedicti essent in ciuitate, benedicti in agro, plena haberēt horrea, & multa alia quæ in repromissionib. continentur. Nos autem in Christo Iesu ualere uolumus & cōfortari, id est in uera circuncisione, & non in concisione Iudaica. Neq; enim qui in aperto Iudæus est, neq; manifesta in carne circūcisio, sed in abscōdito Iudæus, & circūcisio cordis in spiritu non litera. Nihil itaq; prodest in Christo carnis circuncisio, sed cordis & aurium, quæ aufert illud oppro/
B brium Iudæorū: Ecce incircuncisæ aures uestræ, & non potestis audire. Prodest circuncisio labiorū quam iuxta humilitatem necdum se habere causabatur Moyses,
Exod. 6.b ut in Hebraico scriptum est: Ego autem sum præputiū habēs *in labijs*. Multum utilitatis præbet & in rebus uenereis circuncisio, cum per castitatem impudicitia desecatur. Igit̄ in Christo Iesu nec circuncisio ualet, nec præputiū corporale, quia in medio, id est inter uitia uirtutesq; sunt posita, sed fides quę per charitatem operatur: Vt & fides quę reputata est Abrahę in iustitia cōprobe/

fide, spem iustitiæ expectamus. Nām in Christo Iesu, neque circuncisio aliquid ualet neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur.

tur, & omne opus fidei in charitate ponatur: tota lege & C
prophetis ex charitate pendentibus. In his siquidē duobus præceptis: diliges deum tuum, & diliges proximū: 1. Cor. 6.b
saluator asseruit legem prophetasq; cōsistere. Et Paulus in alio loco: Etenim nō adulterabis, non furaberis, nō cōcupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur: Diliges proximum tuū sicut te. Si ergo omne mandatū recapitulatur in eo quod dictum est: diliges proximum tuum tanquam te: fides autem per charitatem operata ualet plurimum: manifestum est operationem fidei per charitatem, plenitudinem mandatorum omnium continere. Quomodo autem iuxta apostolum Iacobum: fi Iacob. 3.d
des absq; operibus mortua est: sic absq; fide quamuis bona opera sint, mortua computantur. Qui igitur in Christo nō credūt, & sunt probis moribus, aliud quid magis habent quām opera uirtutum? Exemplum fidei quæ per charitatem operatur, de euāgelio illa meretrix tribuat: quæ quum in domo pharisæi accubanti domino pedes lauisset lachrymis, tersisset crinibus, linisset unguento, & pharisæo murmuranti, dominus parabolam, quinquaginta & quingentos denarios debitoris Luc. 7.f
proposuisset, adiecit: Propter quod dico tibi: Dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multū. Et ad ipsam mulierem conuersus, ait: Fides tua te saluam fecit, uade in pace. Aperte enim in hoc loco demonstratū est, mulierē istam habuisse fidem per charitatem operatā, quæ multum ualuerit in Christo. Esto quis dicat: Bene circuncisionem in Christo nihil ualere monstrauit quam sciebat aliquando ualuisse: nūquid & de præputio aliquis ambigebat, ut diceret, neq; præputiū? Sed si considere/
mus plurimos Christianorū, id est ē nostris qui de o/ D
leastro inserti sumus in radicē bonæ oliuæ, exultare cōtra fractos ramos populi Iudæorū, & dicere, magis ualere præputium in quo Abrahā deo placuit, & reputata est ei fides ad iustitiā, quām circuncisionem quæ in signum fidei data est, & habenti eam non profuit Israeli: uidebimus etiam hanc quorūdam usurpationem cautissime nunc excluſam.

¶ Commentarij secundi in epistolam ad Galatas finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM LIBRVM Commentariorum ad Galatas, ad Paulam & Eustochium proœmium.

TERTIVM ad Galatas ô Paula & Eustochium uolumen hoc cudimus, non ignarii imbecillitatis nostræ, & exilis ingenij riuulum, uix paruo strepentem murmure, sentientes. Iam enim in ecclesijs ista quæruntur, omissáq; apostolicorum simplicitate & puritate uerborum, quasi ad Athenæum, & ad auditoria conuenitur, ut plausus circunstantium suscitentur, ut oratio rhetoricæ artis fucata mendacio, quasi quædam meretricula procedat in publicum, non tam eruditura populos quām fauorem populi quæsitura, & in modum psalterij & tibiæ dulce canentis, sensus demulceat audientium: ut uere illud prophetæ Ezechielis nostris temporibus possit aptari, dicente domino ad eum: Et factus es eis quasi uox citharæ suaue canentis, & bene compositæ, & audiunt uerba tua & non faciunt ea. Verum quid agam? Taceam ne? Sed scriptum est: Non apparebis in conspectu domini tui uacuus. Et Esaias (sicut in Hebræis tantum habetur uoluminibus) ingemiscit: Væ mihi misero quia tacui. Loquar? sed omnem sermonis elegantiā, & Latini eloquij uenustatē, stridor lectionis Hebraicę sordidauit. Nostis enim & ipsæ quod plus quām quindecim anni sunt ex quo in manus meas nunquam Tullius, nunquam Maro, nunquam gentilium literarum quilibet autor ascendit: & si quid forte inde dum loquimur obrepit, quasi antiqui per nebulā somnij recordamur. Quid autem profecerim ex linguæ illius infatigabili studio, aliorum iudicio derelinquo, ego quid in mea amiserim scio. Accedit ad hoc

A ad hoc, quia propter oculorum & totius corpusculi infirmitatem, manu mea ipse non scribo: nec C
labore & diligentia compensare queo eloquij tarditatem, quod de Vergilio quoq; tradunt, quia libros suos in modum ursorum fœtum lambendo figurauerit: uerum accito notario, aut statim dicto quodcunq; in buccam uenerit: aut si paululum uoluero cogitare melius aliquid prolaturus, tunc me tacitus ille reprehendit, manum contrahit, frontem rugat, & se frustra adesse toto gestu corporis contestatur. Oratio autem & si de bonæ indolis ingenio sit profecta & distincta inuentionibus, & ornata flore uerborum, tamen nisi autoris sui manu limata fuerit & polita, non est nitida, non habet mixtam cum decore grauitatem, sed in modum diuitum rusticorū, opibus suis magis arguitur quàm exornatur. Quorsum ista? uidelicet ut & uobis & cæteris qui forte legere uoluerint sit responsum, me non Panegyricum, aut cōtrouersiam scribere, sed commentariū: id est hoc habere propositum, non ut mea uerba laudentur, sed ut quæ ab alio bene dicta sunt, ita intelligantur ut dicta sunt. Officij mei est obscura disserere, manifesta perstringere, in dubijs immorari. Vnde & à plerisq; commentariorū opus, explanatio nominatur. Si quis eloquentiam quærit, uel declamationibus delectatur: habet in utraq; lingua Demosthenem & Tullium, Polemonem & Quintilianum. Ecclesia Christi non de Academia & Lyceo, sed de uili plebecula congregata est. Vnde & Apostolus: Videte, inquit, uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnē, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt huius mundi elegit deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia. Et ignobilia huius mundi, & contemptibilia elegit deus, & quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret. Quia enim ex creaturarum ordine, uarietate, constantia, non cognouerat mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiā prædicationis, saluos facere credentes: Non in sapientia uerbi, ut non euacuaretur crux Christi. Vbi enim sapiens, ubi grammateus, ubi causarum naturalium scrutatores? Nec in persuasibilibus sapientiæ uerbis, sed in ostensione uirtutis & spiritus, ut fides credentium non esset in sapientia hominū, sed in uirtute dei. Quamobrem & ipse Apostolus ad eosdem Corinthios loquebatur: Et ego ueniens ad uos fratres, ueni non per sublimitatem sermonum & sapientiæ, annuncians uobis testi-
B monium domini. Non enim iudicaui scire me aliquid inter uos, nisi Christum Iesum & hunc cru- D
cifixum. Et ne forsitan putaretur hæc dicens, esse insipientiæ prædicator, mente præsaga, quod opponi poterat, euertit. Sed loquimur, inquit, dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam nemo principum huius seculi cognouit. Quotusquisq; nunc Aristotelem legit, quanti Platonis uel libros nouere, uel nomen. Vix in angulis ocioſi eos senes recolunt. Rusticanos uero & piscatores nostros totus orbis loquitur, uniuersus mundus sonat. Itaque sermone simplici, simplicia eorum uerba pandenda sunt. Verba, inquam, non sensus. Cæterum si orantibus uobis, illum posim in exponendis epistolis eorum habere spiritum, quem illi in dicendo habuerunt: tunc uideritis tantam maiestatem & latitudinem in his ueræ fuisse sapientiæ, quanta in seculi literatis arrogantia & uanitas fuit. Breuiter uobis meæ mentis fateor arcanum: Qui per me intellecturus est Apostolum, nolo ut mea scripta difficulter intelligat: & ad interpretem cognoscendum, alium quærat interpretem. Sed iam tempus est ut reliqua persequamur.

COMMENTARIORVM HIERONYmi in epistolam ad Galatas Liber tertius.

Vrrebatis bene, etc.] Id quod nunc Latinus posuit interpres, ueritati non obedire, & in Græco scriptum est, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι, in superiori loco ita interpretatus est, nō credere ueritati. Quidquid nos in uetustis codicibus non haberi, in suo loco annotauimus, licet & Græca exemplaria hoc errore cōfusa sint. Sensus autem iste est: Adorabatis patrem in spiritu & ueritate, & de plenitudine Christi accipientes, sciebatis, quia lex data est tantum populo per Moysen, & non etiam facta. Gratia autem & ueritas non solū data, sed & facta per Iesum Christum. Cū igitur tam bene curreretis, ueritati magis quàm imaginib. seruientes, à quo præpediti doctore peruerso, umbrā legis sequimini, & euangelij relinquitis ueritatem? Sequitur: *b* ¶ *Nemini consenseritis.*] Sed quia nec in Græcis libris, nec in his qui Apostolū cōmentati sunt, hoc scriptū inuenimus, prætereundum uidetur. *c* ¶ *Persuasio uestra non est ex eo qui uocauit uos.*] In Latinis codicib. ita scriptū reperi: Persuasio uestra ex deo est, qui uocauit uos. Quod quidem puto, ex eo, fuisse: & non intellectum, paulatim ob similitudinē ex deo, increbuisse pro eo quod est, ex eo. Sed nec sic potest stare sensus, ut quos modo accusauerat quare non obedierint ueritati, ostendens in eorum arbitrio positum, uel obedire uel non obedire: nunc ecōtrario asserat persuasionem & obedientiam eorum, nō tam ex ipsis esse qui uocen/

Cvrrēbatis bene, quis uos impediuit ueritati non obedire? Nēmini consenseritis. Pērsuasio uestra non est ex eo qui uocauit uos.

tur

A tur,quàm ex eo qui uocet. Melius igitur & uerius sic legitur: Persuasio uestra nō est ex eo qui uocauit uos. Aliud quippe dei opus est,aliud hominum.Dei opus est uocare:hominū,uel credere,uel non credere: Et sicubi alibi de scripturis liberū hominis affirmatur arbitriū, ut ibi: Si uolueritis & audieritis me. Et iterū: Et nūc Israel quid petit à te dñs deus tuus, & ex hoc loco uel maxime cōprobatur. Verum simpliciores quiq; putantes se deferre deo, ut persuasio quoq; nostra in eius sit potestate: abstulerunt partē orationis, non: & sensum contrariū apostolo reddidere. Siue ergo in bonā,siue in malā partem:nec deus,nec diabolus in causa est, quia persuasio nostra non est ex eo qui uocauit nos,sed ex nobis,qui uel consentimus, uel non consentimus uocanti. Aliter:Persuasio hęc quā nunc sequimini, nō est ex deo qui in principio uos uocauit,sed ex his qui uos postea turbauerūt. a ¶ *Modicū fermentum,etc.*] Male in nostris codicib.habetur: modicum fermentū totam massam corrumpit, & sensum potius interpres suū quàm uerba Apostoli transtulit. Hac aūt ipsa sententia Paulus & ad Corinthios utī,ubi præcepit eum qui uxorē patris sui habebat tolli de medio, & tradi pœnitentiæ in interitū & uexationē carnis, per ieiunia & ægrotationes,ut spiritus saluus fiat in die dñi nostri Iesu Christi. Ait quippe:Non bona gloriatio uestra. Nescitis quia modicū fermentū totā massam corrūpit:siue ut iam emendauimus, totā conspersionē fermētate?Et statim intulit:Expurgate uetus fermentū, ut sitis noua cōsperso,sicut estis azymi: etenim pascha nostrū immolatus est Christus. Itaq; epulemur nō in fermēto ueteri,neq; in fermento malitiæ & nequitiæ,sed in azymis synceritatis & ueritatis. Nunc aūt per hanc eandē sententiā docet panē ecclesiæ spiritualē,qui de cœlo descendit, non debere Iudaica interpretatione uiolari,& dñs idipsum discipulis præcepit,ut caueant à fermento pharisæorū. Quod euāgelista manifestius faciens addit:Dixerat aūt eis de doctrina pharisæorū. porrò quæ est ista alia doctrina pharisæorū, nisi legis secundū carnē obseruatio?Sensus itaq; iste est:Nolite putare pauco rū hominū,qui de Iudæa uenientes aliud docent, insidias contēnendas.Scintilla res parua est, & penè dum cernitur,non uidetur:sed si fomitē comprehenderit, & nutrimenta sui quāuis paruus ignis inuenerit,mœnia, urbes,latissimos saltus,regionesq; consumit.Fermentū quoq; cuius ad aliā partē in euangelio parabola temperata est,res modica uidetur & nihili: sed cum farinæ conspersum, totā massam suo uigore corruperit, in illius uim transit omne quod mixtum est: ita & doctrina peruersa ab uno incipiēs uix duos aut tres primū in exordio reperit auditores, sed paulatim cancer serpit in corpore,& iuxta uulgare prouerbiū,unius pecudis scabies,totum cōmaculat gregē.Igitur & scintilla statim ut apparuerit,extinguēda est, & fermentū à massæ uicinia remouendū:secandæ putridæ carnes,& scabiosum animal à caulis ouiū repellendū,ne tota domus massa,corpus,& pecora ardeat,corrumpatur,putrescat,intereat. Arius in Alexandria una scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, totū orbem eius flamma populata est. b ¶ *Ego confido in uobis,etc.*] Non per coniunctūrā,ut quidam uolunt,sed prophetico spiritu Paulus pronunciat Galatas ad ueritatis uiam quam amiserāt regressuros. Etenim qui alios hortabatur ut æmularentur charisma ta:magis autem ut prophetarent:ipse quoq; eadem plenus gratia loquebatur: Et ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus.Prouidens igitur spiritu, quia nihil aliud essent crediturī, nisi quod per epistolam docebantur,ait:Ego confido in uobis in dño quod nihil aliud sapietis.Nā & additio dominici nominis, idipsum significat.Si enim per coniecturā hoc æstimabat,potuerat dicere:Ego cōfido in uobis. Nūc autem apponens,in dño: diuino quodā confidēs spiritu, quod futurū cognouerat,prophetauit. c ¶ *Qui autē conturbat uos,etc.*] Occulte, inquiunt, Petrum lacerat,cui supra in faciē restitisse se scribit,quod nō recto pede incesserit ad euangelij ueritatem. Sed nec Paulus tam procaci maledicto de ecclesiæ principe loqueretur:nec Petrus dignus, qui conturbatæ ecclesiæ reus fieret. Ex quo arbitrandū est de alio quodam dici, qui aut cum apostolis fuerat,aut de Iudæa uenerat, aut ex pharisęis crediderat,aut certe magnus sit apud Galatas æstimatus, ut portet iudiciū ecclesiæ conturbatæ, quicunq; est ille.Portare aūt iudicium,id est quod alijs uerbis in sequentib.dixit: Vnusquisq; propriū onus portabit.Et puto in scripturis, onus, & in bonā & in malā partem posse accipi:hoc est, & in his qui peccatis grauibus opprimuntur,& in illis qui uirtutum leuia onera sustentant. De peccatis in psalmo pœnitēs loquitur: Iniquitates meæ eleuatæ sunt super caput meū,quasi onus graue grauatæ sunt super me. De uirtutibus docūrnaq; uirtutū saluator ait: Iugū enim meum suaue est,& onus meum leue est. Quod autē & doctrina pro onere accipiatur,perspicuū fit in euangelio: Alligant quippe pharisæi onera grauia, & quæ portari non possunt, & superponunt ea super humeros hominū: ipsi autē uno ea digito nolunt contingere. Quàm graue sit aliquem de tranquillitate turbare, & serena corda hominū quibusdam quasi fluctibus concitare,saluatoris ad apostolos uerba testantur,dicentis:Ne turbetur cor uestrum, neq; timeatis.Expedit quippe ei qui conturbat & scandalizat quempiā in ecclesia,ut lapis molaris circundetur collo eius,& mittatur cum eo in mare,quàm ut scandalizet unū de his minimis, qui à saluatore monstrant. Turbati ergo fuerant Galatæ inter spiritū & literam, circuncisionem & concisionē,Iudaismum occultū & manifestū,quid agerent ignorantes. Breuius aūt & sic accipi potest. Quicunq; est ille qui uos ad pharisæorū doctrinam retrahit,& in carne desiderat circuncidi, quamuis sit eloquens, & in legis eruditione se iactitet: nihil amplius dico, nisi hoc quod etiam uos abnuere non potestis:quod portabit pro hoc opere iudicium,& cōsequetur pro suo labore mercedem. d ¶ *Ego autem fratres si circuncisionem prædico,quid adhuc persecutionem patior? etc.*] Legimus in Actib.apostolorū,ipse quoq; apostolus Paulus in epistolis suis sæpe cōmemorat,se à Iudæis persecutiones creberrimas sustinuisse, propterea quod doceret eos qui de gentib.crediderant in Christo, non debere circuncidi.Hi itaq; de quibus supra ait:Qui aūt cōturbat uos,portabit iudicium quicunq; est ille,ut deciperent Galatas,etiam hoc addebant: Non solum Petrus, & Iacobus,& Ioannes,& cæteri in Iudæa apostoli, circuncisionem, & alia præcepta legis obseruant: sed ipse quoq; Paulus qui uos aliter docuit,quàm se rei ueritas habet,Timotheum circuncidit,& Iudæis frequenter Iudæus factus est,ueritate cogente.Quam opinionem de Galatarum mentibus Paulus nunc uolens tollere, ait: Ego aūt fratres si circuncisionem prædico, quid adhuc persecutionē patior?Omne,inquit,in me odiū Iudæorū,& qua aduersum me furiunt insania, ob nihil aliud est,nisi

Exod. 10.a
Deut. 10.c

Modicum fermentū totam conspersionem fermentat. Egō confido in uobis in domino,quia nihil aliud sapietis.Qui aūt conturbat uos,portabit iudicium quicūq; est ille.Egō aūt fratres si circuncisionē prædico,quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est (siue ut in Græco Græco melius habet,cessauit) scādalum crucis. Vtinàm & abscindantur qui uos conturbāt.Vōs enim in libertatem uocati estis fratres,tantum ne libertatem in occasionem

1.Cor.5.b

Matth.16.a

Psal.37.d

Ioan.14.d

A est,uisi quod doceo gentes nō debere circuncidi, & legis onera superflua & iam abolita custodire. Cum autē persecutionē patiar,manifestū est me circuncisionē prędicare quam destruo.Non eīm tam persecutionē patior à Iudęis,quia prędico crucifixū,& Iesum dico esse Christū,quē lex & prophetæ prænunciauerunt, quā quia doceo legē esse completā. Quod aūt crux Iudæis scandalū sit, gentibus stultitia,ipse dñs noster ostendit: qui lapis dicitur offensionis,& petra scandali:propter nihil aliud puto,nisi quia prædicatio cū plenis uelis ad audientes processerit,statim ut ad crucē uenerit,impingit,& nequaq; libero cursu potest ultra procedere. Sed hæc crux quæ apud Iudæos scandalū est,& apud gētes stultitia,nobis qui credimus,uirtus est & sapientia.Christus eīm dei uirtus est & dei sapiētia,ut propter id quod stultitia dicebat̄,fatuū dei sapiētius fieret hominibus, & ꝓpter id quod infirmitas & scandalū,infirmū dei fortius fieret hominibus. Cum aūt,inquit,crucis Christi scandalū maneat,& ego persecutionē patiar,quā non paterer si scandalū nō maneret:frustra quidā iactitant me circuncisionē prædicare,quā impugnando sustineo persecutionē. a ¶ *Vtinam &c.,etc.*] Quærit̄ quomodo Paulus discipulus eius qui ait:Benedicite maledicentib.uobis:Et ipse loquens:Benedicite,& nolite maledicere.Et in alio loco: Neq; maledici regnū dei possidebūt:Nūc & maledixerit eis,qui ecclesias Galatiæ conturbabant, & cum optantis uoto maledixerit:Vtinā & abscindantur qui uos cōturbant. Tam enim detestanda abscisionis est passio, ut qui inuitis eam intulerit,legibus publicis puniatur:& qui se ipsum castrauerit, infamis habeatur. Vt eīm illud (aiūt) uerū sit:Vtuit in me Christus,& hoc: An experimentū quæritis eius qui in me loquitur Christus?certe maledictionis uox non potest eius intelligi,qui dicit: Discite à me,quia humilis sum & mitis,& māsuetus corde.Et magis putat̄ Iudaico furore, & quadā effrenata insania se non potuisse cohibere, ꝙ imitatus esse eū qui tanq; agnus corā tondente se,non aperuit os suū,& maledicētibus non maledixit.Tradidit aūt se mortu condēnatus. Ad quod qui pro Paulo respondebit,hęc dicet:nō tam furoris in aduersarios ꝙ dilectionis in ecclesias dei uerba esse quæ locutus sit.Videbat quippe totā prouinciā, quam ipse suo sanguine & periculis ab idololatria ad Christi transduxerat fidē,subita persuasione turbatā,& dolore apostolico,dolore patris se tenere non poterat: mutabat uocē,& quibus blanditus fuerat, irascebatur: ut quos nequiuerat lenitate, saltē obiurgatione retineret.Nec mirū esse si Apostolus ut homo,& adhuc uascu lo clausus infirmo,uidensq; aliā legē in corpore suo captiuantē se,& ducētem in lege peccati, semel fuerit hoc locutus, in quod frequēter sanctos uiros cadere perspicimus.Sed & illud dici potest, licet superfluū quibusdā esse uideat̄,quod Paulus nō tam maledixerit eis ꝙ orauerit pro illis,ut eas partes corporis perderēt,per quas delinquere cogebant̄. Et quomodo in euangelio dictū est:melius esse aliquē sine oculo,& sine manu,& sine pede,& qualibet alia parte mēbrorū intrare in regnū cœlorū,quàm totū ire in gehennā:Ita & nūc optare magis unā partē corporis perdere, ꝙ per occasionem integri corporis perpetuo igne dānari. Hic locus si quādo ab ethnicis reprehendit̄, quomodo eis responderi possit, ostēdimus.Nūc à nobis cōtra hæreticos ꝓferatur: Marcionē uidelicet & Valentinū, & omnes qui cōtra uetus latrant testamentū, qua ratione illi qui creatorē sangui narīū,seuerū bellatorē,& tantū iudicē criminantur,hoc in Apostolo dei boni ualeant excusare.Et certe nullam

B

2.Cor.13.a

Matth.11.d

Matth.18.d

puto in ueteri lege tam trucē,tam cruentā in aliquo esse C sententiā,quàm, utinā abscindātur qui uos cōturbant. Nec possunt dicere orasse Apostolū pro inimicis Christi,qui eius ecclesias cōturbabāt:Nec ex dilectione prolatū,quod tumore & indignatione plenū, ipso uerborū pondere demonstratur. Quicquid ergo illi pro Apostolo excusationis attulerint,hoc nos pro lege ueteri defendimus.

b ¶ *Vos enim,etc. (subauditur,detis.*] Quod quia in Græco non habetur,Latinus posuit interpres.Hunc locū quia ualde obscurus est,de decimo Stromatū libro transferri placuit ad uerbū. Non quo singula non possint suis locis & sensibus explanari,sed quo à superiori negocio separata,unū difficile corpus efficiant:& si sic intelligātur ut resonant, inconsequenter & abrupte repugnare inter se & scatere uideantur. Origenis itaq; hæc uerba sunt. Difficilis locus est, & ita nobis differendus uidet. Qui liber est,& alterī sensu spiritū & ueritatē sequitur: præcedentes & typos contemnit & literā: non idcirco debet minores despicere,& occasionē dare his qui non possunt sentire sublimius, de se penitus desperandi. Licet eīm infirmi sint, & caro cōparatione spiritus appellentur,caro tamen Christi sunt.Si enim intelligit mysterīū charitatis infirmiorib. seruientis, faciat aliquid prō pter infirmos, ne in scientia sua frater pereat, prō quo Christus est mortuus.Diligēter itaq; attende,an ex consequentib.sensus iste texetur. Vos, inquit,fratres in libertatē uocati estis:forsitan ideo,quia nō omnes uocationē capere poterant libertatis:Propter quod nūc auditis:Tū ne libertatē in occasionē detis carni. Per dilectionē eīm oportet minorib. seruire maiores: quia qui uult esse maior,erit omniū seruus. Neq; ergo spiritua- D lis laceret Christi carnes,neq; occasionē illis tribuat, ut se remordeant prouocantē,ne ab inuicē consumātur. Oportet ergo spiritu ambulantē & spiritu scripturarū uerba sectantē, nō perficere desideriū carnis earum.Si aūt hoc quod dicit:Spiritu ambulate, & desideriū carnis nō perficietis,simpliciter intelligimus,ut plerq; arbitrant:contra argumentū & hypothesin totius epistolæ,in hæc subito Paulus erumpet,statim quippe sequit: Si aūt spiritu ducimini,non estis sub lege.Et cū hucusq; aliqua ex parte sibi sermo cohæreat: rursum si simplicē intelligentiā sequamur, ad inordinata repente præcepta nos transfert,de carne & spiritu differens,id est:Manifesta aūt sunt opera carnis illa & illa.Et ecōtrario:Fructus aūt spiritus,est charitas,& reliqua. Sed neq; in his consequentiam desperare debemus,quia opera carnis diuinorū uoluminū historia continet, nō ualde eos iuuans qui sic eā intelligunt ut scripta est.Quis enim non docebitur seruire luxuriæ & fornicationē habere pro nihilo,cum Iudā ad meretricē legerit ingredientē,& patriarchas habuisse multas pariter uxores? Quomodo non ad idololatriā prouocabitur,qui sanguinē tauorū, & cæteras Leuitici uictimas nō plus quàm quod in litera sonat,putauerit indicare? Quod aūt inimicitias, in aperto positus scriptur æ sermo doceat, & ex hoc loco probatur:Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionē tuā quā retribuisti nobis. Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petrā. Et ex illo: In matutino interficiebā oēs peccatores terræ: & cætera his similia,de contentionib.uidelicet,æmulatione, irarixis,dissensionib.Ad quæ (si nō altius aliquid sentiamus) prouocant nos magis historiæ exēpla quàm prohibēt.Hæreses quoq; magis de carnali scripturæ intelligentia, ꝙ de opere carnis nostræ, ut plurimi æstimant, subsiterunt. Necnon inuidiam & ebrietates per legis

Gen.38.b

Psal.136.b

literam

A literā discimus. Inebriatur Noe post diluuiū, & patriarchæ apud fratrē Ioseph in Aegypto. Sed & cōmessationes in Regnorū libro scriptæ sunt, saltante Dauid & cōcrepante tympanis corā arca testamenti dei, & his similia. Quæritur quomodo ad ueneficia, & ad maleficas artes, simplex scripturæ diuinæ sermo qui dicitur caro, nos prouocet, nisi ad ejusdē scripturæ spiritū trāsceendamus. Puto hoc significare, decies Danielē & tres pueros Magis, incantatoribus, & Gazarenis atq; Chaldæis sapientiores repertos, & Mosen omni sapientia & doctrina Aegyptiorū eruditū. Multorū ergo malorū occasio est, si quis in scripturæ carne permaneat. Quæ qui fecerint, regnū dei nō consequentur. Quamobrē spiritū scripturæ fructusq; quæramus, qui non dicūtur esse manifesti. Multo quippe labore & sudore, & digno cultu in scripturis fructus spiritus inuenitur. Vnde arbitror Paulum diligenter & caute de scripturæ sensib. dixisse carnalibus: Manifesta aūt sunt opera carnis. De spiritualib. uero non utibi posuisse, manifestus est fructus spiritus, sed ita: Fructus autem spiritus, est charitas, gaudiū, pax, & reliqua. Quod si relictis typis ad ueritatē scripturæ transeamus & spiritū, statim nobis prima charitas panditur: & ad gaudiū inde gradientes, peruenimus ad pacē, per quam consequimur patientiā. Quis aūt non ad miserationē & bonitatē erudiatur, cum eā ea quæ quibusdā misticis putantur in lege, supplicia dico & prælia, & euersiones gētiū, & cōminationes ad populos per prophetas, magis
Esa.57.c remedia intellexerit esse quàm pœnas? Non enim in æternū irascetur dñs. Cū ergo hæc nobis aperta fuerint, rationabiliorē habebimus fidē, & correctos mores tem
B perantia comitabitur, quā continentiā sequetur & castitas: & post hæc oīa incipiet esse lex pro nobis. Hucusq; Origenis. Quibus nos possumus addere, ut dicamus de seruitute legali ad euangelij libertatem uocatos (quibus superius dicitur: State & nolite rursum iugo seruitutis hærere) etiā nūc moneri, ut leue Christi iugū, & delectabilia euangelij præcepta sectantes, nequaq; putent sibi licere, ut hac ipsa libertate utuēdi, in occasionē carnis utant, scilicet ut iuxta carnē uiuant, iuxta carnē circūcidant, sed spiritu magis stent, spiritu præputiū carnis abscidāt, & ad spiritus altiora tendētes, humilitatē literæ derelinquāt. Potest aūt & aliter intelligi. Dicat quispiā: Si cessaui ô Paule esse sub lege, & de seruitute in libertatē uocatus sum: ergo debeo ita uiuere, ut cōuenit libertati, nec aliquib. præceptis teneri, sed q̄cūq; placuerit & uolūtas suggesserit, hoc facere, implere, sectari. Ad quod respōdit Apostolus: Vocatos quidē nos esse in spiritus libertatē: sed ita, ut libertas ipsa carni seruiat. Nec putemus quia nobis oīa licēt, omnia expedire, quin potius quia serui legis esse cessauimus: facti liberi, magis per charitatē nobis inuicē seruiamus, ut lacinio-
sæ legis præcepta, uno dilectionis capitulo cōcludātur.
a ¶ *Sed per charitatem, etc.*] Qui cū esset liber ex omnib. omniū se propter charitatē seruū fecit, ut plures lucrifaceret: recte hortat & cæteros, ut per charitatē sibi seruiāt, quæ nō quærit quod suū est, sed quod proximi. Qui enim uult fieri primus, erit omniū seruus: Vt quomodo
Phil.2.a saluator in forma dei cōstitutus, nō rapinā arbitratus est esse se æqualē deo, sed seipsum exinaniuit, formā serui accipiēs, & habitu inuētus ut homo, humiliauit semetipsum, factus obediēs usq; ad mortē, mortē aūt crucis: ita & nos quæcūq; ante sub legis necessitate facere uidebamur: nūc sciamus nobis liberis, magis p charitatē esse faciēda. Tūm aūt bonū est charitas, ut oīs lex in illa recapitulet. Enumerat & in alio loco Apostolus charitatis bona dicēs: Nō zelatur, nō agit perperā. Multisq; in C
medio replicatis, in fine cōcludit: Omnia sperat, oīa 1.Cor.13.b
sustinet, charitas nunq; excidit. Et saluator in euāgelio, Matth.22.d
hoc signum sui ait esse discipuli, ut diligat proximum. Quod quidē puto non solū hominibus, sed etiā angelis cōuenire. Alijs uero bis idipsum dicitur: Quæ uobis fieri non uultis, alij ne feceritis: & quę uultis ut uobis faciant homines, hæc eadē & uos eis facite similiter. Nolo adulterari uxorē meā, nolo substātiam diripi, nolo me falso opprimi testimonio, & ut cuncta breui sermone cōprehendā, indigne fero aliquid mihi fieri quod iniustū est: Hæc eadē si per charitatē in me operantē, uel fecero alteri, uel uoluero, lex oīs impleta. Nec difficile est docere quomodo uniuersa præcepta, nō occides, nō adulterabis, nō furaberis, nō falsum testimoniū dices, & cætera his similia, una charitatis obseruatione teneant. Hoc ostendere arduū est, quomodo hostiæ quoq; quæ in Leuitico sunt præceptę, & ciborū uel abstinētia uel permissio, cū alia munda, alia dicant immūda: solennitatū quoq; iugis per annos recursus, in uno charitatis præcepto recapitulet: Nisi forte quis illo se transferat, ut affirmet legē spiritualē esse, & imaginib. & exēplari nos cœlestium deseruisse, anteq; uerus pōtifex adueniret: qui postq; semel seipsum offerēs uictimā, suo sanguine nos redemit, oīs illa priscæ legis uarietas & difficultas, in ipsius super homines dilectione cōpleta est. Intm quippe pater amauit mundū, ut filiū suū charissimū & unigenitū daret pro nobis. Ei aūt qui semel spiritu uiuens, opera carnis mortificauit, & à saluatore dilectus, nequaq; seruus, sed amicus uocat, nō est ultra lex posita, quæ impijs & peccatoribus, & nō subiectis & nepharijs cōstituta est. D
At nunc cū omnia quæ difficiliora sunt, uel modica ex parte faciamus: hoc solū nō facimus, quod & facto facilius est, & absq; quo cassa sunt uniuersa quæ facimus. Le iunij corpus sentit iniuriā, uigiliæ carnē macerant, eleemosynæ labore quærunt: sanguis in martyrio, quāuis ardeat fides, tm̄ sine dolore & timore nō fundit. Hæc omnia sunt qui faciāt, sola charitas sine labore est. Et quia sola cor mundū efficit, à diabolo expugnat in nobis, ne deū pura mente uideamus. Qm̄ enim sedens loquor contra fratrē meū, & contra filiū matris meę pono scandalū, quando aliena torqueor felicitate, & alterius bonū, meum malū facio, nonne hoc quod sequitur, in me expletur: Si inuicē mordetis & comeditis, uidete ne ab inuicē cōsumaminis? Charitatis rara possessio est. Quis uult ipse anathema esse à Christo pro fratrib. suis, apostolū sequens? Quis cum lugentib. lugens, cū gaudentib. gaudēs, alieno uulnere uulnerat? Quis fratris mortе perimit? Omnes magis amatores nostri, q̄ amatores dei sumus. Vide quantum bonū sit charitatis. Si ita martyriū fecerimus, ut nostras uelimus ab hominib. reliquias honorari: si opinionē uulgi sectantes, intrepidi sanguinē fuderimus: & substantiā nostrā usq; ad mendicitatē propriā dederimus: huic operi non tā præmiū quàm pœna debetur: & perfidiæ magis tormenta sunt, quàm corona uictoriæ. b ¶ *Quod si inuicem, etc.*] Potest & hoc simpliciter accipi, ne detrahamus inuicē, ne maledicto nos putemus ulcisci, ne contristati contristare cupiamus, & similes bestiarum, mordere pariter & remorderi, ut post morsus sequat interitus atq; consumptio. Melius aūt est, ne contra rationē & totius epistolæ consequentiā, subito in extraordinaria præcepta Paulus erūpat, hoc ita intelligere, ut ad circumcisionē obseruationēq; legis cūcta referamus. Si uos, inq̄t, cōturbāt alij, uos aūt cōturbamini: si totā scripturā ueterē legētes sic

A sic intelligitis ut scriptū est: Oculum pro oculo, dentem pro dente: & ira desiderat ultionem, ultio uero imponit dolorē, quod lex non solum non prohibet, uerum etiā præcepit, iustitiā in talione restituens: sequitur, ut & nudatus nuder, & uulneratus reuulnerer, & comestus remordeat: & quę uidetur iustitia esse, consumptio sit, nō unum uindicās, sed utrunq; consumens. a ¶ *Dico autē: Spiritu, etc.*] Et hoc secundū superiora dupliciter accipiendum, ut dicamus eos qui spiritu opera carnis mortificauerint, & seminauerint in spiritu, ut de spiritu metant uitā æternā, quotienscunq; uoluptatē carnis senserint titillare, nō perficere desideriū eius: quod quidē si expletū fuerit, blandiri uidetur ad tempus, sed spiritu refrenare, & secundū sententiam historici, animi
Rom.7.c imperio, corporis seruitio magis uiuere. Necnon & illud, quia lex spiritualis est, & nō qui manifesto Iudęus, sed qui in occulto, & circumcisiō cordis in spiritu, nō littera: eos ambulare spiritu, & carnis desiderium non perficere dicimus, qui spiritualiter egrediuntur Aegyptū, & spiritualē escā potumq; de spirituali hauriūt petra, qui non iudicant in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ & sabbati: sed ambulant in omnib. spiritualiter, non perficientes carneæ legis, literæue desiderium, sed fructus metētes intelligentię spiritualis. Tertia quoque interpretatio à quibusdā in hoc loco dicta est: sed quæ non multū discrepet à secunda, ut desiderium carnis in his asserant esse qui paruuli in Christo sunt. Iter autē spiritus in perfectis uiris, & esse sensum: In grauitate spi
B ritus, id est, in itinere uiri ambulate perfecti, & non facietis desideria paruulorū. b ¶ *Caro autē concupiscit, etc.*] Caro præsentib. delectatur & breuibus, spiritus perpetuis & futuris. Inter hoc iurgiū media anima consistit, habens quidem in sua potestate bonū & malū, uelle & nolle: sed nō habens hoc ipsum uelle ac nolle perpetuū: quia fieri potest, ut cū carni consenserit, & opera eius secerit: rursum per pœnitentiā se remordens, spiritui copuletur, & opera eius efficiat. Hoc ergo quod ait: Hæc em̄ sibi inuicem aduersantur, id est, caro & spiritus, ut nō quæcunq; uultis, illa faciatis. Non quo propriū nobis tulerit arbitrium, quo uel carni uel spiritui assentiamur: sed quia quod facimus nō est nostrū proprie, sed opus ipsum uel carni uel spiritui deputatur. Grādis laboris & disputationis est nimiæ, ostensis carnis operib. & spiritus, media aliqua reperire, quæ nec ad carnē uideantur pertinere, nec ad spiritū. Carnales dicimur, qñ totos nos uoluptatib. damus. Spirituales, quādo spiritū sanctū prę uiū sequimur, id est, cum ipso sapimus instruente, ipso docemur autore. Animales reor esse philosophos, qui proprios cogitatus putant esse sapientiā,
1.Cor.2.d de quibus recte dicitur: Animalis aūt homo nō recipit ea quæ sunt spiritus. Stultitia quippe est ei. Quod ut manifestius fiat, aliquod sumamus exemplū: Caro, terra, anima, aurū, spiritus ignis uocetur. Quandiu aurū suerit in terra, perdit uocabulū suū, & à terra cui cōmixtū est appellat. Cum uero separatū ab humo, auri & speciē & nomen acceperit: aurū quidē dicitur, sed necdum probatū. Si aūt per ignem excoctū fuerit & purgatū, tūc auri splendorē & ornatus sui accipit dignitatē. Ira & anima inter humū & ignē, hoc est, inter carnē spiritumq; consistens, quando se tradiderit carni, caro dicitur: qñ spiritui, spiritus appellatur. Quod si proprio credidерit cogitatui, & absq; gratia spiritus sancti inuenire se æstimauerit ueritatē, quasi aurū sordidū, animalis homis

nis appellatione signatur. Potest locus iste sic melius explanari, & quasi una series corpusq; fieri, se inuicē nēcientes, sibiq; non discrepans. Fratres de seruitute legis uocati estis, in euangelij libertatē. Verū obsecro uos, ne libertate pro licentia abutamini, & putetis uobis cūcta expedire quæ licent: detisq; occasionē carni atq; luxuriæ. Quin potius discite quod libertas hæc maior sit seruitus, ut quod ante lex ab inuitis extorquebat obsequium, nunc per charitatem uobis inuicem seruiatis. Siquidē omne illud legis onus, & multiplicia præcepta, non tam exclusa sunt per euangelij gratiam, quàm uno charitatis sermone breuiata, ut diligamus proximū sicut nosmetipsos. Qui enim diligit proximū, totā Matth.22.d
legē implet: bona ei tribuens, mala nō inferens: Quod si cesset dilectio, & non sit charitas per quam lex uniuersa completur, publicū quoddam inter homines latrocinium erit, ut contra se inuicem deferentes, sęq; mordentes, consumantur ab inuicem. Vos autem fratres propterea secundum spiritualem legem debetis uiuere, ne desideria quæ carnis sunt, perficiatis. Caro enim frigus timet, asperna tur famem, attenuatur uigilijs, libidinib. exardescit, mollia quæq; & iocunda desiderat. E contra spiritus, ea quæ carni contraria sunt, & quæ illam debilitare queant, expetit. Et ita fit, ut non ideo, quia sub seruitute legis esse cessastis, putetis esse uos liberos: sed scitis magis naturæ uos lege retineri, quia nō statim si lex non imperat, & natura cessauit, ne uoluntatem scilicet uestram, opera subsequantur: sed frequenter ea facere
compellamini, repugnante carne aduersus spiritū, quæ D
facere non uultis. Ex quo fratres obsecro, ut non detis libertatē uestram in occasionem carnis, sed magis spiritu seruiatis, ut incipiatis ea facere quæ uultis, & nihil debere legi, id est non esse sub carne. Quia libertatem legis abolitæ tunc uere in euangelio habere poteritis, quum uos nequaquā caro compulerit facere quæ non uultis, sed spiritui seruientes, docueritis uos nō esse sub lege. Et quia supra secundum duplicem intelligentiam hunc locum cœperamus exponere, reddēda sunt quæ omisimus. Caro concupiscit aduersus spiritū: id est, historia & scripturæ carneus intellectus, contra allegoriā & spiritualem doctrinam repugnat. Spiritus autem aduersus carnem, id est, sublimiora deiectis, æterna breuibus, umbræ ueritas refragatur, & carneus scripturæ sensus, quia impleri non potest (nec enim ualemus omnia quæ scripta sunt facere) ostendit nos non in nostra positos potestate legis explendæ, cum etiā si uelimus literam sequi, impossibilitas non admittat. c ¶ *Quod si spiritu, etc.*] Spiritū non eum de quo Apostolus in alio
loco loquitur: Ipse spiritus testimoniū perhibet spiritui Rom.8.e
nostro, quod sumus filij dei: id est, non spiritū hominis qui in ipso est, sed spiritū sanctū significat: quē sequentes, efficimur spirituales, & sub lege esse desistimus. Nō tandū ergo quod hic spiritus nō cum ἀγάπῃ & cū additamento aliquo, sicut in cæteris legimus spiritū mansuetudinis, & spiritū fidei, sed simpliciter spiritus appelatur: quæ quidē minutiæ magis in Græco quàm in nostra lingua obseruatæ, qui ἀγάπῃ penitus nō habemus, uident aliquid habere momenti. Quæritur in hoc loco, si quicunq; spiritu ducitur, non est sub lege: utrum Moses & prophetæ uel spiritu acti sint, & sub lege uixerint, quod Apostolus negat: aut habentes spiritum, sub lege nō fuerint, quod Apostolus hic affirmat: aut quod est tertium, sub lege uiuentes, spiritū non habuerint, quod

A de talibus uiris nephas est credere. Ad quod nos breuiter respondebimus: Non idē esse sub lege esse, & esse quasi sub lege: quomodo nō idipsum est, in similitudine carnis peccati, & in carne esse peccati. Nec idē sonat uerus
Num. 21.b serpens, & rei similitudo serpētis, quem Moses in eremo suspendit. Sic igit & sanctos prophetas & Mosen, ambulātes spiritu, & spiritu uiuētes: non sub lege, sed quasi sub lege uixisse: ut ipsi uiderent qui-
1.Cor. 9.c dem esse sub lege: sed eos qui sub lege erant, lucrifacerent: & ab humilitate literæ, ad altitudinē spiritus prouocarēt. Nam & Paulus qui Iudæus Iudæis factus est, & omnibus omnia, ut omnes lucrifaceret: nō dixit, factus sub lege, sed factus quasi sub lege, ut ostenderet se non ueritatē legis, sed similitudinē custodisse. Videmur nobis soluisse propositam quæstionē. Sed quid faciemus de illo Pauli capitulo dicentis: Cum aūt uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factū ex muliere, factū sub lege, ut eos qui sub lege erāt, redimeret. Si enim Christus sub lege fuit, & nō quasi sub lege, tota illa superior disputatio uacua fiet. Verū & hæc oppositio de suo soluetur loco. Qui ēm propterea factus sub lege est, ut eos qui erāt sub lege, redimeret: utiq; cum esset liber à lege, legi se subdidit uoluntate: Et multo erat Paulo liberior, qui non sub lege, sed quasi sub lege fuisse testatus est. Et quomodo in cœnū & barathrū mortis propter nos descendit, qui ora-
Rom. 7.d bamus dicentes: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Ira & ex muliere nasci uoluit, & esse sub lege, ut eos qui nati erāt de muliere & sub lege, saluaret. Et certe non est natus de muliere: id est, de nupta, sed de uirgi-
B ne. Verum abusiue uirgo mulier appellata est, propter eos qui illam fuisse uirginē nesciebant. Vt itaq; propter illos qui sanctā Mariam arbitrabantur maritū habere,
Exod. 6.b mulier pro uirgine posita est: sic propter eos qui æstimabant Christum esse sub lege, nescientes quia factus esset his qui erant sub lege, quasi sub lege: dicitur & ipse factus esse sub lege. a ¶ *Manifesta autem sunt, etc.*] Superius quū exponeremus de carne & spiritu, triplicem intelligentiā dixeramus, uel eos esse carneos, qui paruuli & corporei, in Christo solidū cibum, & perfectæ ætatis alimenta capere non possent: uel carnales eos esse, qui more Iudaico historiā tantū sequerentur & literā. Aut certe iuxta simplicē sensum, in hominis fictione carnem spiritumq; subsistere, & iuxta diuersitatē substantiæ uel opera carnis esse, uel spiritus. Nunc ergo quæ hic carnis opera nominant, fornicatio uidelicet, immundicia, luxuria, & cætera quæ sequūtur: magis mihi uidentur ad simplicē carnis & spiritus intelligentiā, quàm ad carnē legis & paruulos in Christo referri: licet in eo loco ubi supra de decimo Origenis Stromate uerbū transtulimus ad uerbū, quid etiā de his sentiri possit, expressum sit. Quod aūt ait: Manifesta aūt sunt opera carnis, uel omnibus ea nota esse demonstrat, quia per se pateāt mala esse & fugienda: intantū ut etiam hi qui ea faciunt, cupiant occultare quod faciunt. Vel certe his tantū manifesta, qui in Christo crediderint. Plurimi quippe gentilū in suis ignominijs gloriant: & putant si expleuerint uoluptatē, quandā se turpitudinū uictoriā cōsequutos. Sed & illud eleganter, quod in carne opera posuit, fructus in spiritu, quia uitia in semetipsa finiunt & pereūt: uirtutes frugib. pullulāt & redundāt. Nec putemus animæ nullū esse opus, si uitia carni, uirtutes spiritui deputent. Quia anima (ut supra diximus) in quodā medi-
Gen. 6.a tio posita, uel carni iungitur, & dicit de ea: Non permanebit spiritus meus in hominib. istis, quia carnes sunt,

Mānifesta autem sunt opera carnis: quæ sunt, fornicatio, immundicia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comesationes, & his similia: quæ

uel spiritui copulat, & in spiritus uocabulū transit. Qui C
1.Cor.6.d enim adhæret dño, unus spiritus est. Primū itaq; carnis opus, est fornicatio. Manifesta in exordio posuit, ne de medijs ambigamus. Omne ēm quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: qui aūt fornicatur, in corpus suū peccat. Et non sumus nostri, empti enim sumus precio, glorificemus & portemus deū in corpore nostro. In eo fornicator maioris est criminis, quia tollit mēbra Christi, & facit ea mēbra meretricis. Erunt quippe duo in carne una. Qui nō est fidelis, nec credit in Christo, sua membra facit mēbra meretricis: qui credit & fornicat, Christi membra facit mēbra meretricis. E contrario infidelis in fornicatione sua utrū uiolet, an ædificet templū idolo, nescio. Per uitia quippe uel maxime dæmones colunt. Hoc unū scio, quod qui post fidē Christi fornicat, uiolat templū dei. Secundū opus carnis, immundicia nuncupatur, & eā comes luxuria sequit. Quomodo ēm in ueteri lege de nephandis criminibus, quæ in occulto fiunt, & ea nominare turpissimū est, ne & dicentis os & Leuit. 15.d aures audientiū polluerent, generaliter scriptura complexa est, dicens: Verecūdos & reuerentes facite filios Israel ab omni immundicia: sic in hoc loco cæteras extraordinarias uoluptates, ipsarū quoq; opera nuptiarū si nō uerecūde & cum honestate quasi sub oculis dei fiant, ut tantū liberis seruiat, immundiciā & luxuriā nominauit. Quartū in catalogo operū carnis idololatria locū tenet. Qui ēm semel se luxuriæ uoluptatiq; permiserit, nō respicit creatorē. Aliàs aūt omnis idololatria, fe
D stiuitate, gula, uentre, & his quæ infra uentrē sunt, delectat. Et ne forsitā ueneficia, & maleficæ artes nō uideren tur in nouo prohibitæ testamēto: ipsæ quoq; inter carnis opera nominant. Quia sæpe magicis artibus, & amare miseris euenit & amari. Inimicitia quoq; quæ post ueneficia ponitur, quē habeat reatū, manifesto crimini subiecta declarat. Quantū ēm in nobis est, nullius esse debemus inimici, sed cum omnib. habere pacē. Quod si loquentes ueritatē, aliquos meremur inimicos, non
Gen. 15 tā nos inimici eorū sumus, q̄ illi inimici sunt ueritatis. Nam quod & in Genesi dicit ad Abrahā: Inimicus ero inimicis tuis, & aduersabor aduersantibus tibi: sicut supra intelligendū, nō tam Abrahā illis inimicū fuisse, q̄ illos Abrahæ uirtutib. & religioni, per quā calcatis idolis, cognitū ueneratur deū. Illud quoq; quod populo præcipitur Israel, ut odio sempiterno & in posteros trāsmissa discordia, inimici sint Madianitis, quasi his dicitur qui sub pædagogo erāt, & in alio loco merebātur
Matth. 5.b audire. Odio habebis inimicū tuum. Aut certe nō tam personarū quàm morū est facta dissensio: ut quomodo deus utiliter inter serpētē & mulierē inimicitias posuit, ne amicitiæ eorū inutiles essent homini, per quas proiectus est de paradiso: Ita & in Israelitis & Madianeis utta magis dissimilis, q̄ gens una damnata est. Septimū locū inter carnis opera, cōtentio possidet, quòdā quasi sacrato & eminenti inter uitia numero collocata. Seruū aūt dñi nō oportet rixari, sed esse mansuetū ad omnes, doctorē longanimē, cum mansuetudine erudientem: etiā eos qui econtra disputant. Post contentionē, octaua succedit æmulatio, quæ Græco sermone ζῆλος si-
gnificantius & notius appellatur. Quo quidem malo, nescio quis nostrum careat. Zelati sunt enim & patriarchæ Ioseph fratrem suum, & Maria & Aaron prophetes dei & sacerdos, cōtra Mosen tali passione decepti sunt, intantū ut illa de qua scriptura narrauerat, dicens: Tollens aūt Maria prophetes tympanū, & cætera: postea extra castra

A tra castra proiecta, lepræ uitio sordidata sit, & pœnitentiā longiorē septē dierū separatione signauerit. Ira dein de succedit, quæ iustitiā dei nō operat, & species est furoris. Inter iracundiā aūt & irā hoc interest, quod iracundus semper iracsci, iratus pro tēpore concitat. Et ne scio quis possit regnū dei possidere, cum is qui iracsitur, separet à regno. Rixæ quoq; quas aliud Græci significāter ἐριθείας uocāt: siquidē rixa μάχη dicit, à regno dei prohibent. Est aūt ἐριθεία, cū quis semper ad contradicendū paratus, stomacho delectatur alieno, & mulierbri iurgio contendit, & prouocat cōtendentē. Hæc alio nomine apud Græcos φιλονικείας appellat. Necnō & dissensiones opera carnis sunt, cū quis nequaquā perfectus,
1.Cor.1.b eodē sensu & eadē sententia dicit: Ego sum Pauli, & ego Apollo, & ego Cephe, & ego Christi. Sed & domorū inter se hæc eadē dissensio reperit, mariti uidelicet ad uxorē, patris ad filiū, fratris ad fratrē, cōserui ad cōseruum, militis ad cōtubernalē, artificis ad eiusdē operis artificē. Nōnunq̄ euenit, ut & in expositionib. scripturarum oriat dissensio, è quib. hæreses quoq; quæ nūc in carnis
Rom. 8.b opere ponunt, ebulliunt. Si ēm sapiētia carnis inimica est deo (Inimica aūt sunt omnia dogmata fallitatis deo repugnātia) cōsequēter & hæreses inimicæ deo, ad carnis opera referunt. ἄιρεσις aūt Græce, ab electione dicitur, quod scilicet eā sibi unusquisq; eligat disciplinā, quā putat esse meliorē. Quicūq; igit aliter scripturā intelligit q̄ sensus spiritus sancti flagitat quo cōscripta est: licet de ecclesia nō recesserit, tñ hæreticus appellari potest: & de carnis operib. est, eligēs quæ peiora sunt. Hæ-
B reses sequit inuidia, quā nō putemus idē esse quod zelū. Quia zelus & in bonā partē accipi potest, cū quis nitutur quæ meliora sunt æmulari. Inuidia uero aliena felicitate torquet, & in duplicē scindit passionē: quū aut ipse est aliquid in eo in quo aliū esse nō uult aut aliū esse uidēs meliorē, dolet se ei nō esse cōsimilē. Pulchre quidā de Neotericis, Græcū uersum trāsferēs, elegiaco metro de inuidia lusit, dicēs: Iustius inuidia nihil est, quæ protinus ipsum Autorē rodit, excruciatq; animū. Scripsit & beatus Cyprianus librū de zelo & liuore ualde optimū, quē qui legerit, nō dubitabit annumerare operib. carnis inuidiā. Inter inuidū aūt & inuidiosum hoc interest, qd̄ inuidus feliciori inuidet. Inuidiosus aūt is est, qui ab alio patit inuidiā. Quartūdecimū locū inter carnis opera, ebrietas tenet. Ebrioſi quippe regnū dei
Luc. 21.g nō possidebūt. Et dñs ad discipulos: Cauete, ait, ne forte grauent corda uestra in uino & crapula. Vino, hominis sensus euertit, pedes corruunt, mēs uacillat, libido succendit. Vnde Apostolus clamitat: Et uinū in quo est luxuria. Habet unusquisq; suæ sententiæ protestatē: Ego Apostolū sequor, in uino esse luxuriā, in uino ebrietatē. Ebrietatē aūt & luxuriā inter carnis opera numerari nec ille potest negare qui eisdē passionib. uincit. Et licet me quidā in eo libro quē de seruāda uirginitate scripsi, reprehendendū putent: quod dixerim adolescentulas ita uinū debere fugere ut uenenū, nō me sententiæ pœnitebit. Opus quippe ibi magis uini q̄ dei à nobis creatura damnata est, & licentiā tulimus uirgini proprio ætatis calore feruenti, ne sub occasione parū bibēdi, plus biberet & perirer. Alioquin sciebamus & in Christi sanguinē uinū cōsecrari, & Timotheo uinū ut biberet, imperatū. Ebrietas aūt tā ex uino q̄ ex cæteris bibendi generibus, quæ uario modo cōficiunt, potest accidere, ex quo & de sancto dicit: Vinū & sicerā nō bibet. Sicera interpretat, ebrietas. Et ne quis uinū nō bibens, aliud sibi

putaret bibendū: exclusa causatio est, dū omne quod C
inebriare potest, cū uino pariter aufert. Quintadecima quæ & extrema inter carnis opera, comessatio est. Mādu-
1.Cor. 10.b cauit quippe populus & bibit, & surrexerūt ludere. Sēper ebrietati iūcta luxuria est. Pulchre quidā nō ignobilis orator, cū ebrium de somno describeret excitatū, ait: Nec dormire excitatus, nec uigilare ebrius poterat. Qua sententia expressit, quodāmodo nec mortuū eum fuisse nec uiuū. Longū erat uniuersa carnis opera replicare, & catalogū facere uitiorū. Vno igit omnia sermone cōclusit dicēs, & his similia. Quæ utinā tā facile uitare possemus, q̄ facile intelligimus. Prædico, inquit, uobis sicut prædixi, quīn qui talia agūt, regnū dei nō conse-
quent. Vbi ante prædixerat: Nō regnet, inquit, peccatū Rom. 6.b in mortali uestro corpore, ad obediēdū desideriis eius. Peccatū oēs istas species habet, in quib. nūc discriminādis plus forsitā q̄ oportuit, immorati sumus. Ergo in anima in qua peccatū regnauerit, nō potest dei regnare
2.Cor.6.d regnū. Quæ ēm participatio iustitiæ & iniquitati? quæ cōmunicatio luci ad tenebras? qui cōsensus Christo & Belial? Et putamus nos regnū dei cōsequi, si à fornicatione, idololatria, & ueneficijs immunes simus. Ecce inimicitiæ, cōtentio, ira, rixa, dissensio, ebrietas quoq;, & cætera quæ parua arbitramur, excludūt nos à regno dei. Nec refert uno quis à beatitudine excludat, an pluribus, cū omnia similiter excludāt. In latinis codicibus, adulteriū quoq; & impudicitia, & homicidia, in hoc catalogo uitiorū scripta referunt. Sed sciendū nō plus q̄ quindecim carnis opera nominata, de quib. & disseruimus. a ¶ *Fructus autem, etc.*] Et quæ alia inter fructus spi- D
ritus debuit tenere primatū, niti charitas, sine qua uirtutes cæteræ nō reputant esse uirtutes, & ex qua nascuntur uniuersa quæ bona sunt? Siquidē & in lege & in euāgelio, ipsa obtinet principatū: Diliges dñm deū tuū Deut. 6.a
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota uirtute tua, & diliges proximū tuū tanq̄ teipsum. Quātis bonis referta sit charitas: & supra breuiter perstrinximus: & nūc uel parū dixisse sufficiat, qd̄ dilectio non quærit quæ sua sunt, sed quæ aliena. Et quāuis suo quis uitio inimicus sit diligēti, & tranquillitatē eius ad odiorū fluctus concitare nitat, tñ nunq̄ ille turbat, nunq̄ creaturā dei odio dignā æstimat. Charitas ēm operit multitudinē peccatorū. Illud quoq; quod à saluatore dicit: Non Matt. 7.c
potest arbor bona fructus afferre malos: neq; arbor mala, fructus afferre bonos: nō tā de hominib. q̄ de fructib. carnis & spiritus arbitror pronūciatū, quia nec spiritus unq̄ potest ea uitia quæ in carnis operib. numerata sunt facere: nec caro his fructib. qui oriunt ex spiritu redūdare. Potest aūt fieri per negligentiā possidētis, ut spiritus qui uersat in homine, fructus nō habeat suos: & econtrario caro operib. suis mortificatis, peccare desistat. Non tamē illo usq; procedūt, ut & neglecta arbor spiritus, opera carnis afferat: & arbor carnis exculta, fructus germinet spirituales. In secundo spiritualiū fructuū loco, gaudiū positū est: quod Stoici quoq; qui distinguunt inter uerba subtilius, aliud quid esse æstimāt quàm lætitiā. Gaudiū quippe esse aiunt elationē animi super his quæ digna sunt exultantis: Lætiam uero effrenatam animi elationem, quæ modū nesciat: & in his quoq; quæ uitio sint mixta, lætetur. Alij è regione gaudij uoluptatem ponunt, non hanc quæ corpus ad libidinē concitat, titillat sensus, dulci blanditur affectu, sed aliam huic ὁμώνυμον, quæ sine moderatione & ullo decore læticiæ, in risu exaltat uocem suam. Quod si uerū

A est, & eorũ inter uerba distinctio nõ fallit & fallit: consi-
deremus, ne forsitan idcirco sit dictũ: Non est gaudere
impijs, dicit dñs. Simul aũt & illud notandũ, quod post
dilectionẽ, gaudiũ sequit. Qui eñ diligit quempiã, sem
per in eius felicitate lætat: & si eũ uiderit aliquo errore
deceptũ, & peccatorũ
lubrico cõcidisse, do-
lebit quidẽ, & eruere
festinabit, sed nõ põ-
terit gaudiũ mutare tristitia, sciens nullã rationabilium
creaturarũ apud deũ perire perpetuo. Tertius fructus
spiritus, est pax, à qua Salomõ quoq; qui in typo Chri
Psal. 75.a sti præcessit, nomẽ accepit. Et de ecclesia psalmista canit:
Factus est in pace locus eius. Et inter octo euãgelij bene
Matth. 5.a dictiones scribit: Beati pacifici, qñ filij dei uocabũtur.
In primo etiã graduũ psalmo cantatur: Cum his qui o-
derunt pacẽ, erã pacificus. Nec putemus pacẽ tantũ in
eo esse quærendã, si cum alio nõ iurgemur: sed tũc pax
Christi, hoc est, hæreditas nostra nobiscũ est: si trãquilla
mens nullis passionib. perturbet. Post pacẽ sequitur lõ-
ganimitas, siue patientia, quia utroq; modo μακροθυ-
μίαν possumus interpretari. Huic cõtraria est pusillani
mitas, de qua scribit: Pusillanimus uehementer insipi-
ens: qui uero patiens est, & uniuersa sustẽtat, uir sapiẽs.
Et cũ ἐπιτάσει, multũ sapiens appellat, ut in Prouerb.
Pro. 14.d quoq; scriptũ est: Longanimus uir, multus in pruden-
tia. Benignitas etiã siue suauitas, quia apud Græcos χρη-
στότης utrunq; sonat: uirtus est lenis, blãda, tranquilla,
& omniũ bonorũ apta cõsortio, inuitans ad familiari-
tatẽ sui, dulcis alloquio, morib. tẽperata. Deniq; & hanc
Stoici ita definiunt: Benignitas est uirtus sponte ad be-
nefaciendũ exposita. Non multũ bonitas à benignitate
diuersa est, quia & ipsa ad benefaciendũ uidetur exposi
ta. Sed in eo differt, quia potest bonitas esse tristior, &
B fronte seueris morib. irrugata, bene quidẽ facere, & præ
stare quod poscitur, nõ tamen suauis esse consortio, &
sua cunctos inuitare dulcedine. Hanc quoq; sectatores
Zenonis ita definiũt: Bonitas est uirtus quæ prodest, siue uirtus ex qua oriũt utilitas, aut uirtus propter semet-
ipsam: aut affectus qui fons sit utilitatũ. Inter fructus spi
ritus, septimũ & sacratiorẽ locũ fides possidet: quæ etiã
alibi inter tres ponit, spes, fides, charitas. Nec mirum si
spes in hoc catalogo nõ referat, cum in fide sit quod spe
Heb. 11.a ratur: & ita eam Apostolus ad Hebræos scribens defi-
niat: Est aũt fides sperandarũ substantia rerũ, argumen
tum necdũ apparentiũ. Siquidẽ id quod speramus esse
uenturũ, & necdũ est in præsenti, fide possidemus, spe-
rantes nos tenere quod credimus. Quærit quoq; quo-
modo fides in charitate sit posita. Qui diligit, nunq; se
lædi æstimat, nunq; aliud nisi quod diligit & diligit, su-
spicat. Cum aũt dilectio procul abfuerit, & fides pariter
abscedit. Post fidẽ mansuetudo numerat, quæ aduersa
est iræ, rixis, dissensionibus, & nunquã ad sui contraria
prouocat: uere de bona spiritus arbore, bonos fructus
egerminans. Per hanc famulus dei Moyses, testimoniũ
Num. 12.a scripturæ meruit accipere, dicentis: Moyses mansuetus
erat, plusq; omnes homines super terrã. Super terrã in-
quit: Super eos enim qui facie ad faciẽ deum uidebant,
esse nõ poterat, quia multa sæpe cõpellimur per carnis
facere infirmitatẽ. De Dauid quoq; licet multi de dño
nostro æstiment prophetatũ, quod nos etiã non nega-
mus, spiritus sanctus in typo uenturi canit: Memento
Psal. 105.a dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eus. Cuius man-
suetudo aduersus Saul, Absalõ, & Semei, uel maxime
claruit, cũ alius uellet eũ occidere: alius res nouas moli
tus, fraudare imperio niteret: alius lapides in eũ iaciẽs,
& puluerẽ uentilãs, clamaret & diceret: Egredere, egre-
dere uir inique. Extrema cõtinẽtia in fructibus spiritus
collocat. Quam nõ solũ in castitate debemus accipere,
sed etiã in cibo & potu: In ira quoq; & uexatione men- C
tis, & detrahendi libidine. Inter modestiam aũt & conti
nentiam, hoc interest, quod modestia in uiris perfectis
est, cõsummatæq; uirtutis, de quib. saluator ait: Beati mi
tes, qñ ipsi possidebunt terrã. Et de seipso: Discite à me, Matth. 11.d
qñ mitis sum & hu-
milis, & mãsuetus cor
de. Continentia uero
in uia quidẽ uirtutis
est, sed necdũ peruenit ad calcẽ, quia cupiditates adhuc
in eius qui se continet cogitatione nascunt, & mẽtis pol
luunt principale, licet nõ superent, nec ad opus pertra-
hant cogitantẽ. Non solũ aũt in desiderijs & cupiditate,
continentia necessaria est: sed etiã in tribus reliquis per
turbationibus, dolore scilicet, lętitia, & timore. Aduer-
sus huiusmodi fructus spiritus, nõ est lex. Iusto quippe
lex nõ est posita: Iniquis aũt & non subiectis, impijs &
& peccatoribus. Lex mihi dicit: Nõ adulterabis, nõ oc- Exod. 20.b
cides, nõ falsum testimoniũ dices, nõ fraudabis, nõ de-
syderabis aliena, nõ periurabis, nõ furaberis: si hæc om
nia fructu in me spiritus charitate regnante nõ facio, su
perflua mihi sunt præcepta legis. Deniq; & sapiẽtes mũ
di de philosophia sic opinati sunt, ut quod leges publi-
cæ facere homines necessitate cõpellunt, hoc illa persua
deat fieri uoluntate. a ¶ *Qui autem sunt, etc.*] Origenes
hunc locũ superiorib. nectẽs, ita legit: Aduersus huiusmodi non est lex, qui Christi carnẽ crucifixerunt cum
uitijs & concupiscentijs, ut nõ, sicut in Latino sonat, eos
qui Christi sunt, carnẽ suã dicat crucifixisse cum uitijs
& cõcupiscentijs, sed Christi carnẽ ab his cum uitijs &
cõcupiscentijs crucifixã. Et quærit quomodo in his qui
fructus spiritus habeant: & aduersum quos lex esse ces-
sauit, crucifixio carnis dominicæ ponat in laude, quũ
ad Hebræos in uituperatione sit positũ: Rursum crucifi
gentes in semetipsis filiũ dei, & ostentui habentes. Pro D
rursus crucifigentes melius unũ uerbũ compositum in
græco est ἀνασταυροῦντες quod nos interpretari possũ-
mus recrucifigentes. Primum notandũ quod aliud sit
crucifigere, aliud recrucifigere. Deinde quia non idi-
psum sit recrucifigere filiũ dei, & crucifigere carnẽ Chri
sti cum uitijs & cõcupiscentijs. Caro quippe Christi nõ
principaliter & proprie filius dei est, sed Iesus Christus:
qui quũ esset in principio apud patrẽ, uerbũ deus caro
factus est, & seipsum exinaniuit formã serui accipiẽs, ut
crucifigeret carnẽ, & despoliaret principatus & potesta
tes, triumphans de eis in ligno, ut compleret illud Apo
stoli: Quod enim mortuus est, peccato mortuus est se- Rom. 6.b
mel. Igitur si corpora nostra mẽbra sunt Christi, conse-
quenter & caro nostra caro Christi est, quam crucifigi-
mus, mortificantes per eam super terrã, fornicationẽ,
immunditiã, passionẽ, desyderiũ malũ, & auaritiã, & de
nobis nunc in laude ponit, qui Christi Iesu carnẽ cruci
fixerunt cũ uitijs & concupiscentijs, & semper mortifi-
cationẽ Iesu circũferimus in corpore nostro, ut & uita
eius manifestetur in carne nostra. Non modici aũt la-
boris est, sic in præsenti seculo uiuere, ut iam nunc uita
Iesu manifestet in carne nostra. Ita eñ uiuificabũtur &
mortalia corpora nostra per inhabitantẽ in nobis spiri
tũ. Vbi Latinus interpres uitia posuit, in græco παθή-
ματα, id est, passiones leguntẽ. Et quia passio põt & do-
lorẽ, & cæteras necessitates significare corpusculi, caute
Apostolus intulit, desyderia: ut nõ naturã corporis ui-
deret in spiritualib. uiris negare, sed uitia. Et hoc ita ad-
monitũ sit, si uulgatã editionẽ sequimur, legẽtes: qui aũt
sunt Christi, carnẽ crucifixerũt cũ uitijs & cõcupiscẽtijs,
ut nõ carnẽ Christi, sed suam eos crucifixisse dicamus.
Penẽ oblitus sum interpretationis secundæ. Prædixe-
ram enim omnia quæ sequuntur ad legẽ & ad circum-
cisionẽ esse referenda. Sensus itaq; iste est: In quibus est
fructus

modi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem cru-
cifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Si spiritũ uiui-
mus, spiritu & ambulemus. Nõn efficiamur inanis glo-
riæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

A fructus spiritus, charitas, gaudium, & reliqua: hi corpo
reã scripturę intelligentiã, quæ nunc caro Christi appel
latur, crucifixerũt cum passionibus eius & desyderijs,
quæ generant paruulis atq; lactentib. fomenta uitiorũ.
Crucifixit Christi carnẽ, qui non iuxta carnẽ historiæ
militat, sed spiritũ alle
goriæ sequit præuian
tem. a ¶ *Si spiritu uiui-
mus, etc.*] Vtamur hoc
testimonio aduersum
eos qui nolũt scriptu-
ras spiritualiter intel-
ligere. Quis est autẽ
qui uiuit spiritu, nisi
abscõditus homo no
ster, qui & iuxta car-
nem interdum solet uiuere? Sed cum spiritu uixerit, spi
ritu ambulat. Cum in carne uoluerit ambulare, uiuens
mortuus est. Vir perfectus in Christo semper uiuit in
spiritu, spiritui obedit, nunquam uiuit in carne. Et con
tra: Qui se totum carni dederit, & passionibus deputa-
rit, nũquam uiuit in spiritu. Inter hos medij sunt, quos
nec spirituales possumus appellare, nec carneos, sed
qui inter uirtutes & uitia fluctuantes, nunc ad meliora
retrahuntur, & spiritus sunt: nunc carnis lubrico sup-
plantãtur, & caro sunt. b ¶ *Non efficiamur inanis, etc.*] V-
num uerbũ apud Græcos κενόδοξοι, triũ uerborum
circuitu interpres Latinus expressit. Quantas autẽ ha-
beat definitiones & significantias gloria, & philosopho
rum innumerabiles libri, & Ciceronis duo uolumina,
quæ de gloria scripsit, indicio sunt. Verũ nos quia non
uerborum etymologias, sed scripturæ sensum disserere
conamur: ita hunc locũ cum superiorib. copulabimus:
Si spiritu uiuimus, spiritui obtemperemus: nequaquã
B per legem, sed per charitatẽ nobis inuicem seruientes,
non debemus de scripturarũ interpretatione conten-
dere & dicere: Circumcisio melior est: non, sed præpu-
tium. Contemnenda historia, & allegoria sequenda: i-
mò allegoria uana est & umbratica, & nullis ueritatis fi
xa radicibus. Vnde euenit, ut inuicẽ nascãtur inuidiæ.
Excludere enim ait, uos uolunt, ut illos æmulemini: nõ
tam ueritatem legis uolentes docere, quàm uincere. Ne
autem penitus uerbũ gloriæ prætermittamus intactũ,
suas philosophis ineptias relinquentes, de scripturis a-
liqua retractemus. Opinionẽ uulgi, & laudẽ hominum
Matth. 23.a fauore quæsitã, gloriæ nomẽ sonat ubi dicitur: Omnia
Ioan. 5.g aũt faciunt, ut ab hominib. glorificentur. Et alibi: Quo-
modo potestis credere, gloriã ab inuicẽ quærẽtes? Por-
ro in bonam partẽ in eodem loco. Et gloriã ab eo qui
solus est, nõ quærentes. Ex quo intelligimus idem uer-
bũ, nunc uirtutẽ significare, nunc uitiũ. Si ab hominib.
quæro gloriã, uitium est: si à deo, uirtus est, qui & ad ue
ram nos gloriã cohortatur, dicens: Eos aũt qui me glo
rificant, glorificabo. Significat & aliud in scripturis di-
uinis gloria, cum augustius aliquid, & diuinius homi-
1. Reg. 8.b num se præbet obtutibus. Visa est in tabernaculo glo-
Exod. 40.d ria dñi, & in templo quod à Salomone constructũ est,
gloria erat: & in facie Moysi, quãdo nesciebat quod glo
rificatus esset uultus eius, de qua uultus gloria, puto &
2. Cor. 3.d Apostolũ dicere: Nos aũt omnes reuelata facie gloriam
domini contemplantes, in eandem imaginem trans-
formamur à gloria in gloriam, sicut à dei spiritu. Et ipse
saluator splendor gloriæ & figura substantiæ dei dictus
Act. 7.g est. Vidit & Stephanus gloriam dei, & Iesum stantem à
dextris eius. Vt autem & nobis fingendorũ nominum
licentiam præsumamus, rebus quippe nouis (ut ait qui
dam) noua fingenda sunt nomina, quia hic dictum est:
Nõ efficiamur inanis uel uacuæ gloriæ cupidi, nos eos
asseramus plenæ gloriæ esse cupidos, qui gloriã dei de
fiderant, & laudem uirtute condignã, & aspectum diui- C
nius aliquid ostendentẽ. Vnde & in plerisq;, nostri ma-
iestatem pro gloria transtulerunt. Iam dudum cupio in
uerba prorumpere, sed teneor timore dicendi. Dicam
tamẽ nec tacebo passionem meã, passionem penè com-
munem: non de diui
tijs, non de potentia,
non de pulchritudi-
ne, & corporum ue-
nustate: hæc eñ mani
feste inter carnis ope
ra nominantur. Elee-
mosyna si ob laudem
fiat, inanis est gloria,
Longa oratio, pallor Luc. 7.
ex ieiunio sequens. 20.g

Non mea sunt uerba, sed saluatoris in euangelio perto-
nãtis. Ipsa quoq; castitas in matrimonio, uiduitate, uir-
ginibus, sæpe plausum quærit humanũ: & quod dudũ
timeo dicere, sed dicendũ est, martyrium ipsum, si ideo
fiat ut admirationi & laudi habeamur à fratribus, fru-
stra sanguis effusus est. Loquatur Apostolus, loquatur 2. Cor. 12.d
electionis uas: Si tradidero corpus meũ ut glorier, cha-
ritatem aũt non habeam, nihil mihi prodest. Ille qui di-
xerat: Scio hominẽ in Christo, ante annos quatuorde-
cim, siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio,
deus scit, raptũ usq; ad tertiũ cœlum. Et post modicum:
Raptus in paradisum, audiuit arcana uerba, quæ non
licet homini loqui. Illi, inquã, qui plus omnibus labo-
rauit, ne magnitudo reuelationũ extolleret eum, datus
est stimulus carnis eius, angelus satanæ, qui eum cola-
phizaret, ut nõ extolleret. Et certe ter dñm rogauit ut di
scederet ab eo, sed dictum est ei: Sufficit tibi gratia mea,
uirtus enim in infirmitate perficitur. Quid tam dei o- D
pus, quàm scripturas legere, in ecclesia prædicare, sacer
dotiũ cupere, ante altare dñi ministrare? Sed & hæc nisi
aliquis omni diligentia custodierit cor suũ, de cupidita
te laudis oriunt. Videas plerosq; (quod etiã Tullius ait)
libros suos de contemnenda gloria inscribere, & causa
gloriæ, proprij nominis titulos prænotare. Interpreta-
mur scripturas, sæpe uertimus stilũ, quæ digna lectione
sunt, scribimus: & nisi Christi causa fiant, sed memoriæ
in posteros, & famæ in populos, totus labor irritus fiet,
& erimus quasi tympanũ sonans, & cymbalũ concre-
pans. Videas plerosq; de scripturis inter se contendere,
& athleticum scãma dei facere sermonem. inuicem pro
uocant: & si uicti fuerint, inuident: Inanis quippe glo-
riæ cupidi sunt. Scio in Latinis codicibus in eo testimo
nio quod supra posuimus: Si tradidero corpus meum
ut glorier, ardeam habere pro glorier, sed ob similitu-
dinem uerbi, qua apud Græcos ardeã & glorier, id est,
καυθήσομαι, & καυχήσομαι una literæ parte distingui
tur, apud nostros error inoleuit. Sed & apud ipsos Gre
cos ipsa exemplaria sunt diuersa. CAP. VI

FRatres, *& si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos
qui spirituales estis, etc.*] Sciens Paulus eius dei se esse
cultorem, qui nollet mortem peccatoris, sed pœni
tentiam: & excepta trinitate omnem creaturam licet nõ
peccet, tamen posse peccare: eum quoq; qui spiritualis
est, cohortatur sui timore ne peccet, manum porrigere
corruenti. Et pulchre præoccupatum in delicto, homi-
nem uocat, qui mori posit: ex ipso nomine fragilita-
tem conditionis ostendens, ut dignus sit uenia, qui ue-
lut homo errore deceptus, & mersus in uoraginem, se-
ipsum sine auxilio & adiutore erigere non possit. Spiri-
tuali autem non additur homo, sed quasi deo præcipi-
tur ut hominem præoccupatum in delicto instruat: si-
ue (ut melius habetur in Græco) perficiat in spiritu le-
nitatis. Qui autem perficitur, nõ ei desunt uniuersa, sed

A ali qua. Denique non peccatis pluribus, sed uitio aliquo præoccupatus errauit. Lenitatis spiritū & māsuetudinis in correctione peccātis spiritualis adhibeat, ne rigidus, ne iratus & tristis corrigere cupiat errātē, sed prouocet eū, spōdens salutē, ueniā repromittens, Christi testimoniū proferat, qđ grauis legis & peccatorū onere depressos, ad iugū suū suaue & leue inuitet onus, ut discāt, quia humilis sit & mitis, & māsuetus corde, & inuenīant requiē animab. suis. Vtamur hoc testimonio aduersum hæreticos, qui diuersarū fingētes fabulas naturarū, aiūt spiritualē, bonā esse arborē, & nunquā malos afferre fructus. Ecce Apostolus, cuius & ipsi autoritatē sequunt, dicit eos qui spirituales sunt, posse peccare, si per altitudinē cordis sui inflentur & corruāt. Qđ & nos quoq; fatemur, & χοϊκοὺς, spirituales fieri, si ad melio-
2.Cor. 4.d ra reuertant. Opponi nobis potest illud quod ad Corinthios scribit: Quid uultis? In uirga ueniā ad uos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Si eīm ibi ad peccatores, nō in spiritu mansuetudinis, sed in uirga uenire se dicit: quō hic his qui in aliquo peccato præuēti fuerint, nō uirgā adhibet, sed spiritū mansuetudinis? Verū ibi ad eos dicit qui post peccatū nō sentiētes errorē suū, nolebāt maiorib. suis subdi, & pœnitentia corrigi. Vbi uero peccator intelligens uulnus suū, tradit medico se curandū: ibi nō est uirga necessaria, sed spiritus lenitatis. Sed & illud forte quærat, qđ si propterea instruere quis debeat peccatorē in spiritu lenitatis, quia cōsideret se, ne & ipse tētetur: ergo iustus qui de sua certus est mente, qui scit nō posse se labi, nō debet instruere peccatorē in spiritu lenitatis? Ad quod dicemus, etiāsi uicerit iustus, sciens quanto labore superauerit, magis pec-
B canti ueniā largiet. Nā & saluator propterea tētatus est: iuxta oīa nobis similiter absq; peccato, ut posit compati & dolere infirmitatib. nostris, suo doctus exēplo, cū difficilis sit in carne uictoria. Si quis uirgo ad senectā usq; permānserit, ignoscat ei qui adolescētiæ quodā calore deceptus est, sciēs quantis difficultatib. illā transierit ætatē. Si quis pro Christi nominis cōfessione cruciatus, a liū in tormētis uiderit denegare, cōpatiat uulnerib. negatoris: & nō tam illū uictū cū se uicisse miret. Cautelam quoq; scribentis attendite, quia nō dixerit, cōsiderans te, ne & tu cadas, sed ne & tu tenteris. Vinci quippe uel uincere nōnunq; est in nostra potestate: cæterū tentari, in potestate tentātis est. Si eīm saluator tentatus est, quis potest esse securus, intentatū se uitæ huius maria transire? Qui putat Paulū iuxta humilitatē, & nō uere dixisse: & si imperitus sermone, nō tamē scientia, defendat huius loci cōsequentiā. Debuit quippe secundū ordinē dicere: Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, cōsiderantes uosmetipsos, ne & uos tētemini: & non plurali, inferre numerū singularem. Hebræus igit ex Hebræis, & qui esset in uernaculo sermone doctissimus, profundos sensus aliena lingua exprimere non ualebat: nec curabat magnopere de uerbis, quū sensum haberet in tuto. Hæc secundū simplicē intelligentiā. Cæterū ut & secūdæ expositionis ordinē prosequamur, locus iste de epistolæ ad Rom. fine pandendus est. Ibi eīm cū similiter de escis & obseruationib. scriberet Iudæorū, & eos qui legis iuxta literā præcepta cōtemnerent, firmos atq; perfectos: illos uero qui adhuc antiqua consuetudine ducebant, infirmos paruulosq; narraret, & uideret iurgiū esse inter spirituales & carneos: admonuit spirituales, ne cōtemnerēt carneos & ait:
Rom. 14.a Infirmū aūt in fide assumite, nō in disceptationibus cogitationū. Alius enim credit manducare omnia: qui autem infirmus est, holus māducet. Is qui manducat, nō manducantē nō spernat: & qui nō māducat, māducantē nō iudicet. Deus eīm illū assumpsit: Tu qui es qui iudices alienū seruū? Suo dño stat, aut cadit. Stabit aūt: Potens est eīm deus statuere illum. Et multa in medio super hoc sensu disserēs, adiecit in fine: Noli propter escā destruere opus dei. Et iterū: Debemus autē nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & nō nobis placere. Vnusquisq; uestrū proximo suo placeat ad bonā ædificationē. a ¶ *Alter alterius onera, etc.*] Quia peccatū onus sit, & psalmista testat dicens: Iniquitates meæ eleuatæ sunt super caput meū, quasi onus graue grauatæ sunt super me. Et Zacharias in specie mulieris, uidit super talentū plumbi sedere iniquitatē. Hoc opus saluator pro nobis tulit, suo nos exēplo docens, quid facere deberemus. Ipse quippe iniquitates nostras portat, & p nobis dolet, & eos qui peccatorū ac legis onere sunt depressi, ad leue onus uirtutis inuitat, dicens: Iugū meū suaue est, & onus meū leue. Qui igitur fratris nō desperat salutē, sed manū porrigit deprecanti, & quantū in se est, flet cum flente: infirmus est cū infirmo, suaq; iudicat aliena peccata: iste per charitatē adimplet legē Christi. Quæ Christi lex est? Hoc est mandatū meū, ut diligatis inuicē. Quę lex filij dei est? Diligite alterutrū sicut & ego dilexi uos. Quomodo dei filius nos dilexit? Maior hac dilectione nō est, q̄ ut quis animā suā ponat pro amicis suis. Qui clementiā non habet, nec indutus est uiscera misericordiæ & lachrymarū, quamuis spiritualis sit, nō adimplebit legē Christi. Sed & hunc locū cum superioribus copulemus: Duplicē eīm sequimur intelligentiā. Si quis infirmus in fide est, & adhuc lacte nutritur infantiæ, nec potest tam cito à legali obseruatione ad spiritualia sacramenta trāsire: uos qui robustiores estis, eius onera portate, ne per scientiā uestram frater pereat, pro quo Christus est mortuus. Portat quoq; fratris necessitatē, qui grauatū pauperē onere egestatis adiuuat, & facit sibi amicos de iniquo māmona, quē post resurrectionē Christus affatur: Venite ad me benedicti patris mei, possidete præparatū uobis regnū à cōstitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere. Iuxta hunc sensum etiam in
1.Tim. 6.d alia epistola Paulus ad Timotheū docens, addidit: Diuitibus huius seculi præcipe nō sublime sapere: pro eo quod est, nō superbire, neq; sperare in incerto diuitiarū, sed in deo qui præstat omnia abūde ad fruendū, bene agere, diuites esse in operib. bonis, facile tribuere, cōmunicare, thesaurizare sibi fundamētū bonū in futurū, ut apprehendant uerā uitā. Qui uerā uitā apprehendit, cum uidelicet qui loquit: Ego sum uita, impleuit legē Christi quæ tendit ad uitam. b ¶ *Nam si quis, etc.*] Si quis nō uult onera aliena portare, & immisericors suo tm opere & uirtute cōtentus est, nō quærens quæ aliena sunt, sed quæ sua: hoc est, sui tantū amator, & nō etiam dei, ipse se seducit. Dupliciter aūt legi potest atq; distingui: Vel si quis existimat esse se aliquid cū sit nihil. Aut ita: Si quis existimat se esse aliquid: ut postea inferamus, cū sit nihil, se ipse seducit. Et magis in Græco q̄ in Latino resonat ista distantia. Prioris distinctionis hic sensus est: Qui se aliquid existimat esse & nihil est, ipse se decipit. Secūdus sensus altior est, & qui nobis magis placet: Si quis existimat se esse aliquid, in eo quod se putat esse aliquid, & nō ex clementia in proximū, sed ex suo opere & labore se iudicat, sua tantū uirtute cōtentus: iste ex hac ipsa arrogātia nihil fit, & ipse se decipit: quod melius in Græco dicit φρενᾶπατᾷ, hoc est, mētē suā decipit: pro quo Latinus posuit interpres, se ipse seducit. Mentē aūt suā decipit, qui se putat esse sapiētē: & secūdū Esaiā,

A sapiens in se est, & in conspectu suo intelligēs. Ad circūcisionem & legem, ita loci huius cōnectitur intellectus: Qui spiritualis est, & misericordiam in proximū non habet: cōtemnēs humilem, quia ipse sublimior est, ipse se decipit: nesciens hanc spiritus esse legem, ut nos inuicē diligamus. a ¶ *Opus autem suum pro. etc.*] Sensus iste est: Tu qui te æstimas spiritualē, & de alterius infirmitate robustior es: nō
2.Cor. 8.b debes imbecillitatem tacentis, sed tuam fortitudinem considerare. Neq; enim si alius perfecte nō potest ad Christianismum à Iudaismo transire, idcirco tu perfectus es Christianus: sed si te propria cōscientia non remordet, habes in temetipso gloriam & nō in altero. Athleta non ideo fortis est, quia uicit infirmū, & languida aduersarij membra superauit: sed si robustus est, & in sua fortitudine, non in infirmitate alterius gloriatur. Intelligi potest & aliter: Qui conscientiam habet operis boni, & seipsum considerans, opus suum nō reprehendit: non debet de hoc apud aliū gloriari, & laudem suam foras fundere, & communicare cum cūctis, & ex hominum quærere fauore iactātiam: sed in semet ipso habeat gloriam, & dicat: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quē mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Qui gloriam quærit ab altero, huic nec mundus crucifixus est, nec crucifixus est ipse cum Christo. Recepit quippe quod
B quærebat ab hominibus mercedem suam. b ¶ *Vnusquisq; enim onus suum portabit, etc.*] Videtur superioribus contraire, ubi ait: Alter alterius onera portate: Si enim onus suū unusquisq; portabit, alter alterius onera portare non poterit. Sed uidendum, quod ibi præceperit ut peccantes in hac uita nos inuicem sustentemus, & in præsenti seculo alterutrum auxilio simus: hic autem de domini dicat in nos iudicio: quod non ex alterius peccato & comparatione deterioris, sed iuxta nostrum opus, aut peccatores ab eo iudicemur aut sancti, recipiēte unoquoq; secundum opus suum. Obscure licet docemur per hanc sententiolam, nouum dogma quod latitat: dum in præsenti seculo sumus, siue orationibus, siue consilijs inuicem posse nos coadiuuari. Cum autem ante tribunal Christi uenerimus, non Iob, nō Daniel, nec Noe rogare posse pro quoquam: sed unumquēq; portare onus suum. c ¶ *Communicet autem is qui ca. etc.*] Marcion hunc locum ita interpretatus est: ut putaret fideles & catechumenos simul orare debere, & magistrū cōmunicare in oratione discipulis: illo uel maxime elatus quod sequatur, in omnibus bonis: Cum utiq; si de oratione sermo fuisset, non debuerit ei præcipi qui catechizatur, sed ei qui se catechizat: id est, non discipulo, sed magistro. Deinde etiam cætera quæ sequuntur, cum eius expositione non congruūt: Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Et: Bonum autem facientes, nō deficiamus: Tempore enim suo metemus, nō deficientes. Sensus itaq; iste est: Quia superius spiritualibus præceperat: ut eos qui præoccupati fuerāt in aliquo delicto, instruerēt in spiritu lenitatis, & alter alterius onera portarent adimplentes legem Christi, nunc econtrario his qui adhuc imbecilliores, & discipuli, & carnales erant: præcipit: ut quō ipsi à magistris spiritualia metunt, sic magistris carnalia præbeant: Qui totos se diuinæ eruditioni & studio tradentes, uitæ huius necessarijs indigeant, & fiat illud quod de manna scriptū est: Qui multum non abundauit, & qui modicum non minorauit. C
Bona autem in præsenti loco iuxta uulgi cōsuetudinē, moremq; cōmunem, uictum & uestitum, & cætera quæ homines inter bona numerant, appellauit. Habētes e- 1.Tim. 6.b
nim uictum & uestitum, his cōtenti sumus. Nec mirum si Paulus ea quæ erāt corpori necessaria, boni appellatione signauit: cum etiā saluator noster ad eos qui necdū ad uirtutum culmen ascenderant, sed adhuc humilius incedebant, & sibi addi poscebant fidem, dixerit: Si ergo uos Matt. 7.b
cum mali sitis, scitis bona data dare filijs uestris: quanto magis pater uester cœlestis dabit bona petentibus se? Ego puto & Iob cum ad uxorem, quasi unam de insipientibus mulieribus loqueretur, respectu eius quæ ita putabat de corporalibus diuitijs locutum: Si bona accepimus de manu domini: & rursum Iob. 2.c
de angustijs & pressuris & tentatione quæ uictoriā afferant: Quare mala non sustineamus? Cum utiq; mala & bona non in diuitijs & pressuris, sed in uirtutibus ponantur & uitijs: ut iustus loquitur in psalmo: Quis est Psal. 33.c
homo qui uult uitam, cupit uidere dies bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Declina à malo & fac bonum. Proprie malum di- Ibid. 36.c
citur, quod uitandum est: bonum, quod facere debemus. Diues quoq; ille in euāgelio, qui mali & boni sciē tiam non habebat, recte agrorum ubertatem bona arbitrabatur, dicēs: Anima, habes bona posita in annos Luc. 12.c
multos: quiesce, comede, bibe, & lætare. Et alius qui iacebat in purpura, & deliciis affluebat, audit apud inferos ab Abraham: Recepisti bona in uita tua. Illud quo D
que attendēdum: ne forte & hoc possit intelligi, dari discipulis mandatum: ut eis qui se instruunt, uerbū communicent, obsequantur, dociles, faciles q̄ se præbeant. In his tamen quæ bona sunt, quæ spiritualia & non hæretica uel Iudaica prauitate peruersa. d ¶ *Nolite errare, etc.*] Præuidens spiritu, eos qui docentur & debent magistris sumptus & uitæ necessaria ministrare, posse obtendere paupertatē, & dicere: Ager meus hoc anno aruit siccitate: uineā grando contriuit: redditus qui esse poterant, tributa rapuerunt: non habeo unde tribuam quod iubetur, adiecit: Nolite errare, deus non irridet. Scit, inquit, corda uestra, non ignorat facultates: Excusatio ueri similis, hominem potest utcunq; placare, deū non potest fallere. Et simul cohortatur ad id quod præceptum est exhibendum, semen nominās: ne puter perditum, quod multiplicato fœnore recepturus est. Ad Corinthios quoq; rationē dati & accepti, simili docuit exemplo: Qui parce seminat, parce & metet, & qui semi- 2.Cor. 9.b
nat in benedictione, de benedictione & metet. Vnusquisq; sicut propositum habet in corde: non ex tristitia aut ex necessitate: Hilarem enim datorem deus diligit.
e ¶ *Quoniam, etc.*] Omne quod loquimur, agimus, cogitamus, in duob. seminat agris, carne & spiritu. Si bona sunt quæ de manu, ore, corde promunt: seminata in spiritu, uitæ æternæ fructib. redundabūt. Si mala, ab agro carnis excepta, corruptiōis nobis segetem pullulabūt. Aliter: Qui legē carnaliter intelligit, repromissiones carnales, & quæ in præsenti seculo corrūpuntur, expectat. Qui aūt spiritualis auditor est, seminat in spiritu, & de spiritu metet uitā sempiternā. Simul notemus sermonis consequentiam, & eam cū superioribus copulemus: hominem uocari in spiritu seminantē: qui quādo

A coeperit uitã metere sempiternã, homo fortasse esse desi
ſtat. Tatianus qui putatiuã Christi carnẽ introducens,
oẽm coniunctionẽ masculi ad fœminã immundã arbi
trat: Encratitarũ uel acerrimus hæresiarches, tali aduer
sum nos sub occasione præsentis testimonij usus est ar
gumẽto. Si qui semi
nat in carne, de carne
metet corruptionem:
in carne aũt seminat,
qui mulieri iungit: er
go & is qui uxore ui
tur, & seminat in car
ne eius, de carne metet corruptionẽ. Respondebitur ei
primũ nõ dixisse Paulũ, qui seminat in carne, sed in car
ne sua. Nemo aũt secũ ipse cõcũbit, & in sua carne semi
nat. Deinde ut obseruationẽ hãc quã annotauimus, in
carne sua, ex abũdanti ei cõcedamus: addendũ est eos
quoq; qui comedãt & bibãt, & dormiãt, & aliquid fa
ciãt ob refrigeriũ corporis: iuxta illum seminare in car
ne, & de ea metere corruptionẽ. Quod si ad hoc confu
gerit, ut dicat eos qui siue bibãt, siue mãducẽt, siue dor
miãt in nomine tamẽ dñi omnia cũ ratione perficiant,
nõ in carne seminare, sed in spiritu: & nos ei similiter re
spõdebimus, eos quoq; qui dei primã sententiã sequã
Gen. 1.c tur cũ ratione faciẽtes: Crescite & multiplicamini & re
plete terram: nõ in carne, sed in spiritu seminare. Syllo
gismus itaq; eius futilis & caducus, sophismate primũ
decipit audientẽ. Cæterũ diligẽter inspectus, facile solui
tur: Neq; enim possumus dicere, Abrahã, Isaac & Iacob
& alios sanctos uiros, qui de repromissione nati sunt:
ipsum quoq; dñi præcursorẽ: quia in carne natus est,
de corruptionis germine pullulasse. Illud pariter obser
uandũ: quod qui seminat in carne, cum additamento
suæ carnis ponit: qui autem seminat in spiritu, nõ dicit
B in spiritu suo, sed simpliciter in spiritu. Qui enim bona
seminat, non in suo quippiã, sed in dei spiritu seminat,
de quo & uitã est messurus æternam. *a ¶ Bonum autem facientes, etc.*] Cohortat eos ad studium perseuerantiæ,
qui in hac uita mercedem boni operis expectant: nesci
entes quia sicut in semine aliud satiõis, aliud messis est
tempus: sic & in præsenti uita, sementẽ esse opera: quæ
uel in spiritu uel in carne metãtur: messem uero futurũ
iudiciũ, & pro qualitate uel diuersitate sementis, diuer
sas nos facere messuras, centesimũ & sexagesimũ, & tri
cesimũ fructũ: quam segetem nemo potest metere defi
Matt. 10.c ciẽs. Qui enim perseuerauerit usq; in finem, hic saluus
Esa. 5.g erit. Sicut & alio loco præcipitur: Esto nõ deficiẽs. Qua
le est autem ut cum peccatores quotidie in malis ope
ribus augeantur, nos in bono opere lassemur? *b ¶ Ergo dum, etc.*] Tempus sementis (ut diximus) tempus est
præsens, & uita quã currimus. In hac licet nobis quod
uolumus seminare. Cum ista uita transierit, operandi
Ioan. 9.a tempus aufertur. Vnde & saluator ait: Operamini dũ
dies est: ueniet nox quando iam nullus poterit opera
ri. Ortus est nobis dei sermo, sol uerus, & congregatæ
sunt bestiæ recedẽtes in cubilia sua: procedamus ut ho
mines ad opus nostrum, & usq; ad uesperam labore
Psal. 103.c mus: sicut mystice cãtatur in psalmo: Posuisti tenebras,
& facta est nox: In ipsa pertransibunt bestiæ syluæ: catu
li leonum rugientes, ut rapiant, & quærant à deo escam
sibi. Ortus est sol, & cõgregatæ sunt, & in cubilibus suis
dormierunt. Egredietur homo ad opus suum: & ad o
perationem suam usq; ad uesperam. Siue ægrotamus,
siue sani sumus, humiles uel potentes, pauperes, diui
tes, ignobiles, honorati, esurientes, siue uescentes, om
nia in nomine domini cũ patiẽtia & æquanimitate fa
ciamus, & implebitur in nobis illud quod scriptũ est:
Rom. 8.c Diligentibus aũt dñm, omnia cooperantur in bonum.
Ira ipsa & libido, & iniuria, quæ desiderant ultionem: si
mẽ refrenem, si propter deum taceã, si per singulos cõ C
motiõis aculeos, & incẽtiua uitiorũ, dei desuper me ui
dẽtis recorder, fiũt mihi occasio triũphorum. Ne dica
mus in largiẽdo: Ille est amicus, hũc nescio: hic debet ac
cipere, iste contẽni. Imitemur patrẽ nostrũ qui solẽ suũ Matt. 5.g
oriri facit super bo
nam. Bõnum autem facientes, non deficiamus: tempo
re enim suo metemus, non deficientes. Ergõ dum tem
pus habemus, operemur bonum ad omnes: maxime
autẽ ad domesticos fidei. Vidẽte qualibus literis scripsi
uobis
nos & malos, & pluit
super iustos & iniu
stos. Fons bonitatis
omnibus patet. Ser
uus & liber, plebeius
& rex, diues & pau
per, ex eo similiter bibũt. Lucerna cũ accẽsa fuerit in do
mo, omnib. lucet æqualiter. Qũ si in cũctos indifferen
ter liberalitatis frena laxant: quãto magis in domesti
cos fidei, & in Christianos: qui eũdẽ habẽt patrẽ, eiusdẽ magistri appellatione censent? Videt aũt mihi locus
iste posse & superiorib. cohærere: ut domesticos fidei,
magistros nominet quib. supra omnia quæ putant bo
na, ab auditorib. suis iusserat ministrari. Breue est uitæ
istius curriculũ. Hoc ipsum quod loquor, quod dicto,
quod scribo, quod emẽdo, qđ relego, de tẽpore meo
mihi aut crescit, aut deperit. Titus filius Vespasiani: qui
in ultionẽ dominici sanguinis subuertit Hierosolymis,
Romã uictor ingressus est, tantæ dicit fuisse bonitatis:
ut cũ quadã nocte sero recordaret in cœna, quod nihil
boni die illa fecisset, dixerit amicis: Hodie diẽ perdidi.
Nos putamus nõ perire nobis horã, diẽ, momẽta, tem
pus, ætates, cũ ociosum uerbũ loqmur: pro quo reddi
turi sumus rationẽ in die iudicij? Quod si hoc ille sine
lege, sine euãgelio, sine saluatoris & apostolorũ doctri
na, naturaliter & dixit & fecit: quid nos oportet facere,
in quorũ cõdemnationẽ hẽt & luno uniuiras, & Vesta
Virgines, & alia idola cõtinentes? Beatus Ioãnes euan
gelista cũ Ephesi moraret usq; ad ultimã senectutem, & D
uix inter discipulorũ manus ad ecclesiã deferretur, nec
posset in plura uocẽ uerba cõtexere: nihil aliud per sin
gulas solebat proferre collectas, nisi hoc, filioli diligite al
teruter. Tandẽ discipuli & fratres qũ aderãt, tædio affe- 1.Ioan.4.b
cti, qđ eadẽ semper audirẽt, dixerũt: Magister, quare sem
per hoc loqueris? Qui respõdit dignã Ioãne sententiã:
Quia præceptũ dñi est, & si solũ fiat, sufficit. Hoc, propter
præsens apostoli mãdatũ: Operemur bonũ ad oẽs: ma
xime aũt ad domesticos fidei. *c ¶ Videte, etc.*] Hi q circũcidi Galatas uolebãt, dissemināuerãt alia Paulũ face
re, alia prædicare, & suo ope destruere sermonẽ: qđ q le
gẽ assereret abolitã, ipse inueniret in lege. Hãc opinio
nẽ, qa nõ poterat Paulus apud oẽs præsens subuertere:
prohibebat quippe uinculis, quæ ob Christi martyriũ su
stinebat, seipsum p literas repræsentat. Et ne aliqua sup
positæ epistolæ suspicio nasceret: ab hoc loco usq; ad fi
nẽ, manu sua ipse pscripsit: ostẽdens supiora ab alio ex
arata. Quod aũt sub nomine eius à fallis doctorib. epi
stolæ mitterentur, ad Thessalonicẽses quoq; demõstrat 2.Thes.2.a
scribẽs: Rogamus aũt uos fratres per aduẽtũ dñi nostri
Iesu Christi, & nostræ cõgregatiõis in ipsum: ut nõ cito
moueamini à uestro sensu, nec terreamini, neq; per spi
ritũ, neq; per sermonẽ, neq; per epistolã tanq̃ per nos
missã: quasi instet dies dñi: ne qs uos seducat ullo mo
do. Et ut tõtã epistolã quã mittebat, suspiciõe erueret fal
sitatis: manu sua in fine subscripsit, dicẽs: Salutatio mea
manu Pauli, quod est signũ in omni epistola, ita scribo:
Gratia dñi nostri Iesu Christi cũ omnibus uobis. Ad Col.4.d
Colossenses etiã quas dictauerat literas, manu sua simi
liter subnotauit: Salutatio mea manu Pauli: Memores
estote uinculorũ meorũ. Et ubicũq; sciebat falsos adesse doctores qui possent per apostoli autoritatem nouã
dogmata seminare, epistolã manu propria subscribe
bat. Denicq; & ad Corinthios scribens, in quibus erant
schismata

A schismata & hæreses, unoquoq; dicẽte: Ego sum Pauli,
& ego Apollo: ego aũt Cephæ, epistolã suã tali annota
tiõe signauit: Salutatio mea manu Pauli. Si qs nõ amat
dñm Iesum Christũ, anathema sit maranatha, & cętera.
Propter hoc igit uolens oẽm occasionem fallis auferre
doctorib. qui & Gala
tas à ueritate euange
lij deprauarant, finẽ
epistolæ manus suæ
annotatione comple
Gal. 6.c uit dicẽs: Videte qua
libus literis scripsi uo
bis: nõ quod grãdes
literæ fuerint: hoc qp
pe in Græco sonat πηλίκοις, sed quod suæ
manus essent eis no
ta uestigia: ut dũ lite
rarũ apices recognoscũt, ipsum se putarent uidere qui
scripserat. In hoc loco uir apprime nostris tẽporibus
eruditus, miror quomodo rẽ ridiculã locutus sit. Pau
lus, inquit, Hebræus erat, & Græcas literas nesciebat. Et
quia necessitas expetebat, ut manu sua epistolã subscri
beret: cõtra cõsuetudinẽ curuos tramites literarũ, uix
magnis apicibus exprimebat: etiã in hoc suæ ad Gala
tas indicia charitatis ostendens: quod propter illos id
quoq; quod nõ poterat, facere conaret. Grãdibus ergo
Paulus scripsit epistolam: quia sensus erat grãdis in lite
ris, & spiritu dei uiui, nõ atramento, nec calamo fuerat
exaratus. Quod aũt apposuit, mea manu: opera intelli
gamus in manib. Quã ob causam crebro & in prophe
tis scribit: sermo dei qui factus est in manu Hieremiæ si
ue Aggei: ut per hanc quoq; similitudinẽ in manu Pau
li sciamus factum dei esse sermonẽ. Grandes Paulus li
B teras nõ solum tũc ad Galatas, sed etiã hodie scribit ad
cũctos, & quãuis parui sint apices, quibus eius epistolæ conscribunt, tamen magnæ sunt literę: quia in literis
magnus est sensus. *a ¶ Quicunq; uolunt placere in, etc.*]
Superius ostendit ex quo loco sua subscripserit manu:
nunc quid scripserit, replicat. Caius Cæsar, & Octaua
nus Augustus, & Tyberius successor Augusti, leges pro
mulgauerant: ut Iudæi qui erant in toto Romani impe
rij orbe dispersi, proprio ritu uiuerent, & patrijs cere
monijs deseruirent: Quicunq; igitur circumcisus erat,
licet in Christũ crederet: quasi Iudæus habebat à genti
bus. Qui uero absq; circumcisione se nõ esse Iudæũ præ
pũtio præferebat: persecutionibus tam gentilium q̃ Iu
dæorum fiebat obnoxius. Has igitur persecutiones hi
qui Galatas deprauauerant declinare cupientes: circũ
cisionem pro defensione discipulis persuadebant, quã
nunc Apostolus confidẽnam in carne uocat: quod sci
licet tam gentilibus quos timebãt, q̃ Iudæis quibus uo
lebant placere, circumcisionem in persecutione propo
nerent. Nam nec Iudæi persequi eos poterant nec genti
les quos uolebant, & proselytos circumcidere, & ipsos
legis præcepta seruare. *b ¶ Neq; enim qui circumcisi, etc.*]
Propter infirmitatẽ, inquit, carnis, lex impleri non po
test. Vnde & Iudæi præcepta magis hominũ & doctri
nas, q̃ dei mandata custodiũt: neq; corporalẽ facientes
legẽ, impossibile quippe est, neq; spiritualẽ, quam non
intelligũt. Vnde hoc est omne quod studẽt, quod agũt,
quod nituntur: ut apud Iudæos de uestræ carnis iniuria
glorientur, & iactitent suo gentes magisterio circumcisas.
Hoc aũt totum faciunt, ut Iudæis placeant, & expugna
tæ legis inuidia cõquiescat. *c ¶ Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini, etc*] Solus potest in cruce Christi glo
riari qui tollit eam & sequitur saluatorem: qui crucifi
xit carnem suam cum uitijs & concupiscẽtijs, qui mor
tuus est mũdo, & non contẽplatur ea quæ uidẽtur, sed
quę nõ uidentur: uidẽs mundũ crucifixũ, & transeuntẽ fi C
gurã eius. Crucifigit aũt iusto mũdus ille, de quo salua
tor ait: Ego uici mũdũ. Et: Nolite diligere mũdũ. Et: Nõ Ioan. 16.g
accepistis spiritũ è mũdo. Cui crucifixus ẽ mũdus huic
mũdus & mortuus est: & iã ei uenit mũdi cõsummatio,
& dignus effectus no
uo cœlo, & noua ter
ra, & nouo testamen
to, canit canticum no
uũ, & accipit nomen
nouũ scriptũ in calcu
lo, quod nemo nouit
nisi qui accepit illud.
Quærit quomõ nunc
Paulus dicat: Mihi au
tem absit gloriari, ni
si in cruce domini no 1.Cor.15.c
stri Iesu Christi: cum 2.Cor.12.c
in alio loco de alijs glorietur, ut ibi: Ita per uestrã gloriam
quã habeo in Christo Iesu. Et iterũ: Libenter gloriabor
in infirmitatib. meis, ut inhabitet in me uirtus Christi.
Et in alio loco: Bonũ aũt mihi est magis mori, q̃i ut glo
riã meã qs euacuet, & cætera quę in hunc modũ scripta
sunt. Sed sciendũ quod omnis illa gloriatio ad crucẽ re
lata, gloria crucis sit, & quicquid dignũ in uirtutib. per
petrat, hoc fieri ob domini passionẽ. *d ¶ Neq; enim circumcisio, etc.*] Quomodo fidelis & infidelis, cũ unus sit
per substantiã, in duos diuiditur iuxta intelligentię di
uersitatem, Apostolo dicente: Expoliantes uos ueterẽ Col.3.b
hominem cum operibus eius, & induentes nouũ, qui
renouatur in cognitionem iuxta imaginẽ creatoris: sic
& mundus cum secundũ substantiã unus sit, secundũ
sensum alius atq; alius efficitur. Peccatori, mundus ue
tus est: sancto, nouus. Cum enim sancto mundus fuerit
crucifixus: nequaquã est ei circumcisio & præputium:
non Iudæus neq; gentilis, sed noua creatura, in quam D
transfiguratur corpus humilitatis nostræ, conforme
corporis gloriæ Christi: Vetera quippe transierunt: ec
ce facta sunt omnia noua. Et quomodo alia est gloria 1.Cor.15.c
solis, alia lunæ, alia stellarũ: Stella quippe à stella differt
in gloria: sic & resurrectio mortuorũ. De qua & Daniel
pari uoce concordat, dicẽs: Plurimi dormientiũ de ter Dan.12.d
ræ puluere surgẽt: hi in uitã æternã, & hi in opprobriũ
& in confusionẽ æternã: Et intelligentes fulgebunt sicut
splendor firmamẽti, & de iustis multi sicut stellæ in sem
piternũ. Neq; enim in sole & luna, firmamẽto & stellis,
circumcisio aliquid ualet, aut præputiũ: sed est noua cõdi
tio sine his partib. corporũ, quæ possunt secari. Ita igit
& nos qui diligimus deũ & præparata sunt nobis quæ
nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis
ascenderũt: cũ de corpore humilitatis trãsformati fueri
mus in corpus gloriæ dñi Iesu Christi: illd habebimus
corpus quod nec Iudæus possit incidere: nec cũ præpu
tio custodire gentilis. Nõ quod aliud iuxta substantiã
sit: sed qđ iuxta gloriã sit diuersum. Oportet enim mor 1.Cor.15.g
tale hoc induere immortalitatẽ, & corruptiuũ hoc in
corruptiõe uestiri. Huic qđ simile & beatus euãgelista 1.Ioan.3.d
Ioãnes senties ẽ locutus: Charissimi nũc dei filij sumus,
& necdũ manifestũ est quid futuri sumus: Scimus quia
si manifestatũ fuerit: similes ei erimus, quia uidebimus
eum sicut ipse est. Quia ergo necdũ manifestũ est illud
corpus gloriæ Iesu Christi: qđ & uestigia clauorũ post
resurrectionem habuit, & clausis ianuis est ingressum:
nos qui iã nũc in baptismate Christo cõresurreximus,
in nouũ renati hominem, nec circumcisioni, nec præpu
tio seruiamus: sed quod futuri sumus, iam nũc nos esse
credamus. *e ¶ Et quicunq; hanc regulam, etc.*] Ad nor
mam omnia diriguntur, & utrũ praua recta ue sint, cũ
regula apposita fuerit arguuntur: Ita & doctrina dei
quædam

A quædā quasi norma sermonis est:quæ inter iusta iudi-
cat & iniusta:quā qui secutus fuerit: habebit pacem in
semetipso quæ superat omnem sensum:& post pacē,mi
sericordiā quæ præcipua est in dei Israel.Dei uero Israel
est,ad distinctionem eius qui dei Israel esse cessauit.Di-
cunt enim se esse Iu-
dæos & non sunt,sed
mentiuntur:cum sint
de synagoga satanæ.
Nec mireris si ad imi
tationē spiritualis Isra
el,carnalis sit Israel,q
nec pacē habeat nec
misericordiā: de quo & ad Corinthios scribit: Videte 1.Cor.8.b
Israel secundū carnem:cum ad imitationē quoq; dei &
dñi,multi sint dij & multi dñi,siue in cœlo siue in terra.
Pulchre autem uno sermone ut epistolam iuxta propo
sitū argumentū finiret,Israel dei uocauit:quo scilicet o-
mnia quæ supradicta sunt,nō extra causam,sed ex cau
sa disputata docerent. a ¶ *De cætero,etc.*] Nō quasi de
fecerit in docendo,sed quo & agricola hunc habeat la-
borem,si quæ plantauerit uirgulta siccentur, & pastor
sollicitudinē si pecora quæ congregauerat dissipata la-
nientur.Melius ergo in Græco legitur: De cætero labo
res mihi nemo exhibeat:nē rursum scilicet in uobis ne
cessitatem habeam laborandi.Laborem præstat magi-
stro qui aliter & uiuit & sentit,q̄ magister & docuit & fe
cit.Potest & contentionem eorum si qui cōtradicere de
inceps uoluerint præuenire, quod etiā ad Corinthios
in uelando mulieris capite,& masculi nō uelādo, post
multa complexus est,dicens,Si quis aūt uidetur cōten
tiosus esse:nos talem cōsuetudinem nō habemus neq;
ecclesia dei:hoc est,nos diximus quæ nobis honesta ui
debantur & iusta:si quis aūt nolēs acquiescere ueritati,
B quærit quid respondeat,& quibus nitaē contra: sciat se
responsione non dignum,qui magis contendere para
tus est quàm doceri. ¶ ¶ *Ego enim stigmata domini Iesu in
corpore meo porto,etc.*] Qui post aduentū Christi in car-
ne circuncidi,non portat stigmata domini Iesu,sed ha
bet gloriam in cōfusione sua. Qui uero in plagis supra
sericordia & super Israel dei.Dē cætero nemo mihi mo-
lestus sit. Ego b enim stigmata domini Iesu in corpore
meo porto.Grātia domini nostri Iesu Christi cum spiri-
tu uestro fratres,amen.

modū,in carceribus frequenter:ter uirgis cæsus est:se- C
mel lapidatus est,& cętera quę in Catalogo scripta sunt
gloriandi:hic stigmata domini Iesu in corpore suo por
tat.Forte & is qui macerat corpus suum & subijcit ser-
uituti:ne alij prædicans ipse reprobus inueniat, portat
stigmata domini Iesu
in corpore suo. Læta
bant & Apostoli qđ
digni fuerant pro no
mine Iesu cōtumeliā
pati. c ¶ *Gratia domi
ni nostri,etc.*] Non dis- Act.5.8
sensio,non legis serui Gal.5.d
tus,non rixa,nō iurgium,sed gratia domini Iesu Chri-
sti sit cum spiritu uestro.Nequaquā cū carne, nequaq̄
cum anima,siue quia spirituales facti,caro & anima es-
se desistus:siue quod in principali etiam ea quæ minora
sunt cōprehendātur.Anima enim & caro subiecta sunt
spiritui.De quo & Ecclesiastes loquitur:Spiritus reuer Eccl.12.c
tetur ad eum qui dedit illum.Et Paulus in alio loco:Ip- Rom.8.c
se spiritus testimonium perhibet spiritui nostro. Hæc
autem gratia domini Iesu non cū omnibus est,sed cum
his qui fratres ab apostolo merentur uocari, fratres fi-
deles, fratresq̄ germani: quod amen uerbū significat
Hebræū. Amē enim Lxx.interpretes,fiat: Aquila,Sym
machus & Theodotio, fideliter siue uere, interpretati
sunt.Et quomodo in ueteri testamento quadam iurādi
cōsuetudine deus sua uerba confirmat,dicens: Viuo Num.14.b
ego dicit dñs: per sanctos quoq; iuratur, uiuit anima
tua:ita & saluator noster in euangelio per uerbū amen
uera esse quæ loquitur ostendit. Quod autē amen con
sensum significet audientis,& sit signaculum ueritatis,
ad Corinthios quoq; prima nos docet, in qua Paulus 1.Cor.14.c
ait:Cæterum si benedixeris spiritu:quis supplet locum
idiotę? Quomodo dicet amen super tua benedictione: D
quoniam quidem nescit quid dicas? Ex quo ostendit
non posse idioten respondere uerum esse quod dicit:
nisi intellexerit quod docetur.

Commentariorum in epistolam ad
Galatas finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN EPISTOLAM ad Ephesios,ad Paulam & Eustochium prooemium.

Si quicquam est Paula & Eustochium,quod in hac uita sapientem uirum teneat,& in-
ter pressuras & turbines mundi æquo animo manere persuadeat:id esse uel primum
reor,meditationem & scientiā scripturarum. Cum enim à cæteris animātibus hoc uel
maxime differamus,quod rationale animal sumus,& loqui possumus:ratio autē om-
nis & sermo,diuinis libris cōtineatur,per quos & deum discimus,& quare creati sumus,nō ignora
mus:miror quosdā extitisse qui aut ipsi se inertiæ & somno dantes,nolint quæ præclara sunt disce-
re:aut cæteros qui id studij habent reprehendendos putent.Quibus cum possim districtius respō
dere:& breuiter eos uel offensos dimittere uel placatos,multo esse melius scripturas legere q̄ augē
dis & cumulādis opibus inhiare:illud dicā,quod uel apud iniquissimū iudicē obtineā: placere mi-
hi ociū meū,& solitudinē omni celebritate iucundiorē uideri.Et quomodo ego nō reprehendo,
non damno quod faciūt:ita illos ineptias meas mihi debere cōcedere.Parū eloquens sum,quid ad
te? disertiorē lege.Nō digne Græca in Latinū transfero,aut Græcos lege,si eiusdē linguæ habes sciē
tiam,aut si tantū Latinus es,noli de gratuito munere iudicare,& ut uulgare prouerbiū est, Equi dē
tes inspicere donati.Nunquid te manu cōserta in ius traho,quia nostra nō scribas? Me imperitior
quisq; lecturus est,tua fortitā dicta si scripseris,Tullius admirabitur.Nūquid aut Tertullianus bea
tū martyrē Cyprianū,aut Cyprianus Lactantiū,aut Lactantius Hilariū deterruit à scribēdo? Taceo
de cæteris minutalibus qui mecū in libris suis garriunt. Nisi & parua fuerint, magna eminere non
possunt.Primum non dicitur,nisi secundū sequatur & tertiū.Ad summa non scandimus, nisi per
ima

A ima gradiamur. Quamobrem obsecro tam uos quæ in præsentiarum estis, quàm sanctam Mar- C
cellam unicum uiduitatis exemplar, ne facile maledicis & inuidis opuscula mea tradatis:neque de
tis sanctum canibus, & margaritas mittatis ante porcos. Qui cum bona imitari non queāt,quod
solum facere possunt, inuident, & in eo se doctos eruditosq; arbitrantur, si de alijs detrahant:
Quibus obsecro respondeatis ut figant ipsi stilum: tria ut dicitur uerba coniungant: sudent pau-
lulum: experiantur semetipsos,& ex labore proprio discant ignoscere laborantibus. Scitis enim
& ipsæ quod ad hoc me explanationum opus, inuitum & retrectantem compuleritis. Non quo
ab adolescentia aut legere unquam, aut doctos uiros ea quæ nesciebam interrogare cessauerim,
& meipsum tantum (ut pleriq;) habuerim magistrum. Denique nuper ob hanc uel maxime cau
sam Alexandriam perrexi, ut uiderem Didymum, & ab eo in scripturis omnibus quæ habebam
dubia scisciterer. Sed cum aliud sit proprios libros componere: uerbi gratia: de auaritia, & de fi-
de, de uirginitate, de uiduis,& super unaquaque materia testimonijs scripturarum hinc inde quæ
sitis, eloquentiam iungere secularem, & pene in communibus locis,pompaticum iactare sermo-
nem: Aliud in sensum prophetæ & Apostoli ingredi: intelligere cur scripserint: qua sententiam
suam ratione firmauerint: quid habeant in ueteri lege proprium, Idumæi, Moabitæ, Ammani-
tæ, Tyrij, Philistijm, Aegyptij, & Assyrij: Quid rursum in nouo testamento Romani, Corin-
thij, Galatæ, Philippenses, Thessalonicenses, Hebræi, Colossenses, & quam nunc ad Ephesios
epistolam habemus in manibus. Necesse est enim ut iuxta diuersitates locorum & temporum,
& hominum quibus scriptæ sunt, diuersas & causas & argumenta & origines habeant. Et quo-
modo beatus Ioannes in Apocalypsi sua ad septem scribens Ecclesias, in unaquaque earum spe-
cialia uel uitia reprehendit uel uirtutes probat: ita & sanctus Apostolus Paulus per singulas Ec-
clesias uulneribus medetur illatis:nec ad instar imperiti medici uno collyrio omnium oculos uult
curare. Et quia iam ad Galatas orantibus uobis, ante paucos dies quid nobis uideretur expres-
simus: Nunc ad Ephesios transeundum est, mediam Apostoli epistolam, ut ordine ita & sensi-
bus. Mediam autem dico, non quo primas sequens, extremis maior sit: sed quomodo cor ani-
B malis in medio est: ut ex hoc intelligatis quantis difficultatibus, & quàm profundis quæstioni- D
bus inuoluta sit. Scribebat ad Ephesios Dianam colentes, non hanc uenatricem quæ arcum te-
net atque succincta est: sed illam multimammiam,quam Græci πολύμαστον uocant: ut scilicet
ex ipsa quoque effigie, mentirentur omnium eam bestiarum & uiuentium esse nutricem. Scri-
bebat autem ad metropolim Asiæ ciuitatem, in qua ita idololatria & quod semper idololatriam
sequitur, artium magicarum præstigiæ uiguerant, ut Demetrius diceret, & magnæ deæ tem-
plum Dianæ in nihilum reputabitur: destruetur quoque magnitudo eius quam cuncta Asia &
uniuersus orbis colit. Denique triennio ibi Apostolus moratus est: nocte & die dei euangelium
prædicans, ut idololatriæ arce destructa, facile minorum urbium templa caperentur. Hoc ip-
sum scriptura refert quomodo Paulus ad Ephesios sermocinetur, dicens: Quapropter uigilate,
recordantes quia triennio nocte ac die non cessaui cum lachrymis monere unumquenque ue-
strum:& nunc commendo uos deo & uerbo gratiæ eius, qui potens est ædificare & dare uobis
hæreditatem in sanctificatis omnibus. Indigebant enim commendatione apostoli ad deum, quos
tanto tempore dæmonum error tenuerat, & sciebant esse spirituales aliquas potestates, & in ex-
tis atque augurijs & diuinationibus quandam similitudinem diuinitatis agnouerant. Vnde rur-
sum ad eos loquitur: Propter quod contestor uos in die hac: quia mundus sum ego à sanguine o-
mnium. Non enim subtraxi quo minus annunciarem uobis omnem uoluntatem dei. Et in alio
loco: Quomodo nihil subtraxerim eorum quæ uobis proderant, quin annunciarem & doce-
rem publice & domestice. Legerat in Ezechiele quod speculator qui populo hostium non prædi-
xisset aduentum, sanguis ciuium exigeretur de manibus eius: & propterea omnem se uoluntatem
dei & uniuersa quæ illis utilia forent annunciasse memorauit,ut liber esset à sanguine eorū. Vt
autem sciatis eos qui in Epheso crediderant, dæmoniacis præstigijs & magiæ fuisse arti-
bus obligatos:in eisdē apostolorū actibus replicatur & dicitur: Plurimi quoq; eorū qui
curiosa gesserant, cōportantes libros, cōbusserūt corā omnibus, & cōputauerūt preciū
eorū,& inuenerunt argēti quinquaginta milia:sic potenter uerbum dñi crescebat & con
fortabatur. Hæc idcirco uniuersa replicauimus, ut ostenderemus quare Apostolus in hac uel po-
tisi-

A tissimum epistola obscuros sensus & ignota seculis sacramenta congesserit, & de sanctarum contrariarumq; uirtutum docuerit potestate, qui sint dæmones, quid ualeāt, quid ante fuerint, & quo modo post aduentum Christi sunt diruti atq; destructi. De quibus ait: Non est nobis pugna aduersum carnē & sanguinē, sed aduersum principatus & potestates: aduersus rectores tenebrarum istarum: aduersum spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Et in alio loco: Permanebo autem Ephesi usque ad pentecosten. Ostium enim mihi apertū est magnum & efficax, sed aduersarij multi. Permānsit autē Ephesi usq; ad pentecosten: tempus lætitiæ atq; uictoriæ, quo non flectimus genua, nec curuamur in terram, sed cum domino resurgentes ad cœlorum alta sustollimur. Et permānsit: quia apertum ei erat ostium, & non ostium modicum sed magnum: ut uincto forti atq; superato, domum eius inuaderet, spoliaret, euerteret, & captiuam duceret captiuitatem: qui satellitum suorum agminibus congregatis, tota contra apostolum acie dimicauit & uictus est. Qui sint autem Ephesij, & hinc uel maxime comprobatur, quod sicut Ioannes mysterium natiuitatis antiquæ domini relaturus in pectus eius recubuit, & de purissimo fonte hausit riuulum doctrinarum: ita & hi in abeuntis Pauli collum ruentes, osculis atq; complexibus suis indicauerunt unum se cum eo scientiæ habere thesaurum, & magistri desiderium lachrymis contestati sunt. Illud quoque in præfatione commoneo: ut sciatis Origenem tria uolumina in hanc epistolam conscripsisse: quem & nos ex parte secuti sumus. Apollinarem etiam & Didymum quosdam commentariolos ædidisse: è quibus licet pauca decerpsimus, & nonnulla quæ nobis uidebantur adiecimus siue subtraximus, ut studiosus statim in principio lector agnoscat hoc opus uel alienum esse uel nostrum.

C

COMMENTARIORVM HIERONYmi in epistolam ad Ephesios, liber primus.

PAulus Apostolus Iesu Christi, etc.] Si per præpositio ministerium eius per quem res agit ostendit, uidetur mihi in illam sementiam sensus iste cōgruere:

B Ioan. 6.c Nemo uenit ad me, nisi pater meus attraxerit eū ad me. Atque ita fiet: ut & illud qd' in Ioannis euangelio

Ioan. 1.a legitur, Omnia per ilū facta sunt: haud dubiū quin per filium, non præiudicet domino nostro Iesu Christo, quasi ex eo minor sit, quod patris obtemperet uoluntati: quomodo & nunc non præiudicat patri, quod per uoluntatem illius Paulus apostolus Iesu Christi sit. Alij uero ita locum istum intelligunt: ut Paulum apostolum Iesu Christi per uoluntatem dei qui sit Christus ostendi putent: ut sicut sapientia & uerbum, & uirtus dei, & ueritas & resurrectio, & uia dicitur: ita etiam uoluntas appellerur. Nonnulli nihil referre existimant currū per uoluntatem dei, an ex dei dixerit uoluntate: quia his præpositionibus Apostolus indifferenter utatur, & idipsum significare per uoluntatem dei, quod si dixisset ex uoluntate dei. b ¶ *Sanctis omnibus qui sunt Ephesi, etc.*] Quidam curiosius quàm necesse est, putāt ex eo quod

Exod. 3.d Moysi dictum sit: Hæc dices filijs Israel: Qui est, misit me: etiam eos qui Ephesi sunt sancti & fideles, essentiæ uocabulo nuncupatos: Vt quomodo à sancto sancti, à iusto iusti, à sapiente sapientes: ita ab eo qui est, hi qui sunt appellentur, & iuxta eundem apostolum elegisse deum ea quæ non erant: ut destrueret ea quæ erant. Ipsam etiam scripturam quæ in testimoniū adducta est, ita edisserunt: ut destructionem eorum quæ erant, ex consequentibus intelligamus: Vt non, inquit, glorietur omnis caro in conspectu dei. Si enim aiunt quispiam ex eo quod non erat, in id quod est à deo esse profi ciens, non datori gratiam referat, sed sui meriti & uirtutis æstimet quod subsistat: statim quod est esse destruit, & incipit non esse quod fuerat. Alij uero simpliciter, nō ad eos qui sunt, sed qui Ephesi sancti & fideles sint, scriptū arbitrant. c ¶ *Et fidelibus in Christo, etc.*] Quoniam 1.Cor.7.b sanctificata est mulier infidelis in fratre fideli: & uir infidelis sanctificatus est in muliere fideli. Et sunt uasa quoq; sancta: & mutæ pecudes D quæ deo macrātur in tēplo: propterea eos quos sanctos dixerat uocauit & fideles: qa fides ex mentis proprię descendit arbitrio: sanctificatio uero ex sanctificantis in

AD EPHESIOS

PAulus âpostolus Iesu Christi per uoluntatem dei. Sānctis omnibus qui sunt Ephesi, & fidēlibus in Christo Iesu. Grātia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Benēdictus deus & pater domini nostri Iesu terdum, absq; uolūtate nostra sumitur largitate. Quod autem ait, fidelibus in Christo Iesu, & hoc ad distinctionem diligentissimæ obseruationis est positū. Sūt quippe plures fideles, sed non in Christo Iesu. Si quis reddat depositum, si quis commodata non abneget: fidelem se amicum exhibeat: animam magis quàm fidem paratus sit prodere, quod de nonnullis philosophis legimus, & ne illi satis gloriarentur, Atheniēsis meretrix perpetrauit: iste quidem fidelis est, sed non est fidelis in Christo Iesu. d ¶ *Gratia uobis & pax à deo, etc.*] Siue ambo ad utrūq;, hoc est, & gratia & pax: tam ad deum patrem q̄ ad dominum nostrum Iesum Christum: siue ad singulos referenda sunt singula, ut gratia ad deum patrem, pax uero referatur ad Christum. siquidem statim sequitur: In laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto: ut gratia patris in eo sit, quod filium pro salute nostra dignatus est mittere: Pax uero filij in eo, quod per ipsum patri reconciliati sumus, & destructo medio pariete, inimicitias in carne sua euacuans, fecerit utrunq; unum. e ¶ *Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi qui benedixit nos, etc.*] Quomodo secundū substantiam atq; naturam deus bonus nos cōmunione sui effecit bonos, & loquitur ad Israel: Sancti estote quoniam ego sanctus sum: ita ipse benedictus nos præstat esse benedictos. Dat quippe legislator benedictiones, & benedictio domini super caput iusti: cuius Leuit. 20.b

bene-

A benedictionis cognomentū habet Baruch: q̄ in lingua nostra, benedictū sonat. Benedixit aūt nos, nō in una benedictione, sed in cūctis. Nō quo oēs omnia conse/quamur, sed dum singuli uel singulas uel plures habemus ex omnibus, oēs per singulas possideamus. Et nō in terrenis benedictionib. sed in spiritualibus. Sūt quippe terræ benedictiones, habere quēpiā liberos: affluere opibus, honore & sanitate gaudere: quæ terrena benedictio usque ad irrationabilia iumēta descēdit. Dictū est qppe de illis: benedixit eis dñs, & dixit: Crescite & multiplicamini. Spirituales uero bñdictiones in cœlestibus sunt: qa terra benedictionē nō capit spiritualē. Siquidē & benedictiōes illæ quæ in Leuitico dei præcepta seruātib. promittunt: uerbi causa: externis gēnibus fœnerari, plena esse horrea frumētis: benedictos esse in urbibus: benedictos in agris, & cætera his similia, in prophetis nō uidemus expleta, hominib. qui in melotis & in caprinis pellib. errauerūt: in egestate, in angustia, in desertis mōtibus: in spelūcis & cauernis petrarū, persecutorū impetus declinātes. Spiritualiter ergo accipiēda sunt omnia: & spiritualia, nō in terrenis locis, sed in cœlestib. expectāda. Quod uero ait: bñdixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus, quasi iā in præterito factum sit & nō in futuro promissum: id est benedixit, & nō benedicturus est: Quærit quō adhuc in terra nos positos cœlesti benedictione benedixerit. Siue igit quod cōuersatio nostra in cœlis est, & nō sumus de mūdo isto, sed deposita imagine choici, portamus imaginē supercœlestis, & in carne nō uiuimus, sed in spiritu: & thesaurizamus nobis in cœlis ubi & cor habemus, dicimur

B nūc cœlesti bñdictione benedicti: siue certe qd' omnis benedictio spiritualis in Christo, licet in terra sit, tñ de cœlestibus cōputet. Benedixit nos, inquit, in omni bñdictiōe spirituali in cœlestib. in Christo: In sermōe dei, & sapientia, & ueritate, cæterisq; uirtutibus. Dupliciter aūt legendum: Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi: ut sit benedictus deus qui uniuersorū cōditor est, & hucusq; distinctio: deinceps inferat: q̄ est & pater dñi nostri Iesu Christi. Vel ita: ut deus & pater, ad dñm nostrū, in cōmune referat. Benedictus deus eius q̄ assūptus est hominis, & pater eius, qui in principio apud deū fuit deus uerbū. Non quo alius assumptus homo, & alius sit sermo qui assumpserit: sed quo unus atq; idē pro uarietate causarū, nūc sublimis, nūc humilis prædicet. d ¶ *Sicut, etc.*] Pro cōstitutione mūdi, in Græco scriptū hēt καταβολῆς τοῦ κόσμου, non idipsum aūt καταβολή, quod cōstitutio sonat. Vnde & nos propter paupertatē linguæ, & rerū nouitatē, & sicut quidā ait: quod sit Græcorū & sermo latior & lingua felicior: conabimur nō tam uerbū transferre de uerbo, qd' impossibile est, q̄m uim uerbi quodā explicare circuitu. καταβολὴ proprie dicit cū quid deorsum iacit, & in inferiorē locum mittit de sublimi: uel cū aliqua res sumit exordiū. Vnde & hi qui ædiū futurarū prima iaciunt fundamēta καταβολὴν ποιοῦνται, id est deorsum initia fundamentorum iecisse dicunt. Volēs itaq; Paulus ostēdere qd' deus uniuersa sit machinatus ex nihilo: nō conditionē, nō creaturā atq; facturā: sed καταβολήν, id est initiū fundamēti ad eū retulit: ut nō iuxta Manichæū & cæteras hæreses quæ factorē & materiā ponūt, aliquid unde creaturæ factæ sint, antecesserit creaturas: sed omnia ex nihilo substiterint. Quod aūt electos nos ut essemus sancti & immaculati corā ipso, hoc est deo ante fabricā mūdi testatus est: ad præscientiā dei pertinet: cui omnia futura iā facta sunt, & anteq̄ fiāt uniuersa sunt nota. Sicut & Paulus ipse prædestinat in utero matris suæ, & Hieremias in uulua sanctificat, eligit, roborat, & in typo Christi, ppheta gentibus mittit. Alius uero qui deū iustum conatur ostēdere, quod nō ex præiudicio scientiæ suæ, sed ex merito electorū unumquemq; eligat: dicit ante uisibiles creaturas cœlū, terram, maria & omnia quæ intra ea sunt, fuisse alias inuisibiles creaturas, in quibus & animas, quæ ob quasdam causas soli deo notas, deiectæ sint deorsum in ualē istam lachrymarum, in locū afflictionis & peregrinationis nostræ, in quo sanctus constitutus, orabat ut ad sedē pristinā reuerteret, dicens: Heu mihi quia incolatus meus prolōgatus est: habitaui cū habitātib. Cedar: multū peregrinata est anima mea. Et in alio loco: Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et, melius est reuerti & esse cū Christo. Et alibi: Anteqū humiliarer ego peccaui, & cætera his similia. Itaq; priusquā animæ, inquiunt, præcipitarent in mundū, & mūdus ex animabus fieret, cū habitatricib. suis in infimū ipse deiectus, elegit Paulū deus & ei similes corā se, qui erāt & sancti & immaculati. Nemo aūt eligit nisi de pluribus, & ubi sunt aliqui uiliores, ibi electio perpetrat. Quomodo aūt in Babylonica captiuitate: quādo à Nabuchodonosor in Chaldæā abductus est populus, missi sunt, pphetę Ezechiel, Daniel, tres pueri, Aggeus, Zacharias, non quo & ipsi meruerint captiuitatem, sed ut essent in solatio captiuorū: ita & in illa deiectione mundi eos qui anteq̄ mundus fieret electi erāt à deo: missos esse in eruditionē & magisterium animarū peccatriciū: ut ad prædicationē eorum reuerterentur ad eū locum unde corruerant: Et hoc esse quod à Moyse in octogesimo psalmo dicatur: Domine refugiū factus es nobis in D generatione & generationem: Antequam mōtes firmarētur, & fieret terra & orbis terrarum: Quod scilicet antequā mundus fieret, & uniuersa generatio principiū sumeret, sanctis suis deus refugiū fuerit. Quod aūt ait, ut essemus sancti & immaculati corā ipso, Inter sanctū & immaculatum hoc interest, quod sanctus & immaculatus quoq; intelligi potest: immaculatus uero non statum & sanctus: Paruuli quippe immaculati sunt: qa integro corpore nullū fecere peccatū: & tamen non sancti, quia sanctitas uoluntate & studio comparat: Et quod immaculatus dici potest ille qui peccata non fecit: Sanctus aūt is qui uirtutibus plenus sit: iuxta illud quod in quodā psalmo scribit: Qui ambulat sine macula & operatur iustitiam: Et in Cantico canticorū. Tota speciosa es proxima mea, & macula nō est in te. Quæritur quomodo sanctus quis & immaculatus sit coram deo, cū propheta testetur, dicens: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuēs. Aut enim sancti & immaculati coram deo Ephesij sunt, & falsum est hoc quod dicit: Nō iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Aut si nemo iustificatur in cōspectu dei: falsum est quod præcessit, sanctos & immaculatos esse in cōspectu dei. Ad qd' bifariam est respondendum. Non enim ait Paulus: Elegit nos ante constitutionē mūdi cum essemus sancti & immaculati, sed elegit nos ut essemus sancti & immaculati: hoc est q̄ sancti & immaculati ante nō fuimus ut postea essemus. Quod & de peccatoribus ad meliora conuersis dici potest, & stabit illa sentēia: Non iustificabit in conspectu tuo omnis uiuēs: id est, in tota uita sua: in omni quo in mundo isto cōuersatus est tēpore. Quod quidē ita intellectū, & aduersum eū facit qui anteq̄ mūdus fieret, animas dicit electas esse propter sanctitatē & nullū uitiū peccatorū. Non ēn ut ante iam diximus eligunt Paulus & qui ei similes sunt, quia erāt sancti & im-

Ier. 1.b

Gen. 1.d

Deut. 28.d

Heb. 11.g

Psal. 119.d

Rom. 7.d

Psal. 118.d

Psal. 14.d

Can. 4.b

Psal. 142.d

Psal. 142.d

A maculati sed eliguntur & prædestinant, ut in consequē
ti uita per opera atq; uirtutes sancti & immaculati fiāt.
Deinde & sic sentiendū est: quia nō dixerit: Nō iustifica
bit in cōspectu tuo quispiā uiuēs, sed omnis uiuens: id
est nō iustificabunt oēs, iustificabunt uero aliq. a ¶ In
charitate, etc.] Duplici
ter legendum: ut cha
ritas uel cum superio
ribus uel inferioribus,
copuletur. Cum supe
rioribus, ita: ut essemus
sancti & immaculati
corā ipso in charitate,
& postea sequat: præ
destinās nos in adoptionē filiorū per Iesum Christū in
ipso. Cū inferioribus aūt sic: in charitate prædestinans
nos in adoptionē filiorū per Iesum Christum in ipso.
Differentiā uero Græci sermonis προορίσας & ὁρισθέν
τος Latinus sermo non explicat. Superior quippe ser
mo ad eos refert, qui antea nō fuerūt, & priusquā fierēt
de his cogitatū est, & postea subsititerunt. Inferior uero
de eo quem nulla cogitatio, uolūtas nulla præcessit, sed
semper fuit & nunquā ut esset accepit exordiū. Vnde
recte nunc de his qui cū ante nō essent postea subsitite
runt dicit προορισθέντες. De filio uero, hoc est, de dño
nostro Iesu Christo, in alio loco scriptū est ὁρισθέντος:
quia semper cū patre fuit, & nunq; eum ut esset uolūtas
paterna præcessit. Ex quo colligit semper patrē, semper
fuisse filiū, & in quib. æternitas coæqualis est, eandē esse
naturā. Nec nō etiā hoc inferēdū, quod cū prædestinet
nos, siue præfiniat deus in adoptionē filiorū per Iesum
Christū: tamen nō ante filij esse possumus: nisi filij eius
Iesu Christi fidē & intelligentiā recipiamus. Et ille qui
dē natura filius est: nos uero adoptione. Ille nunq; fili
B us nō fuit: nos antequā essemus prædestinati sumus, &
tune spiritū adoptionis accepimus, quādo credidimus
in filiū dei. b ¶ Secundum, etc.] Verbū εὐδοκίαν, quod
Latinus interpretatus est, placitū: apud Græcos cōpo
sitū est ex duobus integris ἀπὸ τῆς εὐηκοΐας τοῦ δοκεῖν, à
bene & à placito, quod nos possumus dicere benepla
citū: quia non statim omne quod placuit & bene place
re potest: sed ibi tantū, εὐδοκίας, hoc est beneplacitū di
cit: ubi quod placuit, recte placitū cōprobatur. Hūc aūt
sermonē de Hebraico ירצון Lxx. interpretes trāstulerūt:
rebus nouis, noua uerba fingētes. Inuadūt itaq; in hoc
loco occasionē, qui ante conditionē mūdi, animas pu
tant cū angelis & cæteris uirtutū nominibus in cœlesti
Hierusalē fuisse uersatas: quod nec beneplacitū dei nec
in laudē gloriæ eius & gratiæ possit intelligi, alios nu
dos, barbaros, seruos, debiles: alios diuites, Romanos
liberos, sanos, ignobiles uel nobiles in diuersa orbis
parte generari: nisi causæ præcesserint, ex meritis
Rom. 9.d hæc animarū unaquæq; sortita sit. Et illud quod ad Ro
manos scriptū se quidā putant nosse, nec norūt: An nō
habet potestatē figulus de eadē massa facere aliud uas
in honorē, aliud in contumeliā: ad eundē sensum refe
rūt: ut quomodo uita bona siue mala, laboriosa uel fa
cilis, frustra in isto mundo agit, nisi credamus dei futu
rū iudiciū esse: ita & diuersitas in hoc mūdo nascētium
iustitiā dei arguat, nisi animarū merita præcesserint. Si
enim, inquiūt, hæc nō ita accipimus, nec beneplacitum
uolūtatis dei erit, nec in laudē gloriæ & gratiæ eius, a
lios elegisse ante constitutionē mūdi, ut essent sancti &
immaculati, & haberent adoptionē per Iesum Christū:
alios ultimæ cōditioni, & pœnis perpetuis destinasse.
c ¶ In laudem, etc.] Quæ laus, inquiunt, gloriæ gratiæ dei
est, alios gratificare in Christo: alios æternis præparare
supplicijs: amare Iacob antequā oriatur ex utero: odis
se Esau priusquā digna odio perpetraret: nisi causæ præ
cesserint quæ iustitiā dei probent. Omnis ergo gratia C
quam consequimur in gloriā & laudē eius qui nos gra
tificauit in dilecto, hoc est in dño nostro & saluatore cō
plet: quia absq; sapientia, ueritate, iustitia, pace redem
ptione, cæterisq; uirtutibus, nullū bonum intelligi po
test. Nec putandum
quod in Latinis codi
cibus habetur scriptū
esse, in dilecto filio
suo: sed simpliciter, in
dilecto. Et si quidem
esset additum, dilecto
dei uel dilecto patris,
esset simplex intelli
gentia omnium opinione uulgata, quod dominus no
ster Iesus Christus diligeret à patre: sed magnū aliquid
proprietati filij concederemus cū sic filius diligeretur Sap. 11.d
ut cætera. Dicitur quippe ad deum: Diligis omnia & ni
hil abijcis eorū quæ fecisti: Neq; enim odio quid ha
bens condidisti. Aut si esset appositū, in qua gratifica
uit nos in dilecto præ omnibus, uniuersus scrupulus
fuisset ablatus, quia & patriarchas & prophetas & om
nes sanctos uiros scimus à deo fuisse dilectos. Nūc ue
ro in eo quod absolute locutus est dicēs, in dilecto: ita
mihi intelligendum uidetur, ut subaudiatur ab omni
bus. Si enim Christus ut sæpe iam diximus sapiētia est,
iustitia, pax, gaudiū, continentia, & cætera, hæc uirtutū
uocabula etiam hi qui sequi nequeūt diligunt, & nul
lus tam confessū sceleris est, ut nō sapientiam & iustitiā
amare se dicat. Quomodo & de substantia dei omniū
hominū cōsentit opinio quod diuina sit, & nullius sen
su facile comprehendatur: errat uero unusquisq; dū ta
lem uel talem eam putat: ita & Christum secundum id
quod diuersas uirtutes sonat omnes diligūt, licet plu
res factis non possint probare quod diligūt. Ille est dile D
ctus quē æstimo & in Esaia significari: Cantabo dilecto Esa. 5.a
canticū dilecti uineæ meæ, & uinea facta est dilecto. Et
in uigesimo octauo psalmo: Conteret dominus cedros
Libani, & cōminuet eas ut uitulū Libani, & dilectus si
cut filius unicornium. d ¶ In quo habemus redemptionem
per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum.] Ille redimitur,
qui captiuus est, & in hostium ueniens potestatem li
ber esse desiuit: ita & nos quidam dicunt in hoc mun
do esse captiuos, & sub principibus & potestatibus iu
go seruitutis teneri: nec ante uinctas catenis explicare
manus, & oculos sursum attollere, nisi redemptor ad
uenerit. Sed quis iste aiunt tātus & talis, qui possit pre
cio suo totū orbem redimere? Iesus Christus filius dei
proprium sanguinem dedit, & nos de seruitute eripi
ens, libertate donauit. Et reuera si historijs gentilium
credimus quod Codrus & Curtius & Decij Mures, pe
stilentias urbium, & fames & bella suis mortibus re
presserint: quanto magis hoc in dei filio possibile iudi
candum est: quod cruore suo, non urbem unam sed to
tum purgarit orbem? Dupliciter uero sanguis Christi
& caro intelligit: uel spiritualis illa atq; diuina, de qua
ipse dixit: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus ue- Ioan. 6.f
re est potus: Et, nisi manducaueritis carnem meam, &
sanguinem meum biberitis, non habebitis uitam æter
nam. Vel caro & sanguis quæ crucifixa est, & qui mili
tis effusus est lancea. Iuxta hanc diuisionem & in san
ctis eius diuersitas sanguinis & carnis accipitur: ut alia
sit caro quæ uisura est salutare dei: alia caro & sanguis
quæ regnum dei non quæant possidere. Consequenter
autem post redemptionem sanguinis Christi, remissio
nem accepisse scribimur peccatorum: Quia nisi redem
pti fuerimus, frustra nobis peccata donantur. Nec an
te ueniā accipere possumus delictorū, & serui esse ces
samus, nisi preciū pro nobis cruentus quondā uictor
acce-

A ceperit. a ¶ Secundum, etc.] Qui intelligit hoc quod
Eph. 2.b dictū est: Gratia estis saluati, & nō ex operibus, & quin
Luc. 7.f quaginta & quingentorū denariorū in euangelio debi
torē, quod cui plus dimittit, plus diligat: iste potest sci
re quod secundū diuitias suas dei gratia abundarit in
nobis: maxime in ec
clesia de gentibus cō
gregata, quæ aliena
fuit à testamento &
promissionib. Israel:
cuius delicto nos sa
lutē cōsecuti sumus.
An non est magnitu
do gratiarum in Pau
lo & in cæteris sanctis
1.Cor.6.a de quibus dicit: Ne
scitis q̄m angelos iudicabimus? & in alio loco: In quē
1.Pet.1.b desiderāt angeli cōsiderare, & rursum: Pater da ut quo
modo ego & tu unū sumus, sic & ipsi in nobis unū sint.
Has diuitias gratiarū ille in se nō facit uacuas, qui quā
tū ualet humana fragilitas, nititur, laborat atq; contendit,
& cū Apostolo loquit: Gratia eius in me nō fuit uacua.
Qui uero beneficij magnitudinē non recordans ad de
teriora delabit, in isto diues gratia dei, & opulēta largi
tio paupertate tenuat. b ¶ In omni sapientia, etc.] Sapiē
tiam & prudentiā esse diuersas, Stoici quoq; opinant,
dicentes: Sapientia est rerū diuinarū humanarūq; cog
nitio: Prudentia uero tantū mortaliū. Iuxta hanc diui
sionē possumus sapientiā inuisibiliū & uisibiliū accipe
re: prudentiā uero tantū uisibiliū. Quæritur itaq; quō
nobis deus in omni sapiētia & prudentia notū fecerit
mysteriū uoluntatis suæ. Et quidē primū simpliciter ac
cipiendū, quod mysteriū uoluntatis eius, redēptio no
B stra sit per sanguinē filij ipsius, & remissio peccatorum,
secundū diuitias gratiæ eius qua abundauit in nobis:
Quod scilicet nos in domini passione credētes, quæ est
stultitia non credentibus: sapienuā possideamus atque
prudentiā. Deinde quod per scripturas suas nobis no
ta fecerit uniuersa mysteria: quomodo primū cœlū &
terrā machinatus sit, & omnia quæ intra ea sunt fecerit,
ordinarit atq; distinxerit: ut plasmatus homo, & usque
ad passionē Christi mundus impletus sit: quomodo ex
uisibilibus ea quæ sunt inuisibilia cognoscant. Ad ex
tremū, quod etiā ea quæ in terra sunt, sapientia indige
ant atq; prudētia. Quotus enim quisq; nostrū scit quid
sit illud quod aues in aera suspēdat, pisces in fluctibus
non necet: hominum gressus promoueat, & rabiē inci
tet bestiarū. Sed qui diligens lector est, statim nobis il
lud opponet: Si ex parte cognoscit Paulus & ex parte
prophetat, & nunc uidet per speculū in ænigmate: quō
uel ipsi uel Ephesijs in omni sapientia atq; prudētia dei
mysterium reuelatum est. Hāc itaq; necessitate cōpelli
mur mutare ordinē lectionis, & facere secundū placitū
uoluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ: in qua gra
tificauit nos in dilecto: in quo habemus redēptionem
per sanguinē ipsius, remissionem peccatorū: secundū
diuitias gratiæ eius, qua abūdauit in nobis in omni sa
pientia & prudentia: ut cū hucusq; distinxerimus: quo
scilicet, omni sapientia & prudētia, ad superiora iūgan
tur: deinceps inferamus: notū faciēs nobis mysterium
uoluntatis suæ secundum placitum suum. Potest aūt &
hac manente sententia, quod ex parte uideāt & ex par
te prophetent: nunc in omni sapientia & prudentia, di
ci reuelatum eis esse mysteriū: Nō quo ipsū in omni sa
pientia & prudentia mysterium didicerint: sed deus in
omni sapientia sua atq; prudētia iuxta quod consequi
poterant, eis mysterium reuelauerit. c ¶ Secundum pla
citum suum, etc.] Supra dixerat, secundum placitum uo
luntatis suæ: nunc secundū placitum suum, uolūtate de
tracta. Ibi προορισμόν, id est, prædestinationem in ado C
ptionē filiorū per Iesum Christū posuit: hic uero πρόθε
σιν, id est, propositionē. Inter prædestinationē autē &
propositū hi qui solēt inter uerba discutere, hoc asserūt
interesse: quod prædestinatio alicuius rei multo ante in
mente eius q̄ destinet
quid futurū sit præfi
guret. Propositū aūt,
cū iam uicina sit ma
chinatio, & pene co
gitationē sequat effe
ctus. Quod uero ait:
proposuit in eo, ad my
steriū referendū est:
Si quidē supra dixe
rat ut notum faceret
nobis mysterium uoluntatis suæ: quod mysterium di
spensatio est plenitudinis temporū, ut statuto tempore
omnia compleantur. Quomodo enim hæres quādiu
paruulus est, licet ipsius bona sint, tamen necdū ei de
betur hæreditas: ita & mysteriū quod prædestinatū sue
rat a deo in adoptionem filiorum eius, ante nō potuit
dispensari, nisi suo ueniret tempore. De quo & alibi nu
mero singulari Paulus ait: Vt aūt uenit plenitudo tem- Gal.4.a
poris, misit deus filiū suum: qui ante uenire nō potuit,
nisi mysterium temporis impleret. d ¶ Recapitulare o-
mnia in Christo, etc.] Pro recapitulare in Latinis codici
bus scriptū est, instaurare. Et miror cur ipso uerbo Gre
co non uti sint translatores: cū istiusmodi licētia, diale
ctica & philosophia sicut in Græco habentur assumptæ
sint. Nā & oratores in epilogis, uel ante epilogos, in fi
ne causarū propter memoriā iudicū & eorū qui audie
re negocia, recordationē, id est, ἀνακεφαλαίωσιν solēt
facere: ut quæ prius latius disputarant, breui postea ser
mone cōprehendant, & unusquisq; recordari eorū in
cipiat quæ audiuit. Sensus itaq; in præsenti loco iste est. D
Omnis dispēsatio quæ & ante mundū & postea esse cœ
pit in mundo: tam inuisibilium q̄ uisibilium creatura
rum, aduentū dei filij pollicebatur: quod Adam qui de
paradiso electus est, per saluatorem reuocandus erat:
Quod in fabricatione turris, linguarū unitas scissa est:
in Actibus apostolorū portendebat dona linguarum.
Quod Isaac in typo domini crucē suam ipse portauit.
Quod Samson sanctam comam nutriens, Dalilæ pau
peris dilexit amplexus, & omnia cordis sui secreta con
fessus est: saluatoris & ecclesiæ ex gentibus uere paupe
ris & egenæ mysterium significabat. In cruce itaq; do
mini & in passione eius recapitulata sunt omnia: id est
uniuersa in hac ἀνακεφαλαίωσιν supputata. quod ut
manifestius fiat, quotidianæ cōsuetudinis aliquod po
namus exemplum. Verbi causa: Viginti denarios ero
gaui, rursum quinq;, & alios quindecim: triginta quo
quē & ter decies, per diuersa tempora dedi: Hęc si in u
num uoluero supputare, centenarij mihi numeri sum
ma succrescit, & in uno numero habebo omnia quę an
te descripsi. Sic itaq; uniuersa mysteria & omnis dispē
satio uetustatis: non solum quæ in terris, sed etiam quæ
in cœlis gesta est, in Christi passione cōpletur. Cum e
nim semel mihi Christus passus fuerit & sepultus, & re
surrexerit, & ad patrem uictor ascenderit: non necesse
habeo ueterem numerum: quia omnia in uno teneo.
Diligenter attendite, quod non solum omnes historiæ
scripturarum, quas in terra gestas spiritus sanctus enu
merat: sed etiam in cœlestibus quæ nobis occultę sunt,
in Christi recapitulata passione teneantur. c ¶ In quo
& sorte uocati sumus: prædestinati secundum propositum eius qui
uniuersa operatur secundum consilium uoluntatis suæ, etc.] Ver
bum hæreditatis & sortis, per quas in Christi partem
uenimus: ostēdit nos de alia potestate ad aliam trāsmi-

A grasse, & secundum illud quod in Deuteronomio scriptū est: Quando diuidebat altissimus gentes cum dissemināret filios Adam, de angelorum ditione ad partem dñi esse translatos. Et illi quidē aliena & sibi uel cōmissa uel usurpata tenuerūt: iste uero recepit sua, & ascendēs
Deut. 32.a
Psal. 21.a
in altū captiuā duxit captiuitatē: id est eos qui ante capti fuerāt in perditionē, ipse cepit ad uitam ut reduceret in excelsum: & quodammodo est capta captiuitas, dum per secundam captiuitatem qui prius capti fuerant liberantur. Considerandū quod & hic προορισμὸς & πρόθεσις, id est, prædestinatio & propositū simul ponitæ sint: iuxta quæ operat omnia deus secundū consilium uolūtatis suæ. Nō quo omnia quæ in mūdo fiāt, dei uolūtate & cōsilio peragant: alioquin & mala deo poterūt imputari: sed quo uniuersa quæ facit, cōsilio facit & uolūtate: quod scilicet & ratione plena sint & potestate faciētis. Nos homines pleraq; uolumus facere consilio: sed nequaquā uoluntatē sequit effectus. Illi aūt nullus resistere potest, quin omnia quæ uoluerit faciat. Vult aūt ea quæcunq; sunt plena rationis atq; cōsilij: uult saluari oēs & in agnitionē ueritatis uenire. Sed quia nullus absq; propria uolūtate saluat, liberi enim arbitrij sumus: uult nos bonū uelle: ut cū uoluerimus, uelit in nobis & ipse suum implere consilium. a ¶ *Vt simus, etc.*] Si sperauimus tantum dixisset in Christo, & non præmisisset, ante sperauimus, quod Græce dicitur προηλπικότες, esset manifestior sensus, eos qui speraue
B runt in Christo, sorte uocatos esse & prædestinatos secundū propositū eius, qui uniuersa operatur iuxta cōsilium uoluntatis suæ. Nunc uero præpositionis adiectio, ad illā nos intelligentiā trahit, de qua superius disputauimus, exponentes hoc quod scriptū est, Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cœlestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante constitutionē mundi, ut essemus sancti & immaculati coram ipso: quod scilicet sicut iam nos benedixerit omni benedictione spirituali in cœlestibus, & elegerit ante constitutionē mūdi: ita etiā nunc sperasse ante dicamur in Christo, ex eo tēpore quo electi & prædestinati & benedicti sumus in cœlestibus. Alius uero hoc dogma non sustinens, quod ante fuerimus & sperauerimus in Christo, q̄ in isto corpore degeremus: illō intelligentiā transferet: ut dicat, in aduentu dñi saluatoris, quādo in nomine eius omne genu flectetur cœlestiū, terrestriū & infer
Philip. 2.b
notū, & omnis lingua confitebit, quia dñs Iesus Christus in gloria est dei patris: cū ei fuerint uniuersa subiecta: alios uoluntate, alios necessitate subijciēdos, & eos qui ante præsentiā maiestatis eius sperauerint in eum, futuros esse in laudem gloriæ eius, & uocari ἀπελπικοὺς: eos uero qui reperti fuerint necessitate credētes eo tempore quo nec diabolus & angeli eius poterunt negare regnantem, esse sperantes, sed non in laudem gloriæ eius: quod quidē & nunc ex parte uidemus explerī: quia alia sit merces eius qui uoluntate sequat deum, alia qui necessitate. Veruntamen siue per occasionem siue per ueritatē tantum Christus annuncietur: dummodo sciat & sperans & ante sperans quod pro diuersitate spei diuersa sint præmia recepturi. b ¶ *In quo & uos audito uerbo ueritatis, euangelij salutis uestræ, etc.*] In quo haud dubium quin in Christo: inter cæteros qui audierunt: uos quoq; Ephesij uerbum ueritatis audistis euangelium salutis uestræ: cui credentes, signati estis spiritu repromissionis sancto. Videtur autem iuxta ordinem lectionis non stare sententia: nec ei quod prælatum est, C
In quo & uos audito uerbo ueritatis euāgelij salutis uestræ: redditum aliquid quod sequatur: quia statim secūdo ponitur, in quo: quod quia superfluum est, sublatū é medio potest textum reddere lectioni. Hoc autem patiebatur Paulus de nimio amore Christi: ut eum semper quem diligebat, etiā superflue & extraordinarie nominaret. Quod potest absq; nobis in omnibus epistolis eius lector diligens inuenire. Vnde & nunc secundo positum, in quo, ordinē deprehenditur turbasse sententiæ, & anteriorē promissionē reliquisse pendentem. Neq; uero parua laus Ephesiorum est: nō prædicationem, sed uerbum ueritatis audisse. Si quidē inter prædicationē & uerbum ueritatis multam esse distātiam, & in alia epistola legimus: Et uerbū, inquit, meū
Ezech. 18.c
& prædicatio mea, non in persuasibilibus sapiētiæ uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis. Quæramus diligentius, ubi alibi scriptum sit, quod uerbum quis audierit ueritatis: ut ex collatione eorum possit perspicue Pauli sensus aperiri: ubi quoq; euangelium nominatū sit: siue cum additamento siue absolute. Verbi gratia cū additamento, euangelium meum, & euangelium Iesu Christi, & euangelium æternum: uel quod nunc dicitur ad Ephesios, euāgelium salutis uestræ. Absolute uero: ut cum loquitur de Luca, Cuius laus in euangelio per omnes ecclesias. Signatur autem qui audierit uerbum ueritatis & crediderit in eo, spiritu repromissiōis sancto. Quia multi sunt qui audierunt, & increduli permanentes, nequaquam signaculum sancti spiritus con D
secuti sunt. Dicitur & ad principem Tyri: Tu es signaculum similitudinis dei. Signaculum aūt dei est: ut quomodo primus homo conditus est ad imaginem & similitudinem dei: sic in secunda regeneratione quicunque spiritum sanctum fuerit consecutus, signetur ab eo, & figuram conditoris accipiat. Quærendū etiam ubi alibi scriptum sit: spiritus repromissionis sanctus: uel quid significet. Ego enim æstimo quia sicut spiritus sanctus sanctum facit eum cui fuerit infusus, & spiritus sapientiæ, sapientem, & intelligentiæ, intelligentem, & consilij, cautum atq; consultum, & fortitudinis, fortem, & scientiæ, scientem, & pietatis, pium, & timoris, timidū, deiq; timore trepidantem: ita & spiritus repromissionis uel spiritus dei, sponsorem & deum facit eum in quo habitauerit. Quomodo econtrario immundus spiritus immundum facit, & spurcam sibi domum præparat spurcus habitator: fornicationis quoq; spiritus efficit scor-
Oseæ 4.c
tatores: de quibus & propheta loquitur: Spiritu fornicationis seducti sunt: nequam spiritus nequā facit homines atq; peruersos, & dæmoniacus, dæmones: qualisq; fuerit liquor, qui nouæ testæ infusus est, talem diu testa & odorem retinet & saporem. c ¶ *Qui est pignus hæred. etc.*] Pignus Latinus interpres pro Arrabone posuit. Non idipsum autem Arrabo quod pignus sonat. Arrabo enim futuræ emptioni quasi quoddā testimoniū & obligamentū dat. Pignus uero hoc est, ὑπέχυρον, pro mutua pecunia opponitur: ut cū illa reddita fuerit, reddenti debitū pignus à creditore reddat. Rursum in eo ubi ait: in redēptionē adoptionis, nō habet in Græco υἱοθεσίαν, sed περιποιήσεως: quā nos acquisitionē siue possessionem possumus dicere: nec tamē uim sermonis expressimus. Multa enim uerba sunt, quæ nec de Græco in Latinum transferri ualent, nec de Hebraico in Græcum, & reciproce nec de Latino in Græcū, nec de

A de Græco in Hebraū. Quicunq; igit non tantū spiritū sanctū, sed spiritū sanctum repromissionis acceperit, simul consequet & arrabonē hæreditatis, quæ hæreditas uita perpetua est. Et quomodo ex arrabone æstimatur qualis emptio futura sit, & quæ possessio: uerbi causa: ex decem solidis, centum solidorū uilla, & ex cētum solidis mille solidorū possessio: ita ex uarietate arrabonis, hæreditatis quoq; postea secutuę magnitudo cognoscitur. Quamuis autē sanctus sit aliquis atque perfectus, & omnīū iudicio beatitudine dignus putetur: tamen ad futuram hæreditatem nunc arrabonem est spiritus cō
Proptereā & ego audiens fidem uestram in domino Iesu & in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro uobis, memoriam uestri faciens in orationibus meis: ut deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ det uobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis uestri. Vt sciātis quæ sit spes uocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis: & quæ sublimis magnitudo uirtutis eius in nos qui credimus secundum operationem potentiæ uirtutis eius: quam operatus est in Christo suscitans illum à mortuis
secutus. Si aūt arrabo tātus, quanta erit ipsa possessio? Quomodo aūt arrabo qui nobis tribuit: non est extra nos, sed intra nos est: sic & ipsa hæreditas, hoc est regnū dei qd' intra nos est, in nobis uersat intrinsecus. Quæ enim potest esse maior hæreditas, q̄ contemplari & uidere sensu pulchritudinē sapientiæ & uerbi & ueritatis & luminis, & ipsius ineffabilē & magnificam dei conside rare naturā: omniumq; quæ ad similitudinē dei condita sunt, subsistantiā contueri? Iste autem spiritus repromissionis sanctus qui est arrabo hæreditatis nostræ, id circo nunc sanctis datur, ut redimant & copulent deo in laudē gloriæ ipsius. Non quod deus laude alicuius indigeat, sed quo laus dei laudatoribus prosit, & dum
B per singula opera maiestatem ipsius magnitudinemq; cognoscunt, ad laudandum eum miraculo stuporis erumpant. a ¶ *Propterea & ego audiens, etc.*] Licet uerbi ad uerbum expressa translatio possit Apostolum diligenti excusare lectori, quod uideatur omnis sententiæ scatere contextus, & soloecismus fieri, tamen & in Græco uitium sonat. Vnde & nos Græcis potius calumnia
C
ribus respondentes, conabimur ita iuxta sensum tē perare ordinem lectionis, ut dicamus: Audiens fidem uestram in domino Iesu & in omnes sanctos eius: uidensq; differentiam fidei uestræ in dominum & in omnes sanctos eius: non cesso gratias agere & memoriam uestri facere in orationibus meis, ut domini nostri Iesu Christi deus, pater autem gloriæ, det uobis spiritum sapientiæ & reuelationis. Quod autem sequitur: illuminatos oculos cordis uestri: ita per Hyperbaton reddi potest: Propterea & ego audiens fidem uestram in domino Iesu in agnitione eius, illuminatos oculos cordis uestri & in omnes sanctos: non cesso gratias agens pro uobis, memoriam uestri facere in orationibus meis, ut deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ det uobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitionem: ut sciatis quæ sit spes uocationis uestræ, &c. Porro deus domini nostri Iesu Christi, pater autem gloriæ, ita intelligendus, ut quomodo dominus noster Iesus Christus, ipse est sermo, sapientia, ueritas, pax, iustitia, fortitudo: ipse sit etiam gloria: secū
Leuit. 9.d
dum illud quod alibi dicitur: Apparebit gloria dei, &
Num. 9.c
in omni pene ueteri lege, scriptum est super taberna-
Psal. 66.b
culum testimonij uisam esse gloriam dei. Et psalmista canit: Exurge gloria mea, exurge. Quæ gloria illuminans suo fulgore mundum, templum sibi de uirginali utero fabricata est. Cuius templi pater gloriæ efficitur deus. Et ubi Christus gloria est, ibi tantum pater dicitur: ubi Iesus, ibi deus eius, absque additamento aliquo nominatur. Iste igit deus assumpti hominis: pater uero gloriæ, sapiētiæ, ueritatis, dat credētibus in filium suum spiritum sapientiæ & reuelationis: ut sapientes fiant, & reuelata facie gloriā dñi contemplent. Quæ sapientia & reuelatio cum eos sapientes fecerint, & mysteria illis occulta aperuerint: statim sequitur ut habeāt illuminatos oculos cordis. Ex uerbis præsentib. approbatur secundū exterioris mēbra hominis, etiam interioris hominis membra dici. Ecce enim manifeste cordis oculos appellauit: quos absq; sensu & mente intelligere non possumus: Huic & illd' psalmiste conuenit: Illumina o-
D culos meos ne unquam obdormiā in morte. Et alibi: Sapiētis oculi in capite eius. Si enim simpliciter oculos
Psal. 12.a
Eccl. 2.b
carnis accipimus: utiq; nō solū sapiētis, sed etiā insipiētis oculi in capite eius sunt. Caput itaq; sapiētis, sensus accipitur: qui alio uerbo mens & animus & principale cordis appellat. Quod uero ait, in agnitione eius, id est ἐπιγνώσει αὐτοῦ, quidā sic intelligunt: ut inter γνῶσιν καὶ ἐπίγνωσιν, hoc est, inter notionē & agnitionē illud interest: qđ notio eorū sit quæ ante nō sciuimus, & ea postea scire cœpimus. Agnitio uero eorū quæ prius scientes deinceps scire desiuimus, eorumq; postea recordamur: & priorē quādā uitā in cœlestibus suspicant, post quā in corpora ista delecti & obliti dei patris, nunc eū per reuelationē cognouimus: secundū illud: Reminiscē
D
Psal. 21.f
tur & conuertent ad dñm omnes fines terræ, & cætera his similia replicātes. b ¶ *Vt sciatis, etc.*] Cui semel iuxta orationē Pauli datus fuerit spiritus sapiētiæ & reuelationis, ut apertis oculis cordis aspiciat: iste sciet quæ repositæ sunt uocatis, & quę sperāda sanctis dei: quę abundāter & large his q̄ hæreditatē ipsius sustinent est daturus. Ad quā notitiam, magnitudo uirtutis dei est necessaria: in his qui iuxta similitudinē Pauli, credētes uocant, per quā operatus est deus in Christo Iesu quem à mortuis resuscitauit. Dupliciter aūt intelligenda hæreditas: siue quod primogenitus omnis creaturæ hæreditas sit animæ domini nostri Iesu Christi, & eius qui ex corpore & anima assumptus est hominis: nosq; cū hęreditate animæ hæreditemus deū uerbū: siue quod in Christo hæreditas nostra sit, patris & filij & spiritus sancti una diuinitas: Vt quomodo uocat hæreditas domorū atq; uillarū ea ipsa quæ ab hæredibus possidentē: sic ipse deus hæreditas credentium sit atq; sanctorum. Scriptum est & in ueteri testamento: Filijs autem Leui non
Num. 18.c
dabitis hæreditatē in medio fratrum suorum: quia ego
Iosue 13.b
pars eorum. Et alibi: Dominus hæreditas eorum est. Et
Deut. 18.a
sanctus qui extra deum nihil habere se nouit, audaciter
Psal. 72.d & 15.b
loquitur: pars mea dominus: Et, tu es pars hæreditatis meæ & calicis mei. Non ergo parui studij est ut sciamus spē uocationis & diuitias gloriæ hæreditatis dei in sanctis. Ea quippe indigemus ad hæc cognoscēda uirtute, qua etiā in filio suo deus usus est suscitando: quem suscitauit non semel, sed semper à mortuis, & fecit eum in mortuis liberum, nulla mortis cōtagione maculatum: quotidie Christus resurgit ex mortuis, quotidie in pœnitentibus suscitatur. Non quo non habuerit etiā secūdum carnem potestatem animæ suæ ponendæ & iterū resumendæ eius: nemo quippe tollit eā, nisi ponat illā à semetipso: sed quo iuxta dispensationem carnis & filij,

Universidad de Navarra Biblioteca

A homo & filius à deo & patre suscitatus esse dicat. a ¶ Et sedere, etc.] Per humanã similitudinẽ, dei potẽtiã demõstrauit: nõ quo sohũ ponat, & deus pater in eo sedeat, secũq; filiũ habeat residentẽ: sed quo nos aliter iudicantẽ atq; regnantẽ nisi per nostra uerba intelligere nequeamus. Ad hoc pertinet & illud qd' in centesimonono psalmo scriptũ est: Dixit dñs domino meo: sede à dextris meis. Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ. Si enim iuxta regnantis habitum filius ad patris dexterã sedet: necesse est ut iuxta eandẽ similitudinẽ maior sit ab eo q̃ in læua parte cõsederit. Quod ut sciamus aliter intelligi q̃ litera resonat: idẽ psalmus in consequentibus docet, dicẽs: Tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinem Melchi sedec. Dñs à dextris tuis. Quomodo enim cũ filius patri ad dexterã sedeat, rursum pater à dextris eius esse prohibet? Aut qua ratione terra scabellũ est pedum eius, & cœlũ thronus ipsius: cũ & terrã secundũ Esaiã pugillo cõtinere dicat, & cœlũ palmæ extensione metiri? Non enim potest intra id esse quod ab eodẽ continet: nec in manu inclusum tenere à quo ipse iuxta sedentis habitũ circundet. Sicut ergo proximũ esse deo, uel ab eo procul recedere, nõ secundũ locorũ spacia, sed iuxta merita sentiendũ est: quod sancti iuxta eũ sint: peccatores uero, de quibus ait propheta dicẽs: Ecce qui elõgãt se à te, peribũt: ab omni eius uicinia submoueant: Sic & in dextris uel in sinistris dei esse, accipiendũ est: qd' sancti à dextris eius sint, peccatores uero à sinistris: Saluatore
B quoq; idipsum in euãgelio cõprobante, cũ oues à dextris, hædos esse memoret à sinistris: Sed & ipsum uerbũ sedere: regni significat potestatẽ, per quã beneficiũ eis deus tribuit super quibus sedere dignat': quod scilicet regat eos & in curru suo habeat, & ad nutũ propriũ uaga prius & libera colla cõuertat. Post hæc quærit, quomodo id quod sequit possit intelligi, super oẽm principatũ, & potestatẽ & uirtutẽ & dominationẽ & omne nomẽ quod nominat, non solũ in hoc seculo, sed etiã in futuro. Et quidem de dextris ac sinistris, & de sessiõe iam dictũ est. Nunc quærendũ ubi Apostolus hæc quatuor nomina, principatũ loquor, potestatẽ & uirtutẽ & dominationem, scripta repererit, & in medium unde protulerit. Neq; enim fas est eũ qui diuina lectione fuerat instructus aliquid locutũ putare quod in sanctis uoluminibus nõ habetur. Arbitror itaq; illũ aut de traditionibus Hebræorũ ea quæ secreta sunt, in medium protulisse: aut certe quæ quasi iuxta historiã scripta sunt, cum intelligeret legẽ esse spiritualẽ, sensisse sublimius, & qd' de regibus atq; principibus, ducib. quoq;, tribunis & cẽturionibus, in Numeris, & in Regnorũ libris refert, imaginem aliorũ principũ regumq; cognouisse: quod scilicet in cœlestib. sint principatus, sint potestates, sint dominatiões atq; uirtutes, & cætera ministeriorũ uocabula: quæ nec nos possumus nominare: nec ipsum Paulũ puto ut in graui corpusculo cõstitutũ enumerare ualuisse. Si aũt sunt principatus & potestates & uirtutes & dominationes: necesse est ut & subiectos habeant & timentes & seruiẽtes sibi & eos qui sua fortitudine roborentur. Quæ distributiones officiorum, nõ solũ in præsentiarum sed etiam in futuro seculo erũt: ut per singulos profectus & honores & ascensiones & descẽsiones uel crescat aliquis uel decrescat, & sub alia atq; alia potestate, uirtute, principatu, & dominatione fiat. Nos homunculi cito in cinerem & puluerem dissoluẽdi, si consensu hominũ leuemur in reges: tantas habemus ministrorũ diuersitates & multitudines: quãtas facilius possumus sentire q̃ dicere: Verbi causa: quod præfectus in parte ciuili, iudices, & quincias, & ordinẽ suũ habeat: rursum militia, in tot comites, duces, tribunos, & multiplicẽ scindat exercitũ, & putamus deũ, dñm dominorũ & regẽ regnantiũ, simplici tantũ ministerio esse contentũ. b ¶ Et om. etc.] Huic uidet' illud esse contrariũ, quod alibi scribit: Necdũ em̃ ei uidemus omnia subiecta. Sed & illud: Oportet enim illũ regnare donec ponat oẽs inimicos sub pedibus eius. Si enim necdũ ei subiecta sunt omnia & oportet eũ regnare donec ei subijciant' omnia: quomodo nũc sub pedibus eius deus uniuersa subiecit: maxime cũ & in alio loco Paulus ipse testet': Cum aũt ei subiecta fuerint omnia, tũc & ipse filius subijcie't ei qui sibi subiecit omnia: ut sit deus omnia in omnibus? Ergo aut secundũ præscientiã id quod futurũ est, quasi iã factũ esse cõmemorat: iuxta sensum quem supra exposuimus ubi ait: Benedixit nos in omni benedictiõe spirituali in cœlestib. in Christo. Aut certe si de præterito sentiendũ est: sic debemus accipere, qd' etiã ea quę nõ sunt ei uolũtate subiecta, naturæ cõditione deseruiãt: Verbi causa, dæmones Iudæi atq; gẽtiles. Nõ em̃ seruiũt Christo, nec subiecti sunt pedib. eius, & tñ quia ab eo in bonã partẽ creati sunt, subditi sunt potestati eius inuiti: ita metũ aduersum eũ repugnẽt liberi arbitrij uolũtate. In hunc sensum & illud qd' sequitur coaptat': Et ipsum dedit caput super omnia ecclesiæ quæ est corpus ipsius. Quõ em̃ caput plurima sibi habet mẽbra subiecta: é quibus sunt nõnulla uitiosa & debilia: ita & dñs noster Iesus Christus cũ sit caput ecclesię, hẽt mẽbra eos oẽs qui
D in ecclesia cõgregantur, tã sanctos uidelicet q̃ peccatores: sed sanctos uolũtate, peccatores uero sibi necessitate subiectos. Atq; ita fit ut etiã inimici subiecti sint pedibus eius. Quapropter in eo quod ait, omnia: uidet' facere quæstionẽ. Nã illud quod dictũ est: Sede à dextris meis: donec ponã inimicos tuos sub pedib. tuis. Et alibi: Oportet enim eum regnare donec ponat oẽs inimicos sub pedibus eius: non magnope quærit interpretẽ: ut ea quæ inimica sunt cũ fuerint superata, subijciantur pedib. eius, & in uictoris transeãt potestatẽ. Cur aũt omnia: id est, angeli, throni, dominatiões, potestates, & uirtutes cæteræ, quæ nunc̃ fuerunt cõtrarię deo, eius pedibus subijciãtur, uidetur obscurũ. Potest itaq; responderi, quod absq; peccato nullus sit, & sydera ipsa non sint munda coram deo, omnisq; creatura paueat creatoris aduentũ. Vnde & crux saluatoris non solum ea quæ in terra, sed etiam ea quæ in cœlis erant purgasse perhibetur. Alius uero, omnia, nõ ad uniuersitatẽ, sed ad ea tãtũ refert, de quibus disputatũ est: uel hoc modo, omnis ciuitas cõclamauit: nõ quo aliquis tacẽs in urbe nõ fuerit, sed ex parte maxima etiã ea quæ minora sunt appellãtur, & ipse Paulus apostolus: Omnes, inquit, sua quæ runt, non ea quæ sunt dei, & omnes me dereliquerunt. Non quod Timotheus & cæteri discipuli, qui illo tẽpore quo epistolæ scribebantur cũ eo erant, illum reliquerint: sed ideirco, quia à pluribus sit desertus: ab omnibus: id est, à maxima parte desertũ se esse conqueritur. Simile huic quid & in psalmo sonat: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: Non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Si enim omnes declinauerunt, ergo declinauit & ipse qui loquitur. & alibi: Ego dixi

Esa. 40.c

Esa. 72.d

Matt. 25.c

Ecc. 4.d

1. Cor. 15.d

2. Cor. 10

1. Cor. 15.d

Phil. 2.c

Psal. 13.d

A dixi in excessu mẽtis meæ, omnis homo mendax. Aut em̃ uerũ est hoc quod dixit, aut falsum. Si omnis homo mendax est, ergo mẽdax est & ipse qui loquit'. Si autem mendax est & ipse qui loquit', ne hoc quidẽ quod ait uerũ est, omnẽ hominẽ esse mendacẽ. Porrò si uera sententia est, omnes sic accipiendi sunt, ut supra diximus, qꝰ magna pars hominũ mẽtiat'.

Col. 3.c Scribit & alibi Apostolus, docentes oẽm hominem: & rursum, cõmonentes omnem hominẽ, nõ quod omnes homines docuerit: quãti em̃ sunt qui usq; hodie nec doctrinã apostoli audiere, nec nomẽ: sed qꝰ eos omnes doceat & admoneat, qui in ecclesia sunt, & cupiũt scire quæ dei sunt. Sequit': Plenitudo eius qui omnia in omnib. adimplet'. Quod quidẽ sic accipiendum,

1. Cor. 15.d quemadmodũ & illud: Tũc subijcie't ei qui sibi subiecit omnia, ut sit deus omnia in omnib. Nunc em̃ deus partes in singulis est: in alio iustitia, in alio castitas, in alio tẽperantia, in alio sapiẽtia, in alio fortitudo, & difficile est etiã in sanctis utris atq; perfectis oẽs pariter esse uirtutes. Cũ aũt in fine rerũ & cõsummatione mũdi, ei fuerint uniuersa subiecta, adimplebit' oẽia in omnib. ut iuxta id quod deus est cũctis uirtutib. plenus, oẽia in omnib. adimpleat': & sint uniuersi habentes omnia, quæ ante singula singuli possidebant. Sed & hoc quod ait: Et ipsum dedit caput super oẽia ecclesiæ quæ est corpus ipsius: plenitudo eius qui omnia in omnib. adim-
B plet', nõ solũ hominũ, sed etiã angelorũ cũctariũq; uirtutũ & rationabilium creaturarũ ecclesia intelligi potest. Necnõ & hoc: Qui omnia in omnib. adimplet', nequaq̃ ita ut resonat accipiendũ, nõ enim ait: Qui omnia in omnib. adimplet, sed quia omnia in omnib. adimpletur. Siquidẽ aliud est implere, aliud impleri, quia in altero agẽtis, in altero patiẽtis est uerbũ. Sicut ergo adimplet' imperator, si quotidie eius augeat' exercitus, & fiant nouæ prouinciæ, & populorũ multitudo succrescat: ita & dñs noster Iesus Christus in eo qd' sibi credũt omnia, & per dies singulos ad fidẽ eius ueniunt, ipse adimplet' in omnibus: sic tñ ut omnia adimpleat' in omnibus, id est, ut qui in eũ credũt, cũctis uirtutib. pleni sint, & iuxta euãgeliũ faciãt eũ, pficere ætate, sapiẽtia & gratia, nõ solũ apud deum, sed & apud homines. CAP. II

Et uos cum, etc.] Anteq̃ de singulis uerborũ sensib. disputemus, uidet' ita nobis lectionis ordo reddẽdus: Et uos cũ mortui essetis delictis & peccatis uestris, cõuiuificauit Christo deus qui diues est in misericordia, propter multã charitatẽ suã qua dilexit nos: & cũ essemus mortui delictis, in quibus aliqñ ambulauimus, secundũ seculũ mundi huius, secundũ principem potestatis aeris, spiritus qui nũc operat' in filijs diffidentiæ, in quibus & nos oẽs cõuersati sumus aliquando in desiderijs carnis nostræ, faciẽtes uolũtates carnis & mẽtiũ, & eramus natura filij iræ, cõuiuificauit nos Christo: ut ἀὲὶ κοινῶ, subaudiat' quasi bis dictũ, & nos cõuiuificauit Christo. Coniunctionẽ uero causalẽ in eo loco in quo ait: Deus aũt qui diues est in misericordia, arbitramur aut ab indoctis scriptorib. additã, & uitiũ inoleuisse paulatim: aut ab ipso Paulo qui erat imperitus sermone, & nõ sciẽtia, superflue usurpatã. Manifeste aũt mors animæ dicit' esse peccatũ, ex eo qd' ait: Et uos cũ essetis mortui delictis & peccatis uestris, iuxta illud quoq; qd'

Ezech. 18.a in Ezech. scriptũ est: Anima quę peccauerit, ipsa morie't.

Et quia delicta quæ græce παραπτώματα nuncupant'ur, iuxta eiusdẽ linguæ etymologiã proprie uerbũ est scripturarũ, licet delicta πλημμέλειαι rectius trãsferant: Quærimus quid significent, quo'ue distent à peccatis: id est, quid interfit inter παραπτώματα καὶ ἁμαρτίας. Aiũt em̃ quod παραπτώματα, quasi initia peccatorũ sint, cum cogitatio tacita subrepit: & ex aliqua parte cõniuentibus nobis, necdum tamẽ nos impulit ad ruinam. Vnde & in xviij psal. scribit': Delicta, hoc est παραπτώματα, quis intelligit, qa scilicet difficile sit radices & initia intelligere peccatorũ. Peccatũ uero esse, cũ quid opere consummatũ peruenit ad finẽ. Quærimus quoq; quid sit, in quib. aliqñ ambulastis secundũ seculũ mundi huius: utrũ nã & aliud seculũ sit, quod nõ pertineat ad mundũ istũ, sed ad mundos alios, de quibus & Clemẽs in epistola sua scribit: Oceanus & mũdi qui trans ipsum sunt? An unus iste mũdus sit, qui ab initio seculi quo factus est Adã usq; ad terminũ suũ uoluat & transeat. Vel certe mũdus alio nomine appellet' princeps aeris huius, qui nunc operat' in filijs diffidẽtiæ. Scribit & ad Galatas: Vt eruet nos de præsenti hoc seculo nequã. Et in hac eadẽ epistola: Redimentes tẽpus, qm̃ dies mali sunt. Et dies Iacob modici dicunt & pessimi: siue quod tẽpus uitæ istius per quod clausi tenemur in seculo graue sit & laboriosum: siue quod ipse satanas mũdi huius, ut supra diximus, & seculi uocabulo nũcupet'. De quo statim in sequẽtibus, secũdũ princi-
D pẽ, inquit, potestatis aeris spiritus qui nũc operat' in filijs diffidẽtiæ. Princeps quippe aeris, & spiritus potestatis qui in aere isto est, diabolus intelligit': qui nunc operat' in filijs diffidẽtiæ. In his em̃ qui dño credũt nõ potest operari. De quo & infra ait: Nõ est nobis pugna aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersum principatus & potestates, aduersus rectores tenebrarum istarũ, aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestib. Nõ quo & diabolus & satellites eius qui per mũdũ istũ uagãtes peccata hominib. insinuãt, in cœlo uersari queãt, de quo ob sua merita corruerũt: sed cœlũ dicit' aer iste qui supra nos est, iuxta illud saluatoris eloquiũ: Cõsiderate uolatilia cœli. Manifestũ quippe est quod uolatilia nõ per cœlũ uolitent, sed per aerẽ. Sequitur: In quibus & nos omnes cõuersati sumus aliquãdo in desiderijs carnis nostræ, faciẽtes uolũtates carnis & mentiũ. Quod ait, in quibus, ad delicta referendũ est. Superius enim quia duo pariter posuerat: Et uos cũ essetis mortui delictis & peccatis uestris: & ad peccata retulerat dicẽs: in quibus aliquando ambulastis: ad delicta uero nihil tale uidebat' secutũ quod sẽnsum possit explere: nũc ait, in quibus delictis & nos oẽs cõuersati sumus. simulq; ne in eo qd' dixerat: & peccatis uestris in quibus aliqñ ambulastis, se per superbiã à peccato uideret' excipere, adiũxit, in quibus & nos oẽs cõuersati sumus. Qui aũt cõuersatũ esse se dicit, de præteritis delictis & nõ de præsentibus confitet'. Conuersati sumus, inquit, aliquãdo, non in uno desiderio, sed in desiderijs carnis nostræ. Caro quippe desiderat aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ. Faciẽtes nõ unã uoluntatẽ carnis, sed plures, & nõ solũ uoluntates carnis, sed etiã mentiũ. Pro quo in Latinis codicib. habetur, cogitationum. Inter peccatũ autẽ carnis & mentiũ, hoc esse puto, quod carnis peccatum, est impudicitia atq; luxuria, & ea quæ per ministeriũ eius in libidi-

Eph. 4.d

Gal. 1.d

Gen. 47.c

Matth. 6.d

Gal. 5.c

A nibus explentur. Mentium uero delictum, ad dogmata pertinet contraria ueritati & hæreticã prauitatem, ita ut possimus dicere pleroscꝫ hæreticorũ, quancꝫ hoc rarũ sit, uoluntates mentiũ facere, & non uoluntates carnis: & multos contra ecclesiasticos, carnis & non mentiũ facere uolũtates, & esse plures qui & carnis & mentium pariter faciant uoluntates. Hæc autem diximus, non quo & hæretici carnis non faciant uoluntates: plura quippe apud eos corporis sunt uitia q̃ apud nostros. sed ut exẽplo posito, facilius qđ uolebamus possit intelligi. Et eramus, inquit, natura filij iræ sicut & cæteri. Respondeant hæretici qui diuersas naturas esse cõtendũt, quomodo Paulus, quem utiqꝫ spiritualis naturæ esse nõ dubiũ est, fuerit natura filius iræ, sicut & cæteri qui adhuc in errore sunt positi. Nos uero dicimus esse primũ omnes homines natura filios iræ, uel propter corpus humilitatis corpuscꝫ mortis, & quod ab adolescẽtia mẽs hominũ
Eccẽs. 7.c appolita sit ad malicia. Vnde & Salomõ ait: Non est iustus in terra qui faciat bonũ & nõ peccet. Vel qđ ex eo tẽpore quo possumus habere noticiã dei, & ad puberta tẽ uenimus, omnes aut opere, aut lingua, aut cogitatione peccemus. Eramus igit̃ natura filij iræ sicut & cæteri, & oẽs sancti qui ab ira sanguine Christi redempti sunt. Si em̃ Paulus qui iuxta iustitiã quæ in lege fuit, irreprehensibiliter est cõuersatus, dicit se natura fuisse filiũ iræ: cur timeamus etiã retro sanctos uiros filios iræ fuisse testari. De quibus omnib. uere dici possit: Cum aũt uenit mandatũ, peccatũ reuixit: ipsi uero mortui sunt. Filius aũt iræ sic accipiendũ, ut filius perditionis, filius iniqui
B tatis, filius mortis. Nõ quo aliqua ira, mors, iniquitas & perditio subsistat in natura sua quæ filios habeat: sed quo filij dicant̃ eius rei quæ operet in singulis: Sicut filij appellant̃ gehennæ, qui gehennæ ignib. consumendi sunt. Alius iræ filios sic uocatos putat ut filios diaboli. Diabolus enim perditio est & ira & mors. Deuorauit mors inualescens, & nouissimus inimicus destruetur mors. & ad ipsum diabolũ, perditio factus es. Factus in quit propria uolũtate, nõ ab initio sic creatus. Quomodo igitur mors dicit̃, ex eo quod inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarũ, & per illũ sunt mortui qui ante uiuebant: & perditio, quod perdat quoscũqꝫ decepe-
rit: Sic & ira dicit̃ propter eã quã exercet aduersum hominẽ feritatẽ. Sunt qui illud in Regnorũ libris quando Dauid numerauit populũ Israel, irã in se dei prouocãs,
2.Re. 24.d scriptura dicẽte: Et apposita est ira dei succẽdi in Israel, & incitauit Dauid dicẽs: irã dñi diabolũ significare putent: eteñ iuxta græcæ linguæ proprietatẽ nõ dixit genere fœminino ira dei λεγουσα, hoc est quæ diceret: sed ira dei λεγων, id est, qui diceret, genere masculino: mittit siquidẽ dñs irã & furorẽ suũ per angelos pessimos. Deus ergo qui diues est in misericordia, & diues propter charitatẽ suã qua dilexit hominũ genus, & charitatem non simplicẽ, sed multã, cũ essemus mortui ꝓpter delicta nostra, uiuificauit nos: & nõ solũ uiuificauit, parũ quippe hoc erat bonitati & magnitudini eius, sed uiuificauit cũ Christo Iesu, unã atqꝫ eandẽ nobis tribuens uitã habere cũ Christo. Quidã pro eo quod nũc exposuimus: Et eramus natura filij iræ, pro natura, prorsus siue omnino, quia uerbũ φυσει ambiguũ est, transtulerũt. Quod & si sic sonet, iuxta ea quæ diximus, exponẽ
Rom. 3.d dum est. a ¶ *Gratia saluati estis.*] Si nõ sunt dignæ passiones huius tẽporis ad futurã gloriã quæ reuelabit̃ in nobis, gratia magis sumus q̃ opere saluati. Nihil enim possumus dño retribuere, ꝓ omib. quę retribuit nobis.

catis, conuiuificauit nos Christo. Grãtia saluati estis. Et cõexcitauit simulqꝫ fecit sedere in cœlestibus in Christo Iesu. Vt ostẽderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo

b ¶ *Et coexcitauit, etc.*] Supra dixerat, quod suscitauerit deus Christũ à mortuis, & sedere fecerit ad dexterã suã in cœlestib. super omnẽ principatũ & potestatẽ, & uirtutem, & dominationẽ: & omne nomẽ quod nominatur non solũ in hoc seculo, sed etiã in futuro: Nũc uero addidit, quia & nos suscitauerit cũ eo, & sedere fecerit in cœlestibus ad dexterã suam. Quærit̃ ergo quomodo deus qui nos saluos fecit & suscitauit, simul fecerit sedere cũ Christo. Et quidẽ qui simplicius est responsurus, hoc asserit, quod iuxta præsciẽtiam dei id quod futurũ est, quasi factũ esse iam dixerit. Et quia mos iste sit scripturarũ, ut interdũ futura, tẽpore præterito declinent̃: Verbi Psal. 21.d causa, de cruce dñi: Foderunt manus meas & pedes. Et Esa. 53.e alibi de passione eius: Quasi ouis ad uictimam ductus est, & adhuc de iniurijs flagellorũ: Liuore eius nos sanati sumus. Et alibi: Ab iniquitatib. populi mei ductus est in mortẽ. Hoc aũt ideo, ne quia futura semper incerta sunt, hominũ spes fluctuet & uacilleꝫ ea quæ deus futura cognouit, apud quẽ nihil ambiguũ est, quasi iam facta memorantur: Vt quia præterita secundũ philosophos quoqꝫ fieri infecta nõ possunt, qui audierint, quasi iam facta habeant quæ futura sunt. Alius uero qui resurrectionem & regnũ Christi spiritualiter intelligit, nõ deliberauit dicere, iam sanctos sedere & regnare cum Christo: Quomodo enim nequaqꝫ in carne sanctus est cum uiuat in carne, & habet conuersationẽ in cœlestib. cum gradiatur in terra: & caro esse desistens, totus uer-
tatur in spiritũ: ita cum in cœlestib. sedere cum Christo: Luc. 17.c
Regnũ quippe dei intra nos est: & ubi fuerit thesaurus Matt. 6.c
nostер, ibi erit & cor nostrũ: firmiqꝫ & stabiles sedemus D
cum Christo, sapientia, uerbo, iustitia, ueritate. Potest aũt & hoc dici, quomodo arbonẽ spiritus sancti accepimus, necdum totã eius plenitudinem consecuti: sic & sedere nos cum Christo atqꝫ regnare, necdũ perfectam sessionem in cœlestib. obtinentes. c ¶ *Vt ostenderet in seculis, etc.*] Quanta sit beneficij magnitudo, & cuꝫ multiplex gratia qua nos dñs de seculi istius perturbationibus liberatos sedere fecit & regnare cum Christo, hinc uel maxime cõprobat̃: quod in futuris seculis, nõ uno sed omnibus, suã cunctis rationabilib. creaturis super nos ostensurus est gloriã, suasqꝫ diuitias mõstraturus: Quod nos qui quondã lege tenebamur inferni, & propter uitia atqꝫ peccata, ut operib. carnis, ita eramus & suppliciꝫ destinati: nunc in Christo regnemus sedeamusqꝫ cũ eo. Sedeamus aũt nõ in humili quocũqꝫ loco, sed super oẽm principatũ & potestatẽ & uirtutem & dominationẽ, & omne nomẽ quod nominat̃ nõ solum in hoc seculo, sed etiã in futuro. Si em̃ Christus suscitatus à mortuis sedet ad dexterã dei in cœlestib. supra omnẽ principatũ & potestatẽ & uirtutẽ, &c. & nos sedemus regnamusqꝫ cum Christo: necesse est ut super his quæ sedet ille, sedeamus. Sed qui diligens lector est, statim requirit & dicit: quid ergo, maior homo angelis & cunctis in cœlo potestatibus? Quod quia periculosum est respõdere, principatus & potestates & uirtutes & dominationes, & omne nomẽ quod nominat̃ non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro: maxime quia omnia Christi subiecta sunt pedibus, nõ ad bonã partem, sed ad contrariã referet: ut dicat eas esse angelos refugas, & principẽ mundi istius, & luciferum qui mane oriebat̃: super quibus sancti cũ Christo in fine sessuri sunt: illis quoqꝫ tribuentes beneficiũ, qui nunc infreni & male libertate sua abutentes passim uagãtur, & per præcipitia corruunt peccatorũ. Cum aũt tales habuerint sessores,

iuxta

A iuxta sedentiũ uoluntatẽ incipiẽt gubernari. Alius uero hoc quod ait, ut ostenderet in seculis superuenientibus abundãtes diuitias gratiæ suæ in bonitate supra nos, in Christo Iesu, ad illã intelligentiã transferet, quod nõ simus merito nostro, sed gratia eius saluati, & maioris bonitatis indiciũ sit pro peccatorib. magis q̃ pro iustis mori. Pro bono em̃ forsitã quis audeat interire, & daturus nobis sit, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Quæ omnia ex parte iam dederit in Christo Iesu, quia nullum absq; Christo bonum dici potest. d
¶ *Gratia enim estis, etc.*] Ideo, inquit, abũdantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate in superuenturis seculis ostensurus est, quia gratia salui facti estis per fidẽ, non per opera. Et hæc ipsa fides nõ est ex uobis, sed ex eo qui uocauit uos. Hoc aũt ideo, ne forsitã nobis cogitatio occulta subreperet, si per opera nostra saluati non sumus, certe uel per fidẽ saluati sumus, & alio genere nostrũ est qđ saluamur. Addidit itaqꝫ & dixit: fidẽ quoqꝫ ipsam non
1 Cor. 9.c nostræ uolũtatis esse, sed dei muneris. Nõ quod liberũ homini tollat̃ arbitriũ, & secundũ illud Apostoli ad Romanos nõ sit currentis neqꝫ uolẽtis, sed miserentis dei: uerũ quod arbitrij ipsa libertas deũ habeat autorem, & ad illius beneficiũ cuncta referant̃, cum etiã nos bonũ nos uelle ipse permiserit. Hoc aũt totum propterea, ne quis glorieť à semetipso, & non à deo se esse saluatum.
B b ¶ *Ipsius enim sumus, etc.*] Reddidit causas quare saluati sumus per fidẽ, & hoc ipsum nõ ex nobis, sed ex munere dei, dicens: Ipsius em̃ factura sumus: hoc est, quod uimus, quod spiramus, quod intelligimus, & credere possumus, ipsius est, quia ipse conditor noster est. Et diligẽter obserua, quia nõ dixerit, ipsius figuratio sumus atquè plasmatio, sed ipsius factura sumus. Plasmatio quippe originẽ de terræ limo trahit. Factura uero iuxta similitudinẽ & imaginẽ dei sumpsit exordiũ. Quod in cẽtesimo quoqꝫ octauodecimo psalmo simul positũ diuersa significat: Manus tuæ fecerũt me & plasmauerunt me. Factura primũ locũtenet, deinde plasmatio. Et quia creationis & conditionis nomẽ ad magna semper solet opera copulari, uerbi causa: illa urbs cõdita est, & ab initio creatus est mũdus, & unusquisqꝫ sanctorũ per uaria dogmata atqꝫ uirtutes, in semetipso mundus est totus, propterea nunc creati in Christo dicimur: & creati in operibus bonis, siue quæ ipsi fecimus, uel facturi sumus: siue in alijs creaturis ad quæ nostra conuersatio trãsferẽda est, ut quæ præparauit deus in illis ambulemus, spe magna iã nobis data, dũ in his ambulaturi sumus quæ deus magnopere præparauit. Et quia semel ad nomẽ creaturæ uenimus, & sapiẽtia in prouerb. Salomonis dicit se creatã initiũ uiarũ dei: multiqꝫ timore ne Christũ creaturã dicere cõpellant̃, totũ Christi mysteriũ negant, ut dicãt, nõ Christũ in hac sapientia, sed mũdi sapientiam significari: Nos libere proclamamus nõ esse periculũ eum dicere creaturã, quẽ uermẽ & hominẽ & crucifixũ & maledictionẽ, tota spei nostræ fiducia profitemur: maxime cũ ex duobus uersiculis qui præcedunt, ipsa sapientia promittat se esse dicturã quæ post
Prou. 8.c secula sunt. Cum aũt secula Christus fecerit, & quæ deinceps loquit̃, ea sint quæ post secula dicturã esse promiserit: ad incarnationis mysteriũ, nõ ad naturã dei referenda sunt quæ sequunt̃: licet in Hebræis codicib. non

habeat̃: dñs creauit me initiũ uiarũ suarũ: sed dñs possedit me. Inter possessionẽ aũt & creationẽ multa distãtia est, quia qui possidet̃, is utiqꝫ qui est atqꝫ subsistit, & est proprius, possidet̃. Creatur uero ille qui nõ erat anteq̃ fieret aut certe de eo quod erat, trãsfertur in aliud: sicut & nos nũc creati dicimur in Christo Iesu. Creati utiqꝫ, nõ quia ante non fuimus, sed creati in operibus bonis. Qđ Dauid quoque in psal. L deprecat̃, dicens: Cor mundũ crea in me deus. Et certe mũdum cor
Psal. 88.d ante peccatũ habuerat, qñ de eo dñs loquebatur: Inueni Dauid filiũ Iesse secundũ cor meũ: sed ut ibi creatio instaurationẽ sonat: ita & in nobis & in Christo per singula opera & profectus, creatura atqꝫ cõditio accipi potest, ut quotidie in credẽtib. qui uarie secundũ merita diuersa mõtes dicunt̃, & ualles & colles atqꝫ cãpestria: Christus creatus, natus & cõditus sit. c ¶ *Propter quod, etc.*] Gentes Ephesios in carne uocãs, ostendit in spiritu esse nõ gentes: sicut ecõtrario Iudæi in spiritu gẽtes sunt, & in carne Israelitæ. Quadrifariã igit̃ Iudæi diuidunt̃ & gentes. Alij sunt in carne circũcisi & in spiritu, qualis fuit Moyses & Aarõ, apostoli, & Nathanael, cuius occultũ Iudaismũ dñs intuẽs ait:
Ioan. 1.g Ecce uere Israelites in quo dolus nõ est. Alij qui nec carne nec spiritu circũcisi sunt, qualis fuit Nabuchodonosor & Pharao, & hodie barbararũ & Romanorũ gentiũ multitudo quæ nõ credũt in deũ. Tertij qui tm̃ in carne sunt circũcisi, & spiritũ incircumcisum habent, ad quos D
Hier. 4.g propheta dicit: Circũcidimini deo uestro, & nolite circũcidere carnẽ præputij uestri. Et alibi: Omnes gẽtes in circũcisi carne, domus uero Israel incircũcisi sunt corde. Extremi de quibus nunc dicit̃, quia aliquando uos gentes in carne qui dicebamini præputiũ, ab ea quæ dicitur circũcisio in carne manu facta: qualis hodie uniuersa est turba credentiũ, & totus è gentib. mundus est plenus. Ad distinctionẽ igitur spiritualiũ gentiũ Iudęorũ, Ephesij gentes uocant̃ in carne, quia secundũ spiritũ Israelitæ sunt. Nam & in alio loco carneũ Israelem scri
1.Cor. 10.d ptura commemorans ait: Videre Israel secundum carnem, quia in spiritu nõ erat Israel. Pulchre autem etiam uerba moderatus est, qui dicebamini præputium. Dicebamini inquit præputium, nec eratis, ab ea quæ dicitur circũcisio in carne manu facta. Non quo sit circũcisio, sed quo ipsa sibi hoc nomen assumat, & sit uere circunsisio manu facta, non spiritu. Simul & illud est attendendum quod nos quos sine Christo alienatos quõdam à cõuersatione Israel esse memorauit, & peregrinos à promissionibus & testamento dei: nunc postquam in Christum credidimus, sicut repromissiones & testamenta eius accepimus: ita conuersationem quoqꝫ habere dicamur Israel, quomodo cõuersatio uniuersa legalis expletur in nobis, quia uidelicet lex spiritualis est, & magis circũcidamur, & sabbatizemus in spiritu, spirituales uitimas offerentes: illorũ templo altariqꝫ destructis, nos deo fructuũ nostrorũ decimas offeramus, nos immolemus agnũ immaculatũ: & accincti lumbos, expediti pascha comedamus. Sicut enim circunsisio dicitur in carne manu facta: ita ad distinctionem eius intelligitur alia esse circunsisio, quæ non sit, ut diximus, manu facta, sed spiritu. Quod autem ait: Spem non habentes, & sine deo in mundo: Non quo plures deos, antequã in Christũ crederent Ephesij non habuerint, atqꝫ uenerati

sint

A sint, sed quo qui absq; deo uero sit, nullū deum habeat. Et significanter additum est, sine deo in mundo. Habebant quippe ethnici, quē eos habituros deus ante cognouerat: & apud præscientiā dei non erant sine deo, sed in mundo erāt absq; deo. Ubiq; est, & totus ubiq; est: à quo quis potest separari, cū in eo sint omnia, & ipse per omnia, & ipse per prophetā loquatur: Ego deus appropinquās & nō de longe: Et psalmista testatur: Si ascendero in cœlū, tu illic es: si descendero in infernū, ades. Cum igitur in eo sint omnia, procul tamen esse ab impijs dicitur, iuxta illud: Longe est dominus ab impijs. Iste à quo impij lōge sunt, uicinus est sanctis. Denicq; cum & ab Ephesijs esset procul, in sanguine Iesu prope eis factus est. Et diligentius intuendū, quod absq; cruore dñi Iesu nemo appropinquet deo, quia ipse est pax nostra, dicens: Pacem meā do uobis, pacē meā relinquo uobis. Quomodo enī sapiētia sapientes facit, & iustitia iustos, & sanctificatio sanctos, & uiuētes: sic & ipse pax, nos facit esse pacatos, ut dicamus: Cū his qui oderūt pacē, cū pacifícus. Si aūt Christus credentiū pax est, quicūq; sine pace est, cōsequēter nō habet Christū. *b* ¶ *Qui fecit utraq;, etc.*] Iste est medius paries & maceria, quæ utrūq; à se populū diuidebat. De quo & in Genesi in partu geminorū obstetrix loquit: Vt quid propter te dirupta est sepis? Posteaq; ergo sapientiā carnis quæ est inimica deo, in sua saluator carne destruxit, & præcepta legalia, euāgelicis dogmatib. cōmutauit, ut de Iudæo atq; gētili unum populū faceret Christianū, euāgelizās nobis qui lōge eramus: & reliquijs Iudæorū qui de Israel per apostolos crediderūt, pacē atq; concordiā: tunc accessimus per ipsum ad deū, & unū in spiritu patrem nos habere cognouimus: Cōpletumq; est illud quod in euangelio dñs loquebat, dicens: Et fiet unus pastor & unus grex. Et itet ū: Et alias oues habeo quæ non sunt de ouili isto, nos significans ex gentib. cōgregandos. Inimicitia aūt quæ in saluatoris carne destructa est, etiā per crucē est interfecta. Scriptū est enim, ut reconciliaret utrunq; in uno corpore deo, per crucē interficiēs inimicitiā in ea: Non ut in Latinis codicib. habetur in semetipso, propter Græci pronominis ambiguitatē: ἐν αὐτῷ enim, & in semetipso, & in ea, id est cruce intelligi potest: quia crux, id est σωρὸς iuxta Græcos generis masculini est. Lex quoq; mādatorū subuersa est in dogmatib. posteaq; circūcisio & sabbatismus qui relictus est populo dei, & pascha, & pētecoste, & nō apparere in cōspectu dei uacuū, sunt altius intellecta cū resonāt: & ab occidēte litera recedentes, cœpimus uiuificantē spiritū sequi. Quod aūt ait: Veniēs euangelizauit pacē uobis qui lōge, hoc est, gētibus: & pacē his qui prope, hoc est Iudæis: uidet mihi de Esaia alijs uerbis testimoniū protulisse, & scripturæ sententia abusum quasi sua. Scriptū est quippe in eo: Vias eius uidi, & sanaui eū, & consolatus sum eū, & dedi ei cōsolationem ueram: pacem super pacem his qui longe erant & qui prope. Et hæc quidem iuxta uul-

Hier. 13.b

Pro. 15.d

Ioan. 14.d

Psal. 119.b

Gen. 38.g

Ioan. 10.c

Esa. 57.d

gatam interpretationē dicta sint. Cæterū qui illud apostoli legit, de Christo memorantis: Pacē faciens per sanguinem crucis suæ, his quæ in terra erant, & his quæ in cœlis, & cætera quæ in eodem dicuntur loco: non putabit nos qui iuxta spiritum Israel uocamur fuisse lōge, & Iudæos, qui tantūmodo Israel nūcupentur in carne fuisse prope. Et hanc totam intelligentiam ad angelos uirtutesq; cœlestes, & ad animas tēperabit humanas, q̄ Christus in suo sanguine terrena & cœlestia copularit, quæ inter se antea dissidebant: Et bonus pastor morbidam ad montes reuectans ouē, fecerit esse cum cæteris: drachmamq; quæ perierat, drachmis quæ sanæ fuerant, copulauerit: & mandata legalia ad illa retraxerit dogmata, ad quorum typū & imaginem Moyses quæ essent in taberna culo fabricanda conspexit. Atq; ita fieri, ut crux dñi, nō solum terræ, sed & cœlo profuerit: non solum hominibus, sed & angelis, & oīnis creatura dñi sui cruore purgata sit. Quod aūt ait: Vt duo conderet in semetipso in unum nouū hominem: & quod magis uidet superiori de Iudæis atq; gentilib. sensui conuenire: sic suæ intelligentiæ coaptabit, ut dicat hominē iuxta imaginē & similitudinē dei factum, eandē post reconciliationē formā recepturū quam & nunc angeli habent, & ipse perdiderit. Nouū aūt hominē esse dicit, qui quotidie renouatur: & habiturus est in nouo mundo, quando erit cœlū nouū & terra noua: & bibiturus est calicē Iesu nouum in regno dei, & cantaturus canticū nouū, & ueteris & noui testamēti lectione gaudebit. Illud quoq; q̄d alibi scribit: Ecce facio noua quæ nunc orientur: sic sentiet, ut principiū innouationis in præsenti seculo fieri existimet. Cæterū perfectā cōsummatāq; nouitatē, necdū in isto putet seculo posse cōpleri. Et quomodo nunc per speculū uidemus in ænigmate, tunc aūt facie ad faciē: sic & instauratione noui hominis tunc plene perfectoq; cōplendā, cum cœlestia terrenaq; fuerint copulata, & in uno spiritu, & sensu eadēq; sententia, accessuri mus ad patrē. Nescio quid tale, & in alia epistola, si quis tamen eā recipit, prudentib. quibusq; lectorib. Paulus subindicat dicens: Hi omnes testimoniū accipientes fidei, nō retulerunt promissionē, deo pro nobis melius quid prouidente, ut nō absq; nobis consummarentur. Propterea & uniuersa creatura cōgemiscit nobiscū, qui in tabernaculo isto ingemiscimus, & condolet: qui à timore dei in utero cōcepimus & dolemus, & præstolamur reuelationē filiorū dei, ut de uanitate seruitutis cui nunc subiecta est, liberetur, & fiat unus pastor & unus grex, & oratio dñi cōpleat dicentis: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra. *c* ¶ *Ergo iam non estis, etc.*] Ad id quod supra dixerat: peregrini testamentorū & repromissionis, nūc respōdet: ergo iā nō estis peregrini & accolæ. Et ad illud q̄d præmiserat, alienati à cōuersatione Israel, modo reddit: estis ciues sāctorū & domestici dei. Hic locus aduersus eos uel maxime facit, qui diuersas naturas nitunē introducere. Quō enim peregrini facti sunt

Hebr. 9.d

Matth. 6.b

2. Cor. 11.d

Universidad de Sevilla Biblioteca

Nūc autē in Christo Iesu uos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi, ipse est enim pax nostra. Qui fecit utrāq; unum, & medium parietem maceriæ soluens inimicitiam in carne sua, legem mandatorum in dogmatibus euacuans, ut duo cōderet in seipso in unum nouum hominem, faciens pacem ut reconciliaret utrunq; in uno corpore deo, per crucem interficiēs inimicitiam in ea: & ueniens euangelizauit pacem uobis qui longe eratis, & pacem his qui prope, quoniam per ipsum habemus accessum uterq; in uno spiritu ad patrē. Ergō non estis peregrini & accolæ, sed ciues sanctorum & domestici dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. In quo omnis ædificatio compaginata, crescit in templum sanctum in domino. In quo & uos coædificamini in habitaculum dei in spiritu.

A sunt ciues sanctorū, & quomodo domestici dei fuerunt quondam alieni à conuersatione Israel: si nō potest uel in melius uel in peius natura mutari? Quod aūt sequitur: Aedificati super fundamentū apostolorum & prophetarum, magis priori q̄ secundæ interpretationi cōuenit, in qua superius dixeramus, ante passionem Christi uicinum Israel, & gentes fuisse de longe. Hoc testimonio & contra Marcionem cæterosq; ueteres hæreticos, qui aliū legis, aliū euangelij prædicant deum, uti possumus. Si enim nequaq̄ peregrini & accolæ, sed ciues sanctorū domestici dei superædificati sunt fundamēto apostolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo oīnis ædificatio compaginata, crescit in templum sanctum in dño, in quo & Ephesij coædificantur in tabernaculū dei in spiritu: unus est deus, unius ædificationis & templi, quod superædificatū est fundamento apostolorum & prophetarū. Quod si uniuersa ædificatio compaginata, crescit in templū sanctū dño: omni labore nitendū est, ut fiamus illi lapides de quibus scriptum est: Lapides sancti uoluūtur super terram. Et cum fuerimus uiui lapides ex omni parte dolati, leues, politi, nullam habētes scabredinē, ædificemur in templum, & fiamus habitaculum deo: Cōdaturq; in nobis arca testamenti custos legis domini, & cherubim scientiæ multitudo, & interiora pectoris nostri in nouū uocabulum transeant, dicamurq; דבר quod nos oraculum siue responsum possumus appellare: & ut cōtentiosius uerbū exprimamus è uerbo λαλητήριον, id est locutoriū dicere, ut cum Apostolo erumpamus in uocem: An experimentū quæritis eius qui in me loquitur Christus? Potest aūt omnis ædificatio super fundamentum apostolorū prophetarumq; constructa, nō solum nos, sed & cœlestes significare uirtutes, ut uniuersi pariter fiant habitaculū dei in spiritu. Incōgruū quippe esse aiunt ex hominib. ædificationē compactam atq; cōcordem crescere in templū sanctum in dño, fierique habitaculum dei in spiritu: angelos aūt & beatas qualesq; uirtutes, quæ in cœlestib. deo seruiunt, ab hac felicitate alienas existimari. Summus aūt angularis lapis, qui populum utrūq; continet: siue iuxta secundā interpretationem cœlestia iungat atq; terrena: Christus est dñs noster, lapis præcisus de monte sine manibus, de quo & psalmista testatur dicens: Lapidem quē reprobauerūt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A dño factum est istud. Reprobatus quippe est à pharisæis, qui uidebantur legis habere noticiā, deiq; templum legalibus ædificare mandatis: & assumptus à deo in angularē lapidem, ut duos parietes ipse medius contineret: & per illum uterq; populus ad deū haberet accessum. Iste angularis lapis, nō credentibus, lapis offensionis est & petra scandali. Super quem qui ceciderit, quassabitur: super quem uero ipse corruerit, comminuet eum.

Zach. 9.d

Psal. 117.

¶ Commentarij primi in epistolam ad Ephesios finis.

C

2. Cor. 13.a

D

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM LIBRVM Commentariorum ad Ephesios, ad Paulam & Eustochium proœmium.

B SEcundum orationibus uestris ô Paula & Eustochium ad Ephesios aggredimur librum: noua quoq; Romam munusculi transmissuri. Non quod hæc dignetur legere doctorum senatus, & bibliothecis ueterum asscribere: sed quod sancta Marcella ipsum fieri per epistolas flagitet. Cuius ego quotiēscunq; studiorum, ingenij, laboris recordor, totiens me dāno inertiæ: qui in monasterij solitudine constitutus, & illud præsepe cōtra uidens, in quo uagientem paruulum festini adorauere pastores, id facere nō possum quod mulier nobilis inter strepentem familiam & procurationem domus explet operis successiuis. Quapropter & illam & uos, & si qui forte lecturi sunt, in commune precor, ut sciatis me nō cogitatum diu limatumq; proferre sermonem: sed ad reuelanda mysteria scripturarū, uti uerbis pene de triuio, & interdum per singulos dies usq; ad numerum mille uersuum peruenire, ut cœpta in Apostolum explanatio, ipsius Pauli, cuius epistolas conamur exponere, orationibus compleatur.

Exod. 6.b

COMMENTARIORVM HIERONYmi in epistolam ad Ephesios Liber secundus.

Vius rei gratia ego Paulus uinctus Iesu Christi pro, etc.] Quantum ad consequentiam sermonis textūq; eloquij pertinet, ad id quod præmisit: Huius rei gratia ego Paulus uinctus Iesu Christi pro uobis gentibus, diligentissime perquirētes: nihil quod ei reddiderit, potuimus inuenire. Neq; enī dixit, huius rei gratia ego Paulus hoc uel hoc feci, uel illud uel illud docui: sed suspensa manente sententia, transgressus ad alia est. Nisi forte ignoscentes ei, quod & ipse confessus est dicens: Et si imperitus sermone, non tamen scientia: sensuū magis in eo quæramus ordinem q̄ uerborum. Qui sic reddi potest: huius rei gratia ego Paulus uinctus Christi Iesu, & uinctus pro uobis qui estis ex gētibus, cognoui mysteriū, ut uobis quoq; illud traderem: sicut in hac eadem epistola ante paululū sum loquutus. Debetis aūt audire dispēsationem gratiæ dei quæ data est mihi in uobis qui estis ex gētibus, pro quibus & uinctus sum Iesu Christi. Vinctum aūt Iesu Christi Paulum esse pro gentibus, potest & de martyrio intelligi, quod Romæ in uincula coniectus, hanc epistolam miserit eo tempore quo ad Philemonem, & ad Colossenses, & ad Philippēses in alio loco scriptas esse monstrauimus. Vel certe quia in pluribus locis lectum est, uinculum animæ corpus hoc dici, quo quasi clausa teneatur in carcere: Diximus propterea Paulū corporis nexib. coerceri, nec reuerti & esse cum Christo, ut perfecta in gentes per eum prædicatio cōpleatur: licet quidā alium sensum in hoc loco introducant, quod Paulus prædestinatus & sanctificatus ex utero matris suæ, ad prædicationē gētium antequam nasceretur, postea uincula carnis acceperit. Puto autem quod & uitiosa in hoc loco elocutio sit. Pro eo enim quod debuit dicere: huius rei gratia ego Paulus uinctus Iesu Christi pro uobis gentib. cognoui mysterium

CAP. III

Matth. 5.g

A sterius, sicut & præscripsi in modico, prout potestis legẽtes intelligere: ait, huius rei gratia ego Paulus uinctus secundũ reuelationẽ, cognitũ factũ est mihi mysteriũ, & reliqua. Si uero quis potest etiã iuxta sermonis & eloquij contextũ docere Apostolũ fuisse perfectũ, & in artis grãmaticę uitia nõ incurrisse, ille potius auscultãdus est. Nos quotiensc̃unq; solœcismos aut tale quid annotamus, nõ Apostolum pulsamus, ut maliuoli criminãtur, sed magis apostoli assertores sumus: quod Hebræus ex Hebræis, absq; rhetorici nitore sermonis, & uerborũ cõpositione, & eloquij uenustate, nunc̃q ad fidẽ Christi totũ mundũ transducere ualuisset, nisi euãgelizasset eum nõ in sapientia uerbi, sed in uirtute dei.

1.Cor.2.d Nam & ipse ad Corinth. ait: Et ego cũ uenissem ad uos fratres, ueni nõ in eminentia uerbi, aut sapientiæ annũcians uobis testimoniũ dei. Et rursum: Et uerbũ meũ & prædicatio mea, nõ in suasorijs sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis, ut fides uestra nõ sit in sapientia hominũ, sed in uirtute dei. Iste igitur qui solœcismos in uerbis facit: qui nõ potest hyperbaton reddere, sententiamq; concludere, audacter sibi uendicat sapientiã, & dicit: Q̃n secundũ reuelationẽ cognitũ est mihi mysteriũ, sicut præscripsi in modico. Vere em̃ si quis superiora huius epistolæ contempleť, uidebit ei reuelata mysteria, quorũ partẽ quandã modicã suo sermone perstrinxit, nõ tam totũ quod nouerat proferẽs, quàm ostendens ex modico quid taceret. Prout potestis (inquit) legentes intelligere sensum meũ siue sapientiam in

B mysterio Christi. Hoc est illud quod in præfatione dixi mus, nullã epistolarũ Pauli tanta habere mysteria, tam reconditis sensib. inuolutã, quos & Apostolus nosse se gloriatur, & nobis indicatos breuiter ostendit, ut attentius quæ sunt scripta relegamus. a ¶ *Et alijs generationibus, etc.*] Mysteriũ Christi quod ex parte supra Apostolus executus est, quomodo alijs generationib. fuerit ignotũ, plenius retractandũ uidetur, utrũ ne Abrahã, Iacob, & Moyses, Esaias & cæteri prophetæ illud ignorauerint an non: A quibus esse prædictũ aduentũ Christi & uocationẽ gentium, scriptura cõmemorat. Abraham

Iosu.8.g quippe uidit diẽ eius & lætatus est, & dicitur ei: Benedicent̃ in semine tuo omnes gentes. Et Iacob de eo qui oriundus esset ex Iuda prophetice loquit: Et ipse erit ex-

Gen.49.b pectatio gentiũ. Moyses quoq; maiores diuitias Aegy-

Esa.7.c pti thesauris, opprobriũ Christi arbitratus est. Et Esaias: Ecce (inquit) uirgo in utero cõcipiet, & pariet. Et alibi: Erit uirga Iesse, & qui surget ad regnandũ gentibus,

Psal.21.f in ipso gentes sperabũt. Et ne longũ fiat, pauca de psalmis dixisse sufficiat: Et adorabunt in cõspectu eius omnes familiæ gentiũ. Et iterũ: Omnes gentes seruient ei. Et adhuc manifestius de populo Israel, & dẽ dño saluatore: Visita uineã istã, & perfice eam quã plantauit dextera tua, & super filiũ quẽ confirmasti tibi. Cuius etiam corporis dispensatio in consequentib. indicat: Fiat manus tua super uirũ dexteræ tuæ, & super filiũ hominis quẽ cõfirmasti tibi. Aut igitur iuxta Montanũ, patriarchas & prophetas in extasi locutos accipiendũ, & nescisse quæ dixerint. Aut si hoc impiũ est (spiritus quippe prophetarũ, prophetis subiectus est) intellexerunt utiq; quæ locuti sunt. Et si intellexerũt, quærit̃ quomodo nunc Paulus dicat, quod alijs generationib. nõ fuit notũ, fuisse apostolis Christi reuelatũ. Aut igit̃ illud est respõdendũ, quod caute Paulus signanterq; testatus sit filijs hominũ ignotum fuisse mysteriũ non filijs dei, ad quos loquit̃: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Q̃ scilicet hi qui spiritũ adoptionis acceperint, de quibus patriarchæ & prophetæ fuerunt, dei scierint sacramentum. Aut si hoc non recipitur, & nimiũ uiolentũ & coactum uidetur, illuc sermo transibit, ut dicat non definite et generaliter dixisse Paulũ alijs generationib. ignotũ fuisse omnino dñi sacramẽtum: sed sic quomodo nunc reuelatũ est sanctis eius & apostolis, nescisse patriarchas ueteres & ꝓphetas. Aliud est enim in

C modico, ꝓput potestis legẽtes intelligere sensum meũ in mysterio Christi. Et alijs gẽnerationib. nõ fuit notũ filijs hoim, sicut nũc reuelatũ est sanctis eius apostolis & prophetis in spiritu, esse gẽtes cohęredes, & cõcorporales, et cõparticipes ꝓmissiois in Christo per Euãgeliũ: cuius factus sum minister secũdũ donũ gratię dei, q̃ data est mihi iuxta operationẽ uirtutis eius. Mihi infimõ omnium sanctorum data est gratia hæc, in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare quæ sit dispensatio mysterij absconditi à seculis in deo qui uniuersa creauit. Vt innõtesceret nunc principatibus & potestatibus

Rom.8.c tari. Gẽtes igit̃ cohæredes sunt Israelitis: iuxta spiritu uentura cognoscere, aliud ea cernere opere completa. Vnde & Ioannes propterea maior prophetis omnibus dicitur, quia quẽ cæteri prophetarũt, ipse conspexit, & digito demõstrauit dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Iuxta quẽ sensum & illud exponi potest: Multi prophetæ & iusti cupierunt uidere quæ uidetis, & nõ uiderunt: & audire quæ auditis, & nõ audierũt. Hæc utiq; uidere & audire cupiebant quæ futura cognouerant. Quod si nesciebant uẽtura, quomodo desyderare poterant, quæ penitus ignorabant? Legimus in Regnorum libris, dñm Salomoni in somnio pollicentẽ atq; dicentẽ: Pro eo quod petijsti à me uerbũ istud, & nõ petijsti tibi dies multos, nec postulasti diuitias, nec animas inimicorũ tuorũ, sed petijsti ut intelligeres, & audires iudiciũ: Ecce feci uerbũ tuũ, & dedi tibi cor prudens, & sapiens. sicut tu, nõ fuit ante te, & post te nõ surget similis tibi. Et quomodo quidã putãt apostolis Christi reuelatũ esse mysteriũ, quod ignotũ fuerit Salomoni, cũ apostolis omnib. sapientiorẽ fuisse Salo-

D monẽ, & retro patriarchis uox diuina pollicita sit, qui de se quoq; ipse loquit̃ confidenter: Deus docuit me sapientiã, & intellectũ sanctorũ cognoui. Necnõ & Dauid de scientia occulti mysterij gloriat̃ dicens: Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Et ad eum qui sibi de sapientia suppplaudebat, deus loquitur per prophetã: Nunquid tu sapientior es Daniele? Aut ille igitur de quo iam supra disseruimus, tenendus est sensus: ita patriarchas & prophetas, ut nunc apostolis reuelatũ est, Christi ignorasse mysteriũ, quia aliud sit tenere manib, aliud futurũ in spiritu præuidere. Aut dicendum, quomodo nõ sunt similes facies facibus, sic nec corda esse cordibus: & iuxta Apostolũ diuersa esse charismata: alium habere prophetiã, alium genera linguarũ, alium dona curationum, alium opitulationes & gubernationes, illũ esse sapientẽ, hunc fidelẽ, istum pollere scientia secretorũ, illum simplici tantũ fide esse contentũ. Neq; enim omnes in exemplũ Salomonis de naturis bestiarum & uolucrũ, & herbarũ similiter sunt loquuti, ut disputarent à cedro Libani usq; ad hyssopũ, quę exijt per parietẽ. Econtrario Salomon nõ ita forsitan uiderit ut Moyses omnes species uictimarũ & culturæ dei: Nec ei facie ad faciẽ sit locutus dñs: nec uasorũ tantũ uel habuerit uel intellexerit supellectilẽ, quorũ typũ illi in monte dñs ostendit. Et quomodo patriarchæ & prophetæ habuerunt aliqua quæ apostolos non habuisse credendũ est: sic econtrario pro opportunitate temporis, & pro euangelij prædicatione, habuerunt apostoli magis notum mysterium Christi. Quod scierunt quidem & sancti antiquitus uiri: sed non ita ut apostoli, quibus prædicandi necessitas incumbebat. Quod est autẽ hoc mysterium quod sicut nunc alijs generationib. non fuit reuelatum? Vtiq; illud quod sequitur, esse gentes cohæredes & cõcorporales, & comparticipes promissionis in Christo Iesu per euangelium, cuius factus est Paulus minister

A minister secundũ donũ gratię dei, quæ data est ei iuxta operationẽ uirtutis eius. Scio appositionẽ cõiunctionis eius, per quã dicit̃, cohæredes, & concorporales & cõparticipes, indecorã facere in Latino sermone sentẽtiã. Sed quia ita habet in Græco, & singuli sermones, syllabę, apices, pũcta in diuinis scripturis plena sunt sensibus: propterea magis uolumus in cõpositione structuraq; uerborũ, q̃ intelligẽtia periclitari. Gẽtes igit̃ cohæredes sunt Israelitis: iuxta quę melius arbitramur, Christo cohæredes sunt, ut hæreditas nostra deus sit, & cohæredes Christi. Quod & in alio loco scriptũ est: Hęredes dei, cohęredes aũt Christi. Non ꝙ aliqua inter nos possessio diuidat̃: sed ꝙ ipse

Deut.18.c dñs sit hæreditas nostra atq; possessio. Dñs quippe ait,

Psal.15.b hæreditas uestra est. Et alibi: Dñs pars mea, & hęreditas mea. Concorporales aũt illud significat: ut quẽadmodũ in uno corpore plura sunt mẽbra: uerbi gratia, oculi, manus, aures, pedes, uẽter & genua: & cũ in uno sint corpore, habeãt differẽtias suas, & pro se inuicẽ lætenť & doleãt: sic licet diuersas habeant gratias, hi q̃ in Christo credidere, in uno tamẽ sint ecclesiæ corpore conglobati. Et in superiorib. quidẽ duobus uerbis, id est in eo q̃ ait, cohæredes & cõcorporales: poterat in uno corpore diuersum aliquid suspicari. Ex eo aũt quod addidit, & cõparticipes promissionis in Christo Iesu, oĩis penitus diuersitas ãputata est. Vbi em̃ una cõparticipatio est, uniuersa cõmunia sunt. Pulchrẽ etiã addidit, per euãgeliũ: cuius factus sum minister secundũ donũ gratiæ quæ data est mihi, iuxta operationẽ uirtutis eius, ut

B dei gratiã nõ suũ meritũ demonstraret. Sciebat se nãq; persecutorẽ fuisse, & Christi ecclesiã deuastasse, ex qua humilitate, arrogãtiæ penitus crimẽ excludit̃. Sup qua nõnulli eũ reprehendendũ putãt, quia sibi dixerit mysterium reuelatũ, quod patriarchis & prophetis fuerit ignotũ. Nunq̃ enim humilitatis discipulus, uerbis arrogãtiæ intumesceret: euangeliũ cuius minister est, nõ sui meriti dicẽs fuisse, sed gratiæ dei. Qui uolũt prophetas nõ intellexisse quod dixerint, & quasi in ecstasi locutos, cũ præsenti testimonio illud quoq; quod ad Romanos in plerisq; codicibus inuenit̃, ad confirmationẽ sui dogmatis trahũt, legẽtes: Ei aũt qui potest uos roborare iuxta euangeliũ meum, & prædicationẽ Iesu Christi secundũ reuelationẽ mysterij tẽporibus æternis taciti: manifestati aũt nunc per scripturas propheticas, & aduentũ dñi nostri Iesu Christi, & reliqua. Quib. breuiter respondendũ est, temporib. præteritis tacitũ Christi fuisse mysteriũ, nõ apud illos qui illũ futurũ pollicebanť, sed apud uniuersas gẽtes, quib. postea manifestatũ est. Et pariter annotandũ, ꝙ sacramentũ fidei nostræ, nisi per scripturas propheticas & aduentũ Christi nõ ualet reuelari. Sciãt igitur qui prophetas nõ intelligunt, nec scire desiderãt: asserentes se tantum euangelio esse contentos, Christi nescire mysteriũ, quod temporib. æternis gentib. cunctis fuerit ignoratũ. a ¶ *Mihi infimo.*] Non puto apostolũ Paulũ cum mẽtis suæ cõcordasse secreto, ut uerè omnib. sanctis infimũ esse se dixerit: uerbi causa, his qui erant in Epheso, qui in Corintho, q̃ in Thessalonica, uel qui in toto orbe crediderant. Quod cum humilitatis indiciũ sit, se omnib. sanctis infimũ dicere, mẽdacij est reatus: aliud in pectore clausũ habere, aliud in lingua ꝓmere. Reperiendũ ergo est argumentum, quo & Paulus uerè omnib. sanctis infimus fuerit,

Matt.20.d & tamẽ de apostolica nõ ceciderit dignitate. Loquitur dñs in euangelio ad discipulos: Qui uult in uobis maior esse, fiat omniũ minor: & q̃ uult esse primus, sit omniũ nouissimus. Quod Paulus opere cõplebat, dicens: Puto em̃ quia deus nos apostolos nouissimos ostẽdit, quasi morti destinatos. Omnib. igit̃ q̃ se propter Christum infimos esse cupiebãt, apostolus Paulus infimior erat, & ideirco maior Omnib. em̃, inquit, illis plus laboraui: nõ aũt ego, sed gratia dei quæ mecũ est. Propter quã humilitatẽ dũ omniũ sanctorũ est infimus, data est ei gratia hæc in gẽtib. ut euãgelizaret ininuestigabiles diuitias Christi, & doceret dispensationẽ mysterij absconditi à seculis in deo, q̃ uniuersa creauit. Si ininuestigabiles diuitiæ Christi sũt, quomodo euangelizanť in populo? Si absconditũ est à seculis mysteriũ in deo, qua ratione per Paulũ profertur in gẽ.es? Sed ininuestigabiles & absc̃ũditũ duplicit̃ sentiendũ. Quod ininuestigabiles ante diuitiæ fuerint, & nũc post dñi apert̃ sunt passionẽ. Aut certe quę natura sua homini ininuestigabiles erant, hæ deo reuelante sunt cognitæ. Quia aliud est ad secretũ curiositate propria peruenire: quod postq̃ inuentum fuerit, desinit esse ininuestigabile. Aliud propria diligẽtia illud ne quaq̃ posse comprehendere, sed per gratiã cognoscere dei, quod cũ scieris, & cæteris quoq; ostenderis, nihilo minus ininuestigabile perseuerat, dum tibi quantũ in te est, fuit ante q̃ ostenderetur occultũ. Diuitias Christi ininuestigabiles, ad ipsum quoq; Christũ loquẽs psalmista testatur dicens: Quàm infinita multitudo bonita tis tuæ, quã absconditi timẽtibus te. Hæ bonitatis eius diuitiæ ab omnibus retro seculis absconditæ fuerũt in deo, qui creator est omniũ. Vbi sunt Marcion & Valen

D tinus, & omnes hæretici, qui alterũ mundi, id est, uisibilium, & alterum asserunt inuisibiliũ conditorem? hunc iustum esse dicẽtes, illum nescio quem semper ignotũ, tantũ bonũ qui pater Christi sit. Ecce deus in quo mysterium Christi ab omnibus retro seculis absc̃ũditum fuit, creator esse omniũ prædicatur. Ex quo ostenditur idem esse deus noui & ueteris testamenti. Potest aũt mysteriũ à seculis absconditũ & aliter intelligi, quod ipsa illud secula ignorauerint, hoc est, oĩes spirituales & rationabiles creaturæ quæ in seculis fuerũt. Seculũ quippe frequenter pro his qui in seculo uersanť accipit̃. Sicut Paulus ad Galatas loquitur dicens: Vt eriperet nos Gal.1.a de præsenti seculo nequã. Et in alio loco: Vt ostenderet in uenturis seculis: pro eo quod est, his omnib. quæ in superuenientib. seculis futura erant. b ¶ *Vt innotesceret.*] Iuxta donum gratiæ dei, quę data est Apostolo, ut euãgelizaret ininuestigabiles diuitias Christi, & doceret in gentib. mysteriũ quod à seculis fuerat ignoratũ: idcirco idipsum sacramentũ ei est reuelatũ, ut non solũ gentibus, sed & principatibus & potestatibus per ecclesiam manifesta fieret multiplex sapiẽtia dei, quæ iuxta propositũ ueterũ seculorũ olim destinata, nũc consummata uidet̃ in Christo. Si aũt principatib. & potestatib. in cœlis, quas sanctas ministrasq; dei accipere debemus: licet quidã principẽ aeris istius & angelos eius interpretent̃ ignota fuit multiplex sapientia dei, quæ nũc in eis per ecclesiã reuelata est: quãto magis patriarchis & prophetis ignota fuit, quos suprà nõ ignorasse mysteriũ Christi, sed ita ut apostolos nescisse monstrauimus? Multiplex quippe sapiẽtia dei, quæ sermone Græco, ut ita dicã multifaria πολυποικίλως appellat̃, per ecclesiã dei, nunc & principatib. & potestatibus reuelata est. Quam olim deus futurã in sua mente decreuerat: & nunc esse perfectã, ex eo quod uidemus, agnoscimus.

A Crux itaq; Christi nō solū nobis, sed & angelis cūctisq; in cœlo uirtutib. profuit, & aperuit sacramentū qđ antè nesciebāt. Denicq; ad cœlū cū corpore deū reuertentē mirant, & dicūt: Quis est iste qui ascēdit de Edō, fulgida uestimēta eius ex Bosor, sic formosus in stola candida? Et in alio loco:

Esa. 63.a

Psal. 23.a Quis est iste rex gloriæ? dñs uirtutū ipse est rex gloriæ. Nō putemus igit in ecclesia esse simplicē fidē, sed multiplicē & multifariā esse sapiētiā, ut nō solū uaria sit, sed multa uarietate distincta. Respicis cunas Christi, uide pariter cœlū. Vagientē in præsepe intueris infantē, sed angelos simul ausculta laudātes. Herodes persequit, sed adorāt magi. Ignorāt pharisæi, sed stella demōstrat. Baptizatur à seruo, sed uox desuper dei intonātis audit. Aquis mergit, sed colūba descēdit, imò spiritus in colūba. Ad passionē uenit, & pati timet: uult trāsire calicē, & Petrū quia calicē timebat, accusat. Quid hac stultitia prudentius, uarietate distinctius, sapientia obscurius, quā fecit deus in Christo Iesu dño nostro? Licet em̄ à pleriscq; secundū ordinē iuncturāq; sermonis, & ecclesia facta intelligi possit: & προθεσις, id est propositio, quā nos genere neutrali in Latino sermone propositū habemus expressam: tamē sapiētia magis in Christo facta potest

Matt. 2.c

1. Cor. 1.d resonare cēt̄ cętera. Fatuū quippe dei, sapiētius est hominibus. Quod si in Christo secundū mysticos intellectus dicit facta sapiētia, intelligāt Ariani frustra se de illo testimonio gloriari, in quo sapientia in initio uiarū dei creatā se & genitā loquit & fundatā. Et utiq; iuxta illos si creata est, nata esse nō potuit. Si aūt nata est, quomodo & fundata dicit & creata?

B

testatibus in cœlestibus per ecclesiam, multiplex sapiētia dei secūdum propositū seculorū, quam fecit in Christo Iesu domino nostro. In quo habēmus fiduciā & accessum in confidentia per fidem eius. Prōpter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra: pro eo quod est, quę tribulationes

a ¶ *In quo.*] Nihil nobis ita potest ad deū præbere fiduciā & cōscientiæ puritatē, de qua dicit: Si conscientia nos nō reprehēderit, cōfidentiā habemus ad deū, nisi sermo, ueritas, sapiētia, iustitia, quæ omnia intelligunt in Christo. Quomodo igit hæc nobis tribuūt fiduciā ad deū: sic & accessum, ut noster ad eū sensus accedat, & diligētius contempleť: & aliquid sibi de eius maiestate assumat & uēdicet, & quasi de radijs solis calorē quendā splendorēq; luminis mu-

Psal. 4.b tuetur, & dicat: Signatum est super nos lumē uultus tui dñe. Magnū est ergo nō solū nos habere fiduciā, sed etiā habere eam in confidētia. Nec tantū habere accessum, sed ut ipse firmior sit accessus, habere illū in confidētia, cuius fiduciæ atq; accessus, principiū & origo, fides in Christo est. Qui igit omnia ratione & ordine facit, iste credit in Christū sermonē atq; rationē. Qui sapientiam potuerit cōprehendere, credit in Christū sapientiā: qui intellexerit ueritatē, credit in Christū ueritatē: qui iustè uixerit, credit in eū iustitiā. Nec opus est plura dicere, cum frequēter mihi necessitas incubuerit de Christo si militer disserendi. b ¶ *Propter quod.*] Id quod nūc Latinus translator expressit, ne deficiatis, potest iuxta Græci sermonis ambiguitatē & ita legi, ne deficiā. Vt sit sensus: Propter quod peto ne deficiam in tribulationibus meis pro uobis, &c. Hoc est ergo quod Apostolus ro-

Rom. 15.d gat, & à dño magnopere deprecat, ne deficiat in pressuris suis. Videbat quippe se de Hierusalē usq; ad Illyricū euangeliū prædicasse, isse Romā, ad Hispanias uel perrexisse, uel ire disponere. Totus mundus ad doctrinā ipsius de potestate principis tollebatur, deserebant idola, & cultoribus templa deserta squalore & sordibus replebantur. Ob quam causam omnis exercitus dæmonum, omnis turba inimicarū fortitudinum, contra ipsum facto cuneo dimicabat, ut per tribulationes & angustias euangeliū Christi dēsineret prædicare, & lassus aliquando requiesceret. Hoc est itaq; quod ait: Peto ne deficiā in tribulationibus meis pro uobis. Totū enim quod patior, quod tribulor, quod coartor, uestræ salutis est causa, dum uobis euangeliū annūciare desidero, quæ tribulationes meæ, uestra est gloria. Porrò quasi imperitus locutus est ut plurali tribulationum numero, gloriā subiungeret singulārē, & diceret: In tribulationib. meis pro uobis, quæ est gloria uestra: pro eo quod est, quę tribulationes sunt gloria uestra: nisi fortè quis altius & per hyperbaton, uel ad fiduciā, uel ad accessum, uel ad fidē hoc existimet esse referendū, & dicat: in quo habemus fiduciā, & accessum, & fidē: quæ fiducia, accessus & fides, uestra est gloria. Sed magis superior sectandus est sensus. Potest autem secundū id quod Latinus expresit, Propter quod peto ne deficiatis in tribulationib. meis pro uobis, quæ est gloria uestra: illud exponi quod pro Ephesiis petat, ne in pressuris Apostoli lassescant atq; deficiant. Siquidem & ea quæ sequuntur, huic sensui magis congruunt: Propterea curuo genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ut det uobis secūdum diuitias glorię suę uirtute confortari. Necessariā quippe habebant fortitudinē, ne in tribulationibus uincerentur. Dicat aliquis: si fuissent Ephesij in angustijs cōstituti, recte Paulus pro eis potuerat deprecari, ne deficerēt atq; lassescerēt: nunc uero ridiculum est Paulo in tribulationibus posito, rogare eū ne Ephesij in suo labore deficiāt. Sed & ad hanc quæstiunculā dissoluendam illud fumetur exemplum: Tentationē uestram in carne mea non spreuistis neq; abiecistis. Ostenditur siquidē in hoc dicto, q̄ in carne Pauli alijs sit nata tētatio. Cōsideremus totius mundi homines, & quid in commune de omnibus loquor, eos qui in Christum putant credere discutiamus, & uidebimus hac eos uel maxime quęstione tētari, quare sanctis uiris & deo seruiētib. multa aduersa eueniant: & contra scelerati, impij, parricidæ floreāt, uigeant, sint diuites & potētes. Quorum uerbā sub sua

Psal. 72.d persona Dauid exprimēs ait: Quàm bonus deus Israel rectis corde. Mei uero penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quoniā æmulatus sum super iniqs, pacem peccatorū uidens, & reliqua. Super quæ inserit Ego autē dixi, ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocētes manus meas, & factus sum flagellatus tota die. Non itaq; mirum est si pluribus Paulo angustijs in Epheso & in Asia coartato Ephesij tentabant, & habebant necessariū orationū eius auxilium, ne deficerent in pressuris eius. Quod aūt in Epheso & in Asia fuerit Apostolus plura perpessus, scriptum est quidem & in Actibus apostolorū, sed magis de ipsius Pauli epi-

1. Cor. 15.d stolis discimus, in quibus ait: Si iuxta hominem ad bestias pugnaui in Epheso, quid mihi pdest, si mortui nō resurgūt? Et in secunda ad Corinthios: Nolo uos ignorare fratres de tribulatiōe nostra quæ facta est in Asia,

2. Cor. 1.b quia super modum, super uirtutē aggrauati sumus, ita ut desperaremus etiā uiuere, sed ipsi in nobismetipsis respōsum mortis habuimus, ut nō confidētes essemus in nobis, sed in deo q̄ suscitat mortuos, qui de talibus mortibus liberauit nos, & liberat: speramus autē quia & liberaturus sit. Quantum putas eum tribulationum pondus urgebat ut diceret, qui de tātis & talibus mortibus liberauit nos? Rectè igitur petit, ne deficiat fides Ephesiorum in pressuris suis atq; angustijs, quas propterea patitur, quia Ephesijs euangelium prædicabat. quæ quidē pressurę apud incredulos pœnę sunt, apud fideles

A fideles gloria atq; uictoria, qa uicisse est, aduersarijs in angustijs nō cessisse. a ¶ *Propterea.*] Qūo in superioribus demonstratū, ad effigiē corporaliū luminū esse oculos spūales: sic nūc intelligendū, alia esse exterioris hominis genua, alia interioris. Etem̄ illud qđ dicit in Esaia

Esa. 35.a Cōfortamini manus dimissæ, & genua dissoluta. Et in alio loco

Philip. 2.d ipse Apostolus: Vt in nomine (inquit) Iesu omne genu flectat, cę lestiū, terrestriū, & infernorū. Non ad genua corporis, sed ad subiectionē mētis & inclinationē animę cordisq; obsequiū ptinet, terræ se coæquātis, ut psalmista quoq;

Psal. 118.b canit dicēs: Adhæsit pauimēto anima mea. Res em̄ spūalis & incorporea anima, rei corporali pauimento quō potuit adhærere? Esto quippe in nomine Iesu flectāt genu terrestria. Nunqd & angelos cęteras q; uirtutes quę in cœlestib. perseuerāt, possumus affirmare speciē habere corporeā, ut in nomine eius flectant genu? uel apud inferos animas uinculis corporis liberatas, genu qđ nō habēt esse flexuras? Quomodo igit quicunq; subiectus est saluatori, flectere ei genu dicit: sic q peccati seruus est, & habet spiritū seruitutis iterū in timore, genu

1. Reg. 19.d scribit flexisse peccato. Dereliqui ait mihi dñs septē milia uirorū, q nō curuauerūt genua ante Baal, idolo scilicet atq; peccato. Qui fornicator est, & p lupanaria scortaq; discurrit, libidini flectit genu suū. Qui furiosus, flexo adorat irā genu. Qui māmonā suspicit, & deus eius est uēter, flectit genua auaritiæ atq; luxuriæ. Et quid me necesse est singula peragrare? Toties diabolo flectimus genu, quotiescunq; peccamus. Hęc aūt spūaliter exponētes, nō statim iuxta literā orandi consuetudinē tollimus, qua deū genu posito suppliciter adoramus, & fi-

B xo in terrā poplite, magis quod ab eo poscimus impe-

Act. 27.f tramus. Legimus em̄ & Paulū in littore sic orasse, & geniculationes in oratione præceptas. Sed sicut illud ędificat simplices, sic uerā geniculationē esse docemus in animo: quia multi corporale flectētes genu, animæ neq; aq; poplitē curuauerūt. Et cōtrà, alij erecto deū corpore deprecantes, magis se animo curuauerunt. Porrò qđ sequit, ad patrē, ex quo oīs paternitas in cœlis, & in terra nominat, non ut in Latinis codicib. additū est, ad patrē dñi nostri Iesu Christi, sed simpliciter ad patrē legendū, ut dei patris nomē, nō dño nostro Iesu Christo, sed omnib. creaturis rationabilib. coaptet. Quęrendū ergo, quō ex deo patre omnis paternitas in cœlis & in terra sit nominata. Et simul antecq; aliquid retractet: notandū, q̄ nō dixerit, ex quo oīs paternitas in cœlis & in terra nata est uel creata, sed ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominat. Aliud est enim appellationē paternitatis mereri, aliud naturę habere cōsortium. Paternitatē quæ in Græco πατρια, in Hebræo משפחה id est, cognatio uel familia dicit, legimus & in

Num. 1.a Numeris: Tollite, inquit, summā oīs synagogę Israel, iuxta cognationes & populos, secundū domos paternitatū, iuxta numerū nominū eorū. Et post paululū: Hi sunt electi synagogæ principes tribuū, iuxta paternitates suas duces Israel. Et rursum de tribu Leui: Et locutus est dñs ad Mosen in deserto Sina, dicēs: Numera filios Leui secundū domos paternitatū suarū, secūdum populos eorū, secundū cognationes eorū, oīne masculinū à mēse uno & supra cōsiderate eos. Hæc de populo Israel, & de sacerdotali ac Leuitica tribu. Cæterū mecū ipse pertractās, ubi de gētibus paternitatū uocabulū legerim, nūc interim aliud nō inuenio, nisi xxi. psalmi testimoniū, in quo scriptū est: Et adorabūt in conspectu eius oēs patriæ gentiū. Et in xcv. & xxviij. Afferte dño patriæ gentiū, afferte dño gloriā & honorē, afferte dño

filios arietū. Quomodo ergo deus essentiæ suæ nomen C atq; substātiæ, etiā cæteris imperuit elemētis, ut ipsa quoque esse dicant, nō quo secundū naturā sint: fuit em̄ tempus quādo uniuersa nō fuerūt: & rursum si uoluerit, in nihilū reuertent, sed ut esse dicant, habent dei bonitate donatū: sic & paterni tatis nomē ex semetipso largitus est omnibus. Quod ut manifestius fiat, scripturarū testimoniū proferamus. Loquit in Exodo dñs: Ego sum qui sum. Et: Exo. 3.d Hæc dices filijs Israel: Qui est, misit me ad uos. Nunqd solus deus erat, & cætera nō erāt? Vtiq; angeli, cœlū, terra, uel maria, & ipse Moses cui dñs loquebat, & Israel & Aegyptij, ad quos, & contra quos princeps & aduersarius mittebat, erant. Et quomodo nomē cōmune substantiæ, sibi propriū uēdicat deus? Illa ut diximus causa, quia cætera ut sint, dei sumpsere beneficio. Deus uero qui semper est, nec habet aliunde principiū, & ipse sui origo est sui? & causa subsistantiæ, non potest intelligi aliunde habere quod subsistit. Nā & in igni aliud est calidū, aliud calefactū. Ignis absq; calore intelligi non potest. Cætera quæ ex igni calefiunt, calorē illius mutuantur: & paulatim si ignis absesserit calore tenuato, redeunt in naturā suam, & nequaq; calida nuncupant. Iuxta hunc sensum & in euangelio dicitur ad eū qui saluatorē non quasi dei filium, sed quasi magistrū bonū putabat: Quid me appellas bonū, nemo est bonus, nisi u- Luc. 18.d nus deus. Et certè terrā bonā legimus, & hominē & pastorē bonū, sed nemo iuxta naturā bonus, nisi solus deus. Cætera ut dicant bona, bonitate illius consequunt. Sicut ergo solus bonus bonos facit, & solus immortalis immortalitatē tribuit: & solus uerus ueritatis nomē impertit: ita & solus pater, quia & creator est omniū, & D uniuersorū causa subsistantiæ, præstat cæteris ut patres esse dicant. De terrenis cœlestia contēplemur: Adā quē primum plasmauit deus, & creator ipsius & pater fuit: certe deo patri scit se debere quod subsistit. Rursum hi qui geniti sunt ex Adā, patrē illū intelligūt, ex quo orti sunt. Vnde & in euangelio secundū Lucā, cū paulatim à Christo, Dauid & Abrahā retrorsum esset generatio supputata, ad extremū scriptura ait: Filij Seth, filij Adā, filij dei, ut paternitatis in terra uocabulū, à deo primū ortū esse monstraret. Quærit uero quā ob causam & in cœlis ab eo omnis paternitas appellet. Quomodo nos qui nō sumus de genere Abrahā, si fidē illius habuerimus, filij uocamur Abrahā, patriarchas quoq; & prophetas: si tamē nos ab eis peccata non separēt, nostros patres dicimus: ita puto & angelos cæteras q; uirtutes habere principes sui generis in cęlestibus, quos patres gaudeant appellare. Archangelus enim nisi angelorū dici nō potest, & dñatio, & principatus, & potestas, nisi inferiores subiectos habeant, nō uocant. Potest ergo & hoc dici, ex eo q̄ deus pater dñi nostri Iesu Christi iuxta substantiā pater est, & unigenitus nō est adoptione filius, sed natura: cęteræ quoq; creaturę paternitatis nomē adoptione meruerūt. Quicquid aūt de patre & filio dicimus, hoc sciamus dictū esse de spiritu sancto. Nā & saluator noster patrē se esse nouit, dicēs: Fili, dimittunt Mar. 2.c tibi peccata. Et: Filia, fides tua te saluam fecit. Et: Filioli Matt. 9.c mei, adhuc modicū uobiscū sum, & per spiritū sanctū, Ioan. 13.d iusti quiq; adoptant in filios. Valentinus seculorū suorum parabolas atq; coniugia, ex hoc uel maxime loco confirmandas putat: nequaq; intelligēs ut suprà dixi-

mus, ad similitudinē dei patris, & in cęlo, & in terra, paternitates nō fieri, sed appellari. b ¶ *Vt det.*] Propterea, inquit, curuo genua mea ad patrē, ad cuius similitudinē omnis in cœlo & in terra paternitas nominat, de-

A precãs eũ atq; obsecrãs, ut tribuat uobis uirtutẽ gloriæ suæ, id est malestatis suæ habere consortiũ. Vosq; roboret atq; confirmet per spiritũ sanctũ, quia nulla fortitudo absq; spiritu sancto est. Roboret aũt atq; cõfirmet interiorẽ hominẽ. Non enim corporis uires, sed animæ quærimus: nec exteriorẽ, sed interiorem hominẽ cupimus roborari, ut postq; habitauerit Christus in interiore homine, in ipsius interioris hominis habitet principali, id est in cordib. nostris: nequaq; p cũcta eius membra discurrẽs, sed in rationabili eius habitãs, & in eo domiciliũ, sedẽq; suã ponẽs. Hoc aũt totũ per fidẽ fiet, si credamus in eũ. Quãobrẽ ait: Habitare Christũ per fidẽ in cordibus uestris. Habitatio aũt ista quæ per exordiũ fidei fabricat, radices & fundamentũ in charitate habet, ut qm̃ dei agricultura
1.Cor.3.b sumus, dei ædificatio, omnia in charitate succrescãt atq; ædificent. Cum aũt radicati & fundati in charitate, in interiore homine habitare Christũ tota mẽtis fiducia nouerimus: tũc incipiemus cum cæteris sanctis etiã ad illa nos tẽdere, ut sagaci animo cõprehendamus, quę sit latitudo, & longitudo, profundũ, & altitudo, & non solũ hoc, sed etiã supereminentẽ scientiæ charitatẽ Christi scire cupiemus, ut postq̃ hæc omnia fuerint in nobis ordine & ratione cõpleta, tũc impleamur in omnib. pleni
B tudine dei. Latitudinẽ & longitudinẽ, profundũ & altitudinẽ, de corporalibus ante discamus, ut per ea ad spiritualia transire ualeamus. Verbi gratia: sit latitudo cęli istius & terræ: id est, totius mundi, ab ortẽte usq; ad occidentẽ: Longitudo, à meridie ad septentrionẽ: profundum, in abyssis & inferno: altitudo, quę supra cœlestia
Eccls.1.a sublimat. Sed qm̃ à plerisq; iuxta Ecclesiasten cœlũ affirmat rotundũ, & in sphæræ modũ uolui: nulla aũt rotunditas, latitudinẽ & longitudinẽ habet, altitudinem quoq; & profundũ, sed ex uniuersis partib. cœqualis est: necessitate cõpellimur altitudinẽ, angelos intelligere superasq; uirtutes. Profundũ uero inferos & quę in ſra eos sunt. Longitudinẽ aũt & latitudinẽ, media quæ inter ſuperos inferosq; consistũt. Et quia cõsequẽs est: aut superis aliquẽ, aut inferis esse uicinũ: quæcunq; incipiũt ad meliora proficere, & ad cœlestia & ad alta consurgere, longitudo appellent. Quæ uero inferiori parti proxima sunt, & ad uitia delabunt, his latitudinis nomẽ impositũ sit. Lata quippe & spaciosa uia quæ ducit ad mortẽ. Hæc uniuersa & in cruce dñi nostri Iesu Chri
Psal.67.d sti intelligi queũt. Ascendẽs quippe in altũ, captiuã duxit captiuitatẽ, & descẽdit in inferiora terræ. Et post altitudinẽ & profundũ, in omnẽ terrã exijt prædicatio crucis. Atq; ita & altitudinẽ & profundũ, & longitudinẽ & latitudinẽ tenet. Nec mirũ si crux Christi uniuersa possideat: cũ etiã si quis crucifixus fuerit cũ Christo, candẽ habeat potestatẽ. Sciet quippe primũ latitudinẽ ab inferioribus incipiens, & minora cognoscẽs. Deinde longitudinẽ, eos qui in terra positi ad sublimia & alta festinant. Post hæc profundũ, aduersarias cõtrariasq; uirtutes, quæ contra nos in hoc mundo bellum gerũt. Et ad extremũ altitudinẽ, quia postquã notitiã earũ habẽtes, fecerimus nobis eas esse sub pedibus: tũc merebimur ad alta & excelsa conscendere. Nec putandũ in hoc finẽ laboris nostri esse, ut radicati & fundati in charitate, posſimus cõprehendere cũ omnib. sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & profundũ, & altitudo: nisi etiam omni studio nosse cupiamus, eminentẽ scientiæ charitatẽ Christi: ut nõ simplex charitas, sed supereminẽs nota sit nobis: nec iste sit terminus habere notitiã supemi-
nẽtis charitatis Christi, nisi addamus & aliud, ut supereminẽtem charitatẽ scientiæ cõsequamur. Ex quo animaduertendũ, qa grandẽ & immẽsam Christus scientiæ habeat charitatẽ: id est, corũ qui se scire desiderãt, qui in lege eius meditant die ac nocte: qui uerba uerũt in opera: & quod ore meditant, cõsummãt manu. Qui autẽ talis est, ut dignus sit per scientiã suã habere Christi supereminentẽ charitatẽ, ille nihil debet aliud præter scientiã cogitare. Atq; ita implebit in omni plenitudine dei, nõ solũ in præsenti seculo, sed etiã in futuro, ut q nũc plenus esse cœpit in studio per lectionẽ, postea perfectius impleat, deo qui est plenitudo omniũ se cõplente.

uirtute cõfortari per spiritũ eius in interiorẽ hominẽ, habitare Christũ per fidẽ in cordib. uestris, in charitate radicati & fundati, ut posſitis cõprehendere cũ omnibus sanctis quæ sit latitudo, & longitudo, & profundũ, & altitudo. Scire etiã supereminentẽ scientiæ charitatẽ Christi, ut impleamini in omni plenitudine dei. Ei aũt qui potest super omnia facere abũdãtius q̃ petimus aut intelligimus, secundũ uirtutẽ quæ operat in nobis: ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu, in omnib. generationibus
O seculi seculorum. Amen. Cap. IIII

OBsecro itaque uos ego uinctus in domino, ut dignè ambuletis uocatiõe qua uocati estis. Cũm omni humilitate & mansuetudine, cum patiẽtia. Sũfferẽtes inuicẽ in charitate. Sõlliciti seruare ueritatẽ spiritus, in uinculo pacis. Vnũ corpus & unus spiritus, sicut & uocati estis in una spe uocationis uestræ. Vnũs dñs, una fides, unũ baptisma

a ¶ Ei aũt.] Ad id qd̃ suprà dixerat: Propterea curuo genua mea ad patrem, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominat, ut det uobis secundũ diuitias suas confortari, & reliqua: nũc infert: Ei aũt q potest sup omnia facere abũdantius q̃ petimus, aut intelligimus: hoc ostendẽs, se quidẽ iuxta imbecillitatẽ hominis postulasse, quę eis cõducibilia uidebant: cęterũ quantũ ad rei ipsius pertinet ueritatẽ, D
plus deũ ualere tribuere q̃ rogat, & spes nostras uinci effectibus, quia secundũ id quod oportet orare nescimus: & sæpe contra nos petimus, æstimãtes esse pro nobis. Quãto eñ melius erat fornicatori ægrotare, & debilitate torqueri, q̃ Christi templũ facere membra meretricis. Potens est ergo deus nõ solũ super id quod petimus, sed etiã super id quod intelligimus tribuere. Euenit interdũ ut sensum nostrũ nõ exprimamus in uocẽ, & mentẽ uerba non explicent: tacitoq; cogitatu gemitibus inenarrabilibus, ut ipse Apostolus ait, nescio quid quod dicere nõ possumus, deprecemur. Præstabit igit super quam petimus, aut intelligimus, secundũ eã uirtutem quæ operat in nobis: ut quomodo nũc nõ iuxta meritũ nostrum, sed supra uota dat nobis aliqua, quæ nec petere ausi fuimus, nec si petissemus, æstimauimus nos mereri: ita & cætera tribuat, quæ nec mens potest cogitare, nec lingua ,pferre. Ipsi itaq; deo sit gloria, primum in ecclesia quæ est pura, nõ habens maculã neq; rugam, & quæ propterea gloriam dei recipere potest, quia corpus est Christi. Deinde in Christo Iesu, quia in corpore assumpti hominis, cuius sunt uniuersa membra credentiũ, omnis diuinitas inhabitet corporaliter. Quæ quidem gloria nõ in præsens tantum tempus extenditur, & futuris seculis terminatur, sed in omnes generationes & seculũ seculorũ ineffabili æternitate permanet, crescit, augetur. Cap. IIII

OBsecro itaq; uos.] Potest & in Christi uinculis, & in carcere pro martyrio constitutus hæc scribere: melius aũt est, si uinctum domini, in Christi charitate dicamus. Cuius rei & Clemẽs ad Corinthios testis est scribens: Vinculũ charitatis dei quis poterit enarrare: Et
1.Reg.18.d in primo Regnorũ libro legimus: Factũ est post uerba
Psal.10.d hæc, colligata est anima Ionathæ cum anima Dauid. Et ,ppheta de apostolis: Post te, inquit, sequent uincti ferro

A ro manibus. Qui enim Christũ diligũt, sequunt eũ charitatis uinculis colligati. Est & alia expositio, quæ recipiẽda sit, necne, erit in potestate lectoris: Vinculũ animę, corpus hoc dici: ut quia Paulus ob ministeriũ euãgelij corpus acceperit, cõsequẽter Christi uinctus sit appellatus. Corpus hoc uinculũ dici, & eos q in corpore uincti sũt, uinctos terræ appellari: Hieremias quoq; in secũdo alphabeto testat, dicẽs: Vt humiliaret sub pedib. suis oẽs uinctos terræ. Et
Esa.49.c alibi hoc ipsum legimus ex Christi persona, dicẽtis his qui erãt in uinculis, exite: & qui in tenebris, reuelamini. Potest quidẽ uinculũ hic peccati, & tenebras ignorãtiæ, aduẽtu & prædicatione Christi propheta ostẽdere dissolutas. Sed & superior sensus habet locũ, q̃ uinculũ corpus sit: & tenebræ terrena hæc habitatio: ubi sunt rectores tenebrarũ, & mõtes tenebrosi, ad quos pedes ,p hibemur offendere. Quod aũt ait: Vt dignè ambuletis uocatione qua uocati estis. Dignè uocatione ambulare credẽdus est, qui ingredit per eũ q dicit: Ego sum uia, et nõ declinat neq; ad dextrã, neq; ad sinistrã: & auertit pe
Esa.30.c dẽ suũ ab omni uia mala, cõpleturq; in eo: A dño gressus hominis diriguntur.

charitatẽ, & contẽnit uerba Apostoli cõmonentis: Debemus aũt nos qui fortiores sumus, infirmitates imbecilliorũ portare, & nõ nobismetipsis placere. c ¶ Solliciti.] Ephesijs qui iam unitatẽ spiritus sancti fuerãt consecuti, recte dicit: Solliciti seruare unitatẽ spũs in uinculo pacis. Qui eñ qd habet, seruãdi illi sollicitudo præcipit: qui aũt nõ habet, studiũ illi ut habere ualeat imperatur. Hic locus uel maxime aduersum hæreticos facit, q pacis uinculo dissipato atq; corrupto, putãt se tenere spiritus unitatẽ, cũ unitas spiritus in pacis uinculo conseruet. Quando enim nõ idipsum oẽs loquimur, & alius dicit: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ: diuidimus spiritus unitatẽ, & eam in partes ac mẽbra discerpimus. Nec statim aliquis illud opponat: Quomodo ergo diuersæ sunt gratiæ, & uaria charismata, cũ unitas custodienda sit spiritus. Sunt quidẽ uariæ donationes, sed in eodẽ spiritu, & diuersa ministeria, sed idẽ dñs: & multiplices operationes, sed ipse deus q operat omnia in omnib. Quod aũt ait, unũ corpus, & unus spiritus, uel simpliciter unum corpus Christi intelligit, quæ est ecclesia: uel certe quod ex uirgine dignatus est assumere, ne illũ quidam putẽt toties corporatũ, quoties in ueteri apparuit testamento. Et unus spiritus sanctus, unus quippe largitor, & sanctificator est omniũ. Vel certe unũ corpus, ad uitã refertur & opera, quæ Græce dicunt πατρικὸς βίος, & unus spiritus, ad scientiã & contemplationẽ, quæ propriè uersatur in corde, & ab illis appellat θεωρία. Cum ergo membrũ quis fuerit ecclesiæ, nec ab uno eius spiri D
tu separatus, consequenter erit in una spe uocationis. Quærit quomodo una spes uocationis sit, cum apud patrẽ diuersæ sint mansiones. Ad quod unam spem uocationis, regnum cœlorũ, quasi unum bonum dei patris esse dicemus: & in una domo uarias mãsiones. Alia
1.Cor.15.b enim gloria solis, alia lunæ, alia stellarũ. Aut certe illud subtilius indicat, quod in fine & cõsummatione rerum in pristinum statũ restituenda sint omnia, quando omnes unũ corpus efficimur, & in uirum perfectum reformamur, & oratio pro nobis saluatoris impletur: Pater,
Ioan.17.c da ut quomodo ego & tu unũ sumus, sic & isti in nobis unũ sint. Non ignoro in eo quod nunc exposui, solliciti seruare unitatẽ spiritus in uinculo pacis, spiritũ à pleriſq; non sanctum accipi, sed affectũ mentis atq; sententiam, iuxta quam omnium credentiũ erat anima & cor unum. Et ab Apostolo uirgini præcipitur: Vt sit sancta & corpore & spiritu: carnis uidelicet opere, & mẽtis affectu. Sed & generalis explanatio ad specialẽ interpretationem trahi potest, quod seruet unitatẽ spiritus in uinculo pacis, qui non rapiatur omni uento doctrinę, neq; in mortem stulti quasi luna mutetur, nunc diabolo seruiens, nunc deo. Habeat uero unũ corpus bonorum operum, & semper carnẽ suam deo templum exhibeat. Et unũ spiritum, eadem semper sentiens, in una spe uocationis, ut nequaq̃ de repromissionibus ambigens, in resurrectione & restitutione omniũ solida mente confidat. d ¶ Vnus dominus.] Quomodo alia est fides à baptismate, deo & dño: sic baptisma, dñs & deus, alia sunt à tribus singulis, quæ pariter nominant. Hoc autem dico propter Sabellium, qui eundẽ deum patrẽ arbitratur & filium, confunditq; personas, dum eandẽ diuinitatem in utroq; deprehendit. Ecce manifestissime unus dominus filius, & unus deus pater uocãtur.
1.Cor.8.b Quod ad Corinthios quoq; plenius scriptum est: Sed nobis deus unus pater, ex quo omnia, & unus domi-

A nus noſter Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. Sicut enim deo patri nō adimit filius ne dñs ſit, cum dñs ſolus ipſe dicatur: ita & filio nō aufert pater ut deus ſit, quia pater deus tantūmodo nominatur. Legimus & in alio loco: Et ſcitote quoniā dñs ipſe eſt deus. Pſal. 99.a Deut. 6.a Et alibi: Dñs deus tuus, deus unus eſt. Si enim ut exiſtimāt Ariani, deus pater ſolus eſt deus, eadē conſequētia, ſolus erit dñs Ieſus Chriſtus, & nec pater erit dñs, nec filius deus, ſed abſit ut nō ſit in dominatione deitas, uel in deitate dominatio. Vnus eſt dñs, & unus eſt deus: quia patris & filij dominatio, una diuinitas eſt. Propterea & fides una dicitur, quia ſimiliter in patrē & in filiū & in ſpiritū ſanctū credimus, & baptiſma unū. Eodē enim modo & in patrē, & in filiū, & in ſpiritū ſanctū baptizamur. Et ter mergimur, ut trinitatis unū appareat ſacramentū. Et non baptizamur in nominibus patris & filij & ſpiritus ſancti, ſed in uno nomine quod intelligit deus. Et miror qua conſequētia in uno uocabulo, eodē opere, & eodem ſacramēto, naturæ diuerſitatē, Arius, Macedonius, & Eunomius ſuſpicent: concordāte in impietate diſcordia, & creaturæ in filio & ſpiritu ſancto, cœnoſum fontē tenentes, diuerſos hæreſcos riuulos duxerint. Vnum baptiſma, & contra Valentinum facit, qui duo baptiſmata eſſe contendit: & contra omnes hæreticos, ut ſciant nō habere ſe baptiſmata, ſed in una Chriſti eccleſia fontem eſſe uitalem. Poteſt unū baptiſma & ita dici, quod licet ter baptizemur propter myſteriū trinitatis, tamē unū baptiſma reputetur. Vnū quoq; baptiſma eſt in aqua,
B in ſpiritu, & igne. Et de quo dominus loquitur: Baptiſma habeo baptizari. Et alibi: Baptiſmate meo baptizabimini. Diuerſitas aūt propoſitionū in quibus dicitur: Vnus deus & pater omniū, qui ſuper omnes, & per omnes, & in omnibus, diuerſam intelligentiā ſapit. Super omnes enim eſt deus pater, quia autor eſt omniū: Per omnes filius, quia cuncta trāſcurrit, uaditq; per omnia. In omnibus ſpiritus ſanctus, quia nihil abſq; eo eſt. Nec uero putandū, unū deū & patrē omniū eſſe cōmuniter, ut ſcilicet ad irrationabilia iumenta, nomē patris poſſit aptari: ſed quomodo ſi in decē hominibus, quinq; filijs, & quinq; ſeruis pariter diceremus: horū decem, unus eſt dominus, & unus eſt pater: nō utiq; omniū patrem, nec dominū omniū uocaremus, ſic & in eo quod ait: Vnus deus & pater omniū, aliorū pater, aliorū deus accipiendum eſt. Tale quid de creaturis & de deo etiā Zeno cum ſuis Stoicis ſuſpicatur. Quem ſecutus Vergilius ait: Deum namq; ire per oēs Terrasq; tractusq; maris, & reliqua. Et: Principio cœlum ac terras camposq; liquentes, Lucentemq; globum lunę, Titaniaq; aſtra Spiritus intus alit, totamq; infuſa per artus, Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
Quidā hoc quod eſt ſcriptū: Super omnes, & per omnes, & in omnibus, ad patrē & filiū & ſpiritū ſanctum, ſic æſtimant eſſe referendum, ut ſuper omnia pater ſit, quia autor eſt omniū, per omnes filius, quia per filium creata ſunt omnia: in omnib. ſpiritus ſanctus, ipſe eñ credentibus dat, & templū ſumus ſpiritus ſancti, & pater & filius habitant in nobis. a ¶ *Vnicuiq; autem, etc.*] Licet deus pater per omnia ſit, & per omnes, & in omnibus, tamen gratia iuxta menſuram credentibus dat. Non quod ad menſurā ſpiritum & gratiā tribuat deus, magnificentiæ enim eius non eſt finis: ſed quod iuxta menſurā uaſculorū infundat liquorē: tantum muneris largiens, quantū poteſt ille cui donat accipere. Nec eñ ad menſurā dat deus ſpiritum, aut poteſt habere menſurā, quod æqualiter ubiq; diffuſum eſt. Quod ut manifeſtius fiat, imperfectū licet & non implens ſimilitudinem, tamen per quod poſſit intelligi quod dicit, ſumamus exēplū. Mare certe immēſum eſt, & capacitas eius deo ſoli nota: ex hoc ſi qs uelit multis hominibus ſecūdum id quod geſtare queunt tradere: neceſſe eſt ut ad menſurā unicuiq; tribuat, & partes eius menſuram recipiant, cuius ſolium immenſurabile eſt. Ita & ſpiritus ſanctus, immenſus quidē eſt, & nullo fine concluditur, tamen unicuiq; datur ſecundum quod expedit. Et ſimul notandū q̄ hæc eadē gratia quę nunc attributa perhibetur, ſecundum menſurā donationis Chriſti data ſit nobis. b ¶ *Propter quod dicit.*] Quia ſuprà dixerat: Vnicuiq; autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti, ut confirmaret hæc ipſa dona, quæ poſt paululū quoq; enumerat, dicens: Et ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios euangeliſtas, alios paſtores & magiſtros, & reliqua, à ſaluatore eſſe donata, teſtimoniū de ſexageſimoſeptimo pſalmo aſſumpſit, ut ſciamus illas eſſe manubias hominibus diſtributas, quas Chriſtus uictor emeruit. Aſcendens q̄p pe in altum, captiuam duxit captiuitatem. Nos qui nūc in Chriſto credimus de gentibus congregati, cum eſſemus creatura dei, à diabolo capti ſumus, & eius ſatellitibus diſtributi. Venit igitur dñs noſter Ieſus Chriſtus ſecundum Ezechielem, uaſa ſecum captiuitatis apportans: & operto capite, ne ab aduerſarijs cognoſceretur, prædicauit his qui capti erant remiſſionem: & qui tenebantur in uinculis ſolutionē: & nos de catenis hoſtium, & de compedibus liberauit: ſicut illam in euangelio mulierem, de qua ipſe cōmemorat: Hanc autē filiam Abrahā quam ligauit ſatanas iam decē & octo annis, nō oportuit ſolui de uinculo hoc in die ſabbati. Liberatosq; nos & per nouam captiuitatē, de captiuitate ueteri erutos, ſecum duxit in cœlum: & his ipſis quos de inimicorū manu uictor eripuit, diuerſa gratiarū dona largitus eſt. Et eleganter hic poſuit, dedit dona in hominibus, cū in pſalterio ſcriptū ſit, accepit dona in hominibus. Verum ibi quia necdum factum erat, ſed futurū promittebat, propterea dicitur accepiſſe. Hic uero cum Apoſtolus ſcribit, quia iam dederat, & in uniuerſo orbe eccleſiæ fundatæ erant: idcirco nō accepiſſe ſcribitur, ſed dediſſe. Alij hunc locum ita ediſſerūt, q̄ ob id dñs noſter Ieſus Chriſtus ad cœlos uictor aſcēderit, ut inde angelos cæteraſq; uirtutes ad cuſtodiā eccleſiarū ſuarū mitteret. Et dum indignus ſit locus iſte terrenus, ſublimiū poteſtatū habere præſentiā: quodāmodo illæ ſuſtinuerint captiuitatē. Ideo enim (inquiunt) aſcendit in altum, ut captiuās captiuitatē, dona hominibus largiret. Hoc aūt totū ideo Apoſtolus replicat, ut quia ſuperius dixerat: Sufferentes inuicē in charitate, ſolliciti ſeruare unitatē ſpiritus in uinculo pacis: doceret in diuerſis chariſmatibus eccleſiam eſſe concordē, & nō ſtatim ſchiſmatū & diſſenſionū occaſionē dari, quia ſecundum menſurā donationis Chriſti unuſquiſq; noſtrum accepiſſet dona: Non eadē, ſed in unū corpus, & in unū ſpiritū omnes uocatos eſſe: id eſt, ut ſicut unus dñs eſt, & una fides, & unū baptiſma, & unus deus pater: ita & nos in charitate idipſum ſimus, in pacis uinculo, ſeruātes ſpiritus unitatē. c ¶ *Quod aūt aſcendit.*] Qui aſcendiſſe nunc dicit: propterea aſcendit, quia antè deſcēderat. Hoc enim ſonat: quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia

C

Pſal. 67.d

D

Ezech. 9.d

Luc. 13.d

A quia & deſcēdit? Requirendū itaq; ſuper eo quod alibi
Ioan. 3.b ſcriptū eſt: Nemo aſcendit in cœlū, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis, quomodo aſcenderit ante deſcendens. Quando enim hæc loquebat: poſt deſcenſionē è cœlis, ſe quondam ad cœlos aſcendiſſe mōſtrabat. Necnon & illud pariter retractandū: quomodo ipſa deſcenſio & aſcenſio ſentienda ſit: Vtrū nam ſecundū corpus localiter, an ſupra corpus ſpiritualiter, uel certe utroq; modo. Inferiora autē terræ, infernus accipitur: ad quem dñs noſter ſaluatorq; deſcendit: ut ſanctorū animas quæ ibi tenebant incluſæ, ſecū ad cœlos uictor abduceret. Vnde & poſt reſurrectionē eius, plurima corpora iuſtorū in ſancta ciuitate uiſa ſunt. Quod aūt infernus in inferiori parte terræ ſit, & pſalmiſta teſtat, dicēs:
Pſal. 105.c Aperta eſt terra & deuorauit Dathan, & operuit ſuper
Num. 16.e cōgregationē Abyrō. Et ipſum in Numerorū libro pleniusque explicat. Alio quoq; loco legimus: Veniat mors ſuper eos, & deſcēdāt in infernū uiuentes. a ¶ *Qui deſcendit, etc.*] Nunquid corporaliter omnes cœlos, & uniuerſas ſublimitates, & cœlorum circulos, quos philoſophi ſphæras uocāt, trāſiens atq; trāſcēdens, ſtetit in ſummo cœli fornice, & ut ipſo uerbo utar, apoſtolo: An certe omnia corporalia cōtemnens atq; deſpiciens, & æterna cōtemplans, ſuper cœlos: id eſt ſuper inuiſibilia ſteriſſe credendus eſt: quod ego melius puto. Deſcēdit ergo in inferiora terræ, & aſcēdit ſuper omnes cœlos filius dei: ut
B nō tantū legē prophetasq; cōpleret, ſed & alias quaſdā occultas diſpēſatiōes, quas ſolus ipſe nouit cum patre. Neq; eñ ſcire poſſumus, quō & angelis & his qui in inferno erant, ſanguis Chriſti profuerit, & tñ quin ,pfuerit, neſciré non poſſumus. Deſcēdit quoq; ad inferos, & aſcendit ad cœlos: ut impleret eos qui in illis regiōibus erāt, ſecundū id quod ſe capere poterant. Ex quo ſciendum q̄ anteq̄ Chriſtus deſcēderet & aſcēderet, uacua fuerint omnia & plenitudine illius indiguerint. Hic locus aduerſus Hebionē, & Photinū uel maximē facit. Si enim ipſe eſt aſcēdens in cœlos, qui de cœlis ante deſcēderat: quō dñs noſter Ieſus Chriſtus non ante Mariam eſt, ſed poſt Mariā? Necnō & cōtra eos, qui duos filios inſano errore cōfingunt: filiū uidelicet dei, & filiū hominis. Ecce hic apertiſsimē dicit, q̄ ipſe ſit aſcēdēs atq; deſcēdēs. Nec ſtatim iſta dicētes, locū alteri hæreſi damus: quæ dimidiatā Chriſti aſſerit diſpenſationē: ſed ſic unū dei & hominis filiū cōfitemur, ne diſpenſationē aſſumpti hominis, qua ſaluati ſumus, ex parte credentes, in parte truncemus. b ¶ *Et ipſe dedit, etc.*] Et ex hoc loco manifeſtiſsimē cōprobatur, patris & filij una diuinitas. Si quidē hoc quod nūc Chriſtus tribuiſſe deſcribitur: in prima epiſtola ad Corinthios, deus pater dediſſe nar-
1. Cor. 12.d ratur. Alios enim, ait, poſuit deus in eccleſia, primo apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores, deinde uirtutes, & dona ſanitatū, opitulationes, gubernationes, genera linguarū. Quod Sabellius non intelligens, patrē cōfundit & filiū, dum eandē operationē eſſe non putat diuerſorū. Et ſimul notandū, q̄ hic apoſtolos, ,prophetas, euāgeliſtas, paſtores, & magiſtros dediſſe Chriſtus: ibi uerò eoſdem pater poſuiſſe memoretur. Poſuit itaq; ſiue dedit pater & filius primo apoſtolos, ſecūdo prophetas. Non illos qui futura uaticinent, quales in ueteri legimus teſtamento: ſed qui infideles & imperitos, arguant atq; dijudicent. Tales quippè prophetas noui teſtamenti in alia epiſtola eſſe definit. Tertio euan C
geliſtas, quorū ſpecioſi pedes ſunt ad annunciandā pacem. Nec uerò purandū quod ſicut in ſuperioribus tribus, alios dixit eſſe apoſtolos, alios prophetas, alios euangeliſtas: ita & in paſtoribus & magiſtris, officia diuerſa poſuerit: Nō enim ait: alios aūt paſtores & alios magiſtros: ſed alios paſtores & magiſtros: ut q paſtor eſt, eſſe debeat & magiſter: nec in eccleſiis quamuis ſanctus ſit, paſtoris ſibi nomen aſſumere: niſi poſſit docere quos paſcit. Vel certè aliter: ut unus atq; idē præſes eccleſiæ, ſit paſtor & doctor: Paſtor ouium, magiſter hominū. Homines quippè & iumenta ſaluos facies domine. Arbitror hodie quoq; in eccleſiis, quemadmodū propheta & euangeliſta, paſtor quoq; inuenitur & doctor: ita poſſe & apoſtolum reperiri: in quo apoſtolatus ſigna & indicia cōpleant: & è regiōe eſſe plurimos tā foris, q̄ intus, tā in eccleſia q̄ in hæreſibus, q pſeudoapoſtoli ſint & pſeudo, pphetæ, & pſeudoeuāgeliſtæ, & pſeudopaſtores, & pſeudomagiſtri. Et de hæreſib. quidē nulla dubitatio eſt, quin ſecundū falſam fidē, falſa uniuerſa poſſideant. In eccleſiis aūt nónne uobis uident falſi eſſe paſtores: q nō paſcūt oues cū diſciplina, ſed quaſi mercenarij nequaq; gregis ſalutē cogitāt: quod errauit non cōuertentes, & quod perijt non quærētes: ſed tantūmodo de ouibus lac & lanā, cibos uidelicet & ueſtimenta captantes. Nec uerò abſq; ordine in hæc putemus apoſtolū ſubito prorupiſſe: uerū quia præmiſerat eſſe deū D
ſuper omnia & per omnia, & in omnibus, & unicuique ſanctorū datā gratiā ſecundū menſurā donationis Chriſti: nūc addit alios apoſtolos, alios prophetas, alios euangeliſtas, alios paſtores & magiſtros eſſe in eccleſia diſtributos: qui neceſſarij ſint ad perfectionē inſtructionemq; ſanctorū in opus miniſterij, in ædificationē corporis Chriſti: quia cum corpus dñi eccleſia ſit, & eccleſia de uiuis lapidibus cōſtruatur: hi quos ſupra memorauimus in eccleſia cōſtitutos, id habēt operis: ut ſecundum diſpenſationē & officia ſibi credita, eccleſiā Chriſti, id eſt corpus eius ædificent. Si quis igitur non ædificat eccleſiā Chriſti, nec plebem ſibi ſubiectā inſtruit: ut de ſubiecto populo, Chriſti eccleſia cōſtruatur: iſte nec apoſtolus, nec propheta, nec euangeliſta, nec paſtor, nec magiſter eſt appellandus. c ¶ *Donec occurramus omnes in unitate fidei, etc.*] Quærendum quos omnes dixerit occurrere in unitate fidei: Vtrū nam omnes homines, an omnes ſanctos, an certe omnes qui rationis capaces ſunt. Videtur autem mihi de omnibus hominibus dicere: quia multi uenti doctrinarū ſunt: Et flatu eorū ſuēibus concitatis, huc atq; illuc homines incerto curſu, & uario ferūtur errore. Vnde omni ſtudio laborandū, primū in fidei occurrere unitate: deinde in eadem unitate, habere agnitionem filij dei. Quorū cum fuerit ſecura poſſeſsio, paruuli eſſe ceſſantes, & menſuram interioris hominis recipientes, quæ menſura plenitudinis, menſura Chriſti eſt: perfecti uiri uocabulū ſortiemur: ita tamen ut ad conſummatā ætatem plenitudinis Chriſti, omnis credentium turba perueniat, & nequaquā in dogmatibus fluctuās, ad inſtar paruulorū gurgite infidelitatis feratur incerto: dum uenti hincinde perflātes, hæreticorū uidelicet, ſiue ſapientum ſeculi, diuerſę compugnantesq; rationes, naufragium audientibus aut inferunt, aut minantur: dum alij abſq; uoluntate falla-

A ciæ,ea tamẽ quæ falsa sunt,prædicãt:alij uerò omni calliditatẽ erroris laqueos cõponẽtes, nos decipere & uincere festinãt.Cũ aũt occurrerint atq; puenerint sancti in mensurã suprafidicti uiri:tũc intelligẽtes charitatẽ Christi,augebũr in eo oĩnia quæ acceperãt semina ueritatis, habẽtes corporis ecclesiæ caput dñm Iesum. Quia uerò ait: Vt ultra nõ simus paruuli fluctuantes, & reliqua:se quoq; fluctuantẽ & paruulum esse contestans, retractandum uidetur utrũ ne hæc secundũ humilitatẽ locutus sit:An certe ex parte uidens, & ex parte cognoscens, intellexerit quantũ à perfecta ablũr scientia, & in uera conscientiæ suæ uerba ꝓruperit.

ultra non simus paruuli fluctuantes, & circumlati omni uento doctrinæ, in fallacia hominum & astutia, ad circumuentionem erroris. Veritatem autem faciẽtes in charitate, augeamus in ipso omnia, qui est caput Christus.Ex quo totum corpus compactum & conglutinatum per omnem iuncturam submin̄istrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusq; membri augmentum corporis facit in ædificationẽ sui in charitate.Hoc ergo dico & cõtestor in domino, ut nõ amplius ambuletis, sicut & gẽtes ambulant in uanitate sensus sui, obscurati mente, abalienati à uita dei propter ignorantiam

Si quis igit̃ uult eũ hæc secundũ humilitatẽ locutũ, illo
1. Cor. 13.c utet exẽplo: Quãdo erã paruulus, loquebar ut paruulus:cogitabã ut paruulus, sapiebã ut paruulus. Quando uerò factus sum uir,euacuaui ea quæ erant paruuli. Alius uerò ad ista respõdeat: cõparatione multorũ, in ætatẽ perfecti uiri apostolũ peruenisse: ad ea uerò quæ reposita sanctis sunt, adhuc paruulũ nuncupari:Si quidem omnes apostolos qui in Christo credant, paruu-
Esa. 8.d los ꝓpheta cõmemorat,dicẽs:Ecce ego & paruuli quos dedit mihi deus. Post hæc attentius disserendũ:ne fortè uerè iuxta humilitatẽ nõ solũ paruulũ Apostolus se esse dixerit,sed fluctuantẽ & omni doctrinarũ flatu in diuersa raptatũ,in fallacia hominũ,in nequitia,ad circũuentionis errorẽ. Qui aũt uult hæc eũ nõ de humilitate,sed
B de cõscientia protulisse,dicit:Paulus apostolus,homo erat acuti & acris ingenij,& qui ad primos quoq; disputantiũ conatus, sagaci mẽte quæ erãt inferẽda, præno-sceret. Videbat igit̃ sæpe ex utraq; parte sic dici,& tã uerisimilia in rebus cõtrarijs asseri, ut ambigere facerent audientẽ: idcirco ut homo & adhuc in fragili corpuscu lo cõstitutus,circũferebaꝫ quidẽ omni uento doctrinæ, sed non elidebaꝫ in saxa:nec nauis eius gurgitibus implebaꝫ: Stabat quippè in puppi gubernaculũ tenẽs, & spumantes hæreseos fluctus,fidei securitate frangebat: Non tñ intrepidus & securus, nec quietus & placidus, ꝓspiciebat uentos hincinde perflãtes, & solicita aure captabat,uincebatq; cõtraria,sed nõ erat illi secura uictoria. Quia igit̃ aduersariorũ uerba,atq; rationes,quibus ueritatẽ euertere nitebanꝫ:uidebat nõ facile posse superari, & omni calliditate plenas, dialecticæ quoque imò diaboli arte cõtextas:sperabat dei auxiliũ,ut omnẽ deliberationẽ de mente sua ꝓpelleret, & certè atq; defixè absq; ulla molestia crederet ueritati, & augeret eam in dilectione Christi:quẽ sciebat & sui & totius ecclesię corporis caput. Sciendũ q̃ hic locus in Græco manifestior sit,dum aũt in latinũ è uerbo transferꝫ ad uerbũ,sensus sermõibus inuoluti,obscurũ facere quod dicit. a ¶ Ex quo,etc.] In fine rerũ,cũ deũ facie uidere cœperimus ad faciẽ, & in mensurã peruenerimus ætatis plenitudinis Christi: de cuius plenitudine nunc omnes accepimus: ita ut Christus nõ ex parte sit,sed totus in nobis,& relictis initijs paruulorũ creuerimus in eũ uirũ:de quo ꝓ-
Zach.6.c pheta dicit:Ecce uir oriẽs nomẽ illi.Et Ioannes baptista
Ioan.1.b cõmemorat: Post me uenit uir q̃ ante me factus est,qñ ante me erat:tunc in occursu unius fidei & unius agnitionis filij dei,quẽ nunc pro uarietate mentiũ,non una nec eadem fide & agnitione cognoscimus:totũ corpus quod prius dissipatum fuerat,& in diuersa laceratũ,in C suã cõpagem iunctũrãq; redigetur:ita ut una submin̄istratio eademq; operatio,& unius ætatis consummata perfectio, totũ crescere faciat corpus æqualiter, & oĩnia mẽbra iuxta mensurã suã incrementũ ætatis accipiant. Hæc aũt tota ædificatio per quam ecclesiæ per partes corpus augeꝫ, mutua in se charitate cõplebitur. Totas rationabiles creaturas sub unius rationabilis animalis intelligamus exemplo, & quodcunq; de huius membris dixerimus & partibus, hoc sciamus esse referendum ad unamquãq; rationabilem creaturã. Putemus hoc animal ita per artus,uenas,carnesq; laceratũ:ut nec os ossi hæreat: nec neruus iungat ad neruũ:separatim oculi iaceãt,seorsum nares:manus aliũ locũ teneant,aliò ꝓiecti sint pedes, & reliqua membra in hunc modũ inter se dispersa sint & diuisa. Finge aliquem uenire tantæ scientiæ medicũ, qui iuxta fabulas ethnicorũ,Aesculapiũ possit imitari,& in nouã figuram nouũq; nomen,Virbiũ suscitare:hic necesse habebit unũquodq; membrũ suo loco restituere, & cõpagẽ copulare cõpagi, & quodam glutino partibus restitutis,unũ corpus efficere. Hucusq; nobis una similitudo processerit: nũc in eandem similitudinẽ id quod intelligi uolumus,aliud trahatur exemplum.Paruulus crescat,& occulto æuo in perfectã adolescat ætatẽ:suum ma D nus augmentũ habebit,sua pedes sentient incrementa: uenter dum nescimus,impletur:humeri dum falluntur oculi dilatanꝫ, & omnia membra per partes iuxta mensurã suam sic crescunt:ut tamen non sibi, sed corpori ut deant augeri. Ita igitur & in restitutione omniũ, quando corpus totius ecclesiæ nunc dispersum atq; laceratum,uerus medicus Christus Iesus sanaturus aduenerit:unusquisq; secundũ mensurã fidei,& agnitionis filij dei:quẽ ideo cognoscere dicitur,quia prius nouerat,& postea nosse deliuit: suũ recipiet locũ, & incipiet id esse quod fuerit:Ita tñ ut nõ iuxta aliam hæresim, omnes in una ætate sint positi: id est oẽs in angelos reformentur: sed unũquodq; membrũ iuxta mẽsurã & officiũ suum perfectũ sit. Verbi gratia:ut angelus refuga id esse inciꝑat quod creatus est:& homo qui de paradiso fuerat eiectus,ad culturã iterũ paradisi restituat. Ista aũt uniuersa sic fient: ut inuicẽ inter se charitate iunganꝫ: Et dum congaudet membrũ membro,& in alterius prouectione lætatur Christi corpus, ecclesia primitiuorũ habitet
Gal.4.d in cœlesti Hierusalem:quam in alio loco Apostolus matrem sanctorum uocat. Idcirco (ut supra diximus) hæc apud nos obscuriora sunt: qa μεταφορικῶς dicunt in Græco:Et oĩs metaphora si de alia in aliã linguã trãsferatur ad uerbũ, quibusdã quasi sentibus,orationis sensus & germina suffocantur. b ¶ Hoc ergo dico,etc.] Hoc ergo (ait) dico uobis,ô Ephesii:uosq; cõtestor:ut qa occursuri estis in mẽsurã ætatis plenitudinis Christi, non ambuletis sicut ambulãt gentes: quæ idolis seruientes, & sensu & mente abutuntur in praua. Quæ cũ ideo acceperint animã & intellectũ ut cognoscerent deũ,abalienati sunt à uia eius,quam aliã absq; Christo non nouimus,& in sui cordis ambulant cæcitate. Atq; utinã peccasse sufficeret,& uel sero agerent pœnitudinẽ, damnarentq; uitia in qbus iugiter inhiarũt,esset remediũ resꝑiscere

A piscere post errorẽ.Nũc uerò desperãtes,& se in ritũ irrationabiliũ bestiarũ,ceno uoraginiq; mergentes,tradiderunt impudicitiæ atq; luxuriæ: operãtes quicquid corpus uoluit,mens desiderauit, libido suggessit. Et cũ nihil omnino prætermiserint quod immundũ sit, hoc totum fcere in auaricia:dum nunq; luxuriando satiant, nec eorũ terminũ habet uoluptas. Aut certè ultra concessam uiri ad fœminã cõiunctionẽ, ad maiora cõscendũt masculi in masculos turpitudinẽ operãtes, & mercedẽ erroris sui in semetipsis recipiẽtes. Vanitas sensus,& mẽtis obscuritas, bisariã diuidit, in seculi huius negocia, & in sapientiã seculare:quando aut in his quæ mundi huius sunt & cito trãseũt, detinemur: aut nõ ꝓfutura cognoscimus. Nõne uobis uidet in uanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, q diebus ac noctibus in dialectica arte torqueatur:qui physicus perscrutator,oculos trans cœlũ leuat, & ultra profundũ terrarũ & abysi quoddã inane demergit:qui iambũ struit,qui tantã metrorũ syluã in suo studiosus corde distinguit & congerit, & ut alterã partẽ transeã,qui diuitias per phas & nephas quærit:q adulatur regibus,hæreditates captat alienas & opes congregat:quas in momento cui sit relicturus,ignorat? Quod aũt ait:qui desperantes semetipsos,id est, οἵτινες ἀπηλγηκότες ἑαυτούς, multo aliud in Græco significat q̃ in Latino: desperãtes quippè ἀπηλπηκότες nominant. ἀπηλγηκότες autẽ hi sunt qui positã peccauerint, non dolent:qui nequaq; sentientes ruinã suã,ferunt in pronum,& tanq; bestiæ ferrũ uidentes, in mortẽ ruũt. Po-
B ne mihi duos in uno uitio deprehensos: alterũ qui intelligat,plangatq; quod fecit: alterũ qui delectet in scelere,& non solũ non doleat,uerumetiã gloriet, & putet se quandã turpitudinũ palmã & uictoriã cõsecutũ: nõne tibi uidetur ille dolere,& hic penitus nõ dolere? Exprimamus si possimus uerbũ de uerbo,& dicamus ἀπηλγηκότες, indolentes, siue indolorios. Nam & quidam philosophorũ εὐαλγησίαν, indoloriã prædicauit. Hi qui naturas uarias introducũt,sciant propterea gentes in uanitate sensus obscuratis mentibus ambulare:quia ignorãtiæ se & cæcitati dederint. Nemo enim imperitus appellaꝫ & cæcus: nisi is q cognoscere potest & uidere. Nec dicimus cæcũ esse lapidẽ, & brutũ animal ignorare,quia nõ ab eo quariꝫ,nec eius naturæ est, ut cognoscat & uideat. Sin autẽ in natura gentiũ fuit, ut dei uitã intelligerent & uiderent: non choicorũ & spiritualiũ natura uaria,sed uoluntas. Dixeramus supra operationẽ immundiciæ omnis in auaricia: non ad auariciã ut fornac simpliciter pertinere,sed ad libidinẽ atq; luxuriam: Debemus hunc sensum alterius loci testimonio cõpro-
1 Thess. 4.a bare.In prima ad Thessalonicenses epistola scribit:Hæc est enim uoluntas dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis uos à fornicatione: ut sciat unusquisq; uestrũ suum uas possidere in sanctificatione & honore: non in libidine desiderij, sicut & gentes quæ non nouerunt deũ: ut ne quis supergrediaꝫ, & circũscribat in negocio fratrẽ suũ: quoniã uindex est dñs de his omnibus: sicut & prædiximus uobis & testificati sumus. Nõ enim uocauit nos deus in immundicia, sed in sanctificatione. Diligenter obsefua:quia ad castitatẽ nos prouocans, & uolens uxoribus tantũ esse cõtentos dixerit: Ne quis supergrediaꝫ,& circũscribat in negocio fratrẽ suũ,id est,ne suam cõiugẽ derelinquẽs,alterius polluere quærat uxorem. Vbi nos habemus,& circũscribat in negocio fratrẽ suũ: in Græco legit̃, καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. πλεονεξίαν autẽ auaricia nuncupatur: C quam nos possumus uim uerbi trãsferentes, sic in præsenti loco exprimere,ut ne quis supergrediaꝫ,& auarus fraudet in negocio fratrẽ suũ. Quæ enim cõsequẽtia est, uel in illo capitulo quod nũc ad exemplũ uocauimus: uel in hoc quod principaliter ad Ephesios conamur exponere: inter impudicitiam & immundiciã,castitatẽ quoq; & affectũ cõiugalẽ, extraordinariè repentè auariciã nominari.Nõ uobis molestũ sit,si diu in obscurioribus immoremur: causati enim in principio sumus, inter omnes Pauli epistolas, hanc uel maximè & uerbis & sensib.inuolutã. a ¶ Vos aũt non ita didicistis Christũ,si tamẽ illũ audistis,etc.] Si omnes q Christũ audire uident,audirent: nunq; ad Ephesios, & certe illos quibus sacramenta Christi reuelarat,Apostolus diceret: si tamẽ illũ audistis. Discere aũt Christũ, idipsum est,quod nosse uirtutẽ: & audire illũ,non differt ab eo si diceret,audire sapientiã, iusticiã, fortitudinẽ,temperantiã,& cætera quibus Christus uocaꝫ. Si qs ergo Christũ audiuit & didicit, non ambulabit in uanitate sensus sui:nec obscuratus mente gradiet: neq; erit abalienatus à uita dei:habebit etiã scientiã ignorationẽ discussa,& immisso tenebris lumine, omnis de oculis cordis eius cæcitas auferet. Quod cũ habuerit, nõ se tradet impudicitiæ: nec operabit omnẽ immundiciã in auaricia, cõcessos fines prætergrediens nuptiarũ. Si aũt aliquando cõtigerit ut aliqua passione superet, dolebit super uulnere suo, & cõscientiæ tormenta patiet:quia liberã frontẽ,& puritatẽ immaculatæ mẽtis amiserit. Di-
D scamus igit̃ Christũ & audiamus illũ:si quis est qui potest dicere: An experimentũ quæritis eius qui in me loquit̃ Christus? Curramus ad eum diebus ac noctibus, ad os eius & ad eloquiũ pendeamus. Christus nobis loquit̃: spiritus sancti sunt uerba quæ promit. Statuit eĩ deus in ecclesia primũ apostolos, secundo prophetas, tertio doctores. Sed nec illud desperandũ, qđ aliquando ipse in mentibus nostris Christus loquaꝫ, & per semetipsum nos doceat, & organũ oris nõ quærat alieni: tantũ nõ simus subditi peccato:nec corpus nostrũ delicta possideant, & ingrediet in illud sapientia. b ¶ Sicut est ueritas,etc.] Vocabulũ, Iesus, interdũ eũ hominẽ significat:qui à deo uerbo est assumptus ex uirgine: iuxta illud:Vocabis nomẽ eius Iesus: Ipse enim saluabit po- Luc. 1.d
pulũ à peccatis eius. Et alibi:Iesus ergo fatigatus de uia, Ioan. 4.d
& reliqua. Interdum uerò deũ uerbũ: Nobis eĩ unus dñs Iesus Christus per quẽ omnia. Si qñ ergo dicit Ie-
sus:Ego sum uia & ueritas:iuxta id dicit q̃ filius dei est. Ibidẽ 14.d
Cũ aũt scribit Paulus:sicut est ueritas in Iesu,de templo Ioan. 1
corporis loquit̃,in quo habitat uerbũ deus. Verbũ eĩ caro factũ est,& habitauit in nobis. Nisi fortè utrũq; de deo uerbo intelligendũ:quod quõ habitet in eo uita,& ipse sit uita:sicut eĩ habet pater uitã in semetipso, ita & filio dedit habere uitã in semetipso:sic & ueritas dicaꝫ filius,& ipsa in eo habitare monstret. Hæc autẽ dicimus, non Iesum à Christo separantes:nec rursum deũ uerbũ ab eo quẽ assumpsit hominẽ alterum esse dicentes: sed secundum intelligentias effectuum uel locorum, illum quem unum esse credimus filium hominis & filiũ dei, & ante uirginem,& post uirginẽ,alium atq; alium nuncupantes. Potest autem & aliter intelligi: Sicut est ueritas in Iesu:In nullo patriarcharum, in nullo prophetarum, in nullo apostolorũ ueritas fuit, nisi in solo Iesu. Alij enim ex parte cognoscebant,& ex parte propheta-
bant,& per speculũ in ænigmate uidebant. In solo Iesu

ueritas

A ueritas dei apparuit,quæ loquit confidenter: Ego sum
Ioan.14 ueritas: quæ credentibus in se iuxta Analogiã fidei tri-
buit libertatẽ. Qui enim cognoscit ueritatẽ, à ueritate li-
bertate donatur. Et ipsa ueritas propterea formam ser-
ui assumpsit: & humiliauit se, facta obediẽs patri usq; ad
mortẽ: ut seruũ redde-
ret liberũ. Vbi eñ spi-
ritus dei est, ibi liber-
tas. Si uolumus for-
mam liberi in Iesu fa-
ciemq; cognoscere ue-
ritatis, ascẽdamus cũ
eo in montem: uidea-
mus eum transfigu-
ratũ: ubi & uestimenta eius, id est, scripturæ quæ de eo
annunciant, immutantur, & Moyses quoq; & Elias, id
est lex & prophetæ uidentur in gloria. Quamdiu domi
nus formã serui non mutat, nec ascẽdit in montẽ: lex in
sordibus, prophetæ in squalore uersant. Cũ ille ad supe-
riora cõscenderit, & uestimẽta sua uoluerit immutare:
intellectusq; de seruo fuerit clarus & liber: tunc Moysi
quoq; & Eliæ, & facies & uestimẽta mutantur. a ¶ *De-
ponere uos, etc.*] Quia uidetur iuxta ordinẽ textũq; ser-
monis scatere sententia, sic legendũ est: Vos aũt non ita
didicistis Christũ: si tamẽ illum audistis, & in illo docti
estis, deponere uos secundũ priorẽ cõuersationẽ uete-
rẽ hominẽ, qui corrumpitur iuxta desideria erroris: si-
cut est ueritas in Iesu. Vt sit sensus: Quomodo est ueri-
tas in Iesu: sic erit & in uobis qui didicistis Christum, &
audistis illũ, & docti estis deponere secundũ priorẽ cõ-
uersationẽ ueterẽ hominẽ, qui corrumpitur iuxta desi-
deria erroris. Veterẽ aũt hominẽ quẽ præcepit deponẽ
dum, inueteratũ à malicia arbitror appellari. Iste enim
secundũ priorẽ cõuersationẽ & desideria erroris, sem-
B per errans, & in opere corruptionis helluans, corrum-
pitur atq; uiolat. Et quia in desiderijs indesinenter uer-
satur erroris, & nunq; cessat à uitio: nequaq; corruptus
dicitur, sed corrumpi: quod per singulos dies, horas,
puncta, atq; momenta corrumpitur, intercipitur, uio-
latur. Sermo uerò dei q ideo interficit, ut uiuificet mor
tuum, & uiuificatus dñm requirat, quẽ ante interitum
nesciebat: non corrumpit, sed interficit ueterẽ hominẽ:
Deut.23.f Ego enim occido (ait) & ego uiuifico, & cum interfice-
rent illos, tunc quærebant eum. Nec putemus hoc quod
nunc ait: Qui corrumpitur secundum desideria erro-
ris, illi esse cõtrariũ quod in alio loco scriptũ est: Et si ex
terior noster homo corrumpitur: sed is qui interior est,
renouatur de die in diẽ: Quia corruptio exterioris ho-
minis, interioris hominis renouatio est: Et cõtra: inte-
rioris hominis corruptio, exterioris est instauratio.
Aestimet aliquis simpliciter Paulũ loqui: Si quis tem-
plum dei corrumpit, corrumpet illum deus. Templum
enim dei sanctum est, quod estis uos. Sed fortè & alibi
aliquid latitat, quod apud nos uidetur absconditũ. Si
templum dei nos sumus: secundum id quod scribitur:
1.Cor.3.d Templũ enim dei sanctũ est quod estis uos, & alius est
qui corrumpit templum dei, aliud quod corrumpitur:
Quærendum quis sit ille qui templum corrumpat dei.
Si inueneris hostes Hierusalem corrumpentes atq; uio
lantes templum ex lapidibus extructum: uidebis pari-
ter omnem corrumpentẽ & uiolantẽ templũ dei: quem
corrumpet & uiolabit deus, ulciscens corruptionẽ tem
pli sui. Veruntamen & templum, quod se præbuit ui-
uens quidem atq; sensibile insidijs corrumpentis, luet
pœnas, per hoc ipsum quod corruptũ atq; uiolatũ spi-
ritum incorruptionis amisit. b ¶ *Renouamini autem spiri-
tu sensus, etc.*] Nec in sensu renouamur absq; spiritu, nec
in spiritu absq; sensu: sed renouamur coniuncte in spi-
ritu sensus nostri: ut quomodo psallimus spiritu, psal-
limus & sensu: oramus spiritu, oramus & sensu: sic in C
spiritu sensus nostri renouemur: ut cum sensus mũdus
fuerit atq; purgatus, & ab omni macula sordidæ cõcre
tionis alienus: tũc ei iungatur & spiritus, & ita quodam
inter se unitatis glutino copulẽtur: ut nequaq; simplex
spiritus, sed spiritus
sensus esse dicat. Cũ
autem renouati fueri
mus in spiritu, q no-
stri sensus est spiritus,
tũc induemur nouũ
hominẽ qui secundũ
deũ creatus est. Q&
quidem alijs uerbis
loquimini
idipsum puto esse quod in alio loco dicit: Induite uos Rom.13.d
Christum Iesum. Iste quippè est nouus homo, quo uni
uersi credentes debemus indui atq; uestiri. Quid enim
in homine qui à saluatore nostro assumptus est, nõ no-
uum fuit? Conceptus, natiuitas, partus, infantia, doctri
na, uita, uirtutes, & ad extremũ, crux & passio, expoli-
antis in ea principatus, & cõtrarias fortitudines ostẽdi
habẽtis, resurrectio quoq; & ascẽsus ad cœlũ. Hic ergo
uerè creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis: qa deus
uerus dei ueri filius fuit, & tota in illo religio atq; iusti-
tia, dei ueritate cõpleta est. Qui igit conuersationẽ illius
imitari potest, & uniuersas in se exprimere uirtutes: ut
sit mansuetus, sicut fuit ille mãsuetus & humilis corde,
& ponat animã suã pro amicis, ut ille posuit p ouibus
suis: uerberatus nõ respõdeat: maledictus nõ remaledi
cat, sed uincat in humilitate superbiam: iste indutus est
nouũ hominẽ, & dicere cum Apostolo potest: Viuo aũt Gal.2.d
iam non ego: uiuit uerò in me Christus: Et, Imitatores 1.Cor.11.d
mei estote, sicut & ego Christi. Potest quoq; uerba Ioan
nis assumere: Qui dicit se in Christo credere: debet si- 1.Ioan.2.d
cut ille ambulauit, & ipse ambulare. Quod aũt ait: Qui
secundũ deũ creatus est: nõ idipsum sonat in latino ser D
mone quod Græco. Creatio quippè apud nos, genera
tio uel natiuitas dicit: apud Græcos uerò sub nomine
creationis, uerbũ facturæ & cõditionis accipit. Et quod
apud nos cõditio, hoc apud Græcos creatio sonat. Vn
de & hæresis natiuitatẽ Christi calumnians, Salomonis
usurpat exemplũ: Dñs creauit me initiũ uiarũ suarum. Prou.8.c
Cõsiderandũ igit: quia creatio atq; conditio, nunq; nisi
in magnis operibus nominent. Verbi causa, mundus
creatus est: urbs cõdita est: domus uerò quamuis ma-
gna sit, ædificata potius dicitur, quàm cõdita uel creata.
In magnis enim operibus atq; facturis, uerbũ creatio-
nis assumitur. Ex quo animaduertendũ istum nouum
hominẽ, qui iuxta deum in Christo creatus est: magnũ
dei opus esse, & eminere ultra cæteras creaturas: cum
sic cõditus esse dicatur, ut mundus, & initium uiarum
dei, & in exordio elementorum omnium sit creatus.
c ¶ *Propter quod, etc.*] Non simpliciter ut quidam putãt:
nec moraliter Apostolus præcepit mendacio derelicto,
cum proximis ueritatẽ loquẽdam. Alioquin si tantum
cum proximis loquimur ueritatẽ: quicunq; non fuerit
proximus, debet audire mendaciũ. Quod quidẽ & in
lege præceptũ est: Non adulterabis uxorẽ proximi tui: Exod.20.c
Si proximus tantũ propinquus uel amicus accipitur,
adulteria in alienos iure permittit: sed proximũ uocat
omnẽ hominẽ, qui ex eodẽ nobiscũ parente generatus
est. Quod quidẽ & parabola illa significat, de Hieruſa- Luc.10.c
lem Hiericho hominis descẽdentis, qui incidit in latro
nes, & sacerdote & leuita prætereũtibus, à Samaritano
curatus est, & ad stabulariũ reuectus. Affirmat aũt post
hæc dñs eum esse proximũ, qui illi misericordiã fecerit,
uolens ostẽdere omnes homines, omnibus esse proxi-
mos. Et hoc quidem sic intellectum ædificat audientes.
Cæterũ id quod sequitur: Quoniã sumus alterutrum
membra

A mẽbra, magis mihi uidet significare mysteriũ, & de his
dicere, q nobis fide & uirtute sunt ꝓximi. Mẽbra quip-
pè alterutrũ non sunt, nisi fideles fideliũ, & Christiani
Christianorũ, & perfecti, eorũ qui sunt plenæ cõsumma
1.Cor.2.b tæq; uirtutis. Propter quod Paulus ipse perfectus, in e-
pistola alia loquebat:
Sapientiã autẽ loqui-
mur inter perfectos.
Ergo hoc iubet, ut u-
nusquisq; mystica quę-
quę secreta, & ea quæ
Psal.18.a dei ueritate sunt ple-
na, loquat cum proxi
mo suo, & dies diei e-
ructet uerbũ, & nox
Matth.5.b nocti indicet scientiã: hoc est: clara quæq; & lucentia his
indicet, q merent audire: Vos estis lumẽ mundi. Porrò
tenebrosa & inuoluta, & omni sacramentorũ nocte ue-
lata, his referat, qui & ipsi nox, tenebræ, uel caligo sunt:
Psal.17.b de quibus dicit: Et caligo sub pedib. eius, haud dubiũ
Exod.10.c quin dei. Nã in mõte Sina Moses ingredit in turbinẽ &
Psal.17.b caligine, ubi erat deus, & de ipso deo scriptũ est: Posuit
tenebras latibulũ suũ. Loquat itaq; ueritatẽ atq; myste-
riũ unusquisq; cũ ꝓximo suo, & nõ det sanctũ canibus,
neq; mittat margaritas suas ante porcos: sed quicunq;
oleũ habuerit ueritatis, illos in thalamũ sponsi & penũ
regis inducat. Porrò quod ait: Loquimini ueritatẽ u-
Zach.8.c nusquisq; cum proximo suo: sciamus de Zacharia, p-
pheta sumptũ. a ¶ *Irascimini & nolite peccare.*] De quarto
psalmo hoc usurpatũ, nulli dubiũ est: & uidet illi esse cõ
Col.3.b trariũ quod alibi dicit: Nunc aũt deponite & uos omnẽ
irã, & indignationẽ, & maliciã, & blasphemiã, & turpẽ
sermonẽ ex ore uestro. Sed & simpliciter intellectũ no-
cet, dum putant iræ frena laxata. Duplex aũt nõ solum
B apud nos, uerumetiã apud philosophos iræ nomẽ ac-
cipit. Vel cum iniuria lacessiti, naturalibus stimulis cõ-
citamur: uel cum requiescente impetu & furore restin-
cto, potest mens habere iudiciũ, & nihilominus super
eo qui putat læsisse, desiderat ultionẽ. Arbitror itaq; de
priori ira nunc dictũ, & nobis quasi hominibus esse cõ
cessum, ut ad indignæ alicuius rei faciẽ moueamur: trã-
quillitatẽq; mentis, uelut lenis quædam aura cõturbet:
nequaq; tamẽ intumẽus gurgitis furoris impetu suble-
uemur. Firmianus noster librũ de ira dei, docto pariter
& eloquenti sermone cõscripsit: quẽ qui legerit, puto ei
ad iræ intellectũ, satis abundeq; posse sufficere. b ¶ *Sol
non occidat super iracundiam uestram.*] Si simpliciter hunc so
lem intelligimus, qui oculis carnis aspicit: peccamus,
quando irascimur, & occidente sole, iracundia perseue
rat. Non peccamus aũt, quando (uerbi gratia) à prima
hora usq; ad undecimã irascentes, facimus quod indig
natio, furor, ira suggesserint. Quo sensu nihil mihi ui-
detur absurdius: quasi non queat quispiã ab ortu solis
usq; ad occasum, in tanta scelera debacchari: quanta to
ta uita sua non possit lachrymis expiare. Aut nõ magis
ira locũ in die habeat: cũ utiq; nox requies sit furoris,
& succedente somno, etiã si irascimur, in diem iracun-
diã differamus. Quia igit uerus sol, sicut occidit sup ma
Amos 8.c los prophetas: iuxta illud quod scriptũ est: Occidit sol
super prophetas uestros meridie: ita etiã super omnes
occidit peccatores, nequaq; eis ortus sui lumen indul-
gens: præcipit nunc Apostolus, ne talia faciamus furo-
re superati: per quæ nobis sol occidat, & principale cor
dis, tenebris inuoluatur. Quidam putant sic accipien-
dum hoc esse simpliciter, quomodo & illud quarti psal
mi: unde idipsum sumptũ uidetur: Quæ dicitis in cor-
dibus uestris, & in cubilibus uestris compungimini: id
est, quæcunq; in die, uel opere, uel sermone, uel cogita-
tione peccatis: hæc succedente pœnitentia purgate per
noctem, & ira sit breuis, nec in diem crastinũ differat. C
c ¶ *Neq; locum detis diabolo.*] Diabolus Græcũ uerbũ est,
quod Latine dicitur criminator: lingua uerò Hebræa
satan appellatur: id est, aduersarius, siue cõtrarius, & ab
Apostolo belial: hoc est, absq; iugo: q de collo suo dei 2.Cor.6.c
abiecerit seruitutem:
quem Aquila aposta
tam trãstulit. Et scien-
dum ubicunq; in ue
teri lege filij pestilen-
tię scribant, sicut ibi: 2.Reg.2.c
Filij autẽ Eli, filij pesti
lentiæ: ibi in Hebrai-
cis uoluminibus Be-
lial: hoc est, diabolum
pro pestilentia nominari: licet plurimi pro belial corru
ptẽ in Apostolo belian legant. Nolite itaq;, ait, dare lo-
cum diabolo: qui tanq; leo rugiens, quarit aditũ p quẽ
posit irrumpere. Quomodo enim pater & filius stant
ante ostium & pulsant, ut introeant & cœnent cum eo
qui se receperit: ita & aduersarius semper in nos est pa-
ratus irrumpere, & cum locũ dederimus, ingredit. So-
let autẽ antecq; ueniat, quædam iacula prœmittere, & prę
cursorẽ aduentus sui facere cogitationẽ: hanc si nos in
corde nostro susceptã nutrierimus intrinsecus, & cresce
re fecerimus: cum in nobis prolem suam auctam uide-
rit, & ipse audebit intrare. Deniq; in Iudæ Iscariot cor,
primã iecit sagittam ut traderet saluatorẽ: quam si excę-
ptam ille miserabilis nõ fouisset, nunq; post intinctũ pa
nẽ in paropside, intrasset in illũ satanas. Simulq; & hoc
diligenter attendite, q non inuenerit diabolus locũ in-
troeundi in Iudam: cuius pectus iam ante percusserat,
nisi in conuiuio saluatoris. Quia tũc uel maxime in po
testatẽ ei damur, quando nec humanitate, nec clemen-
tia, nec mansuetudine eius uincimur, quẽ odimus in- D
digne. Huic quod nũc præcepit: neq; locũ detis diabo-
lo, illud de Ecclesiastico cõparatur: Si spiritus potestatẽ
habentis ascẽderit super te, locũ tuũ ne dederis ei: Ille su
perbus & temerarius uult ascendere, uult subire: sed e-
tiam si te oppressum putauerit & se extulerit, tu ne dede
ris locũ. Potestas quippè diaboli, non in temeritate il-
lius atq; iactantia, sed in tua est uoluntate. d ¶ *Qui fura-
batur, etc.*] Quia hi qui in uitæ istius negocijs cõuersan-
tur, propter alimẽta & usus necessarios, coguñ aliqua
uel emere, uel uendere, & lucra de negociatione secta-
ri: & difficile est etiã eos qui à cæteris passionibus liberi
sunt, fornicatione uidelicet, idololatria, adulterio & ho
micidio, hoc uitio non teneri: Propterea nũc Ephesios
monet, ne sub occasione emolumenti, furti crimen in-
currant. Furtũ nominans, omne quod alterius damno
quærit. Iustũ aũt esse ut manibus suis unusquisq; ope-
rans, & uictũ labore cõquirens, impertiat non habenti
bus. Neq; uerò ait: Magis aũt laboret operãdo manib.
suis, quod bonũ est, ut non indigeat, & habeat uictũ, &
nulli molestiã exhibeat: sed laboret, inquit, manib. suis
quod bonũ est: ut habeat unde cõmunicet indigentib.
Qui igit ad hoc tantũ laborat, ut ipse non egeat, & cæ-
teris cõtrahit manũ: quamuis applaudat libi: tamẽ apo
stoli præceptũ non fecit. Potest aũt & alius intelligi: qui
furabat, iam nõ furetur, & reliqua: propter illud quod
scriptũ est de pseudoprophetis: Qui furant sermones Hiere.23.f
unusquisq; à proximo suo: Et in euangelio: Omnes qui Ioan.10.b
uenerũt ante me: fures fuerũt & latrones. Et ad Roma-
nos: Qui prædicas nõ furandũ furaris: quod furta pro Rom.2.c
hibeamur facere spiritualia. Neq; eñ hoc quod sequit:
magis aũt laboret operãdo manibus suis, quod bonũ
est: ad uitæ huius necessaria digne referri potest: ut bo-
num dicatur quodcunq; periturum est, & ad mammo
nam iniquitatis pertinet. Quamuis enim iustus labor
opes

opes habeat absq; tergiuersatione quæsitas: satis habebit si non dicant malũ: cæterũ bonũ non ualent appellari. Igitur bonũ operaẽ, qui declinat à malo & facit bonum, & operatur in agro animæ suæ: ut spiritualib. panibus impleatur, & possit cõmodare esurienti, & necessitatẽ sustinenti: dans in tẽpore cibaria conseruis suis. Si autẽ talis est qui operaẽ bonum: ergo & is qui furatur, consequenter uerba furatur & dogmata: de furto uiuẽs: de furto sibi ceruicalia consuens, & scripturarum pannos hinc inde colligens: ut possit tunicam facere cõscissam, quæ deorsum est non desursum. Tunica enim ecclesiæ: hoc est, corpus Christi, desuper contexta est, & nulla ex parte consutilis: quæ ne ab inimicis quidẽ scindi potest. 4 ¶ *Omnis sermo malus de ore uestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem opportunitatis, ut det gratiam audientibus.*] Bonus sermo est ad ædificationem opportunitatis, dans gratiam audientibus: qui docet uirtutes sequendas, uitia fugienda. Malus, qui ad peccata prouocat & pronos magis incitat ad ruinã. Pro eo autem quod nos posuimus, ad ædificationem opportunitatis hoc est quod dicitur Græce τῆς χρείας: in Latinis codicibus propter euphoniã mutauit interpres & posuit, ad ædificationem fidei. Quotiensc̃uq; ex sermone nostro aliquis proficit, & iuxta opportunitatẽ loci, temporis & personæ, ædificat audientes, bonus de ore nostro sermo processit. Quotiẽs uerò loquimur aut nõ in tẽpore, aut importuno loco: aut non ut cõuenit audientibus: totiens sermo malus procedit de ore nostro, ad destructionẽ eorum qui audiunt. Consideremus itaq; quid loquamur: quia pro omni otioso uerbo, reddituri sumus rationẽ in die iudicij. Et etiam si nõ lædamus, non tamen ædificemus: mali uerbi nobis luenda sit pœna. *b* ¶ *Et nolite contristare spiritum sanctum dei: in quo signati estis in die redemptionis.*] Mœror sancti spiritus, sic intelligendus, quomodo ira dei & somnus, & cæteræ in humanam similitudinem passiones. Non quo contristetur spiritus, & ullã perturbationem diuinitas sentiat: sed quo ex uerbis nostris, dei discamus affectus: quod mœreat, quotiensc̃unq; peccamus, & defleat peccatores. Nam & saluator in corpore constitutus, fleuit Hierusalẽ, & omne hominum genus in propheta deplorat, dicens: Heu mihi anima quia periit reuerens à terra. Et qui corrigat inter homines non est: omnes in sanguine iudicantur. Et in Ezechiele opera quondam sanctæ ciuitatis enumerans, ait: In omnibus istis cõtristabas me. Signati autem sumus spiritu dei sancto: ut & spiritus noster & anima imprimant̃ signaculo dei: & illam recipiamus imaginem & similitudinẽ, ad quam in exordio conditi sumus. Hoc signaculum sancti spiritus iuxta eloquiũ saluatoris, deo imprimente signatur. Hunc enim, ait, signauit pater deus. Signatur ergo à patre spiritu sancto, omnis qui ex eo quod credidit deo signauit: quia uerus est deus. Qui ideirco signaẽ: ut seruet signaculum, & ostendat illud in die redemptionis, purum atq; syncerum, & nulla ex parte mutilatum, & ob id numerari cum his ualeat qui redempti sunt.

Omnis sermo mãlus de ore uestro non procedat. Sed si quis bonus ad ædificationem opportunitatis, ut det gratiam audientibus. Et nõlite contristare spiritum sanctum dei: in quo signati estis in die redemptionis.

Luc. 19. f
Mich. 7. d
Ezech. 20
Ioan. 6. c

Commentarij secundi in epistolam ad Ephesios finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM LIbrum cõmentariorum ad Ephesios, ad Paulam & Eustochium prooemium.

SAtis abundeq; ò Paula & Eustochium, de argumento epistolæ Pauli ad Ephesios, in primi libri præfatione disserui, & sparsim ubicũq; occasio data est, licet breuiter, ostendi quod beatus Apostolus ad nullam ecclesiarum tam mystice scripserit, & abscondita seculis reuelauerit sacramenta. Nunc ergo quoniã orationũ uestrarũ & sanctæ Marcellæ fultus auxilio, tertiũ, id est, extremũ, in eandem epistolam dicto librũ: iustum mihi uidetur: ut nominis quoq; ipsius etymologiam cum sensu quem supra exposui congruere doceam. Ephesus in Latinam linguam interpretatur, uoluntas siue consiliũ meum in ea, uel certe anima mea in ea. Voluntas & consilium & anima dei in eo est, qui potest dicere: Ipse enim mihi dedit noticiam omniũ,
Psal. 88 & cum incerta & occulta sapientiæ dei illi fuerint reuelata, testimoniũ cõsequetur loquentis: Inueni Dauid de Bethlehem filium Iesse, uirũ secundum cor meum, qui faciet omnes uoluntates meas.
Osee 14 Istiusmodi uirũ & Osee propheta significat, dicens: Quis sapiens & intelligit hæc, prudens & agnoscit ista? Porrò ut sciatis multam esse distantiam iusti simplicis, iustiq; sapientis: qualem in resurrectione mortuorũ singuli gloriam consequantur attendite. Et multi dormientiũ de limo terræ exurgent: hi in uitam æternam, & hi in opprobriũ & confusionẽ æternam: Et intelligentes fulgebunt sicut splendor firmamenti, & ex iustis multi sicut stellæ in æternũ. Fulgebunt, inquit, iusti sicut stellæ in æternũ, & intelligentes, id est, habentes scientiã scripturarũ, sicut splendor cœli. Non quo doctus uir, iustus quoq; esse non debeat: sed quo qui iustus est, nisi fuerit eruditus, tam procul sit à sapiente iusto, quàm est stellarum fulgor à lumine firmamenti. Quod si quis meditatione tantũ legis instructus, uitam suam negligit, neq; audet dicere: A mandatis tuis intellexi: propterea ad omnia mandata tua dirigebar: iste quasi æramentum sonans, & cymbalum tinniens, & infatuatum sal, in stercore conculcandus est. Si autem detur optio singulorum, sepositio eo qui habet sapientiam atq; iustitiam: magis ego uelim rusticitatem iustam quàm doctam maliciam. Quia in altero

altero licet minor, tamen gloria est, stellarũ esse lumini coæqualẽ: in altero iuxta scientiæ profectũ, maiora supplicia sunt. Potentes quippè potenter patientur tormenta. Et: Seruus qui scierit uoluntatem domini sui & non fecerit eam, uapulabit multis. Hæc idcirco, ut docerem quare animam & consilium, & uoluntatẽ dei, Ephesiorũ uocabulum sonet: qui artium magicarũ præstigijs derelictis, erroris zelum ad ueritatis studiũ transtulerunt. Ob quorũ salutẽ tanto Paulus sudore pugnauit, ut ad Corinthios scriberet: Si secundũ hominẽ ad bestias pugnaui Ephesi: quid mihi prodest si mortui non resurgunt? Quæ sunt istæ bestiæ? Nempe illæ, de quibus psalmista precatur, dicens: Ne tradas bestijs animam confitentẽ tibi. Et in alio loco: Increpa feras calami. Aduersarius enim noster diabolus, tanquam leo rugiens circuit. Qui cum cerneret principem Asiæ ciuitatẽ ad doctrinam Pauli de faucibus suis eripi: totis satellitũ suorũ agminibus congregatis, eum opprimere nitebatur: & improbe se extollens, uolebat quasi aquila ponere super illum nidum suum. Quod Apostolus sentiens, & omni custodia seruans cor suũ: quippè qui eius non ignoraret astutias: post uictoriam quidem, sed non incruentam uictoriam loquebatur: Non enim uolumus uos ignorare fratres de tribulatione nostra quæ facta est nobis in Asia: quoniam supra modum grauati sumus, supra uirtutem: ita ut tæderet nos etiam uiuere. Quod autẽ per Tychicũ epistola mittitur, ualde eiusdem epistolæ cõgruit sacramentis. De quibus & noni psalmi titulus prænotatur, pro arcanis filij: Tychicus enim silens interpretatur: non proijciens margaritas ante porcos, nec dans sanctum canibus, & libere ad deum loquens: In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.

COMMENTARIORVM HIERONYmi in epistolam ad Ephesios, liber tertius.

Omnis amaritudo & furor, & ira, & clamor, & blasphemia auferatur à uobis cũ omni malicia.] Amaritudo cõtraria dulcedini est: unde amari uulgo appellantur & dulces. De qua & Hieremias loquitur, dicens: Et amaritudo tua ascendit super me. Furor uerò insipiẽs ira est, & feruescens in animo indignatio. Ira autem est: cuius amaritudo & furor species sunt: quæ furore restincto desiderat ultionem, & eum quem nocuisse putat uult lædere. Quæ quidem licet in deo sæpe dicantur, secundum illud: Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me: non sunt perturbationes animi computandæ sicut in nobis: quia in illo moderata & ordinata sunt omnia, & pœna qua peccatores corriguntur, nostris uocibus appellatur. Nos uerò si iracimur, perturbamur, & furore rapti, nostri esse desimimus. Unde à nobis omnis amaritudo, & furor, & ira penitus auferenda sunt. Nam ad illud euangelij: Quicũq; iracitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio: frustra est additũ, sine causa: quia nec cum causa nobis iracundi conceditur: manifestissimè Apostolo nunc dicente: Amaritudo & furor, & ira tollatur à uobis: Et tricesimosexto psalmo, uniuersam cõmotionem animi generaliter auferente: Quiesce ab ira, & dimitte furorem. Si enim ira desiderat ultionem: omnis autem ultio rependere cupit ei malum à quo se læsam putat, & Christianus non debet malum pro malo reddere, sed uincere in bono malum: &, Mihi uindictam & ego retribuam, dicit dominus: omnis qui iracitur, peccat: Ira quippè uiri iusticiam dei non operatur. Post amaritudinem, furorem, iram recte clamor quoque & blasphemia prohibentur in nobis. Quia qui semel fuerit furore superatus: necesse est ut, prosiliat in clamorem, & turbide fremens, huc atq; illuc in modum folij uentiletur & dicat: ò rerum iniquitas, ò iniusta iudicia dei, & cætera quæ solẽt loqui qui per indignationis furorẽ mentis iudiciũ perdiderunt. Porrò blasphemia non solum aperta est, & de ira nascit: sed & absq; ira sedata mente profertur: si aut de mundi istius quispiã gubernatione causetur, & dicat: illud sic esse nõ debuit: hoc uerò esse sic debuit: aut certe in ecclesia constitutus, & credens in deum: labatur in dogmatibus quæ ignorare non licitum est: aliter de patre & filio & spiritu sancto sentiens, quàm rei ipsius ueritas habet: non ita credẽs in resurrectione mortuorũ, ut scripturæ docent: uel certe alienæ inuidens sapientiæ, eum male sentire cõmemoret, qui catholicæ fidei est, & rursum hæreticum pro adulatione qua sibi obsequitur, catholicũ esse contestans: qui dicit dulce amarum, & amarum dulce. Vnde omni studio legendæ nobis scripturæ sunt, & in lege domini meditãdum die ac nocte: ut probati trapezitæ, sciamus quis nummus probus sit, quis adulter. Porrò amaritudinẽ, furorem, iram, clamorem, atq; blasphemiam, sic tollamus à nobis: ut cum omni malicia auferantur. Malicia autem uel contraria uirtuti intelligenda est: quam alio nomine uitium nominamus: uel malignitas & nequitia, quæ in tergiuersatione & calliditate sentitur.

Omnis amãritudo & furor, & ira, & clamor, & blasphemia auferatur à uobis cum omni malicia.

Hier. 15

Caput V

EStote autẽ inuicem benigni, misericordes: donantes uobismetipsis, sicut & deus in Christo donauit

Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes uobismetipsis: sicut & deus in Christo, etc.] Supra amaritudini contrariã dulcedinẽ dixeramus: quam nũc Apostolus alio uerbo χρηστότητα, id est, suauitatem magis quàm benignitatem uocauit: præcipiens ut omni amaritudine & furore, ira, clamore, & blasphemia, & motu turbido, cum quadam frontis austeritate damnatis, clementes simus & blandi, & ad familiaritatem nostram ultro homines inuitemus, ut nullus ad nos formidet accedere: quæ familiaritas maxime ex misericordia cõparatur. Nec statim præstantes alijs, ipsi quod dedimus habere desistimus: sequitur enim: Donantes uobismetipsis: quia quod bene in alium fit: magis ei reponitur qui præstitit quàm cui datum est. Qui miseretur pauperis, ipse saturabit: & qui dat ei, deo fœnerat. Vel certè ita accipiendũ, quod in eo quod suaues & misericordes

A Recordes sumus, & perturbationibus quæ nos inquietabant relictis, ad mansuetudinẽ, temperantiãq; transiuimus: ipsis nobis datum sit & donatum, dum de malis in bonos uertimur, & hæc ipsa donamus nobis quæ deus pater donauit in Christo. Si ẽ omissis uitijs, uirtutes sequimur: omnes autem uirtutes, sapientia, ueritas, iustitia, mansuetudo, & cętera ad Christum intellectã referunt: cum has uirtutes habuerimus: ipsas nobis etiã nostro studio comparamus, & habere nos facimus: quas deus nobis donauit in Christo. Alius uerò hoc quod ait, donantes uobismetipsis, simpliciter accipiet: ut quomodo supra dictũ: Estote autẽ inuicẽ suaues: sic & nunc dicatur, donantes uobismetipsis: pro eo quod est, donantes uobis inuicem: ut quomodo deus nobis in Christo nostra peccata donauit: sic etiam nos eis qui in nos peccauerint dimittamus. Et ad probandũ quod dimissio peccatorũ in scripturis donatio nũcupetur: illud sumet exemplũ, quod
Luc. 7.f in Luca scribitur: ubi uni creditori alius debebat quingentos denarios, & alius quinquaginta: quos utrisque cõcesserit, & ad interrogationẽ saluatoris ille qui interrogatus fuerat responderit, maiorẽ gratiam illum habere cui plus donatũ sit. Dicitur & in oratione dominica:
Matth. 6.b Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Deus aũt nobis donauit in Christo, non extra positus, sed habitans in eo: quia pater in filio, & filius in patre. Nec statim ille in quo donatur minor est ab eo qui in se donat: quia & Apostolus dicit: Et
B 2.Cor. 2.b ego si qd donaui uobis, in facie Christi & dei. a ¶ *Estote*
Matth. 5.g *ergo, etc.*] Qui intelligit quomodo dictũ sit: Estote perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est: iste sciet quomodo & nunc dicatur: Estote imitatores dei. Et Co-
1.Cor. 4.d rinthijs quidem scribens ait: Imitatores mei estote sicut
& 11.a & ego Christi. Non enim poterant statim imitatores Christi fieri, sed grande illis erat si imitatores possent imitatoris existere. Ephesijs uerò quasi his quos iam mysteria tanta docuerat: non ait, imitatores mei estote: nec imitatores Christi, sed imitatores dei. Non quo minus sit imitatorẽ Christi esse ꝯ dei, Deus quippe Christus est: sed quod aliud sit secũdũ hominẽ imitari: aliud secundum deum. Nam & si Christum secundum carnem antea nouerámus: nunc iam nequaquam eum nouimus secundũ carnẽ. Loquitur & ipse saluator, humi-
Ioan. 5.c litatẽ dispensationis ostendens: Quæcunq; uiderit patrem facientẽ, hæc eadem filius facit similiter. Non quo aliud cœlũ & aliã terrã pater fecerit, & ad similitudinẽ eorũ, aliud cœlũ & alia terra & elementa à Christo facta sint cætera: sed quo quæcunq; operet pater, hæc eadem & filius operetur. In quo autem similes deo possumus fieri, supra testatus est, dicens: donantes uobis, sicut & deus in Christo donauit uobis. Non enim puto quod in cæteris quoq; quæcũq; deus fecit, homo deum possit imitari: sed uerbi causa: ut quomodo ille clemens est, & pluit super bonos & malos & reliqua: sic etiã nos bonitatem nostram super omnes homines effundamus. Quod cum fecerimus, erimus filij dilecti, siue ipsius Pauli, siue quod melius puto dei. b ¶ *Et ambulate, etc.*] Qui pro aliorum salute usq; ad sanguinem contra peccatum dimicat: ita ut & animã suam tradat pro eis: iste ambulat in charitate: imitans Christum, qui nos intantum dilexit: ut crucẽ pro salute omniũ sustineret. Quomodo enim ille se tradidit pro nobis: sic & iste pro qui

nauit uobis. Estõte ergo imitatores dei sicut filij charissimi. Et ambũlate in charitate sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatiõ autem & omnis immundicia aut auaricia, nec nominetur in uobis sicut decet sanctos, & turpitudo & stultiloquiũ: aut scurrilitas quæ ad rem non pertinent, sed magis actio gratia-

bus potest libẽter occumbens: imitabitur eum qui oblationem & hostiam in odorẽ suauitatis se patri tradidit, & fiet etiam ipse oblatio & hostia dei in odorẽ suauitatis. c ¶ *Fornicatio autem, etc.*] Nisi philosophorũ quidam Cynicus extitisset: qui doceret omnem titillationẽ carnis, & fluxũ semi-
C nis ex qualicunq; attritu tactuq; uenientẽ in tẽpore non uitandum, & nonnulli sapientes seculi in hanc turpem & erubescendam hæresim consensissent: nunq; sanctus Apostolus scribẽs ad Ephesios, ad fornicationẽ etiam omnẽ immundiciam copulassẽt, & ad immundiciam iunxisset auariciam: non hanc qua pecuniam cupimus congregare: sed illam de qua supra diximus: ne supergrediat, & auarus fraudet in negocio fratrẽ suum: Quod scilicet insatiabilis & inexpletus, per omnia turpitudinũ genera lasciuiæq; discurrat. Sicut decet, inquit, sanctos. Ex quo sanctus nõ potest appellari, quicunq; extra fornicationẽ in aliqua immundicia & auaricia uoluptatum quæ se delectauerint inuenitur. Si quis autem arbitratur auariciã non in illo sensu accipiendam esse quo diximus: reddat causas quare inter fornicationẽ, & immundiciam, & turpitudinẽ & stultiloquiũ, & scurrilitatem, mediam auariciã extraordinarie posuerit. Porrò stultiloquium esse existimo: non solum eorum qui aliqua narrant turpia ut risum moueant, & factuitate simulata magis illudant eis quibus placere desiderant: sed etiã eorũ qui sapientes seculi putantur, & de rebus phy-
D sicis disputantes dicũt se arenas littorũ, guttas oceani, & cœlorũ spaciũ, terræq; punctũ liquido cõprehẽdisse. Est & in ecclesia stultiloquiũ: Si quis cœlũ putet fornicis more curuatũ: Esaiæ quẽ non intelligit sermone de-
Esa. 6.b ceptus: solũ quoq; in cœlis positum, & super eo sedere deum, & in ritum imperatoris & iudicis, angelos stare in circuitu qui uerbis iubentis obtemperẽt, & in diuersa mittant officia. Sed qa sequit stultiloquiũ scurrilitas, magis stultiloquiũ ad fatuas & ineptas fabulas transferendũ. Inter stultiloquiũ autẽ & scurrilitatẽ hoc interest: quod stultiloquiũ nihil in se sapiens & corde hominis dignũ habet. Scurrilitas uerò de prudẽti mente descendit, & cõsulto appetit quædã: uel urbana uerba, uel rustica, uel turpia, uel faceta: quã nos iocularitatẽ alio uerbo possumus appellare: ut risum moueat audientibus. Verũ & hæc à sanctis uiris penitus propellẽda: quibus magis conuenit flere atq; lugere: ut in Hebraico quoq; euãgelio legimus, dñm ad discipulos loquẽtẽ: Et nunc inquit, læti estis: nisi cũ fratrẽ uestrũ uideritis in charitate. Videtur hucusq; nihil extra propositũ, & extra consequentiã textumq; ordinis intulisse. Verum hoc quod sequitur, & in fine positũ est: Sed magis gratiarũactio. Quærat aliquis & dicat, quid sibi uelit post fornicationem prohibita & immundiciã, & lasciuiã, & turpitudinẽ, & stultiloquiũ, & scurrilitatẽ, actio gratiarũ. Si enim semel ei liberũ fuit ponere quamcunq; uirtutẽ: potuit dicere: sed magis iusticia, ueritas, dilectio. Quomodo autem hoc inconsequens est: ita etiam illa inconsequentia esse potuissent, & eadem licentia ordinem non haberent. Forsitan igitur gratiarumactio in hoc loco nõ ista est nominata, iuxta quam gratias agimus deo: sed iuxta quam grati siue gratiosi, & salsi apud homines appellamur. Stultiloquũ enim & scurrã non decet esse Christianũ. Decet aũt sermonẽ eius sale esse conditũ: ut gratiã apud audiẽtes habeat. Et quia non est cõsuetudinis nisi

A nisi inter doctos quosq; apud Græcos εὐχαριστίαν ad distinctionẽ eucharistię dicere: hoc est gratiosum esse, & agere gratias: Propterea puto Apostolũ quasi Hebræũ ex Hebræis, uerbo usum esse uulgato, & sensum suũ alterius significatione uerbi explicare uoluisse: maxime cum apud Hebræos gratiosus & gratias agens: uno ut aiunt sermone dicatur. Vnde
Prou. 11.b & in prouerbijs puto ita scriptũ, γυνὴ εὐχάριτος & ἐγείρει ἀνδρὶ δόξαν, mulier grata suscitat uiro gloriã: p eo quod est, gratiosa: uideremur uim facere scripturæ, & gratias agẽtẽ mulierẽ, p gratiosa audacter accipere: nisi & cæteræ editiones nostræ opiniõi cõgruerẽt. Aquila enim & Theodotio & Symmachus ita posuerũt: γυνὴ χαριτώς, id est mulier gratiosa, & nõ εὐχάριστος & qđ ad actionẽ ptinet gratiarũ. a ¶ *Hoc aũt etc.*] Notãdũ ꝙ sex uitijs supra ꝓhibitis: fornicatione, immũdicia, auaricia, turpitudine, stultiloquio, scurrilitate: nũc tantũ tria posuerit: fornicationẽ, immundiciã, auariciã, quibus qui fuerit obnoxius hæreditatem in regno Christi & dei habere non possit. Si enim ita stultiloquus & scurra alieni essent à regno dei, quomodo tres quos specialiter separauit: uideretur sententia esse crudelis, non ignoscere imbecillitati fragilitatis humanæ: cum etiam per iocũ nos dicta damnarent. Qui enim in sermone non labit, perfectus est. Necq uerò ista dicentes, locũ stultiloquio & scurrilitati damus, dum non excludunt à regno: sed quomodo apud patrẽ diuersæ sunt mansiones & stella à stella differt in gloria: sic & resurrectio mortuorũ. Quamuis aliquis à for-
B nicatione, immundicia atq; lasciuia alienus sit: tamen si stultiloquus & scurra fuerit, non tenebit eum locũ quẽ possessurus erat, si hæc uitia non haberet. Respondeat quis: esto stultiloquiũ & scurrilitas non eundem habeant reatũ, quẽ fornicatio, immundicia, & auaricia, nunquid non & turpitudinẽ cum tribus superioribus debuit nominare? Ad quod dicendũ, turpitudinẽ hic significare absconditã cogitationẽ, cum inflammat sensus noster ad libidinẽ, & carnis titillationibus anima ignita succenditur, & nihilominus dei timore & mentis iudicio refrenatur. Denicq; etiã supra absq; turpitudine, tria pariter appellauit, dicens: Fornicatio aũt & omnis immũdicia, & auaricia, nec nominetur in uobis, & deinceps turpitudo cum stultiloquio & scurrilitate numerata est. Et quomodo stultiloquiũ & scurrilitas: sic & ista turpitudo non perdit, nec in perpetuũ excludit à regno. Quia uerò in superioribus ex eo quod alibi legeramus: Ne supergrediat, & auarus fraudet in negocio fratrẽ suũ: dixeramus auariciã pro adulterio positã: Quærimus id quod nunc dicit, aut auarus, quod est idolis seruiens: utrũ cum illa: an cum uulgata interpretatione cõsentiat. Inuenimus in locis plurimis prophetarũ, idololatriã, fornicationẽ appellatã. Fornicabant, inqt, post idola sua, & spiritu fornicationis seducti sunt. Potest itaque fornicatio & super idololatria intelligi. Sin uerò auarus ille accipit: qui pecuniã utcũq; cõquirens, numos per fas & nefas habere desiderat, & pleno sacculo delectat: iste idololatres in eo est: quia sculpturã ipsius nummi colit, & idola in eis cælata uenerat. Vt uoraciũ deus uenter est: ita cupidorũ quoq; iustissimè pecunia deus dici potest: maximè cum in alio loco Apostolus
1.Cor. 10.c cupiditatẽ idololatriã uocet. Ad hæc uidendũ quid sentire uoluerit, dicẽs: In regno Christi & dei: utrũ nam aliud regnũ Christi sit, & aliud dei: An idem regnũ sit patris & filij. Et si quidem dixisset, in regno filij & patris:

gratiarum. Hoc aũtẽ scitote quia omnis fornicator aut immundus, aut auarus, quod est idolis seruiens: non habet hæreditatem in regno Christi & dei. Nemo uos decipiat inanibus uerbis, propter hæc enim uenit ira dei in filios diffidentiæ. Nolitẽ ergo effici comparticipes eorum. Erãtis enim aliquando tenebræ: nũc autem lux in domino

per filiũ ueniremus ad patrẽ, & licet esset diuersitas personarũ: tamẽ esset regnantiũ una maiestas: nunc uerò cum dixerit, in regno Christi & dei: ipsum deũ & Christum intelligamus: quia & cum tradiderit regnũ deo & patri, non erit pater omnia in omnibus, sed deus omnia in omnibus. Vbi autẽ deus est: tam pater ꝙ filius intelligi potest. Porrò qđ de patre & de filio dicimus: hoc idẽ & de spiritu sancto sentiamus
b ¶ *Nemo uos decip. etc.*] Verba quæ decipiũt atq; supplantant, inania sunt & uacua. Quæ uerò ædificãt audientes, plena, cumulata, cõferta. Quia igit sunt pleriq; qui dicũt non futura pro peccatis esse supplicia: nec extrinsecus adhibenda tormenta: sed ipsum peccatũ & cõscientiã delicti esse pro pœna, dum uermis in corde nõ moritur, & in animo ignis accenditur: in similitudinẽ febris quæ non torquet extrinsecus ægrotantẽ: sed corpus ipsa corripiens punit, sine cruciatũ forinsecus adhibitione quod possidet: Has itaq; persuasiones & decipulas fraudulentas: uerba inania appellauit & uacua, quæ uidenẽ florẽ quendam habere sermonũ, & blandiri peccãtibus: sed dum fiduciã tribuunt, magis eos ferunt ad æterna supplicia: Quia de nulla re sic irascitur deus: quomodo si peccator superbiat, & erectus ac rigidus nõ flectatur in fletũ, nec misericordiã postulet pro delicto. Propter hęc enim uenit ira dei super filios diffidentiæ: siue insuasibilitatis: ἀπροθυμίας enim magis à suasione ꝙ à fiducia editorso intelligi potest. Insuasibilitatis aũt siue diffidẽtiæ filij sic dicunt, quõ filij perditionis, & filij fornicationis, & filij mortis, & filij gehennæ: & cætera his similia, quæ
D in uarijs scripturarũ locis inuenire perfacile est. c ¶ *Nolite ergo effici cõparticipes eorũ.*] Particeps siue cõparticeps fit diffidentiæ filiorũ: qui in fornicatione & in immundicia & auaricia, propter quæ uenit ira dei super filios diffidentiæ reperitur. Et particeps quidẽ eorũ est, ab eo quod participat, & cõmunionẽ habet malorũ operũ. Cõparticeps uerò is appellat, qui cũ alijs est particeps: Et in cõparticipi intelligit & particeps. In participi uerò non statim tenet & cõparticeps. Diligenter obserua uerbum, cõparticipis atq; participis. Puto enim in scriptu-
Psal. 44.c ris participẽ in bonã partẽ: cõparticipẽ in malam semp accipi. Verbi gratia: Propter qđ unxit te deus deus tuus, oleo exultationis præ participibus tuis. Et in alio lo-
Heb. 3.c co: Participes enim Christi facti sumus: si tamẽ principiũ substãtiæ usq; ad finẽ firmũ tenuerimus. Porrò nõ memini alibi me legisse, excepto præsenti loco, cõparticipem, & tamẽ manifestũ est, hic non in bona parte sed in contraria positũ. d ¶ *Erãtis enim aliquando, etc.*] Si possibile est uerti in lucẽ tenebras: non est secundũ quosdam hæreticos natura quæ pereat & recipere nequeat salutẽ. Interrogemus ergo eos qui illa confinguntutrũ nam omnes impij tenebræ sint nec ne: de quibus quidam cum propter maliciã tenebræ uocarentur, ad meliora conuersi, nunc lux appellant in dño: Sicut aũtẽ iusti sunt lumen mundi: sic impij cõsequenter tenebræ uocabuntur. & iusti quidẽ cum sint lumẽ, uidebunt lumẽ in lumine: iniusti aũt cũ sint tenebræ, populus sunt sedens in tenebris, & nihil uidens: Quorũ differentiã inter se atq; distantiã, ex fructibus intelligimus. Omnis enim qui operat malũ, odit lucẽ, & non ueniens ad lucẽ, tenebrosus est, & filius noctis atq; tenebrarũ. Qui uerò operatur ueritatẽ & in lucem uenit, lux est, & filius lucis & diei: Lucentes aũt siue tenebrosi: de cordis uel lumine, uel tenebris cognoscuntur. Super hæc quæres: ne fortè

ob distinctionē eorū qui lux sunt: sed non sunt lux in dño: de iustis dicat, nūc aūt lux in dño. Decenter quoq; Ephesiis, qui ad scientiæ summā cōscenderant, scribitur quod sint lux in dño. Necq; uerò tenebræ ipsæ uertūtur in lucē, aut lux in tenebras cōmutat: sed hi qui ab eo qđ sunt, nomen quoque uel uirtutis merucre, uel uitij, si cōuersi fuerint de alio in aliud: ὁμωνύμως his rebus à quibus possident: uel tenebrarum, uel lucis uocabulū sortientur. *a* ¶ *Vt filij lucis ambul.*] Si deus lux est, & tenebræ in eo nō sunt: filij dei, filij lucis sunt. Nec non si Christus lux uera est: filij quoque eius ad quos lo-
Ioan. 13.d quiē, dicens: Filioli mei adhuc modicū uobiscū sum: filij ueræ lucis sunt. Ex quo colligit, eosdem filios esse dei patris q̄ sunt filij Christi Iesu. *b* ¶ *Fructus enim, etc.*] Aduersus Marcionē, qui iustū deū à bono separat, & putat creatorē esse iustū: aliū uerò nescio quē, cuius Christus iste qui uenit filius sit, bonū tantummodo esse deū: hoc testimoniū proferamus. Si quidē fructus lucis: non solum est in bonitate, sed in iustitia & in ueritate. Vbi itaque bonitas est, ibi & iustitia: ubi iustitia, ibi cōsequēter & ueritas. Apud bonū ergo Christi patrē: ut ipsi quoq; fatent, est ueritas & bonitas. Vbi aūt bonitas & ueritas: apud ipsum & non apud aliū, ut nūc Apostolus docet, iustitia est. Intelligat quoq; Marcion ipsum Christū, bonitatē, ueritatē, & iustitiā nuncupari. Bonitatē in eo, q̄
B non secundū opera, sed secundū misericordiā det gratiā credentibus in se. Iustitiā in eo, dum unicuiq; retribuit quod meretur. Porrò ueritatē, dum ipse solus causas creaturarū omniū rerūq; cognoscit. *c* ¶ *Probantes, etc.*] Omnia faciendo cū cōsilio, ut cauti atq; solliciti, ea tantū quæ scimus deo placere faciamus: in morē prudentissimi trapezitæ: qui sculptū numisma non solum oculo, sed & pondere & tinnitu probat. Quia uerò in hoc loco cōtextus eloquij uidet esse turbatus, & tota scatere sententia: sic ordini sermo reddendus est. Nolite ergo fieri cōparticipes eorū, probantes quid sit beneplacitū deo: & si enim eratis aliquādo tenebræ, nūc aūt lux estis in dño: quasi filij lucis ambulate, fructus luminis ostēdētes in omni bonitate & iustitia & ueritate *d* ¶ *Et*
Gal. 5.d *nolite, etc.*] Et ad Galatas nomen fructus in spiritu: operis uerò posuit in carne, dicens: Manifesta aūt sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, & reliqua. Fructus uerò spiritus, est charitas, gaudiū, pax, & cętera. Porrò in prę sentiarū, opera tenebrarū infructuosa appellauit: quibus qui ea fecerint, cōmunione sociant. *e* ¶ *Magis autē & arguite.*] Inter cætera mandata, etiā peccantes posse arguere, maximæ libertatis est. Sed hoc ille potest face-
Luc. 6.f re qui nō meret audire: Hypocrita, eijce primū trabē de oculo tuo, & tūc poteris eijcere festucā de oculo fratris tui. Quamobrem & prophetæ, nulla ipsi peccatorū sorde polluti: nec cauteriatā habentes cōscientiā: poterant cæteros arguere delinquentes. Ex quo animaduertendum eum arguere posse, qui ipse non redarguat in semetipso. *f* ¶ *Quæ enim, etc.*] Non mihi uidetur sermōis stare contextus: ut id quod nūc dicit: quæ enim occultè fiunt ab eis, ex superioribus pendeat, & sciri possit ad ad quos potissimū referendū sit: nisi fortè altius redda tur hyperbaton, & ad filios diffidentiæ copuletur: ut sonare possit, quæ enim occultè fiunt à filijs diffidentiæ, turpe est & dicere: quæ sunt fornicatio & immundicia & auaricia omnis. *g* ¶ *Omnia autem, etc.*] Omnia, haud C dubiū quin ea quæ occultè fiunt à filijs diffidentiæ: hæc enim à luce arguta manifestant. Lux aūt arguit ea quæ prius erant tenebræ, & postea facta sunt lumen in dño, ut ex eo quod corripiunt, mutent in melius, & mutata manifestent in publico: & publicata sint lumen: quia omne qđ manifestatur lux est. *h* ¶ *Propter quod dicit, etc.*] Quoniā opera tenebrarū à luce arguta manifestātur in lucem, his quæ arguta fuerant transmutatis: dicitur dormiētibus & mortuis, eo quod opera fecere tenebrarum: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus (siue, orietur tibi Christus.) Vidēte ergo quomodo caute ambulētis quiē, circumspecte, non quasi insipientes, sed ut sapientes. Rēdimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propter quod nolite fieri imprudentes, sed intelligite quæ sit uoluntas dei. Et nolite inebriari uino in quo est luxuria, sed implemini spiritu. Loquentes uobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus, cantantes & psallentes in cordibus uestris domino. Grātias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi deo & patri

A citatos sensus ad discernendū bonū & malū, & probantes omnia, id quod statuerant bonū esse retinebāt: Qui aūt uidet quomodo ambulet, & cp caute figat gradum:
Psal. 118.c ne fortè ad lapidē offendat pedē suū, & dicit, Lucerna pedibus meis uerbū tuū dñe: utiq; sapiens est. Non em puto *ἰδιώτην* quem pia & si uelit ambulare caute, posse hoc implere præceptū: quia sapientibus & nō insipientibus imperatū est. Ex quo intelligimus & præcepta moralia quæ plerisq; manifesta arbitrātur: ex eo quod in octauodecimo psalmo dicitur: Mandatū dñi lucidū illuminans oculos: indigere prudenti & circumspecta expositione: quia lucidū illud præceptū, eorū illuminat oculos, qui insipientia derelicta, sapiētiæ studijs se manciparint. *a* ¶ *Redimentes temp. etc.*] Qui sapiens est, & idcirco caute ambulat: redimit tempus. Tempus aūt redimit, quia dies mali sunt. Quando in bono opere tempus cōsumimus: emimus illud & propriū facimus qđ malicia hominū uenditū fuerat: Nemo autē uitæ huius quærens necessaria, & de diuitijs & sollicitudinib. quas euangelij spinas nūcupat cogitans, potest sibi tempus redimere. Redimentes aūt tempus, quod in diebus malis est, quodammodo immutamus illud, & dies malos in bonos uertimus, & facimus illos non præsentis seculi, sed futuri. Potest & aliter locus iste edisseri: O uos Ephesii quibus de somno seculi istius exurgentibus sol iustitiæ ortus est Christus: caute ambulate & prudēter,
B & abiecta insipientia, tenete sapientiā: per quam positis non cum uarietate temporū cōmutari, sed diuersitatem temporū uobis unū tempus efficere. Et quia sunt plurimæ persecutiones: In principio quippe fidei propemodū quotidie uexabant ecclesiæ, unum tenete cursum, & hoc scitote seruandū, ut nō in morē stulti, quasi luna mutemini: sed quod semel cœpistis, firma mente teneatis: ne uidelicet si persecutorē iudicem uideritis, & uos cum iudicis uoluntate mutemini. Rursum si alius dogmatis uestri laudator aduenerit: uos fateamini Christianos: sed quod estis omni tēpore reseruate. Aliquod de scripturis ponamus exemplum: ut quod dicimus manifestius fiat. Ioseph unū habebat propositū, placere deo. Hoc nulla uarietate temporis immutatum est: nec fratrū inuidia, nec cōditiōe seruitutis: nec ætatis illecebris, nec dominæ repromissis, nec squalore carceris, nec postea tumore Aegyptiæ potestatis: sed semper unus fuit, & uarietatē ut diximus tēporū sibi redimēs, malos dies uertit in bonos. Hoc idem & de Iob sentiendum est, quod per uaria tentamenta uexatus, nec diuitijs, nec damnis, nec orbitate, nec uulnere, nec exprobratione amicorū, nec solitudine, nec postea bonorum omnium restitutione mutatus est. Redemerat enim sibi tempus, & dies malos fecerat bonos. *b* ¶ *Propter quod nolite, etc.*] Quia tempus malū est, & sicut supra diximus redimendū, appetenda ante sapientia est, ut per illā intelligere ualeamus quæ sit uoluntas dei. Non em possumus caute ambulare: nisi prius intellecta uolūtate dei. In omni ergo opere primū cōsiderādū quid uelit deus, & habito iudicio, id postea faciendū, quod illi placere fuerit comprobatū. *c* ¶ *Et nolite inebriari uino, etc.*] Quomodo nō possumus duobus dñis seruire, deo & mamonæ: sic nō possumus spiritu impleri pariter & uino. Qui enim spiritu implet, habet prudentiā: & mansuetudinē, uerecundiā, castitatē. Qui uino, habet insipientiā, furorē, procacitatē, libidinem. Hoc quippe æstimo uno C uerbo significare luxuriā. Quod si quidā intelligerent, nunq; me temeritatis & hæreseos arguissent: quod in uirginitate seruāda dixerim uinū adolescentulis declinandū, & nō mittendū super flammā oleū, nec naturalem carnis ardorē, fomentis uoluptatis augendū. Potest aūt uinum in quo est luxuria, & illud accipi, de
Deut. 32.d quo in cantico Moysi dicitur: Furor draconū uinū eorū, & furor aspidū insanabilis: quod omnes qui seculi istius cogitatione sunt ebrij, bibunt & insaniūt, & uomūt, & præcipites corruunt. Et iuxta Lapitharū, Centaurorumq; fabulā: in mutuū ferunt exitiū. Huic uino, illud uinū cōtrariū est: quod dñs se nobiscū in regno suo biturū esse promittit. Frequenter annotauimus, nomē spiritus ablcq; additamento, in bonā positū partē: quod quidē etiā nūc obseruandū uideē. *d* ¶ *Loquētes uobismetipsis, etc.*] Qui se abstinuerit ab ebrietate uini in quo est luxuria, & pro hoc spiritu fuerit impletus: iste omnia potest accipere spiritualiter, psalmos, hymnos & canticа. Quid aūt interfit inter psalmū & hymnū & canticū: in psalterio plenissimè discimus. Nunc autem breuiter hymnos esse dicendū, qui fortitudinē & maiestatē prædicāt dei, & eiusdē semper uel beneficia uel facta miran tur. Quod omnes psalmi cōtinent, quibus alleluia uel præpositū uel subiectū est. Psalmi aūt propriè ad ethicū locū pertinent: ut per organū corporis, quid faciendū, & quid uitandū sit nouerimus. Qui uerò de superiori- D
bus disputat, & cōcentū mundi omniūq; creaturarum ordinē atq; cōcordiā subtilis disputator edisserit: iste spirituale canticū canit. Vel certe ut propter simpliciores manifestius qđ uolumus eloquamur, psalmus ad corpus, canticū refertur ad mentē. Et canere igitur & psallere & laudare dominū, magis animo q̄ uoce debemus: Hoc est quippe quod dicitur: Cantantes & psallentes in cordibus uestris dño. Audiant hæc adolescentuli: audiant hi quibus psallendi in ecclesia officiū est, deo nō uoce sed corde cantandum: nec in Tragœdorū modum guttur & fauces dulci medicamine colliniēdas: ut in ecclesia theatrales moduli audiant & cantica, sed in timore, in opere, in scientia scripturarū. Quamuis sit aliquis ut solent illi appellare *κακόφωνος*, si bona opera habuerit, dulcis apud deum cantor est. Sic canter seruus Christi, ut non uox canentis, sed uerba placeant quæ leguntur: ut spiritus malus qui erat in Saule, eijciatur ab his qui similiter ab eo possidentur, & non introducat in eos: qui de dei domo scenā fecere populorū. *e* ¶ *Grātias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo & patri.*] Huic quid simile, & in epistola ad Thes-
1. Thess. 5.c salonicenses prima scriptum est: Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Quod præceptum ille solus custodire potest: qui prouidentia dei nouit etiam quinq; passeres qui uenduntur dipondio gubernari: quorum unus non cadit in laqueum sine patris uoluntate. Quod autem ait: Gratias agentes, & semper, & pro omnibus. Dupliciter intuendum, ut & in tempore, & pro omnibus quæ nobis accidunt, deo gratias referamus: ut non tantum pro his quæ bona putamus, sed etiam quæ nos coartant, & contra nostram ueniunt uoluptatem, in dei præconium mens læta prorūpat, & dicamus: Nudus exiui de utero matris meæ: nudus & redeam: sicut placuit domino, ita factum est:

A sit nomen dñi benedictũ. Hæc actio gratiarũ apud pru-
dẽtes uiros, & generaliter & specialiter obseruat. Gene-
raliter, ut gratias agamus deo ꝙ nobis sol oriꝫ, dies cur-
rit, nox mutat, in requiẽ: splẽdore lunæ, tenebræ tempe-
rant, & ortu occasuq; stellarũ tẽpora mutant & redeũt:
ꝙ nobis seruiũt plu-
ræ, terra parturit, ele-
mẽta famulant: ꝙ tan-
tæ animaliũ uarieta-
tes, uel ad uchẽdum,
uel ad operandũ, uel
ad uescendum, uel ad
tegmen, uel ad exem
plũ, uel ad miraculũ datæ sunt, & ad extremũ ꝙ nati su-
mus: ꝙ subsistimus: ꝙ in mundo quasi in quadã domo
potẽtissimi patrisfamiliãs ꝓcurationẽ gerimus, & totũ
quicquid in mũdo est, nostri causa intelligimus ꝓcreatũ. Specialiter uerò, qñ in dei beneficijs quæ nobis acce
dunt gratulamur. Sed hoc & gentilis facit, & Iudæus &
publicanus, & ethnicus. Christianorũ propria uirtus
est etiã in his quæ aduersa putant, referre gratias creato
ri: Si domus corruerit: si amãtissima uxor & filij uel ca
ptiuitate uel ueneno uel naufragio intercepti sint: si di-
uitias proscriptione perdidimus, si sanitatẽ innumera-
biles morbi, & semper expectãda miseris podagræ de-
bilitas fregerit. Qui sibi sanctiores uident, solẽt deo re-
ferre gratias ꝙ de periculis uel de miserijs liberati sunt.
Sed iuxta Apostolũ hæc uirtus est maxima, ut in ipsis
periculis atq; miserijs, deo gratiæ referant, & semper di
camus: Benedictus deus, minora me scio sustinere ꝙm
mereor, hæc ad mea peccata parua sunt: nihil mihi dig-
nũ reddit. Hic animus Christiant est, hic crucẽ suã tol-
lens, sequit saluatorẽ, quẽ nec orbitas nec damna debi-
litãt. Quẽ ut Flaccus in lyrico carmine ait: Si fractus illa
B bat orbis, impauidũ ferient ruinæ. Qui aũt, sicut dixi-
mus, gratias agit deo & patri, in mediatore dei & homi-
nũ referat eas Christo Iesu: qa nisi per illũ accedere nõ
ualemus ad patrẽ. *a* ¶ *Subiecti inuicẽ, etc.*] Audiant hæc
episcopi, audiant presbyteri, audiat omnis ordo docto-
rũ: subiectis suis se esse subiectos, & imitent dicẽtẽ Apo-
1.Cor.9.d stolũ. Cũ em̃ essem liber ex omnibus: omnib. meipsum
Gal.5.c seruũ feci, ut omnes lucrifacerẽ. Et in alio loco: Per cha-
ritatẽ seruite inuicẽ. Vnde & ipse eadẽ charitate omnib.
gentiũ seruiuit ecclesiis. Saluator quoq; formã serui ac-
cepit: ut seruiret discipulis suis, & pedes eorũ lauit. Hoc
interest inter gentiũ principes & Christianorũ, ꝙ illi do
minant subditis, nos seruimus, & in eo maiores sumus
si minimi omniũ fuerimus. Sed & hoc quod ait: In ti-
more Christi, sic accipiendũ: ut ipsa subiectio nõ ꝓpter
hominũ gloriã sed propter timorẽ Christi fiat: dum illũ
timemus offendere. Alius uerò sic interpretabit: subie-
cti inuicẽ in timore Christi: ut hanc sentẽtiã generalẽ in
cõsequentibus diuidi dicat atq; partiri: Mulieres uiris
suis subditæ sint, & filij obedite parentibus, & serui obe
dite dñis carnalibus cũ timore & tremore: ut nõ solum
uxor uiro & filij parentibus, & serui dñis, sed etiam uiri
mulieribus iuxta officiũ quod præceptũ est, & patres fi
lijs, ne illos ad iracundiã prouocent, & dñi seruis: ut re-
mittant minas, & præbeant his quæ habent necessaria,
inuicẽ sint subiecti, & hoc ex Christi timore faciant: Vt
quomodo seruis suis fuit ille subiectus: sic & hi qui ma-
iores uident subijcianẽ minoribus suis, reddendo offi-
cia quæ iubent. Possumus, hic timorẽ & pro εὐλαβέᾳ: id est reuerentia accipere, quæ magis uicina est charita-
ti. Nequaq; em̃ cõuenit Ephesiis, ut timore quid faciãt,
& non dilectione Christi. *b* ¶ *Mulieres, etc.*] Hoc quod
in Latinis exemplaribus additũ est, subditę sint: in Gre
cis codicib. nõ habet: si quidẽ ad superiora refertur, &
subauditur: Subiecti inuicẽ in timore Christi: ut ἀνὴρ κεφ

patri. Sũbiecti inuicem in timore Christi. Mũlieres uiris suis sũbditæ sint sicut domino: quoniã uir caput est mulieris, sicut & Christus caput ecclesiæ. Ipse ẽst saluator corporis. Sed ũt ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres

vẽ resonet subiectæ & mulieres uiris suis sicut dño. Sed C
hoc magis in Græco intelligitur q̃ in Latino. Quõ itaq;
Christo subiecta est ecclesia: sic subiecta sit uxor uiro
suo: Quẽ em̃ habet principatũ & subiectionẽ Christus
& ecclesia: huic eidẽ ordini maritus & uxor astringitur.
Sed uidendũ, ut quõ
in Christo & in eccle-
sia sancta cõiũctio est:
ita & in uiro & in mu
liere sancta sit copula.
Sicut aũt non omnis
cõgregatio hæretico-
rũ Christi ecclesia di-
ci potest: nec caput eorũ Christus est: sic non omne ma-
trimoniũ quod nõ uiro suo secundũ Christi præcepta
cõiungit, rite cõiugiũ appellari potest: sed magis adulte
riũ: Aliãs autẽ subijcit uxor uiro ut dño: quia ad ipsum
cõuersio eius est, & ipse illius dominabit. Nam & Sara
dñm uocabat Abrahã, quæ spontanea seruitus, quanto
magis fuerit uolũtate subiecta: tanto esse incipit coæqua
lis: quinimo, obsequijs suis in seruitutẽ redigere domi-
nantẽ. Quidã hunc locũ secundũ Anagogen ita inter-
pretant: ut dicant uxorẽ in corpore, uirũ accipi in ani-
mo. Et sicut Christo subiecta est ecclesia: ita corpora
subijci debere sensui, & in unũ spiritũ redigi, si dño fue-
rint copulata. Qui em̃ adhæret dño: unus spiritus est.
c ¶ *Ipse est saluator, etc.*] Quoniã propinquior atq; infe-
rior est substantia Christi à natura ecclesiæ: propterea
eam corpus Christi æstimo nominatã: cuius corporis
saluator est Christus Iesus: id est uerbũ, sapientia, cæte-
ræq; uirtutes in quibus intelligit filius dei. Quære cu-
riosius, ſicubi in diuinis uoluminib. potueris inuenire,
uocabulũ carnis pro ecclesia positũ. Si quidẽ nunc ne-
quaq̃ caro, sed corpus Christi appellat ecclesia. Porrò
manifestũ ꝙ quicquid caro est, consequenter & corpus D
sit: non aũt quicquid corpus, hoc cõsequenter & caro.
d ¶ *Sed ut ecclesia subiecta, etc.*] Ecclesia Christi gloriosa est:
non habens maculam neq; rugã, aut quid istiusmodi.
Qui ergo peccator est & aliqua sorde maculatus: de ec-
clesia Christi non potest apellari, nec Christo subiectus
dici. Possibile autẽ est, ut quomodo ecclesia quæ prius
rugam habuerat & maculã: in iuuentutẽ & mundiciam
postea restituta est: ita & peccator currat ad medicũ: qa
non habent opus sani medico, sed male habentes: & cu
rentur uulnera ipsius, & fiat de ecclesia quæ corpus est
Christi. Satis quoq; eleganter & caute ad Ephesios lo-
quẽs ait: ut ecclesia subiecta est Christo: ita & uxores ui-
ris suis. Si enim ita uxor subijcienda uiro est, ut Christo
ecclesia: inter uirũ & uxorẽ erit sancta cõiunctio, & nun
quã corporis seruient passionibus. Quod si nobis ali-
quis illud quod ad Corinthios scribit opposuerit: uirũ 1.Cor.7.d
uxori debitum reddere, & uxorem uiro: animaduertat
magnam inter Corinthios & Ephesios esse distantiam.
Illis quasi paruulis atq; lactentibus scribitur: in quibus
erant dissensiones & schismata, & audiebat fornicatio
qualis ne inter gentes quidẽ, & propterea eis concedit,
ut post orationẽ ad idipsum redeant: ne tententur à sata
na. licet & ibi in cõsequẽtibus, non iuxta uoluntatẽ: sed
iuxta συγκατάβασιν, se eis dicat ignoscere. Ephesii ue
rò apud quos fecit triennũ, & omnia eis Christi ape-
ruit sacramenta aliter erudiunt, & habet unusquisq; ar-
bitrij liberam potestatẽ: uel Corinthios sequi uel Ephe-
sios, & saluari aut seruitute Corinthij, aut Ephesii liber-
tate. Væ, inquit saluator, prægnantibus & lactẽtibus in
die illa, hoc est iudicij, quæ utiq; propriè opera nuptia-
rũ sunt. Vnde omni labore nitendũ, ut magis Ephesios
q̃ Corinthios æmulemur: nec deprehẽdamur quasi in
diluuio emẽtes & uẽdẽtes, nubẽtes & matrimonio copu
lati: sed accinctis lũbis lucernas teneamus in manibus.

¶ Viri

A *a* ¶ *Viri diligite uxores.*] Quamuis sui inuicem maritus
& coniũx amore teneant, qualis illa uxor memoratur
Hasdrubalis, quæ capto uiro, in patriæ se iecit incẽdiũ:
& cæteræ quæ uiris mortuis supuiuere noluerũt: nunq̃
tamẽ dilectionẽ illã uir sapiẽs dilectioni Christi & eccle
siæ cõparabit. Sãctus
igit hic intelligendus
est amor, quo & Isaac
dilexit uxorẽ suã Re-
beccã, quę interpreta
tur patiẽtia, & de ter-
ra Mesopotamię, quę
seculi huius ex omni
parte fluctib. cingit:
in terrã eã repromis-
sionis induxit, ut cõ-
solaret pro morte ma
tris suę: interitũ qppe
synagogæ cõiunctio-
ne ecclesiæ tẽperauit.
Ista dicẽtes occasionẽ
hæreticis damus, qui
oẽs omnino nuptias repudiandas putãt: & hoc uel ma
xime utunt testimonio. Quibus breuiter respõdendũ,
passiones hic & immũdicã & luxuriã ab Apostolo in-
ter maritũ & uxorẽ uetari, nõ sanctã cõiunctionẽ, alio-
quin si coniugiũ omnino prohibebat, quid necesse fuit
dicere, uxores uestras, cũ potuerit dicere: Viri diligite
mulieres uel uxores: uestras em̃ proprie matrimoniũ
sonat. Et rursum in sequentibus: Et uiri debent diligere
uxores suas sicut sua corpora: & adhuc manifestius: q
uxorẽ suã diligit, seipsum diligit: nemo enim unq̃ suã
carnẽ odit, sed nutrit & fouet eã: quia secundũ edictũ le
gis antiquę & instaurationẽ euangelij, maritus & uxor
B una caro efficiunt. Liberorũ ergo, ut diximus, in matri
monio opera cõcessa sunt. Voluptates aũt quæ de me-
retricũ capiunt amplexibus, in uxore dãnatæ. Hoc le-
gens omnis uir & uxor, intelligant sibi post conceptũ,
magis orationi q̃ cõnubio seruiendũ. Et quod in ani-
malib. & bestijs ipso naturæ iure præscriptũ est, ut præ-
gnantes ad partũ usq; nõ coeant: hoc in hominib. sciãt
arbitrio derelictũ, ut merces esset ex abstinẽtia uolupta
tum. Quia uero secundũ tropologiã, uiros animas, &
uxores corpora dixeramus: sic diligat anima corpus,
quo Christus ecclesiã, ut semetipsum tradat pro salute
ipsius, & eam sanctificet uerbo doctrinę, ut exhibeat si-
bi eam nõ habentẽ maculã aut rugã aliquã uetustatis:
maxime cũ sciat, illã in resurrectione saluandã, & uisu-
ram esse salutare dei. Talis uir caput habet Christum, &
cum propter salutẽ carnis se humiliãs factus fuerit cum
uxore sua una caro, retrahit eã ad spiritũ, & dño copu-
latus, caro esse desistit. Pulchre quoq; maculã aut rugã,
quia de coniugio loquebat, de exemplo mulierũ ad de
corẽ traxit ecclesiæ. Sicut enim solent in mulierũ corpo
ribus uel sordere næui, uel ruga cõtrahi, uel lentigo ua
riari: & hoc est omne studiũ fœminarũ, ut quod fœda-
re uident abstergãt, & exhibeãt maritis corporũ uenusta
tem: ita & animæ omni peccatorũ sorde purgãdæ sunt,
ut ruga ueteris hominis in iuuentute tendat, & renoue
tur in nouũ hominẽ de die in diẽ. *b* ¶ *Ita et uiri.*] Et in
Gen.2.d Genesi ex persona loquẽtis Adã ita scriptũ est: Hoc nũc
os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: & idipsum in
Matt.19.d euangelio dño postea dicẽte firmat: Qui creauit ab ini
tio, masculũ & fœminã fecit eos, & dixit: propter hoc re
linquet homo patrẽ & matrẽ, & adhærebit uxori suę, &
erunt duo in carne una. Cum igitur uir & uxor una ca
ro sint, ita uxoribus ut nostris corporib. prouidendũ.
Nemo aũt corpus suum turpiter amat, aut semetipsum
propter coitũ diligit, sed quasi uasculũ animę suę fouet

corpus & nutrit, ne fracto uase id quod continebat ef- C
fluat & erũpat. Necnõ & iuxta literã, q̃ diu mulier par-
tui seruit & liberis, hanc habet ad uirũ differentiã, quã
corpus ad animã. Sin aũt Christo magis uoluerit seruI
re q̃ seculo: mulier esse cessabit, & dicet uir, quia oẽs in
perfectũ uirum cupi-
mus occurrere. Quæ
si ad tropologiam &
hæc referimus, ama-
bimus nostrum cor-
pus, & corporis sen-
sus uitiosis quidẽ cõ-
ditionis ab animo,
sed per quos ad men
tẽ bonarũ artiũ & uir
tutũ ianuã patet disciplI
næ. *c* ¶ *Qui uxorẽ.*]
Quantũ ad simplicẽ
intelligẽtiã pertinet,
sancta inter uirum
& uxorem charitate
præcepta, nunc iube
mur ut nutriamus & foueamus coniuges, ut scilicet eis
uictum atq; uestitũ & quæ sunt necessaria præbeamus.
Sed opponi nobis potest, quod non sit uera sententia
dicentis Apostoli: Nemo enim unquam carnem suam
odit, cum morbo regio laborantes, & ptisi & cancere &
distillationibus: mortem uitæ præferant, & sua oderint
corpora. Magis itaq; ad tropicã intelligentiã sermo refe
ratur, & dicamus, quod illam carnem quæ uisura sit sa
lutare dei, anima diligat & nutriat & foueat, eam disci-
plinis eruditens, & cœlesti saginans pane, & Christi san
guine irrigans, ut refecta & nitida, possit libero cursu
uirũ sequi, & nulla debilitate & pondere prægrauari.
Pulchre etiam in similitudinem Christi nutrientis & fo D
uentis ecclesiam, & dicẽtis ad Hierusalem: Quoties uo- Luc.13.g
lui congregare filios tuos, sicut gallina cõgregat pullos
suos sub alas, & noluisti: animæ quoq; fouent corpora
sua, ut corruptiuũ hoc induat incorruptionẽ, & alarũ le-
uitate suspensum, in aerẽ facilius eleuet. Foueamus igit
& uiri uxores, & animę nostræ corpora, ut & uxores in
uiros, & corpora rediganẽ in animas. Et nequaq̃ sit se-
xuum ulla diuersitas, sed quomodo apud angelos, nõ
est uir & mulier: ita & nos qui similes angelis futuri su-
mus, iam nunc incipiamus esse quod nobis in cœlesti-
bus repromissum est. *d* ¶ *Quoniã.*] Quia mẽbra su-
mus corporis Christi, & Christus nutrit & fouet eccle-
siam: ideo & nos nutrimus & fouemus carnẽ nostram,
quã nemo unq̃ odio habuit. Mẽbra aũt sumus corpo-
ris Christi, non secundũ naturã diuinitatis æternæ, sed
iuxta id quod hominẽ est dignatus assumere: Quam q̃
& homo ipse q assumptus est, habeat naturã nostrorũ
corporũ, sed nõ habeat originẽ. Nos enim ex humano
semine coagulamur, ille de spũ sancto natus est. Potest
aũt & aliter dici: Qm̃ corpus Christi ecclesia est, & eccle
sia de cũctis credentib. cõgregat, Paulus & Ephesij mẽ
bra sunt corporis, id est ecclesia Christi. *e* ¶ *Propter.*]
Quod frequenter annotauimus apostolos & euangeli
stas nõ cisdẽ uerbis usos esse in testamẽti ueteris exem
plis, quibus in proprijs uoluminibus continent: hoc
& hic probamus: liquidẽ testimoniũ istud ita in Genesi
scriptũ est: Propter hoc relinquet homo patrem suum Gen.2.d
& matrẽ suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in
carne una: nunc aũt Apostolus pro eo quod ibi habe-
tur, ἕνεκεν τούτου, id est propter hoc: posuit ἀντὶ τούτου,
quod Latine alijs uerbis dici nõ potest: deinde pro pa-
tre suo & matre sua, pronomina abstulit, & patrem tan
tum posuit & matrem: & quod in medio dicitur, & ad-
hærebit uxori suæ: hic penitus prætermisit, & tantum

A quod sequebat hoc dictū, superiorib. copulauit: & po-
sunt, & erūt duo in carne una. Hoc aūt totū nūc idcirco
obseruauimus, ut etiā in cæteris locis sicubi testimonia
quasi de apocryphis & de ueteri testamēto ab apīis usur
pata sunt, & in nostris codicib. nō habeant: nequaq; sta-
tim ad apocryphorū ineptias & delyramē
ta curramus: sed sciamus scripta quidē ea
esse in ueteri testamēto, sed nō ita ab apīis
edita, & sensum magis usurpatū, nec faci
le nisi à studiosis posse ubi scripta sint in-
ueniri. Igitur ad exhortationē mutui af-
fectus inter uxorē & uirū, Adam & Euæ sumpsit exem-
plum, ut quomodo costa tollit de Adā & ædificatur in
coniugē, & ipsa rursum coniunx in unā uiri carnē redi
gitur, quia q uxorē diligit, seipsum diligit: sic & nos no
stras amemus uxores. Idipsum aūt p allegoriā in Chri-
sto interpretat & in ecclesia, ut Adam Christum, & Eua
1.Cor.15.f præfiguraret ecclesiā. Factus est enim nouissimus Adā
in spiritum uiuificantē. Et quomodo de Adam & uxo-
re eius omne hominū nascit genus: sic de Christo & ec-
clesia omnis credentium multitudo generata est. Quæ
unū ecclesiæ corpus effecta, rursum in latere Christi po
nitur, & costræ locū replet, & unū uiri corpus efficit: ipso
dño id in euangelio postulante: Pater da, ut quomodo
ego & tu unū sumus, sic & ipsi in nobis unū sint. Inter-
rogemus Marcionē qua consequētia locum istum qui
de ueteri usurpatus est instrumento, in Christum & in
ecclesiam interpretari queat, cum iuxta illum scriptura
B uetus omnino nō pertineat ad Christū. a ¶ *Sacramen-
tum.*] Non ut picriq; existimāt, omnis historia quæ de
Adam & de Eua in Genesi scripta est, ad Christū & ad
ecclesiā facile referri potest, sed tantūmodo qđ in præ-
senti loco ponit. Id est, propter hoc relinquet homo pa
trem suū & matrē suā, & adhærebit uxori suæ, & erunt
duo in carne una. Primus enim homo & primus uates
Adā, hoc de Christo & ecclesia prophetauit, quod reli
querit dñs noster atq; saluator patrē suum deū, & ma-
trem suā cœlestē Hierusalē, & uenerit ad terras propter
suū corpus ecclesiā, & de suo eam latere fabricatus sit, &
propter illam uerbū caro factū sit. Et quia non omnia
æqualia sacramenta sunt, sed est aliud sacramentū ma-
ius, & aliud minus, propterea nunc dicit: Sacramentū
hoc magnū est, simulq; humilitatis eius indiciū est infe
rentis: Ego aūt dico in Christo & in ecclesia. Gregorius
Nazianzenus, uir ualde eloquēs, & in scripturis appri
mè eruditus, cū de hoc mecū tractaret loco, solebat di-
cere: Vide quantū istius capituli sacramentū sit, ut Apo
stolus in Christo illud & in ecclesia interpretans, nō se
ita asserat ut testimonij postulabat dignitas expressis-
se, sed quodāmodo dixerit: scio quia locus iste ineffabi
libus plenus sit sacramentis, & diuinū cor quærat inter
pretis: ego aūt pro pusillitate sensus mei, in Christo in-
terim illud & in ecclesiā intelligendū puto: non quo ali
quid Christo & ecclesia maius sit, sed quod totū quod
de Adam & de Eua dicitur, in Christo & in ecclesia in-
terpretari posse, difficile sit. b ¶ *Veruntamē.*] Aestimet
aliquis eandem inter maritū & uxorem iuberi ab Apo
stolo charitatē, quæ in proximū præcepta est: sic enim
Leuit.19.d scriptū est: Diliges proximū tuū sicut teipsum: & nunc
dicit, unusquisq; suam uxorē sicut se diligat. Ergo eadē
in proximū & in uxorem charitas erit. Quod si proxi-
mus iuxta interpretationē saluatoris omnis homo est
homini, nulla ergo erit inter uxorē & quorumlibet ho-
minū dilectionē differētia charitatis, quod dicere ual- C
de absurdū est. In proximo enim similitudo ponit, ut
sic eū diligas sicut te, & cupias esse saluatū. In uxore aūt
comparationis aduerbiū, sicut, nō similitudinē sed ap-
probationē & confirmationē, cū quodā pōdere sonat:
quō dicimus de uiro
quasi uir fecit, & de
saluatore scriptū est:
Vidimus gloriā eius
gloriā quasi unigeni
ti. Nō quo ipse saluator gloriam habuerit
ad cōparationē alterius unigeniti, ipse est
enim unigenitus. Et
unigenitus si & alter
fuerit, unigenitus nō
poterit appellari. Vnde alterius unigeniti nō indigebat
exēplo, sed quasi unigenitū, hoc est, ut semetipsum de-
cebat gloriā habere possedit. Hoc idem & lxxij. psalmi
iuxta Græcos tamē exordiū sonat: ὡς ἀγαθὸς ὁ θεὸς τῷ
ἰσραὴλ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ, quod à nostris transla-
tum est: Quàm bonus deus Israel rectis corde. Alioqn
iuxta Græcos ὡς, id est sicut, similitudinē magis uidet
q̄ firmitatē significare dictorū, si non ut confirmationē
audieris, sed quasi exemplū. Simul & hoc attendendū,
q̄ uir diligere iubet uxorē, mulier uero timere uirum.
Congruit enim uiro dilectio, mulieri timor, seruo ue-
rò non solū metus, sed & tremor iungit. Vnde & in con
sequentibus ait: Serui obedite dñis carnalibus cum ti-
more & tremore. c ¶ *Mulier aūt.*] Si in deum metus
propter timorē supplicij, non finit eum qui metuit esse
perfectum, quanto magis imperfecta erit mulier, non
solum deum, sed etiā uirum metuens? Propter quod re
quirendum, an carnaliter uxor intelligenda sit, & uxo D
ris timor, cum frequēter multo meliores maritis inue-
niant uxores, & eis imperēt, & domū regāt, & educent
liberos, & familiæ teneant disciplinam, illis luxuriantib
bus & per scorta currentibus. Hæ uiros suos utrum re-
gere debeant, an timere, lectoris arbitrio derelinquo.
Quod si iuxta allegoriā, ut suprà diximus, uxor in cor
pore accipit, uir in animo, nihil incongruū est timere
eam ut ancillā uirū in secundo gradu, & in uiliori sub-
stantia constitutā. Animi quippe (ut ait Crispus) impe-
rio, corporis seruitio magis utimur. Qui uero simplicē
intelligentiā mulieris sequit & mariti, duas significan-
tias in uerbo timoris esse mōstrabit. Et dicet unam de
qua Ioānes ait: Qui timet, pœnā habet: & qui timet, nō
est perfectus: luxta quam & serui spiritum seruitutis ha
bent in timore, quem exiguntur à dño dicente ad eos:
Et si pater sum ego, ubi est gloria mea? & si dñs sum e-
go, ubi est timor meus? Alteram uero quæ apud philo
sophos nominatur εὐλάβειαν, & apud nos licet non ple
ne sonet, reuerētia dici potest. Scit quoq; & prophetes
perfectorū timorē, quē q timuerit, pfectus est, in xxxiij.
psalmo, dicēs: Nō est inopia timentib. eū. Potest igitur
uxori simpliciter intellectę hic impari metus, ut timeat
hoc est, reuereat uirū suum. Caput VI

duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego
aūt dico in Christo & in ecclesia. Verūntamen & uos &
singuli unusquisq; suam uxorē sicut se diligat. Mulier au
tem ut timeat uirum. Cap. VI

Ioan.1.e

FIlij obedite parentibus uestris in domino: hoc e-
nim est iustum. Honora patrem tuum & matrem
tuam, quod est mandatum primū in promissione, ut be
ne

Filij obedite parētibus.] Ambigue dictum, utrū in dño
parentibus suis filij debeant obedire: an certe pa-
rentibus suis filij obediant in dño. Quod utrūq;
faciendū, ut in his parentibus qui nos in dño genuere,
qualis fuit Paulus & apīi, obediamus, & ea faciamus
quæcunq; præceperint: & parentib. nostris de quib. se-
cundū carnē nati sumus, obtēperemus in dño, implen
tes ea quæ non sunt dñi cōtraria uoluntati. Simul & hæ
reticos coartabimus, nolētes uetus testamentū esse dei
boni, cuius filius Christus sit. Qua ratione Apīs Chri-
sti, boni dei filij, scriptura creatoris utatur, & obedien-
tiam

A tiam filiorū de ueteri lege præsumat. Quod testimoniū
Exo.20.b de Exodo sumptū, ita hic cōtexit: Honora patrē tuū &
matrē tuā, ut bene sit tibi, & sis longæuus super terram,
quam dñs deus tuus dabit tibi, de quo nunc ultima
uerba subtraxit, quod mandatū in decalogo quintum
est. Vnde quærendū,
quare nunc dixerit,
quod est mādatū pri
mū, cū primū māda-
tū sit: non erūt tibi dij
alij præter me. Quamobrē nōnulli ita legunt, quod est
mandatū primū in ꝓmissione, quasi quatuor alia man
data quæ ante hæc dicta sunt, nō habeāt promissiones:
& in hoc seculo pollicitatio ferat adiuncta, ut bene sit ti
bi, & sis longæuus super terrā quā dñs deus tuus dabit
tibi. Sed uident mihi nō obseruasse subtilius, & in secū-
Exo.20.d do mandato repromissionē esse sociatā. Ait enim: Non
facies tibi idolū, neq; omnē similitudinē eorum quæ in
cœlo sursum, & quæ in terra deorsum, & in aquis sub-
tus terrā, nō adorabis ea, & nō immolabis illis: Ego em
sum dñs deus tuus, deus zelotes, qui reddo peccata pa
trum in filios usq; in tertiā & quartā generationē, his q
me oderūt, & facio misericordiā in milia his qui diligūt
me, & custodiūt mandata mea. Obserua enim q̄ uerba
sint sponsionis: Faciēs misericordiā in milia his qui di-
ligūt me, & custodiūt mādata mea. Forsitan ergo quia
decalogus exeunti de Aegypto populo, prima lex da-
ta est: unūquodq; mandatū decalogi, primū mandatū
est appellandū: ad cōparationē eorū præceptorū, quæ
postea in lege conscripta sunt. Qui uero expositionem
superiorē tenere conabit, in eo qđ distinxerat, quod
c mandatū primū in repromissione, dicet separatim
esse mandatū: Honora patrē tuū & matrē tuā, & postea
repromissionē suo loco positam, ut sis longæuus super
D terrā quā dñs deus tuus dabit tibi. In hoc uero manda
tum est, non facies tibi idolum, neq; omnē similitudi-
nem, non ꝺeorsum, sed sub uno textu atq; sermone, nō
tam promissionē datam q̄ sententiā in laudes dei esse si
nitam, faciēs misericordiā in milia his qui eum diligūt,
& custodiunt mandata eius. Rursum is qui tota decalo
gi mandata, primū mandatū esse contendit, repromis-
sionem in qua scriptū est: ut sis longæuus super terram
quam dñs deus tuus dabit tibi, nō solū ad eos pertine-
re monstrabit, qui parentibus obsequant: sed etiam ad
alia innumerabilia præcepta, & necesse habebit cuncta
replicare mandata in quibus merces hæc & præmium
promittant, ut sint longæui super terrā quam dñs deus
suus dederit eis. A quo diuersus ille exigere debebit in
terpres, ut doceat ante hoc mādatū, illa quæ ab eo pro-
lata sunt scripta esse mandata. Quod si nō potuerit ap-
probare, frustra & in alijs præceptis hanc repromissio
nem adiunctā esse memorabit. Post hęc retractandum,
pro honore patris & matris, nō ludaicū & carnale esse
promissum, ut longæui sint filij super terrā quam dñs
deus suus dederit eis. Multos enim fuisse credendum,
qui & parentib. obsequentes cito mortui sint, & in pa-
rentes impij, usq; ad extremā uenerint senectutem. Re-
spondeant enim Iudæi & similes Iudæorū, si uitæ istius
longitudo est in repromissis, & diu in corpore perma-
nere felicitas est, quid sibi uult illud in psalmis: Hei mi
hi quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum
habitantibus Cedar. Et hoc Salomonis in Ecclesiaste:
Eccl.4.a Laudaui ego oēs mortuos qui olim mortui sunt, super
uiuentes qui uiuunt usq; in pręsens, & melior est super
hos duos, qui necdū natus est, & nō uidit omne opus
malū quod factū est sub sole. Et post paululū: Si genue-
rit uir centum, & annos plures uixerit, & multi fuerint
dies annorū eius, & anima illius repleat bonis, & sepul
tura nō sit ei, dixi melius est super eū abortiuū, quia in
uanitate uenit, & in tenebris nomē eius operiet, & qui- C
dem solē non uidit, & cætera. Si enim laudant super ui
uos mortui, & iuxta quosdā qui antecē in corpora ista
descendant, animas degere in cœlestibus arbitrant, me
lior esse dicit duobus, qui necdū natus est, & omnis ista
uita tentatio est. Et se-
cundū Iob: Mors ui-
ri reges. Et iuxta eun
dem & Hieremiā: Ma- Hier.20.d
ledicta est dies in qua
nascimur, quomodo nunc repromittit honorantibus
patrē & matrē q̄ longæui sint super terrā quā dñs deus
suus dederit eis? Quærenda est ergo terra quā dñs re-
promittit, & tribuit his qui spiritualē Aegyptū reliquē-
rint: & cū omni patientia, magna & terribilia uitę istius
deserta transierint, & uicerint reges magnos quos per-
cutit dñs, & transierint in Iudæā quæ lacte & melle fluit:
Et sub Iesu duce, Hiericho corruente, atq; uastata Hai,
quæ interpretat abruptū, Hierusalem uenerint, & ædifi
cetur eis templū sub Salomone rege pacifico, & posi-
deant terram quæ mansuetis est præparata. Beati quip-
pe mites, quoniā ipsi possidebunt terram, quæ uere est
terra uiuentiū, psalmista quoq; dicente: Credo uidere Psal.26.d
bona dñi in regione uiuentiū. Huius uitæ longitudinē
& sapientia habet in manu dextera, in sinistra tenēs di-
uitias & gloriā. a ¶ *Et patres.*] Peccatum filiorum est,
non obedire parentibus: & quia poterant parentes ali
quid imperare peruersum, adiunxit, in domino: Pecca
tum uero parentū, paruulos filios atq; lactentes ad ira
cundiā prouocare: aut certe iam adolescentibus & ma-
turioris ætatis, ea imperare quæ grauia sunt. Sicut igit
in filijs obsequiū, & subiectionis merces est demonstra
ta parentibus moderatū iubetur imperium, ut non
quasi seruis, sed quasi filijs prę esse se nouerint. Nec hoc
præcepti fine contentus est, sed & illud adiunxit: Educa
te illos in disciplina & correptione dñi. Quā correptio- D
nem nos legimus: melius in Græco dicit νουθεσία, quæ
admonitionem magis & eruditionem quàm austerita-
tem sonat. Legant episcopi atque presbyteri, qui filios
suos secularibus literis eruditunt, & faciunt comœdias
legere, & mimorum turpia scripta cantare de ecclesiasti
cis forsitan sumptibus eruditos: & quod in corbonam
pro peccato uirgo uel uidua, uel totā substantiā suam
effundens, quilibet pauper obtulerat: hoc in Calenda-
riam strenam, & Saturnaliciam sportulam, & Minerua
le munus grāmaticus & orator, aut in sumptus dome-
sticos, aut in templi stipes, aut in sordida scorta cōuer-
tit. Eli sacerdos, ipse sanctus fuit, sed quia filios suos nō 1.Reg.2.c
erudiuit in omni disciplina & correptione, supinus ce-
cidit, & mortuus est: nō enim poterat ad priora extēdi,
sed retrorsum ruit, & opisthotono insanabili lapsus in
tergum, ad Sodomam cum Lot uxore respexit, & cer-
te corripuerat filios suos, dicens: Quare facitis uerba
hæc quæ ego audio de uobis mala ab omni populo?
Nolite filij mei: quoniā nō est bona fama, quam ego au
dio de uobis. De istiusmodi patribus & Esaias lachry-
mabili uoce causatur, dicēs: Et filij alienigenarum nati Esa.2.b
sunt eis. Quod si hoc Ephesijs laicis & plerisq;, ut in po
pulo solet, uitæ huius negocijs occupatis, præcipit ut fi
lios suos erudiant in omni disciplina & admonitione
dñi: quid de sacerdotibus ęstimandum est, de quorum
ordine ad Timotheū scribit, dicēs: Filios habentē in ob 1.Tim.3.d
sequio, cum omni honestate. Et idipsum ad Titum in-
culcat & repetit: Filios habentem fideles, non in accusa Tit.1.b
tione luxuriæ, aut nō subditos: & quali uitia filiorū pa
rentibus imputent, coniunctionē causalem interserēs,
ait: Oportet enim episcopum sine crimine esse tanquā
dei dispēsatorē. Nō est ergo sine crimine episcopus, cu-
ius filius nō fuerit subditus, & in accusatione luxuriæ.

¶ *Serui*

illos in disciplina & conuersatione domini. Serui obedite dominis carnalibsucum timore & tremore & simplicitate cordis uestri,sicut Christo.Non ad oculu seruientes quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi, facientes uoluntatem dei ex animo, cum fidelitate seruientes sicut domino & nō hominibus: Sciētes quod unusquisque quod fecerit boni, hoc recipiet à domino, siue seruus siue liber.Et dōmini, eadem facite ad illos,remittentes minas, sciētes quia & ipsorum & uester dominus est in cœlis, & personarum non est acceptio apud eum. De cætero confortamini in domino, & in potentia uirtutis eius. Induitē omnia arma dei, ut possitis stare contra

A d ¶ *Serui obedite.*] Propheta loquēte ad Hierusalē: Quam Esa.51.c lis timuisti ab homine mortali & à filio hominis, & Petro in epistola sua: Timorē eorū ne timeatis,sed dōm Iesum Christum sanctificate in cordibus uestris.Et sal- Matt.10.c uatore eadē concinente: Nolite timere eos qui possunt occidere corpus, & plus nō habēt quod uobis faciāt: sed timete eum qui potest & animā & corpus occidere in gehennā. Salomone quoq; paria Prou.7 testante: Fili honora dominū,& confortaberis, præter illū autem ne timeas alium. Videt Apostolus diuersa præcipere, ut serui cū timore & tremore obediāt dominis carnalib.& uxori ut timeat uirum.Atq; qui simplicius respōdebit, hæc dicet, non perfectis uiris & eis qui sapientiæ secreta cognouerint hæc præcepta constitui,sed his qui principia habebant fidei,& doctrinis humilioribus indigebāt. Alius uero asserat eum qui non habeat spiritū seruitutis iterū in timore,nequaq; huic subiacere sententiæ,ut cum timore & tremore obediat dōis carnalibus: Hoc idē & de uxore dicturus, quæ iubet ut timeat uirū. Porrò tertius in hoc quoq; loco sicut in muliere,timorē pro reuerentia dictū putabit,sed arctabitur ex eo q̄ additus est timori tremor.Potest enim uxori reuerētia cōuenire, ut reue- B rens timeat uirū. Vbi aūt tremor est, metus nō sonabit reuerentiā,sed timorē. Necessario itaq; in seruis additū est,ut post timorem domini habeant & tremorē, & ad distinctionem domini spiritualis, nunc carnalis dominus appellatur:ita ut seruo quicunq; crediderit in deū, & necdum ad scientiæ summam peruenerit:non indecens sit domino seruire carnali cum timore & tremore,in simplicitate cordis sui, & sic ei seruire fideliter ut Christo:Non ad oculum seruiens, ut hi faciunt qui hominibus placere desiderant, sed ut necessitatem in uoluntatem uertat,& faciat de seruitute mercedem,maxime cum dominus carnis à domino spiritus diuersa nō imperet.Hoc est enim quod ait:Non ad oculum seruientes,ut hominibus placentes, sed ut serui Christi,facientes uoluntatem dei. Sed & ipsam fidelitatem non coactam seruus habeat,sed spōtaneam & ex animo, sic seruiēs domino suo sicut Christo, à quo recepturus est fidelis præmiū seruitutis,non minus quām si liber uoluntate seruisset.Simul & hoc notandū, quod obedientiæ filiorum atq; seruorum diuersa subiunxerit. Ad filios enim dicit,obedite parentibus uestris in domino: ad seruos uero,obedite dominis carnalibus cum timore & tremore.Vt sicut inter seruum & uxorē habet metus diuersitatem: ita & inter filios & seruos obedientia discreparet. Et pulchre imperans ut obediāt dominis, adiecit,quasi Christo:& iterum,ut serui Christi,facientes uoluntarem dei,ut scilicet non audiat seruus carnalem dominum si contraria dei præceptis uoluerit im- 1.Cor.7.b perare. Quomodo autem ad Corinthios secundū tempus rescripserat, ne per occasionem fidei in Christum inter maritos & uxores diuortia fierent, si è duobus unus credere uoluisset: ita ad Ephesios & ad Colossenses,quia plurimi inter initia fidei putabant gentiles dominos contemnendos, nunc conditionum moderare præcepta constituit, ut & seruitia non uideatur contra dominos concitare, & rursum nequaquam dominos C doceat audiendos,si uitiosa & nefanda præcipiant.

b ¶ *Et domini.*] Quænam sunt hæc quæ seruis superius imperauit, ut diceret dominis eadem facienda quæ seruis? Puto illa quæ dixerat in simplicitate cordis, & facientes uoluntatē dei & ex animo & cum fidelitate siue beneuolentia in seruos, quia εὔνοια utrunq; sonare potest. Vnusquisq; enim quod fecerit boni, hoc recipiet à domino: siue famulus seruierit sicut dictum est:siue liber dominatus fuerit,ut oportet, ut nō sit terribilis, nō promptus ad uerbera: sciens quia & ipse habeat dominū in cœlis,apud quem nō est acceptio personarū, qui solus tantum iudicet uoluntates, & iuxta eas deteriori præferat meliorem,eligens facta,nō homines. c ¶ *De cætero.*] Scio in Græco pro uirtute,fortitudinē positam:id est ἰσχύν, quia uirtus apud eos ἀρετὴ appellatur.Sed hæc apud nos est consuetudo scripturarum,ut indifferēter ἰσχὺν & ἀρετὴν uirtutem nominent:maxime quia fortitudo corporis,uirtus animi existimatur. Quanquā & apud philosophos inter quatuor uirtutes fortitudo sit posita, quam utiq; animi & non corporis esse manifestum est. Quod igitur ait,confortamini in domino & in po- D tentia uirtutis eius,totum sentitur in Christo, ut in omnibus uirtutibus quæ super eo intelliguntur,qui crediderint confortentur. Et prudenter post specialia māda ta quid uiris & uxoribus,patribus & filijs, dominis & seruis obseruandum sit:nūc generaliter in omnibus in cōmune præcipit,ut in dño & in eius potentia confortati,præparent se aduersum diabolum.De quo in consequentibus scribit. d ¶ *Induite omnia arma dei.*] Ex his quę infra legimus,& his quę in scripturis omnibus de domino saluatore dicunt, manifestissime comprobat: omnia arma dei quibus nunc indui iubemur,intelligi saluatorem,ut unum atq; idem sit dixisse, induite uos omnia arma dei:quasi dixerit, induite dominū Iesum Christum.Si enim cingulum ueritas est,& lorica iustitia est,saluator autē & ueritas & iustitia nominatur:nulli dubium quin ipse & cingulum sit & lorica. Itaq; iuxta hæc,ipse erit & præparatio euangelij pacis,& scutum fidei,& galea salutaris,& gladius spiritus, quod est uerbum dei:& uiuens sermo & efficax,& acutus super omnem gladium ex utraq; parte acutum. Quæ autem alia arma dei possumus existimare, quibus induendus est qui habet aduersum diaboli dimicare uersutias, excepta uirtute quæ Christus est? e Hic enim qui iuxta omnia quæ super eo intelliguntur fuerit indutus, potens erit contra uniuersas insidias diaboli repugnare: & secundum id quidem quod ueritate præcinctus est,non facile ad fallitatis dogmata deducetur. Iuxta hoc uero quod loricā indutus est iustitiæ,iniquitatis iaculis non poterit perforari. Necnon cum calciatus fuerit calciamentis pulcherrimis in præparatione euangelij pacis, quasi is qui præparauit in fine opera sua; & idcirco pacis homo factus est, nec bellicum aliquid aut tumultuosum agit:nec cum his qui impræparati sunt condemnabitur. Infidelitas quoque quæ inimica est fidei, ubi scutum est fidei, nihil ualebit. Caput etiam & principale

A cipale cordis & animæ in quo sensus oēs locati sunt,salutis galea circundatū, nō quassabit. Ad extremū quasi uir bellator & fortis,oēs sectas cōtrarias ueritati concidet,interficiet, iugulabit, gladiū spūs, id est uerbū dei, manu tenēs. Volens ergo Apls multimoda diaboli ingenia ostēdere,quib. nos capere nitat per ea loca in quibus nō omni custodia seruemus cor nostrū, methodias eius,id est ad inuctiones uel uersutias nominauit.Si eñ abstinuerimus nos à corporū uoluptate, parū cautos in auaritia capit. Quod si & auaritiā cū uoluptate cōtēnimus,per luxuriā irrepit,& facit nobis uentrem esse deū:& per hanc etiā illa quæ fortia esse uidebant,expugnat.Et qūo solent sapientes exercituū principes ea uel maxime oppugnare urbiū loca quę parū munita sunt, ut cū per illa irruperint,facile munita capiant: ita & diabolus p ea quæ patere uidet, aut certe nō firmiter clausa,quęrit irrūpere,& ad ipsam arcē cordis & animę peruenire. Et qd me necesse de plurib. eius insidijs dicere, cū ex his & cæteræ uersutiarū eius species cognoscant. Diabolus aūt nomē Græcū est,quod interpretat crimi- nator.Iuxta Hebręi uero sermonis proprietatē,quia & tribus Zabulon quandā similitudinē huius uocabuli habet,κατάρυμα,id est deorsum fluēs dici potest,q̄ scilicet paulatim de uirtute ad uitiū fluxerit,& de cęlestib. ad terrena corruerit. a *Quoniam.*] Non puto Paulum scribētē ad Corinthios dicere potuisse, nō est uobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē,quib.ait: Tentatio B permittit uos tentari supra id quod potestis. Existimo C quippe aduersus carnē & sanguinē esse certamina,quæ Gal.5.d ibi tentationes appellant humanę,qñ caro concupiscit aduersus spiritū,& prouocat nos facere opera sua,fornicationē, immūdiciā,luxuriā,idolatriā,inimicitias, cōtentiones,æmulationes,iras,rixas,dissensiones,hęreses,insidias, ebrietates, comessationes, & reliqua his similia.Porrò nō est humana tētatio,nec aduersus carnē & sanguinē pugna,qñ aut ipse satanas trāsfiguratus in angelū lucis,persuadere nitit ut eū angelū lucis arbitremur:aut aliqd horū simile facit,in oīm uirtute,signis & portēntis mēdacibus in omni deceptione iniquitatis. Nam cū aliquē illaquearit inimicus ut recipiat se,& loquat in eo,hæc dicit dns:Nō quasi caro & sanguis eum decipit,aut quasi humana tentatio,sed quasi principatus & potestas,rector tenebrarū & nequitia spiritualis. Eph.4.f Quamobrē nō demus locū diabolo, sed & si spūs potestatē habētis ascenderit sup nos,iuxta quod scriptū est, locū nō demus ei.Dicat quispiā hoc qđ ait:Non est nobis colluctatio aduersus sanguinē & carnē,sed aduersū principatus & potestates,& cętera quę sequunt,ideo dicit:ut doceamur ne ea qdē q̄ nobis ministrari uitia putamus ex carne, carnis esse uel sanguinis, sed à qbusdā spūalib.nequitijs suggeri.Sūt eñ quidā dęmones amoribus & amatorijs cāticis seruiētes, ut propheta quoq; cōmemorat dicēs:Spiritu fornicationis seducti sunt.nā Osee.4.c & barbara quædā nomina corū esse dicunt,ut sæpe cōfessi sunt hi quos uere uulgus maleficos uocat,& incātationes,& preces,& colores uarij, & diuersa uel metallorū genera uel ciborū,ad quæ inuocati assistere dæmones & infelices animas capere memorant.Alij uero iracūdias & furores & bella cōmittere:alij præesse inimicitijs,& inter homines odia cōcitare.qa uult ergo (aiunt) Apls nos docere,nō ex natura corporis, & de materia carnis & sanguinis, hæc uitiorū genera procreari, sed instinctu dæmonū,propterea ait:Nō est nobis colluctatio aduersus sanguinē & carnē, sed aduersus principatus & potestates,& reliqua.Ideo aūt nūc corū qui magicis artib.seruiunt, & facere prohibent,in mediū exēpla protulimus,ut retūdamus eorū opinionē q̄ putāt omnia uitia esse carnis & sanguinis,& nullā habere dęmones potestatē, ut nos incitēt ad peccatū. Talē luctationē & Iacob Gen.32.f putamus fuisse,q̄ scilicet nō aduersū carnē & sanguinē cōtenderit,qñ remansit solus & luctabat cū eo homo,adiuuās eū & corroborās aduersum aliū sudore nimio dimicantē.Et simul uide, ne fortē ridiculi sint qui arbitrant in ritū luctantiū,tota Iacob nocte luctatū. Quid enim grande,si ut illi aiunt, luctans aut superarit,aut uictus sit? Sed iuxta rationabilē & conuenientē patriarchæ luctam,talem illi colluctationē fuisse credendum est,qualem hi habent qui possunt dicere:Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem.Non necesse est totum nunc loci illius excutere sacramentū, cum in suo loco si uixero plenius disserendū sit. Quærimus autem ubi in ueteri testamento Paulus hæc legerit,aut qua autoritate quæ minime scripta sunt publicarit.Et conijcimus ex his quæ de prælijs & singulari certamine,uerbi causa,Dauid aduersum Goliam,& filiorū Israel cōtra alienigenas,& cæteras gēres, scripta sunt in lege:& Iesu,& libro Iudicū,& Regnorū, & Paralipomenon,altius intellexisse Apostolum,& spirituale bellum sensisse de carneo, quo pugnantes uicti sint siue superarint:& satrapas quidem unicuiusq; loci, superna- rum fuisse indicia potestatū: Reges aūt gentiū singularum imagines eorū qui nunc rectores mundi tenebra D rumq; dicunt:Malos uero homines spirituales nequitias in cœlestibus demonstrasse.Et uidet nobis Apostolus alijs uerbis hæc dicere:O Ephesij, quæ de prælijs Israelis aduersum nationes legitis:uident quidē carnem sonare uel sanguinē:uerbi gratia:Aegyptiorū, Idumæorum, Ammanitarū, Moabitarū,& gentiū cæterarū. Sed si uere uultis scire,cognoscite quia illa uniuersa figuraliter contingebāt illis. Scripta sunt autē propter nos,in 1.Cor.10.c quos fines seculorū decurrerūt, ut intelligamus ex illis non esse nobis pugnā aduersum carnē & sanguinē,sed aduersus spirituales quasdam & inuisibiles potestates, aduersus rectores earū tenebrarū, quæ huic mundo incubant,& errorē hominibus incredulitatis offundunt: & aduersum spiritualia nequitiæ,quæ habitant in cœlestibus:Non quo dæmones in cœlestibus cōmorentur, sed quo supra nos aer,hoc nomen acceperit. Vnde & aues quæ uolitant per aerē, uolucres cœli esse dicūtur. Nam & in alio loco de dæmonib.q̄ in aere isto uagentur, Apostolus ait:In quibus ambulastis aliquādo iux- Eph.2.d ta seculū mundi istius,secundū principē potestatis aeris spiritus,qui nunc operatur in filios diffidētiæ. Hæc aūt omniū doctorū opinio est,q̄ aer iste qui cœlū & terram medius diuidens,inane appellat,plenus sit cōtrarijs fortitudinibus.Post hæc retractandū,à quo principatus,& potestates,& rectores tenebrarū mundi,& spiritualia nequitiæ in cœlestibus, ut hoc sint, acceperint potestatē.Et quidē dicat alius,apostatā diabolum,satellitibus suis diuersa officia cōmisisse, & nō esse harū distributionū autorē deum. Cui potest illud diligens lector opponere, & quomodo scriptū est: Non est enim Rom.13.d potestas,nisi à deo? Quod si de hominibus dicit,quanto magis de his qui sunt subtilioris meliorisq; naturę? Nec statim qui hoc sentiat blasphemiæ cum crimen incurrere,quia unusquisque iuxta suam uoluntatem,diuersa ministeria sortitus est. Quomodo eñ in urbibus

cos

A eos q aliquid cõmisere flagitij, uidemus uel bestias alere, uel fecare marmora, uel mundare spurcitias cloacarũ, uel præesse gladiatoribus, & fundẽdo reorũ sanguini destinari: ita & dæmones ex proprij arbitrij libertate, insidiarũ, fraudiũ, scelerũ, atq; periurij, & reliquã uitiorũ prouinciã esse sortitos, ut sint rectores tenebrarũ, qa esse lucis principes noluerunt. Hi ergo rectores mũdi atq; tenebrarũ, cũ aduersum aliquẽ colluctãtes supplãtauerint eũ fecerintq; corruere, statim illũ suo mũdo, & suis tenebris quib. principant, annectunt. Ob quã causam fortius laborandũ,

Ioan. 15.c ut q semel audiuimus: Ego elegi uos de isto mũdo, iam nõ estis de isto mũdo: si enim essetis de mũdo, mundus quod suũ esset, amaret: nõ redeamus ad mundum, nec subijciamur ei, sed crucifigat nobis mundus, & nos ei, ut rector lucis Iesus proprio mũdo nos copulet, & sub patris esse faciat ditione, erutos de spũalis nequitiæ potestate, & de cœlo eorũ qẽ transiturũ est, nec dei sedes appellari potest. Impiũ quippe est, ut spũalia nequitiæ in cœlestib. eũ cęlũ tenere credant, de quo loquit deus:

Esa. 66.a Cœlũ mihi thronus est. Itaq; qui intelligit quãta in isto mũdo nobis & præsentib. & absentib. fiant, dũ ea uidere non possumus, siue propter corpus humilitatis nostræ hoc fragile atq; terrenũ, quo anima inuoluit, siue quia carnalib. oculis subtilior natura nõ pandit: hic uidebit quæ sint tenebræ quæ ab Apostolo nunc dicant: ꝙ scilicet aut tota uita ista terrena tenebræ nuncupent: Lux quippe lucet in tenebris, & tenebræ eã nõ comprehenderũt: Aut animæ lumẽ & sensus, terrenũ corpus, & corpus mortis & humilitatis obũbret, operiat, & obcæcet. Sciamus aũt ꝙ excepto præsenti loco, nec in ueteri, nec in nouo testamẽto, κοσμοκράτορας, id est mundi rectores, unquam legerimus: quod nomen idcirco Paulus apostolus finxit, quia necesse habebat ad Ephesios disputans, rebus nouis & inuisibilibus, noua nomina coaptare. Adhuc propter hoc quod ait, in cœlestibus, quia uidetur ambiguum: dicendum subaudiri posse illud ad omnia, ut sit sensus: Non est nobis colluctatio aduersus potestates in cœlestibus, & rectores tenebrarum istarum in cœlestibus, & spiritualia nequitiæ in cœlestibus: maxime si intelligimus (ut iam suprà expositum est) quomodo cœlestia nominentur propter uolucres cœli, & quod in usu dicit, pluuiã uenire de cœlo: nõ quo pluuia è cœlo ueniat. Philosophi qppe aiunt: nõ amplius ẽ duob. milib. passuũ à terra distare nubes, ex quib. fundant pluuiæ & imber irroret. Iuxta quẽ sensum cataractæ quoq; cœli in diluuio apertę esse ferunt. Veruntamẽ quãto quis peior fuerit, tanto uicinior erit terræ locis, & pinguiori substantiæ. Siquidẽ & terra, & circũdatus nobis aer, habẽt pinguedinẽ suam. Aiunt quidã & animas corporib. liberatas, si attenuatæ fuerint in præsenti uita, & lima, ut ita dicam ἀσκήσεως atq; uirtutũ, in subtile corpus attritę, nõ habitaturas in

Psal. 4.d pinguiorib. locis, sed deo q incorporeus est, uicinas fore. Si uero tales fuerint, de quib. dici possit: Filij hominũ usq; quo graui siue pingui corde: secundũ crassitudinis suæ põdus ad infirma detrahi, & pinguedine prægrauari. Post hoc & illud pariter differendũ, an hac terra & aere, aliqs pinguior locus sit, q à plerisq; appellat infernus, in quo hi q dicunt inferi, cõmorent. Qui nã uero isti sint, & quã uel cognationẽ uel diuersitatem habeãt, ad eos q spũalia nequitiæ in cœlestib. appellant, nõ est præsentis tẽporis disputare. Reliquũ est, ut quid inter colluctationẽ carnis & sanguinis, & inter rectores tenebrarũ istarũ, & spũalia nequitiæ in cœlestib. sit, in duob. apud Apostolũ manifestius discamus agminib. Quãdo enim uult humanas tentationes, hoc est, colluctationẽ carnis & sanguinis indicare, despiciẽs eas atq; contẽnens loquit: Quis nos separabit à charitate dei, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames & nuditas, & periculũ, & gladius? Iuxta quod scriptũ est: Propter te morificamur tota die: reputati sumus ut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eũ q dilexit nos. Quãdo uero docere nos uult de aduersarijs potestatib. & rectorib. tenebrarũ, & spũalibus nequitiæ in cœlestibus, ab alio quasi capite sumit exordiũ, & dicit: Certus sum enim, quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; præsentia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; alia quælibet creatura poterit nos separare à charitate dei, quę est in Christo Iesu dño nostro. Prolixius forsitan cũ lector uoluerit, de hoc capitulo disputatũ sit, sed quæso det uenią difficultati ipsius loci & personæ Ephesiorũ, q post artes magicas scire debuerãt, à quib. fuissent aliqñ decepti.

B

C

Rom. 8.g

D

a ¶ *Ideo sumite.*] Diẽ malã, aut præsens tẽpus ostẽdit, de quo suprà dixerat: Redimẽtes tẽpus, quia dies mali sunt, propter angustiã & uitæ huius labores, quia nõ absq; sudore & certamine peruenimus ad palmã: aut certe cõsummationis atq; iudicij, qñ diabolus inimicus & uindex, in sua nos cupiet parte retinere. De qua liberabit, q intelligit super egenũ & pauperẽ: in die enim mala liberabit eũ dñs. Hæc est dies de qua & in alio loco scriptũ est: Ecce uenit dies iræ dñi: Et alibi: Dies enim domini insanabilis ueniet, furoris & iræ. Et rursum: Væ desiderantibus diem domini: Vt quid uobis dies dñi? & hæc est tenebræ & nõ lux. Quẽadmodũ si fugiat homo à facie leonis, & incurrat in ursum, & introeat in domũ suã, & reclinet manus suas super parietẽ, & mordeat eũ coluber: nõne tenebræ dies dñi, & nõ lux, & caligo non habens splendorẽ? Quo enim nõ mala est hęc dies, quę tenebris & caligine inuoluit? De qua Iohel quoq; pphęta cõmemorat, dicẽs: Canite tuba in Sion, prædicate in mõte sancto meo, & cõfundant oẽs qui habitant terrã, qm adest dies dñi, quia prope est dies tenebrarũ & turbinis, dies nebulæ & caligmis. Et Sophonias de eadem die loquit dicẽs: Prope est dies dñi magna, prope & uelox nimis. Vox diei dñi amara & dura & fortis: dies irę dies illa, dies angustię & necessitatis, & reliqua. Post quæ infert: Et affligã homines, & ambulabũt ut cęci: qa dño peccauerunt. Vt igitur possit quis in hac die diabolo resistere, quia ipse est accusator fratrũ nostrorũ, assumat omnia arma dei. hoc eñ sonat πανοπλίαν, nõ ut in Latino simpliciter arma trãslata sunt, & omnibus telis armisq; succinctus, de quibus in sequentib. explicatur: sciat tũc se stare posse, si uniuersa fuerit operatus, ut plenus cunctis uirtutibus, stabilẽ figat gradum, & non moueat de acie, sitq; ex his de quib. dñs ait: Sunt quidã de hic stantibus. Et in alio loco: Etenim fide statis. Et psalmista: Statuit (inquit) supra petram pedes meos. Tertia quoq; à quibusdam interpretatio subinducitur, dicentibus: non omne aduersum diabolũ prælium morte finiri: sed cum de isto seculo exierimus, tũc nobis fortius & apertius, præsentibus contra præsentes futurum esse certamen: & sic illud quod paulo ante posuimus exponent, neq; præsentia, neq; futura, ut futura hæc dicant esse, quæ post uitam istam sint ineunda certamina. Nec non & illud: Quapropter contendimus, siue in præsenti, siue in futuro placere illi, ut præsens tẽpus, hanc uitã: futurum, post mortem significari putent. Hoc quoque quod nunc dicitur: Et omnia operati state, ad eundem sensum referent, quasi non possit aliquis omnia in præsenti uita operari, sed ex parte quid faciat: sic ut ex parte uideat, & ex parte prophetet, & tunc perfecte stare ualeat

Matt. 16.f

Psal. 4.e

Esa. 13.b

Ioel. 2.d

2. Cor. 5.b

A ualeat, cum uniuersa fuerit operatus. Alius uero simplicius hęc exponit, dicẽs Ephesios ad futuras tẽtationes, & persecutiones quas eis Paulus apls post hanc epistolam prophetico uidebat spiritu prouenire, cohortari et moneri, ut omnia faciant, per quæ possint in fide stare euãgelij, nec in persecutiõe corruere. Diẽ aũt malã propriè de xlviij. psalmo arbitramur esse nũc sumptã.

a ¶ *State.*] Quod iuxta membra carnis & corporis, omnia membra animæ in scripturis uocent, nulli dubiũ est: de quib. unũ puto esse nũc mẽbrũ, lũbos: quos ut accingamus ueritate præcipitur. Scriptum est quoq; in euangelio περιλελυκέναι: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardẽtes in manibus uestris. Quia igitur lumbi in generatione semper accipiunt & semine, secundũ illud: De fructu lumbi tui ponam super thronũ tuũ. Et alibi: Adhuc in lumbis erat Leui patris sui Abrahã, quando obuiauit ei Melchisedech: Videtur nobis accinxisse lumbos suos, qui nequaq; uxori debitũ reddit, nec seruit libidini, sed imitatur ingenitũ deũ, generationis negocijs nõ ministrãs. Hoc idem reor & illud significare quod Ioãnes zonam pelliceã habebat circa lumbos suos, & non erat de immundis, qui propter fluxũ seminis extra castra proiecti, cum arca dñi habitare nõ possunt: nec ex his de qui bus in Numeris scribitur: Sint uestimenta eius dissuta. Qui aũt Christo accinctus est ueritate, hæc uestimenta in altũ colligit, & sursum trahit, & nudorũ laterũ fœditatem, baltheo spirituali uelat, stringit, includit, & paratus ad prælium est, & opera habet lucẽtia, quæ lucernæ dicunt ardentes.

Luc. 12.d

Psal. 131.b

Leuit. 13.f

B

b ¶ *Et induti.*] Sicut difficile uulneratur, in his uel maxime locis quæ uitã tenent: qui consertam hamis, & ferreis inuicẽ circulis se tenentẽ loricã uirtutis indutus est: ita qui est circũdatus multiplici uestę iustitiæ, nec ad similitudinẽ cerui in iecur accipiet sagittam, nec in desideria corruet & furores, sed erit mundo corde, habens artificẽ huius loricæ deum, qui uniuersq; sanctorũ omnia arma fabricat, & nõ sinit eũ à iaculo uolante per diẽ, & à sagittis ardentibus percuti pariter & exuri.

Exo. 12.b

c ¶ *Et calciati.*] Diligẽtius obseruate, ꝙ uirtutẽ quandam animæ appellauerit pedes, quib. ingredimur in eo qui dicit: Ego sum uia, & quos nos oportet calciare præparatione euangelij pacis. In horũ calciamentorũ figurã, & illa calciamenta in Exodo præcesserũt, quæ habere pascha uescentib. imperat, & his q ad faciendũ iter parati sunt. Sic enim (ait) manducabitis illud: lumbi uestri accincti, & calciamenta uestra in pedibus uestris, & baculi uestri in manibus uestris, & comedetis illud cum festinatione, pascha est enim dñi. Signũ siquidẽ præparationis est, cũ festinatione & calciatis pedibus comedere, ut corroborati paschali cibo latam & horribilem possint eremũ pertranire. Qui ergo adhuc ambulat, calcieẽ: qui uero iam Iordane trãsmisso terrã promissionis intrauit, nudet pedem. Solue (ait) calciamentum de pedibus tuis: locus enim in quo tu stas, terra sancta est. Si quis nõ est Iesus Naue, nec Apostolus, calciet pedes suos in præparatiõe euãgelij pacis. Si quis aũt apostolus est, & inter duodecim numerari potest, nequaq; tollat in uia calciamentũ suum: nec ad scorpiones & colubros declinãdos, calcaneũ tegat, sed iam consummatus atq; perfectus, stet in terra sancta, & uiuat in Christo, & sequat agnũ quocunq; uadit.

Ioan. 14.d

Iosue. 6.d

Quæritur utrũ nam ad distinctionẽ euangelij alterius, nunc dixerit, pacis euangeliũ? An certe propriũ sit hoc euangelij, ut pacis euangeliũ nominet? Qui igitur habet pacem, calciatus est Christi euangelio: & cũ calciatus fuerit, præparatus est: & præparatus nõ se putet esse perfectũ, sed ad hoc præparet, ut pergat, & pergẽs ueniat ad finem.

C

d ¶ *Super omnia.*] Quasi dixerit: in omni opere portate clypeũ fidei, ut possitis tecti atque muniti excipere uenientes sagittas, & huc atq; illuc arte eas bellica declinare. Hæc est fides super qua & Abrahã post multa opa atq; uirtutes, uix potuit promereri, ut de eo scriptura diceret: Credidit autem Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Perspicua autem sunt iacula maligni, quæ uult mittere in corda nostra per cogitatiões pessimas, de quibus unum iecit in cor Iudæ, ut traderet saluatorem. Itaq; ne principium quidem habere poterit inimicus animæ uulnerandæ, si tenuerimus scutum fidei, in quo non solum uenientia tela franguntur, sed etiam telorum ipse ignis extinguitur, de quo & propheta comGen. 15.

Osee. 7.a plorat dicens: Omnes adulterãtes, quasi clibanus corda eorum. Qui hunc umbonem fidei manu fortiter tenuerit, & confisus in domino, scierit se à uenientibus iaculis esse securũ, loquetur intrepidus: In dño confido, quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montẽ sicut passer? Quoniã ecce peccatores intenderũt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetris, ut sagittẽt in obscuro rectos corde. Cum ergo, inquit, confido in dño, qua mihi datis ratione consilium, ut non stem aduersum inimicorũ impetus, & iacula quæ cõtra me in pharetris præpararũt, uolentes nõ solum me, sed etiã omnes rectos corde percutere? Ecce enim sto super petrã, & non transmigro in mõtes tenebricosos: & omnia tela hostium repulsa, in ipsos qui dirigũt conuertuntur.

Psal. 10.a

D

e ¶ *Et galeam.*] Propter hanc galeã salutaris, omnes in capite nostro sensus integri perseuerant: & maxime oculi, de quibus in Ecclesiaste Salomon ait: Sapiẽtis oculi in capite eius. Sciebat enim quod esset uiri caput, & q nam isti oculi in uiri capite collocati. Si enim caput uiri Christus est, & oculi sapientis in capite eius sunt, sequit ut omnis noster sensus, mens, cogitatio, sermo, consilium, si tamen sapientes fuerimus, in Christo sint. In Christo autem uerbo, lumine, iustitia, ueritate, cũctisq; uirtutibus.

Eccls. 2.b

f ¶ *Et galeam spiritus.*] Dei sermo de spiritu sancto fluit, contrarius uero de terra loquitur, & inde sumit exordium. Qui enim de terra est, de terra loquitur. Qui de cœlo uenit, super omnes est: & quod uidit & audiuit, hoc testatur. Porrò sermo dei, gladius spiritus est, de quo nũc Paulus ait: Gladius spiritus, quod est uerbum dei. Viuens quippe sermo dei, & efficax, & acutus super omnem gladium ancipitem, & penetrans usque ad artus animæ, & ossium, & medullarum. Qui spiritus præcidit & diuidit, multum proficiens per orationem & obsecrationem eorum, qui in omni tempore dominum deprecãrur in spiritu, iuxta illud: Orabo spiritu, orabo & mẽte. Et in hoc proficiens, ut pes uigilias & instantem precẽ Apostolus in dei uerbo doctrinaq; diteture. Et hæc omnis opulentia ad aliorum profi ciat salutem, ut eis quoq; ipsis prosit, qui pro eo obsecrant. Simulq; Apostoli humilitas admiranda, petẽtis Ephesios, ut pro se faciãt obsecrationes. Ait quippe: In

Ioan. 3.d

1. Cor. 4.e

A Omni instãtia & prece pro omnibus sanctis & pro me: Vt seorsum sanctorũ, & seorsum sui faceret mẽtionem.
a ¶ *Vt mihi.*] Hoc qđ nũc ait, in apertiõe oris mei: Et a-
2.Cor.6.c libi: Os meũ ad uos apertũ est ô Corinthij: Et, aperiens
os suum, docebat discipulos suos dicẽs: Et os meũ ape-
Psal.118.c rui, & attraxi spiritũ:
Et, aperiã in paraboIis os meum: & cætera his similia, sic acci
piendum, quasi dixerit aperiantur thesauri, & abscõdita à secu
lis sacramẽta pandantur, ut spiritus sanctus introeat ad ea p
ferenda quæ latitant. Nã quod huius testimonij, id est, ut detur
mihi sermo in apertiõe oris mei, iste sit intellectus, sequẽtia pro
bant. In cõfidentia (inquit) notũ facere mysteriũ euãgelij. Nequaq̃ in parabolis & prouerbijs, sicut & prophetæ, & ipse dñs adhuc cõstitutus in corpore loquebaꝫ di-
Ioan.16.c cẽs: Venit hora quãdo nequaq̃ uobis in prouerbijs lo-
quar, sed cõfidenter de patre annũciabo uobis. Hũc cõ
fidentiæ sermonẽ, solus poterit obtinere, qui nõ habue
rit cor se reprehendẽs. Si enim cor nostrũ nos nõ repre
henderit, confidentiã habemus ad deũ, & quodcunq̃ petierimus, accipiemus ab eo. Rarus itaq; est qui in cõ
fidentia notũ faciat mysteriũ euãgelij, quia rarus est q
confidentiã habeat ad deũ. Quis enim gloriabit castũ se habere cor, aut quis stabit dicens mundum se esse à
peccatis? Post hæc qd sit hoc quod ait: Pro quo legatio
B ne fungor in catena, ut notũ uidelicet facerẽ mysteriũ
euãgelij, breuiter perstringendũ. Et quidẽ qui simplici
ter intelligit, dicet propter testimoniũ Christi eũ de car
cere & de catenis hæc Romæ positũ scripta misisse. Ali-
us uero propter corpus humilitatis & catenã istã qua
circũdamur: & necdũ scimus secundum quod oportet
nos scire, & per speculũ uidemus in ænigmate, ista cum
dixisse cõtendet: & tũc uere posse in cõfidentia euãgelij
aperire mysteria, cũ catenã deposuerit, & de carcere li-
ber exierit, nisi forte & in uinculis absq; uinculis cõpu
tãdus est, qui cõuersationẽ habet in cœlis, & de quo di
Rom.8.b ci potest: Vos aũt nõ estis in carne, sed in spiritu: si tamẽ
spiritus dei habitat in uobis. b ¶ *Vt aũt, etc.*] Duplici
ter accipite, uel ideo Tychicũ missum Ephesum, ut nun
ciaret eis uincula apostoli Pauli nota facta esse in omni
prætorio, & catenã illius ad fidẽ euãgelij profecisse, eo
tẽpore quo ad Colossenses scripsit dicẽs: Quæ circa me
sunt, omnia nota uobis faciet Tychicus frater dilectus,
Colos.4.b & minister, & cõseruus in dño, quẽ misi ad uos ob hoc
ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur
corda uestra cũ Onesimo charissimo & fideli fratre, q
est ex uobis, qui omnia quæ hic agunt, nota faciet uo-
bis. Grãdis enim cõsolatio erat audire Paulũ Romæ in
domina urbium, & in arce Romani imperij, de carcere

detur sermo in apertione oris mei, in cõfidentia notum facere mysterium euangelij, pro quo legatione fungor in catena, ita ut in ipso audeam ut oportet me loqui. Vt aũtem sciatis & uos quæ circa me sint, quid agam, omnia nota uobis faciet Tychicus, dilectus frater, & fidelis minister in domino, quem misi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda uestra. Pax fratribus & charitas, cũ fide à deo patre & dño Iesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt dominũ Iesum Christum in incorruptione. Amen.

& de uinculis triumphantem. Vel certe ob id Tychicũ C
missum esse, ut uitã & conuersationẽ Pauli, quã ignorabant, annũciaret eis, & quasi quoddã exẽplar uiuendi daret discentibus gesta apostoli atq; uirtutes, & eũ imitari uolẽtibus. Nec parua esse poterat cõsolatio æmulari cupientiũ, quæ apostolũ egisse cognouerant. c ¶ *Pax fratribus, etc.*] Si qua alia dona sunt quæ tribuuntur à deo patre & dño Iesu Christo, inter hæc pax nõ minimũ possidet locum, quæ superat oẽm sensum, & custodit corda intellectusq; sanctorũ: serenitas quædam atq; trãquillitas animæ quiescentis, & uniuersam tempestatem & turbinẽ perturbationũ fugans. Huic similis est charitas cũ fide, quã & ipsam simul deus pater donat & filius, ut diligamus deũ de toto corde, & ꝓximos sicut nosmetipsos, & pro inimicis nostris precemur. Hãc pacẽ & charitatẽ quã credentibus Apostolus imprecaꝫ: hi tantũ habẽt, qui fratrũ nomine merenꝰ uocari. Pax fratribus & charitas cũ fide & pace. Igitur & charitatem & fidem sic pater præstat ut filius: Et hæresis obmutescit, quæ nõ uult eadem filium posse quæ patrem. d ¶ *Gratia cum, etc.*] Nõnulli hoc ita interpretati sunt, ut eũ putarent diligere dominum nostrum Iesum Christũ, qui ab operibus corruptionis alienus sit, opera corruptionis in coitu sentientes. Vnde & cõsuetudo & sermo uulD garis incorruptos, uirgines uocat, cosq; qui coitũ nesciant fœminarum. Corruptos uero eos, qui istiusmodi degustauerint uoluptatem. Illud quoq; testimoniũ coaptantes: Si quis templum dei corrumpit, corrumpet illum deus. Sed nescio an hoc ualeãt explanare qui
1.Cor.3.b scribitur: Vnusquisq; proprium habet donum à deo, alius quidem sic, & alius sic. Videamus igitur ne forte melius sit omnẽ peccatum corruptionem animæ intelligere, & eos qui à peccato liberi sunt, incorruptos uocari: ita ut diligentes dominũ Iesum Christũ, in incorruptione sint, dum peccati uinculis nõ tenẽtur, & cum eis est gratia dei. Simulq; arbitror ad distinctionem eorum qui diligunt dominum Iesum Christũ, sed non in incorruptione: nunc positũ, eos gratiam habere Christi, qui diligant eum in incorruptione. Quanti eñ diligunt dominum, parati exilia, parati martyria, parati inopiam, & omnia pro eo contumeliarum genera sustinere: & nihilominus carnis passione superantur: sed his non imprecatur Apostolus gratiam, quia gratia domini est cum omnibus qui diligunt eum in incorruptione.

Commentariorum ad Ephesios finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN EPISTOLAM ad Titum, ad Paulam & Eustochium prooemium.

Licet non sint digni fide, qui fidem primam irritam fecerunt, Marcionem loquor & Basilidem, & omnes hæreticos qui uetus laniant testamentum: tamen eos aliqua ex parte ferremus, si saltem in nouo continerent manus suas, & non auderent Christi (ut ipsi iactitant) boni dei filij, uel euangelistas uiolare, uel apostolos. Nunc uero cum & euangelia eius dissipauerint, & Apostolorum epistolas, non apostolorum Christi fecerunt

A cerunt esse, sed proprias: miror quomodo sibi Christianorum nomẽ audeant uindicare. Vt enim C
de cæteris epistolis taceam, de quibus quicquid contrariũ suo dogmati uiderant, eraserũt: nõ ullas integras repudiandas crediderunt: ad Timotheũ uidelicet utranq;, ad Hebræos, & ad Titum, quam nunc conamur exponere. Et si quidẽ redderent causas cur eas apostoli non putarent, tentaremus aliquid respõdere, & forsitan satisfacere lectori. Nunc uero cũ hæretica autoritate pronuncient & dicãt: illa epistola Pauli est, hæc nõ est: ea autoritate refelli se pro ueritate intelligãt, qua ipsi nõ erubescãt falsa simulare. Sed Tatianus Encratitarũ patriarches, qui & ipse nonnullas Pauli epistolas repudiauit: hanc uel maxime, hoc est, ad Titũ, apostoli pronunciandã credidit, paruipẽdens Marcionis & aliorũ qui cũ eo in hac parte consentiũt assertionẽ. Scribit igitur Apostolus, o Paula & Eustochiũ, de Nicopoli, quæ in Actiaco littore sita, nũc possessionis uestræ pars uel maxima est, & scribit ad Titũ discipulũ suũ, & in Christo filiũ, quẽ Cretæ reliquerat ad ecclesias instruẽdas: præcepit ei, ut cũ è duobus Artemas seu Tychicus Cretã fuerit appulsus, ipse Nicopolim ueniat. Iustũ quippe erat, ut ille qui dixerat, sollicitudo mea omnium ecclesiarũ: & qui euangeliũ Christi usq; ad Illyricum de Hierosolymis proficiscens fundauerat, non pateretur & sui & Titi absentia Cretenses esse desertos, à quibus primum idololatriæ semina pullularunt, sed mitteret eis pro se & Tito Artẽ man uel Tychicum, quorum doctrina & solatio confouerentur.

COMMENTARIORVM HIERONYMI in epistolam ad Titum liber unus.

Paulus seruus dei, apostolus autem Iesu Christi.] In epistola ad Romanos ita exorsus est: Paulus seruus Iesu Christi, uocatus apostolus. In hac autem seruum se dei dicit: apostolum uero Iesu Christi. Si enim pater & filius unum sunt, & qui crediderit
B in filium, credit & in patrẽ: seruitus quoq; indifferenter apostoli Pauli, uel ad patrẽ est referenda, uel ad filium. Hęc autem seruitus non est illa de
Rom.8.c qua ipse Apostolus ait: Nec enim accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spiritũ adoptionis, in
Psal.110.b quo clamamus Abba pater: uerum nobilis seruitus, de qua & Dauid ad deum loquit: Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Et beata Maria ad angelũ: Ecce ancilla dñi,
Deut.34.b fiat mihi secundũ uerbũ tuũ. Hanc seruitutẽ habuit & Moyses, de quo dñs ad Iesum filium Naue: Moyses (inquit) famulus meus mortuus est. Et in alio loco: Mortuus est Moyses famulus dñi in terra Moab per uerbũ dñi. Absit quippe ut spiritũ seruitutis Moysen & Mariã in timore, & non in dilectione dei habuisse credamus. Nec mitũ quamuis sanctos homines, tamen dei seruos
Isa.48.b nobiliter appellari, cũ per Esaiã prophetã pater loquat ad filium: Magnũ tibi est uocari te puerũ meum, quod Græcè dicitur: μέγα σοί ἐστι τὸ κληθῆναί σε παῖδά μου. Puer aũt, hoc est παῖς, quia potest secundũ Græcos & famulũ & filium significare: in Hebræo quæsiuimus, & inuenimus nõ filium meum scriptum esse, sed seruum meum: id est עַבְדִּי Vnde & Abdias propheta, qui interpretatur seruus dñi, ex famulatu dei nomẽ accepit. Si moueat quempiam, dñm saluatorẽ, qui uniuersitatis est conditor, seruũ dei dici: nõ mouebitur, si ipsum
Matt.20.d ad apostolos audiet loquẽtem: Qui uoluerit inter uos
Iohn.13.a esse maior, sit omnium seruus. Et filius hominis uenit, non ut ministraretur sibi, sed ut ministraret: quod ne docere tantum uerbis uideretur, monstrauit exemplo. Assumpto quippe linteo, accinxit se: & aqua peluim replens, discipulorum pedes lauit. Non est itaq; impium credere eum qui formam serui assumpserat, hæc fecisse quæ serui sunt, ut paternæ uoluntati seruisse dicat, cum seruis suis ipse seruierit. Hæc autem seruitus, charitatis est, per quam nobis inuicem seruire præcipimur. Et ipse Apo-
1.Cor.9.d stolus cum esset liber ex omnibus, omniũ se seruum fecit. Et in
D alio loco: Vester (inquit) seruus propter Christũ. Seruus dei ille est, qui non est seruus peccati. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati. Apostolus igitur q peccati non fuit seruus, recte dei patris uocat seruus & Christi. Porrò quod ait: Apostolus autem Iesu Christi, tale mihi uidetur, quale si dixisset: præfectus prætorio Augusti Cæsaris, magister exercitus Tiberij imperatoris. Vt enim iudices seculi huius quo nobiliores esse uideantur, ex regibus quibus seruiunt, & ex dignitate qua intumescunt uocabula sortiuntur: ita & Apostolus grandem inter Christianos sibi uindicãs dignitatem, apostolum se Christi titulo prænotauit, ut ex ipsa lecturos nominis autoritate terreret, indicãs omnes qui in Christo crederent, debere sibi esse subiectos. Nec non quod paulo ante scriptum posuimus ad Romanos: Seruus Iesu Christi, nõ differt ab eo si dixis-
1.Cor.1.d set, seruus sapientiæ, seruus iustitiæ, seruus sanctificationis, seruus redẽptionis: Christus quippe factus est nobis à deo patre sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio. b ¶ *Secundum fidem electorum dei.*] Qui non iuxta humilitatem, ut plerique æstimant, sed uere dixerat: Et si imperitus sermone, non tamen scientia: Hebræus ex Hebræis, iuxta legẽ Pharisæus, profundos sensus Græco sermone non explicat: & quod cogitat, in uerba uix promit. Iuxta ordinem igitur sensuum & textum rerum, potius quàm uerborũ, de singulis ut scripta sunt, disseramus. Secundum fidem, inquit, electorum dei, refert ad superiora quod intulit: Paulus seruus dei, apostolus autem Iesu Christi secũdum fidem electorum

AD TITVM

PAVLVS seruus dei, apostolus autem Iesu Christi. Secũndum fidem electorũ dei & cognitionem ueritatis, quæ est iuxta pietatem in spe uitæ æternæ, quam promisit nõ mendax deus ante secula æterna: manifestauit autem temporibus suis uerbum suum in prædicatione, quę credita est mihi secundum imperium saluatoris nostri dei, Tito charissimo filio iuxta communem fidem: Gratia & pax à deo patre, et Iesu Christo saluatore nostro. Huius

dei, id est, eorum qui nō tantū uocati sunt, sed & electi. Electorū quoq; ipsorū, magna diuersitas est pro uarietate operū, sensuū, atq; sermonū. Nec statim qui electus dei est, uel iuxta electionē possidet fidē, uel iuxta fidem hēt scientiā ueritatis. Vnde & saluator ad Iudæos qui in eum crediderant, est locutus: Si permanseritis in uerbo meo, cognoscetis ueritatē, & ueritas liberabit uos. Et euāgelista testat, quod hæc credētibus quidē dixerit: sed nescientibus ueritatē, quā cōsequi posset, si in sermōe ipsius permanerēt: & liberi effecti, serui esse desinerēt. Quæriē quare ad id quod ait: secundū fidē electorū dei & cognitionē ueritatis, iūxerit, quæ iuxta pietatē est: utrū nā sit aliqua ueritas quæ nō in pietate sit posita, & nūc ad distinctionē illius inferat cognitio ueritatis, quæ iuxta pietatē est. Est plane ueritas, quæ nō hēt pietatē. Si quis grāmaticā artē nouerit uel dialecticā, ut rationem recte loquēdi habeat, & inter falsa & uera dijudicet. Geometria quoq; & arithmetica & musica habēt in sua scientia ueritatē, sed nō est scientia illa pietatis. Scientia pietatis est nosse legē, intelligere prophetas, euāgelio credere, apostolos nō ignorare. Et ecōtrario multi sunt qui habēt pietatis uerā cognitionē, sed nō statim & cæterarū artium, & earū de quib. supra mentionē fecimus ueritatē. Hæc igit ueritas cuius cognitio iuxta pietatē est, in spe uitæ æternæ posita est: quia statim ei qui se cognouerit, præmiū tribuit immortalitatis. Absq; pietate uero notitia ueritatis delectat ad præsens, sed æternitatē nō hēt præmiorū, quā promisit nō mendax deus ante secula æterna: & manifestauit eā tēporib. suis in Christo Iesu. Cui aūt promisit ante, & postea fecit esse perspicua, nisi sapiētiæ suæ, quæ erat semper cū patre, cū lætaret orbe perfecto, & gauderet super filijs hominū: & repromisit eos q cūq; in illa crediturī essent, habituros esse uitā æternā? Antequā orbis iaceret fundamēta, antequā maria difunderet, mōtes statueret, cœlū suspēderet, terram dolata mole solidaret, hæc repromisit deus in quo mendaciū nō est: Nō quia posset mēturi, & nolit in fallitatis uerba prorūpere, sed quia qui pater sit ueritatis, nullum in se habeat mendaciū, secūdū illud: Fiat aūt deus uerax, omnis aūt homo mēdax. Propterea aūt non mēdax deus dicit: etenim cū iureiurādo quædā in prophetis potuerit, ut nos securiores effecti, magis speremus futura esse quæ prædicta sunt, & tota mēte credētes, ad consequēda ea quæ uētura sunt, præparemur. Nō ab re uidetur breuiter perstringere, cur deus solus uerax, & omnis homo mēdax, Apostoli uoce dicatur. Et nisi fallor, quō solus habere dicit immortalitatē, cū & angelos & multas rationabiles fecerit creaturas: quibus dederit immortalitatē, ita & solus dicit esse uerax, non quod & cæteri nō immortales & ueritatis sint amatores, sed qđ ille solus naturaliter sit & immortalis & uerus. Cæteri uero immortalitatē & ueritatē ex largitione illius consequant: & aliud sit uerū esse, & quid habere per semetipsum, aliud in potestate donātis esse qđ habeas. Sed nec hoc silentio prætereundū puto, quō non mendax deus ante æterna secula, æternam spoponderit uitam, ex quo iuxta historiā Geneseos factus est mūdus, & per uices nocium atq; dierum, mensium pariter & annorū, tempora cōstituta sunt. In hoc curriculo & rota mundi, tēporā labuntur & ueniūt: & aut futura sunt, aut fuerūt. Vnde quidam philosophorū non putant esse tempus præsens, sed aut præteritum, aut futurū: quia omne quod loquimur, agimus, cogitamus: aut dum fit, præterit: aut si nondū factum est, expectamus. Ante hæc igitur mundi tempora, æternitatē quandam seculorū fuisse credēdum est, quibus semper cū filio & spiritu sancto fuerit pater: & ut dicā, unū tēpus dei, est omnis æternitas: imō

Rom. 3.a

Huius rei grātia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deerant, corrigeres

innumerabilia tēpora sunt, quū infinitus sit ipse qui ante tēpora omne tēpus excedit. Sex milia necdū nostri orbis implent anni: & quātas prius æternitates, quāta tēpora, quātas seculorū origines fuisse arbitrandū est, in quib. angeli, throni, dominationes, cæteræq; uirtutes seruierint deo, & absq; tēporum uicib. atq; mēsuris deo iubēte subsititerint. Ante hæc itaq; omnia tēpora quæ nec sermo eloqui, nec mens cōprehendere, nec cogitatio tacita audet attingere, promisit deus pater sapientiæ suæ uerbū suū, & ipsam sapientiā suam, & uitā eorū qui credituri erant mūdo esse uenturā. Diligēter attendite textū & ordinē lectionis, quoniā uita æterna quā non mēdax deus ante secula æterna promisit, non alia sit absq; uerbo dei. Manifestauit em̄ (inquit) tēporibus suis uerbū suū: Ergo quam promiserat uitā æternā, ipsa est uerbū suū quod in principio erat apud patrē, & deus erat uerbū: & uerbū caro factum est, & habitauit in nobis. Quod aūt uerbum dei, hoc est, Christus ipse sit uita, in alio loco testat dicēs: Ego sum uita. Vita uero non breuis, nō aliquibus circūscripta tēporibus, sed perpetua, sed æterna: quæ manifestata est in nouissimis seculis, in prædicatione quæ credita est Paulo doctori gentiū & magistro, ut annunciaret in mūdo, & hominibus nota fieret, iuxta imperiū saluatoris dei, qui nos saluos esse uoluit, id quod pollicitus fuerat implēdo. Scribit autē Apostolus Tito charissimo filio, quod Græce dicit τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ, & latino sermone nō potest explicari: γνήσιος em̄ hoc potius sonat, cū quis fidelis & prius & (ut ita dicā) legitimus siue germanus absq; cōparatione alterius appellat. Ex quo intelligimus fuisse & in filijs Pauli plurimā differentiā, quod alios haberet γνησίους, id est germanissimos, sibiq; cōiūctos: & de uero matrimonio, ac de libera, procreatos: alios uero quasi ex ancilla & ex Agar, qui nō possunt hæreditatē accipere cum liberæ filio Isaac. Sermo quippe & sapiētia & doctrina qua Titus Christi ecclesias instruebat, efficiebāt eū propriū Apostoli filiū, & ab omni aliorū consortio separatū. Videamus post hæc quod sequitur: Secundū cōmunem fidem, utrū nam omniū qui in Christo credebant, cōmunem dixerit fidē, an cōmunem, suam tantum & Titi? Quod quidem melius mihi uidet, apostoli Pauli & Titi fidē fuisse cōmunem, q̄ omniū credentiū, in q̄bus, p uarietate mēriū, fides quoq; cōmunis esse nō poterat, sed diuersa. Ad extremū præfatio epistolæ, & salutatio præfationis apostoli ad Titū, tali fine complet. Gratia & pax à deo patre & Christo Iesu saluatore nostro. Siue qđ & gratia & pax tā à deo patre sit q̄ à Christo Iesu, & utrūq; ab utroq; datū possit intelligi: siue qđ gratia ad patrē, & pax referat ad filiū. Nō absq; scrupulo transeundū est, qđ quibusdā Apostolus imprecatus est, ut eis gratia & pax multiplicarent: nūc uero ad Titū pax & gratia sine multiplicatiōe sint positæ. Noe uir iustus & naufrago orbe solus seruatus, non dicit plures gratias, sed unā gratiā inuenisse in cōspectu dei. Et Moyses ad dīm: Si inueni (inquit) gratiam apud te: Et sicubi alibi in pſona sanctorū gratia posita est: quære & inuenies: non eos gratias inuenisse, sed gratiā. Mercator ille de euāgelio qui plures habuit margaritas, ad extremū unā pretiosam reperit, quā de multis margaritis solā emit. Perfectorū quippe est unā margaritā, & unū thesaurū, omnibus margaritis & totius substātiæ suæ ēmere cōmercio. Incipientiū uero & adhuc in itinere positorū, nedū unā & solā, sed plures habere margaritas. a ¶ *Huius rei, etc.*] Apostolicæ dignitatis est ecclesiæ iacere fundamentū, quod nemo potest ponere, nisi architectus. Fundamentum autem non est aliud præter Christū Iesum. Qui inferiores artifices sunt, hi possunt ædes super

Exod. 33.a

Matt. 13.f

A super fundamēta cōstruere. Paulus itaq; ut sapiēs architectus, & oīm labore cōtendēs, ne in præparatis gloriaret, sed ubi necdū Christus fuerat annūciatus, postquā dura Cretensiū ad fidē Christi corda mollierat: & tā sermone q̄ signis edomuerat & edocuerat eos nō in uernaculum louē, sed in deū patrē & in Christū credere: reliqt Titū discipulū Cretæ, ut rudimēta nascētis ecclesiæ cōfirmaret: & si quid uidebat deesse, corrigeret: ipse pergēs ad alias nationes, ut rursum in eis Christi iaceret fundamentum. Quod aūt ait, ut ea quæ deerāt, corrigeres: ostendit nec dū eos ad plenā uenisse scientiā ueritatis: & licet ab Apō correcti fuerint, tñ adhuc indigere correctione. Omne aūt quod corrigit, imperfectū est. Nā & in Græco præpositionis adiectio, qua scribit κατὰ διορθώσῃ, nō idipsū sonat quod διορθώσῃ, id est corrigeres: sed ut ita dicā, su per corrigeres, ut scilicet ea quæ à me correcta sunt, & necdū ad plenā ueri lineā sunt retracta, à te corrigant, et normā æqualitatis accipiāt. a ¶ *Et cōstituas.*] Audiāt episcopi q habēt cōstituendi presbyteros per urbes singulas potestatē, sub quali lege ecclesiasticæ cōstitutiōis ordo teneat: nec putēt Apī uerba esse, sed Christi, q ad discipulos ait: Qui uos spernit, me spernit: qui autē me spernit, spernit eū q me misit: Sic & q uos audit, me audit: qui autē me audit, audit eū q me misit. Ex quo manifestū est eos qui Apī lege contēpta, ecclesiasticū gradū nō merito uoluerint alicui deferre, sed gratia, cōtra Christū facere: q qualis in ecclesia presbyter cōstituendus sit, per Apīm suū in sequētibus executus est. Moyses amicus dei, cui facie ad faciē deus locutus est: potuit utiq; successores principatus, filios suos facere, & poste

Luc. 10.d

B ris propriā relinquere dignitatē, sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus, ut sciremus principatum in populos nō sanguini deferendū esse, sed uitæ. At nunc cernimus plurimos hanc rē beneficiū facere, ut nō quærant eos q possunt ecclesiæ plus prodesse, & in ecclesia erigere colūnas: sed quos uel ipsi amāt, uel quorū sunt obsequijs deliniti, uel pro quib. maiorū quispiā rogauerit, & ut deteriora taceā, qui ut clerici fierēt, munerib. impetrarūt. Diligēter Apī uerba attēdamus dicētis: Vt cōstituas per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi disposui. Qui qualis presbyter debeat ordinari, in cōsequentib. differens, hoc ait: Siquis est sine crimine, unius uxoris uir, &c. postea intulit: Oportet em̄ episcopū sine crimine esse, tanq̄ dei dispēsatorē. Idē est ergo presbyter qui

1. Cor. 1.b

episcopus, & anteq̄ diaboli instinctu, studia in religione fierēt, & dicerēt in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego aūt Cephæ, cōmuni presbyterorū consilio, ecclesiæ gubernabant. Postq̄ uero unusquisq; eos quos baptizauerat, suos putabat esse non Christi, in toto orbe decretū est, ut unus de presbyteris electus supponeret cæteris, ad quē omnis ecclesiæ cura pertineret, & schismatū semina tollerent. Putat aliquis nō scripturarū, sed nostram esse sententiā, episcopū & presbyterū unū esse,

Philip. 1.a

& aliud ætatis, aliud esse nomen officij, relegat Apī ad Philippēses uerba dicentis: Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnib. sanctis in Christo Iesu, q sunt Philippis cū episcopis & diaconis, gratia uobis & pax, & reliqua. Philippi una est urbs Macedoniæ, & certe in una ciuitate plures, ut nuncupant, episcopi esse nō poterant. Sed quia eosdē episcopos illo tēpore quos & presbyteros appellabant: propterea indifferēter de episcopis quasi de presbyteris est locutus. Adhuc hoc alicui

Act. 20.b

uideat ambiguū, nisi altero testimonio cōprobet. In Actibus apostolorū scriptū est, q cū uenisset Apīs Miletum, emiserit Ephesum, & uocauerit presbyteros eccle

C siæ eiusdē, quibus postea inter cætera sit locutus: Attendite uobis & oīm gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos pascere ecclesiā dīi, quā acquisiuit p sanguinē suū. Et hic diligētius obseruate, quomodo unius ciuitatis Ephesi presbyteros uocās, postea eosdē episcopos dixerit: Siqs uult recipere eā epistolam quę sub nomine Pauli ad Hebræos scripta est, & ibi æqualiter inter plures ecclesiæ curā diuidit. Siquidē ad plebē scribit: Parete principib. uestris, & subiecti estote: ipsi em̄ sunt q uigilāt, p animab. uestris, quasi rationē reddētes, ne suspirātes hoc faciāt: Siquidē hoc utile uobis est. Et Petrus q ex fidei firmitate nomē accepit, in epistola sua loquit dicens: Presbyteros ergo in uobis obsecro cōpresbyter, & testis Christi passionū, qui & eius gloriæ quæ in futuro reuelāda est, socius sum: pascite eū qui in uobis gregē dīi, nō quasi cū necessitate, sed uolūtarie. Hæc propterea, ut ostēdere mus apud ueteres eosdē fuisse presbyteros quos & episcopos: paulatim uero ut dissensionū plātaria euelleretur, ad unū omnē sollicitudinē esse delatam. Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiæ cōsuetudine ei q sibi prę positus fuerit esse subiectos: ita episcopi nouerint se magis cōsuetudine q̄ dispositionis dñicæ ueritate, presbyteris esse maiores, & in cōmune debere ecclesiā regere, imitātes Moysen, q cū haberet in potestate solus præ esse populo Israel, septuaginta elegit cū quibus populū iudicaret. Videamus igit qualis presbyter siue episcopus ordinādus sit. b ¶ *Si quis est.*] Primū itaq; sine crimine sit, quod puto alio uerbo ad Timotheum irrepre

1. Tim. 5.a

hensibilem nominatū, non q̄ eo tantum tempore quo ordinādus est, sine ullo sit crimine: & præteritas maculas noua cōuersatione diluerit: sed ex eo tēpore quo in

D Christo renatus est, nulla peccati conscientia remordeatur. Quomodo enim potest præses ecclesiæ auferre malum de medio eius, qui in delicto simili corruerit? Aut qua libertate corripere peccantē, cū tacitus sibi ipse respondeat, eadē admisisse quæ corripit? Itaq; q episcopatum desiderat, bonū opus desiderat. Opus, inquit, nō honorē, non gloriam. Oportet aūt illum & testimoniū habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli. Quod aūt ait, unius uxoris uir, sic intelligere debemus, ut non omnē monogamū digamo putemus esse meliorē, sed quo is posit ad monogamiā & continentiā cohortari, qui sui exemplum præferat in docendo. Esto quippe aliquem adolescentulū coniugem perdidisse, & carnis necessitate superatū, accepisse uxorem secūdam, quam & ipsam statim amiserit, & deinceps uixerit continenter: aliū uero usq; ad senectam habuisse matrimoniū & uxoris usum, ut plerique existimant felicitatē, nunquam à carnis opere cessasse: quis uobis è duobus uidet esse melior, pudicitior, continentior? Vtq; ille qui infelix etiam in secūdo matrimonio fuit, & postea pudicè & sanctè conuersatus est: & non is qui ab uxoris amplexu nec senili est separatus ætate. Non sibi ergo applaudat, quicunq; quasi monogamus eligitur, q̄ omni digamo sit melior: cum in eo magis sit electa felicitas q̄ uoluntas. Quidā de hoc loco ita sentiūt: Iudaicæ (inquiunt) consuetudinis fuit uel binas uxores habere, uel plures: qđ etiā in ueteri lege de Abrahā & Iacob legimus, & hoc nūc uolunt esse præceptū, ne is qui episcopus eligendus est, uno tempore duas pariter habeat uxores. Multi superstitiosius magis q̄ uerius, etiā eos qui cum gentiles fuerint, & unam uxorem habuerint, qua amissa, post baptismū Christi alterā duxerint, putant in sacerdotio nō legendos, cum utique si hoc obseruandum sit, illi magis

A gis ab episcopatu arceri debeāt: q uagā per meretrices ante exercētes libidinē, unā regenerati uxorē accepint: & multo detestabilius sit fornicatū esse cū pluribus, q̄ digamū reperiri: quia in alio infelicitas matrimōij est, in alio ad peccandū prona lasciuia. Mōtanus & qui Nouati schisma sectant, nomen sibi mūdiciæ præsumpsere, putātq̄ secunda matrimonia ab ecclesiæ cōmunione prohibenda, cum Apostolus de episcopis & presbyteris hoc præcipiens, uniq̄ in cæteris relaxarit: nō qd' horteť ad secūda matrimonia, sed q̄ necessitati carnis indulgeat. Scripsit & Tertullianus de Monogamia librū hæreticū, quē Apostolo cōtraire, nemo qui Apostolū legerit, ignorabit. Et q̄dem esse sine crimine episcopū siue presbyterū, & unā uxorē habere, in nostra est potestate. Cæterū illud qd' se quis: habere filios fideles, nō in accusatione luxuriæ, ac nō subditos, extra nostrā est uoluntatē. Esto quippe parētes bene instituisse liberos suos, & à parua ætate semp dominicis eruditos præceptis: hi si postea se luxuriæ dederint, & superati uitijs, libidini frena permiserint: nunquid culpa ad parētes redūdabit, & sanctitatē patris, si liij peccata maculabūt? Si qs bene erudiuit filios suos, in his puto fuisse & Isaac, q uticq̄ Esau filiū suū bene instituisse credēdus est. Verū Esau fornicarius & prophanus, p una esca uēdidit primogenita sua. Samuel quoque q talis fuit, ut inuocaret dōm, & dns exaudisset eū, & in tēpore messis, pluuiā hyemis impetraret: habuit filios qui declinauerūt post auaritiā, & accipiebāt munera, & tā iniqui iudices extiterūt, ut populus nequaquā ferens, regē sibi in similitudinē cæterarū gentiū postularet. Ergo si electio sacerdotū fieret, & Isaac, ppter Esau, & Samuel propter filios suos indigni sacerdotio putarent. Et cū peccata parētū filijs nō imputent, nequaquā iā illa uigēte sentētia, parētes uuā acerbā comederūt, & dētes filiorū obstupuerūt, filiorū uitia parētibus præiudicabūt? Primū itaq̄ dicendū est, quod tam sanctū nomē sit sacerdotij, ut nobis etiā ea quæ extra nos sunt posita, reputent: nō quo propter uitia nostra episcopi nō fiamus, sed quod propter filiorū incontinentiā ab hoc gradu arcēdi simus. Qua enim libertate possumus alienos filios corripere, & docere quæ recta sunt, cū nobis statim possit qui fuerit correptus ingerere, ante doce filios tuos. Aut qua frōte extraneū corripio fornicantē, cū mihi cōscientia mea ipsa respōdeat: Exhareda ergo fornicantē filiū, abijce filios tuos uitijs seruiētes. Cū aūt nequā filius in una tecū cōmunicat domo, tu audes de alterius oculo festucam detrahere, in tuo trabem nō uidens? Nō itaq̄ iustus polluitur ex filiorum uitijs, sed libertas ab Apostolo ecclesiæ principi reseruať: quod talis fiat qui nō timeat propter uitia liberorū extraneos reprehēdere. Deinde etiam illud est inferendum aduersum eos qui de episcopatu intumescūt, & putāt se non dispensationem Christi, sed imperium cōsecutos, quia nō statim omnibus his meliores sint, quicūq̄ episcopi nō fuerint ordinati: & ex eo q̄ electi sunt, ipsi se magis existimēt comprobatos: sed intelligāt propterea quosdam à sacerdotio remotos, quia eos uitia liberorū impedierint. Si autem peccata filiorū iustum ab episcopatu prohibent, quanto magis unusquisq̄ se cōsideras & sciēs, quia potentes potenter tormenta patientur, retrahet se ab hoc non tam honore q̄ onere: & aliorū locum q magis digni sunt, nō ambiet occupare? Ad extremū hoc dicendū est, in scripturis per filios λογισμούς, id ē, cogitatiōes: per filias uero πράξεις, id est, opa intelligi, & eum nūc præcipi debere episcopū fieri, qui & cogitationes & opera in sua habeat potestate, & uere credat in Christo, & nulla subrepentiū uitiorū labe maculeť. C

a ¶ *Oportet, etc.*] Quæriť ergo inter dispēsatores ut fidelis quis inueniat: & non comedēs & bibēs cū ebriosis, percutiat seruos & ancillas: sed incertū dei expectet aduentū, & det conseruis in tēpore cibaria. Inter uillicum autē & familiam hæc sola distātia est, q̄ cōseruus præpositus est cōseruis suis. Sciat itaque episcopus & presbyter, sibi populū cōseruū esse non seruū. Cætera quæ sequunť, in nobis posita sunt. Nō proteruū, id est, nō tumentē & placentē sibi quod episcopus sit: sed quasi bonū uillicū, id requirentē quod pluribus prosit. Nō iracundū. Iracūdus est qui semper iraſciť, & ad leuē responsionis aurā atq̄ peccati, quasi à uento soliū cōmouetur. Et reuera nihil est fœdius præceptore furioso, qui cum debeat esse māsuetus, & secundū illud quod scriptū est: Seruū aūt dñi nō oportet rixari, sed humilē esse ad omnes, doctorē, patiētem, in mansuetudine erudientē eos qui cōtra ueniūt: Ille é diuerso toruo uultu, tremētibus labijs, rugata frōte, effrenatis cōuitijs, facie inter pallorē ruborēq̄ uariata, clamore perstrepat: & errantes nō tam ad bonum retrahat, q̄ ad malū sua fœuitia præcipitet. Inde est quod & Salomō ait: Ira perdit etiam sapiētes. Et, ira uiri iustitiā dei nō operatur. Neq̄ uero qui aliquando iraſciť, iracundus est: sed ille diciť iracundus qui crebro hac passione superatur. Prohibet quoq̄ episcopum esse uinolentum, de quo ad Timotheum scribitur: Non multo uino deditum. Quale est aūt episcopū uidere uinolētum, ut sensu occupato uel exaltet risum contra grauitatis decorem, & labijs dissolutis cachinnet: uel si paululū tristis cuiusdā rei fuerit recordatus, inter pocula in singultus prorumpat & lachrymas. Longū est ire per singula, & insanias quas ebrietas suggerit, explicare. Videas alios pocula in tela uertentes, scyphū in faciem iacere cōuiuæ: alios scissis uestibus in uulnera aliena proruere, alios clamare, alios dormitare: qui plus biberit, fortior cōputatur: accusatiōis occasio est, adiuratū per regē frequentius nō bibisse. Vomūt ut bibant: bibunt ut uomant. Digestio uentris & guttur, uno occupātur officio: Hoc nūc dixisse sufficiat, quod secundū Apostolū, in uino luxuria est. Et ubicūq̄ saturitas atq̄ ebrietas fuerint, ibi libido dominet. Specta uentrē & genitalia, pro qualitate uitiorū ordo membrorū. Nunquam ego ebriū castum putabo, qui & si uino cōsopitus dormierit, tamen potuit peccare per uinū. Miramur aūt Apostolū in episcopis siue presbyteris dānasse uinolentiā, cum in ueteri quoq̄ lege præceptū sit, Sacerdotes cū ingrediunť templū ministrare deo, uinum omnino nō bibere, & Nazaræū quādiu sanctā comā nutriat: & nihil contaminatū, nihil mortale conspiciat: & à uino abstinere, & ab uua passa, & à dilutiori quę solet ex uinaceis fieri potione, omniq̄ sicera, quæ mentē ab integra sanitate peruertit. Dicat quisq̄ quod uolet, ego loquor conscientiā meā: scio mihi abstinentiā & nocuisse intermissam, & profuisse repetitā. Post uinolentiā aūt hoc præcipit, ne percussor sit: quod quidē & simpliciter intellectū ædificat audientē, ne facile manū porrigat ad cædēdū: ne in os alterius uerberandū, insanus erumpat. Melius autem est, ut non percussorē illū dicamus esse, qui mā suetus & patiens, scit in tēpore quid loquendū sit, quid tacendū: nec sermone inutili, conscientiā percutit infirmorū. Non enim Apostolus ecclesiæ principē formās, uetat esse pugilem & pancratiasten: quod etiam in plebeio & quocunque gentili si fuerit, reprehenditur: sed hoc ut dixi, ne contumeliosus & garrulus perdat eum, quem potuit modestia & lenitate corrigere. Turpis quoq̄

subditos. Opōrtet enim episcopum sine crimine esse, tanq̄ dei dispensatorem: non proteruum, non iracundum, non uinolentū, non percussorem, nō turpis lucri appeti-

A quoq̄ lucri appetitus ab eo qui episcopus futurus est, esse debet alienus. Sunt enim multi docentes quæ non
Prou. 16.b oporter, turpis lucri gratia: qui totas domos subuertūt, & putant quæstū esse pietatē. Melior aūt est iuxta Salomonē, modica acceptio cum iustitia, q̄ multa genimina cum iniquitate, & magis eligendum in paupertate nomē bonum q̄ in diuitijs nomen pessimū. Episcopus qui imitatōr Apostoli esse cupit: habens uictum & uestitum, his tantū debet esse cōtentus. Qui altario seruierint, de altario uiuant. Viuant, inquit, nō diuites fiant. Vnde & æs nobis excutitur de zona, & una tantū tunica induimur: nec de crastino cogitamus. Turpis lucri appetitio, est plus quàm de præsentibus cogitare. Hucusq̄ quid non debeat habere e-
Matth. 25.c piscopus siue presbyter, Apostoli sermone præceptum est: nunc econtrario quid habere debeat, explicatur.

a ¶ *Sed hospitalem, etc.*] Ante omnia hospitalitas futuro episcopo denunciatur. Si enim omnes illud de euangelio audire desyderāt: Hospes fui, & suscepistis me: quāto magis episcopus, cuius domus, omniū cōmune esse debet hospitiū? Laicus em unū aut duos, aut paucos recipiens, implebit hospitalitatis officiū. Episcopus nisi om-
Matth. 12.d nes receperit inhumanus est. Sed uereor ne quomodo regina Austri ueniens à finib. terræ audire sapientiā Salomonis, iudicatura est homines tēporis sui: Et uiri Niniuitæ acta pœnitentia ad prædicationē Ionæ, condemnabunt eos qui maiorē Iona saluatorē audire contemB pserunt: Sic plurimi in populis, episcopos iudicēt, subtrahentes se ab ecclesiastico gradu, & ea quæ episcopo nō conueniunt exercentes: de quibus puto & Ioānem ad Gaiū scribere. Charissime fideliter facis: quodcunq̄ operaris in fratribus, & hoc peregrinis: qui testimoniū dederūt dilectioni tuæ cōrā ecclesia: quos optime facis, si præmiseris deo digne: pro nomine em̄ dñi exierunt, nihil accipiētes à gentilib. Et uere sancto spiritu in se loquente: quod futurū erat in ecclesijs, iam tūc reprehendit dicens: Scripsi etiā ecclesiæ: sed qui primatus agere cupit eorū Diotrephes nō recipit nos. Propterea cū uenero, admonebo eius opera, quæ facit malis uerbis detrahens de nobis, & nō sufficit ei quod ipse non recipit fratres, sed & uolētes prohiber, & de ecclesia eijcit. Vere nūc est cernere quod prædictū est, in plerisq̄ urbibus, episcopos siue presbyteros, si laicos uiderint hospitales, amatores bonorū: inuidere, fremere, excōmunicare, de ecclesia expellere: quasi nō liceat facere quod episcopus nō faciat, & tales esse laicos, dānatio sacerdotiū sit. Graues itaq̄ eos habēt, & quasi ceruicib. suis impositos, ut à bono abducāt opere, uarijs persecutionib. in quietant. Sit aūt episcopus & pudicus, quē Græci σώφρονα uocāt, & Latinus interpres uerbi ambiguitate deceptus, pro pudico prudentē transtulit. Si aūt laicis imperatur ut propter orationē abstineant se ab uxorū coitu: quid de episcopo sentiendū est: qui quotidie pro suis populiq̄ peccatis, illibatas deo oblaturus est uictimas? Relegamus Regū libros, & inueniemus sacerdo-
1. Reg. 21.b tē Abimelech de panib. propositionis noluisse prius dare Dauid & pueris eius: nisi interrogaret, utrū mundi essent pueri à muliere: nō utiq̄ aliena, sed cōiuge. Et nisi eos audisset ab heri & nudiustertius uacasse ab opere cōiugali: nequaq̄ panes quos prius negauerat, concessisset. Tm̄ interest inter propositionis panes & corpus Christi, quantū inter umbrā & corpora, inter imaginē & ueritatē, inter exemplaria futurorū, & ea ipsa quæ per C exemplaria præfigurabant. Quomodo itaq̄ mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia lucri, hospitalitas quoq̄ & benignitas, præcipue esse debent in episcopo, & inter cūctos laicos cōtinentia: Sic & castitas propria, & (ut ita dixerim) pudicitia sacerdotalis: ut nō solū ab opere se immūdo abstineat, sed etiā à iactu oculi, & cogitationis errore, mēs Christi corpus consecuturа sit libera. Iustus quoque & sanctus episcopus esse debet: ut iustitiā in populis quibus

appetitorem. Sēd hospitalem, bonorum amatorem, castum, iustum, sanctum, continentem, siue abstinentem, obtinentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem: ut potens sit consolari in doctrina sana, & contradicentes arguere. Sūnt enim multi & nō subditi, uaniloqui, & mentiū deceptores: maxime qui de circuncisione sunt, quibus oportet silentium indici, qui uniuersas

1. Tim. 2.d præest, exerceat: reddens unicuiq̄ quod mereť: nec accipiat personā in iudicio. Inter laici aūt & episcopi iustitiam hoc interest, quod laicus potest apparere iustus in paucis: episcopus uero in tot exercere iustitiam potest, quot & subditos habet. Sanctus aūt quod Græce ὅσιος dicitur, magis id significat, cum ipsa sanctitas est mixta pietati, & ad deū refertur. Quē enim nos sanctū, Græci ἅγιον uocant: quē aūt illi ὅσιον, nos piū in deū possumus appellare. Sit quoq̄ episcopus & abstinēs: nō tantū (ut quidā putant) à libidine & ab uxoris amplexu, sed ab omnib. animi perturbationibus, ne ad iracundiā concitetur, ne illum tristitia deiciat, ne terror exagitet, ne lætitia immoderata sustollat. Abstinentia autē in fructib. spiritus, ab Apostolo numerata est. Et si exigit ab omnibus, quanto magis ab episcopo: qui patiens & mansuetus debet uitia ferre peccantiū: cōsolari pusillanimes: sustentare infirmos, nulli malū pro malo reddere, sed uincere in bono malū? *c* Ad extremū obtineat eū D qui secundū doctrinā est fidelē sermonē: ut quomodo sermo dei fidelis est & omni acceptione dignus, sic & ille talē se præbeat: ut omne quod loquiť, fide dignū existimeť, & uerba ipsius sint regula ueritatis. Potēs quoq̄ sit eos qui seculi istius turbinib. exagitanť consolari, & per sanā doctrinā infirma præcepta destruere. Sana aūt doctrina dicit ad distinctionē languidæ infirmæq̄ doctrinæ. Talis quoq̄ sit, ut contradicentes arguat hæreticos siue Iudæos, & seculi istius sapientes. Et superiora quidē quæ in episcopi uirtutib. posuit, ad uitā pertinēt. Hoc uero quod ait: ut potens sit cōsolari in doctrina sana, & contradicentes arguere, referendū est ad scientiā. Quia si episcopi tantū sit sancta uita, sibi potest prodesse sic uiuens. Porrò si & doctrina & sermone fuerit eruditus, potest se cæterosq̄ instruere, & non solū instruere & docere suos, sed & aduersarios repercutere: qui nisi refutati fuerint atq̄ conuicti, facile queūt simplicium corda peruertere. Hic locus aduersus eos facit, qui inertiæ se & ocio & somno dantes, putant peccatū esse, si scripturas legerint: & eos qui in lege dñi meditantur die ac nocte, quasi garrulos inutilesq̄ contemnunt: non animaduertentes Apostolū post catalogū conuersationis episcopi, etiā doctrinā similiter præcepisse. *b* ¶ *Sunt enim multi, etc.*] Qui ecclesiæ futurus est princeps, habeat eloquentiam cum uitæ integritate sociatam: ne opera absq̄ sermone sint tacita, & dicta factis deficientibus erubescant: maxime cum sint non pauci, sed plures, nec subditi, sed proterui: qui non curent illud Psalmistæ di- Psal. 61.a cere: Nonne subiecta est deo anima mea? Sed bonam mentium sementem, quæ naturaliter habet noticiam dei, inani persuasione peruertant. Hoc quippe mihi Paulus uidetur sensisse, cum dicit φρεναπάται: non ut simpliciter Latinus interpres transtulit, deceptores, sed mentium deceptores. Et quidem sine scriptu-

A rarũ autoritate garrulitas non haberet fidem, niſi uideſ-
ret peruerſam doctrinã etiã diuinis teſtimonijs robo-
rare. Hi ſunt de circũciſione ludæi, qui tunc tẽporis na-
ſcentẽ Chriſti eccleſiã ſubuertere nitebant, & introduce
re præcepta legalia: de quibus & ad Romanos & ad Ga
latas plenius Paulus exequit. Et nos ante paucos mẽſes, tria uo
lumina in epiſtolæ ad Galatas explanatio-
ne dictauimus. Tales homines doctor ec-
cleſiæ, cui animæ po-
pulorũ creditæ ſunt
ſcripturarũ debet ra-
tione ſuperare, & ſilentiũ illis teſtimoniorũ pondere im
ponere: qui non unã aut paucas domos, ſed uniuerſas
cũ dñis familijſq; ſubuertũt: docentes de ciborũ diffe-
rentijs, de ſabbati iam olim abolitione, de circũciſionis
iniuria: atq; utinã hoc ipſum zelo fidei facerẽt, ex parte
Rom. 10.d aliqua poſſet ignoſci: dicente Apoſtolo: Cõfiteor, zelũ
dei habẽt, ſed non ſecundũ ſcientiã. Verũ quia deus eſt
uenter ipſorũ, turpis lucri gratia uolunt proprios face
re diſcipulos: ut quaſi magiſtri à ſectatoribus ſuis alan
tur. Poſſumus aũt & aliter interpretari hoc quod dictũ
eſt, turpis lucri gratia: ut putemus Apoſtolum cõmuni
uerbo uſum, quo omnes hæretici cũ peruerſa docent,
ſe hominũ ſolent aſſerere lucratores: cum non lucrũ ſit,
ſed perditio animas interficere deceptorũ. Contra, qui
errantẽ fratrẽ ſuũ iuxta euangeliũ corripuerit: ſi fuerit
ille conuerſus, lucratus eſt eũ. Quod enim maius lucrũ
poteſt eſſe: aut quid precioſius, cũ ſi humanã animã qs
lucretur? Omnis igit doctor eccleſiæ, qui ad fidem Chriſti
recta ratione perſuadet, honeſtus lucrator eſt. Et omnis
B hæreticus qui quibuſdã præſtigijs homines fallit & fal-
litur, loquit quæ nõ oportet, turpis lucri gratia. *a* ¶ *Dixit quidam ex illis, etc.*] Quantũ ad textũ ſermonis, & ad
1.Cor.7.f cõtinentiã loci pertinet, hoc quod ait: Dixit quidam ex
illis proprius eorũ propheta: uidetur ad eos referri, de
quibus ſuperius eſt locutus: maxime qui de circumci-
ſione ſunt: quos oportet refrenari, q uniuerſas domos
ſubuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gra
tia: ut ſequatur, dixit quidam ex illis proprius eorum
propheta. Quia uerò in nullo prophetarũ, qui apud Iu
dæam uaticinati ſunt, hic hexameter uerſiculus reperit:
uidetur mihi dupliciter legendũ: ut hoc quod ait: Dixit
quidam ex illis proprius eorũ propheta, cum ſuperio-
ribus copuletur: huius rei gratia reliqui te Cretæ: ut ea
quæ deerant, corrigeres, & ſequatur: dixit quidam ex
illis proprius eorũ propheta, id eſt, Cretẽſiũ. Sed quia
multa in medio ſunt, & hoc abſurdũ uidet, & fortè ne-
mo recipiat propterea cum ſuperioribus, quæ magis
uicina ſunt, aliter aptandum eſt, ut legamus: Sunt enim
multi & non ſubditi, uaniloqui, & mentiũ deceptores:
maxime autẽ qui de circũciſione ſunt: quos multos &
non ſubditos, uaniloquos, & mentiũ deceptores, cum
his qui de circumciſione ſunt, oportet refrenari: qui u-
niuerſas domos ſubuertunt: docentes quæ non opor-
tet turpis lucri gratia: dixit quidam ex illis proprius eo
rum propheta: ut id quod ait, proprius eorũ prophe-
ta: non ſpecialiter ad Iudæos & eos maxime qui de cir-
cumciſione ſunt, ſed ad multos referatur, qui non ſub-
diti ſunt, & uaniloqui, & mentiũ deceptores: qui utiq;
quia in Creta erant, Cretenſes fuiſſe credendi ſunt. Di-
citur autẽ iſte uerſiculus in Epimenidis Cretenſis Poe-
tæ oraculis reperiri: quẽ in præſentiarũ ſiue illudens p-
phetã uocauit: quod ſcilicet tales Chriſtiani, tales habe-
re mereantur prophetas: quõ & prophetæ erant Baal, &
prophetæ cõfuſionis, & alij offenſionũ, & quoſcũq; ui-
tioſos prophetas ſcriptura cõmemorat: Siue uerè, quia C
de oraculis ſcripſerit atq; reſponſis, quæ & ipſa futura
prænuncient, & ea quæ uentura ſunt, multo ante præ-
dicant. Deniq; ipſe liber, oraculorũ titulo prænotatur:
quẽ quia uidebatur diuinũ aliquid repromittere: pro-
pterea Apoſtolũ arbi
tror inſpexiſſe, ut ui-
deret quid gentilium
diuinatio pollicereť,
& in tẽpore abuſum
eſſe uerſiculo, ſcriben
tem ad Titũ qui erat
Cretæ: ut falſos Cre-
tenſiũ doctores, pro-
prio inſulæ doctore
cõuinceret. Hoc aũt Paulus non ſolũ in hoc loco, ſed e-
tiam in alijs feciſſe deprehendit. In actibus quippe Apo Act.17.c
ſtolorũ, cũ cõcionaret ad populũ, & in Areopago, quæ
eſt curia Athenienſiũ diſputaret, inter cætera ait: Sicut &
quidam de ueſtris poetis dixerũt: Ipſius enim & genus
ſumus: quod hemiſtichiũ in Phænomenis Arati legit:
quẽ Cicero in Latinũ ſermonẽ trãſtulit, & Germanicus
Cæſar, & nuper Auienus, & multi, quos enumerare p-
longũ eſt. Ad Corinthios quoq; qui & ipſi Attica facun 1.Cor.15.d
dia expoliti, & propter locorũ uiciniã Atheniẽſiũ ſapo-
re cõditi ſunt: de Menandri Comœdia uerſum ſumpſit
Iambicum: Corrumpũt mores bonos colloquia mala.
Nec mirũ ſi pro opportunitate tẽporis, gentiliũ poeta-
rũ uerſibus abutat: cum etiã de inſcriptione aræ aliqua
cõmutans, ad Athenienſes locutus ſit: Pertranſiens enim,
inquit, & cõtemplans culturas ueſtras, inueni & aram in
qua ſuperſcriptũ eſt: Ignoto deo. Quod itaq; ignorãtes
colitis, hoc ego annuncio uobis. Inſcriptio aũt aræ non
ita erat ut Paulus aſſeruit, ignoto deo: ſed ita: Diſs Aſiæ
& Europæ, & Aphricæ: diſs ignotis & peregrinis. Verũ D
quia Paulus non pluribus diſs indigebat ignotis, ſed
uno tantũ ignoto deo, ſingulari uerbo uſus eſt: ut doce
ret illũ ſuũ eſſe deũ, quẽ Athenienſes in aræ titulo præ-
notaſſent, & recte eũ ſciẽtes colere deberent: quẽ igno-
rantes uenerabant, & neſcire nõ poterãt. Hoc aũt Pau-
lus faciebat raro, & ut loci potius q̃ oſtẽtationis oppor
tunitas exigebat: in morẽ apiũ, quæ de diuerſis floribꝰ
ſolẽt mella cõponere, & fauorũ cellulas coaptare. Sunt
qui putẽt hunc uerſum de Callimacho Cyrenenſi poeta
ſumptũ, & aliqua ex parte non errãt. Siquidẽ & ipſe in
laudibus Iouis aduerſus Cretẽſes ſcriptitans: qui ſepul
chrũ eius ſe oſtendere gloriabant, ait: Cretẽſes ſemper
mendaces: qui & ſepulchrũ eius ſacrilega mente fabri-
cati ſunt. Verũ (ut ſupra diximus) integer uerſus de E-
pimenide poeta ab Apoſtolo ſumptus eſt, & eius Calli-
machus in ſuo poemate eſt uſus exordio. Siue uulgare
prouerbiũ, quo Cretenſes fallaces appellabant, ſine fur
to alieni operis in metrũ retulit. Putant quidã Apoſto-
lum reprehendendũ, q̃ imprudenter lapſus ſit, & dum
falſos doctores arguit, illũ uerſiculũ cõprobarit: quod
propterea Cretẽſes dicũt eſſe fallaces, q̃ Iouis ſepulchrũ
inane cõſtruxerint. Si enim, inquiũt, Epimenides ſiue
Callimachus propterea Cretenſes fallaces & malas be-
ſtias arguunt, & uentres pigros, q̃ diuina non ſentiãt,
& Iouẽ qui regnet in cœlo in ſua inſula fingant ſepultũ,
& hoc quod illi dixerũt, eſſe uerũ Apoſtoli ſententia cõ-
probat: ſequit Iouem non morruũ eſſe, ſed uiuũ. Impe-
ritè igit Paulus idololatriæ deſtructor: dum aduerſus
peruerſos doctores agit: deos quos impugnabat, aſſe-
ruit. Quibus breuiter reſpõdendũ eſt: ſicut in eo quod
ait: Corrũpũt mores bonos colloquia praua: Et in illo:
Ipſius enim & genus ſumus: non ſtatim totã Menandri
Comœdiam, & Arati librum probauit, ſed opportuni-
tate uerſiculi abuſus eſt: ita & in præſenti loco, non totũ

opus

A opus Callimachi ſiue Epimenidis: quorũ alter laudes
Iouis canit, alter de oraculis ſcriptitat, per unum uerſi-
culũ confirmauit: ſed Cretenſes tantũ mendaces uitio
gentis increpauit: non ob illã opinionẽ, qua ſunt argu-
ti à poetis, ſed ob ingenitã mentiendi facilitatẽ, de pro-
prio eos gentis auto-
re confutans. Qui au
tem putant totũ librũ
debere ſequi eũ qui
libri parte uſus ſit: ui-
dentur mihi & apo-
cryphum Enochi, de
quo apoſtolus Iudas
in epiſtola ſua teſtimoniũ poſuit, inter eccleſiæ ſcriptu-
ras recipere, & multa alia quæ Apoſtolus Paulus de re-
conditis eſt locutus. Poſſumus enim hoc argumento di
cere: quia apud Athenienſes ignotũ deũ colere ſe dixit,
quem illi in ara annotauerant: debere Paulũ & cætera
quæ in ara ſcripta fuerant ſequi, & ea quæ Athenienſes
faciebant, facere: quia cũ Athenienſibus in cultura igno
ti dei ex parte conſenſerat. Abſit ut argumentũ & ſcho-
laſticã elegantiã in calumniã trahã. Nemo eſt tam ſicca-
rius, & tam parricida, tam ueneficus, qui non aliquid
boni aliquando fecerit. Ergo ſi unũ bonũ illius uidens
probauero, & in cæteris mihi incũbet neceſſitas, quæ
mala fuerint approbãdi. Si inimicus aduerſus nos iur-
getur & clamitet, nonne inter uerba ſimultatis & rixæ
aliquid loquet ueritatis? quod & à nobis quoq; aduer-
ſus quos loquit, nõ uſq; quaq; reprehendit. Itaq; & Cal
limachus & Epimenides, non ideo uera dixerunt Iouẽ
deũ eſſe, & reliqua quæ in eorũ carminib. continentur,
quia Cretenſes fallaces ſunt, ſed in eo tantũmodo uerũ
locuti ſunt, quia ingenitũ Cretẽſiũ uitiũ expreſſere mẽ-
dacij: qui quia fallaces ſunt, nõ ſtatim & uerũ non aliq̃
B dixerunt. Nec em Iupiter deus idcirco nõ eſſet, ſi Cre-
tenſes uera loquerent: ſed illis tacentibus, qui mortuus
erat, dei uocabulũ nõ haberet. Deniq; ut ſciamus Apo-
ſtolũ non fortuito, & ut libet tranſitorie (ut illi arbitran
tur) ſed conſiderate & circunſpecte, & ex omni parte ſe
protegentẽ aduerſus Cretenſes locutũ: Teſtimoniũ, in-
quit, hoc uerũ eſt: non totũ carmen, de quo teſtimoniũ
ſumptũ, non uniuerſum opus: ſed tm̃ hoc teſtimoniũ,
hic uerſiculus quo mendaces uocant. Et utiq; qui in u-
na tantũ poematis parte cõſenſit, cætera cõfutaſſe cre-
dendus eſt. Quomodo aũt uel Cretenſes mendaces, &
ſtulti Galatæ, uel dura ceruice Iſrael: uel unaquæq; pro-
uincia proprio uitio denotet, in epiſtola Pauli ad Gala
tas diſſeruimus. Et quia nihil amplius eſt quod hic poſ-
ſimus afferre, illo cõtenti ſumus. Quãobrẽ increpa (ait)
illos acriter: Mendaces quippe ſunt, & malæ beſtiæ, &
uentres pigri: qui falſa perſuadẽt, qui ſerarũ ritu ſangui
nẽ ſitiunt deceptorũ, & non cum ſilentio operantes, ſuũ
panẽ manducãt: quorũ deus uenter eſt, & gloria in con
fuſione eorũ, & increpa ut ſani ſint in fide. De qua fidei
ſanitate & in cõſequentib. loquit: Senes ſobrios eſſe, ho
neſtos, pudicos, ſanos in fide, & charitate, & patientia:
1.Tim.6.a ad quã fidei ſimilitudinẽ, doctrinæ quoq; ſanitas appel
lat. Erit (ait) tẽpus q̃ ſanæ doctrinæ nõ acquieſcẽt. Suht
& ſermones ſanitatis, de quibus ad Timotheũ in prima
epiſtola loquit: Si quis aliter docet, & nõ acquieſcit ſa-
nis ſermonib. dñi noſtri Ieſu Chriſti, & quæ ſecũdũ pie-
2.Tim.1.d tatẽ eſt doctrinæ. Et in ſecunda: Exẽplũ habens ſanorũ
uerborũ quæ à me audiſti. Qui hãc habẽt fidei & doctri
næ ſanitatẽ atq; uerborũ, nõ attendẽt Iudaicis fabulis &
mãdatis hominũ auerſantium ſe à ueritate. Acquieſca-
mus pauliſper Iudæis, & corũ qui apud eos ſapiẽtes uo
cit, patiẽter ineptias audiamus, & tũc intelligemus quę
ſunt Iudaicæ fabulæ ſine autoritate ſcripturæ, ſine ullã
aſſertione rationis, anilia quædã & fabuloſa fingentiũ:

de quibus Eſaias prophetauit dicens: Populus hic la- C
bijs me honorat: cor aũt eorũ longe eſt à me. Sine cauſa Eſa.29.d
aũt colunt me, docentes doctrinas & mãdata hominũ.
Quod teſtimoniũ ſaluator in euangelio cõprobans, ar
guit eos legi dei mãdata hominũ prætuliſſe. Deus quip Matth.15.d
pe ait: Honora patrẽ
& matrẽ. Illi uero tra-
diderunt: quia qui-
cunq; dixerit patri &
matri: munus quod-
cunq; eſt ex me, tibi
proderit, & non ho-
norificauit patrẽ ſuũ
ſe à ueritate. Omnia mũnda mũdis: coinquinatis autẽ & infidelib. nihil mundũ, ſed polluta eſt eorũ & mẽs & cõ-
ſcientia. Cõfitentẽ ſe noſſe deũ, factis aũt negant, execra-
biles & inobediẽtes, & ad omne opus bonum reprobi. Tu
& matrẽ. Si quis poſt aduentũ Chriſti cõciditur & non
circuncidit: Iudaicis ſeruit fabulis, & mandatis homi-
nũ auerſantiũ ueritatẽ. Nõ em̃ qui in manifeſto Iudæus
eſt, ſed qui in occulto, & circunciſio cordis in ſpiritu,
nõ litera: Si quis paſcha agit, nõ in azymis ſyncerit atis
& ueritatis: ut exterminet ex anima ſua omne uetus fer
mentũ malitiæ & nequitiæ: iſte attendit fabulas, & um-
bras ſequit, ueritate neglecta. Si quis nõ reſurgens cum
Chriſto: nec quærens ea quæ ſurſum ſunt, ſed quæ de-
orſum, dicit: ne tetigeris, ne guſtaueris, ne tractaueris,
quæ ſunt in corruptione ipſo uſu, ſecundũ præcepta &
doctrinas hominũ: iſte ſequit iuſtitias nõ bonas, & præ
cepta nõn bona. Vbi aũt eſt ueritas & lex ſpiritualis, ibi
iuſtificationes bonæ, & præcepta ſunt optima: quæ qui
fecerit, uiuet in eis. *a* ¶ *Omnia munda mundis, etc.*] Quia
ſuperius dixerat: Sunt em̃ multi, & nõ ſubditi, uanilo-
qui, & deceptores, maxime qui de circũciſione ſunt, &
de his qui ab eis decepti fuerant, cõſequẽtes addiderat.
Increpa illos acriter, ut ſani ſint in fide: nõ intendentes
Iudaicis fabulis, & mandatis hominũ auerſantiũ ueri-
tatẽ. Et quomodo ad Galatas & ad Rom. pleniſſime diſ-
putat, putabant inter cibos eſſe diſtantiã: cũ aliqui mũ- D
di, aliqui uiderent immũdi: propterea nũc infert: Om-
nia munda mũdis: his uidelicet qui in Chriſto credũt,
& ſciũt oẽm creaturã bonã eſſe, & nihil abijciẽdũ quod
cũ gratiarũ actione percipit. Coinquinatis aũt & infide
libus nihil mundũ: quia polluta eſt eorũ & mens & con
ſcientia: propterea etiã quæ munda ſunt per naturã, eis
immũda fiunt: Non quod uel mũdũ ſit aliquid uel im-
mundũ: ſed pro qualitate ueſcentiũ, & mundũ mũdis,
& immũdũ cõtaminatis fiat. Alioquin infideles quoſq;
atq; pollutos, etiã panis benedictionis, & calix domini-
cus nõ iuuat: quia qui indigne comederit de pane illo,
& de calice biberit, iudiciũ ſibi mãducat & bibit. Aduẽ-
tu Chriſti purgata ſunt oẽnia. Quæ illẽ mũdauit, nos cõ
municare nõ poſſumus. Sed cõſiderandũ ne iſta tractã-
tes, occaſionẽ illi hæreſi demus: quæ iuxta Apocalypſim Apoc.2.f
& ipſum quoq; apoſtolũ Paulũ ſcribẽtem ad Corinth. 1.Cor.8.b
putat de idolothytis eſſe ueſcendũ: quia omnia munda
ſunt mũdis. Nũc em̃ Apoſtolo nõ fuit propoſitũ de his
quæ immolant dæmonibus diſputare: ſed aduerſus Iu
dæos, qui ſecundũ legis abolitæ diſciplinã, quædã mun
da, quædã arbitrabant immũda. Nõ em̃, inquit, poſſu- 1.Cor.10.e
mus menſæ dñi participare, & menſæ dæmoniorũ, nec
ualemus ſimul bibere calicem dñi, & calicẽ dæmonio-
rum. In nobis itaq; eſt comedere uel munda uel immũ-
da. Si enim mundi ſumus, mũda nobis eſt creatura. Si
aũt immundi & infideles, fiunt nobis uniuerſa cõmu-
nia: ſiue per inhabitantẽ in cordibus noſtris hæreſim,
ſiue per conſcientiã delictorũ. Porrò ſi cõſcientia noſtra
nos non reprehenderit, & habuerimus fiduciã pietatis
ad dñm: orabimus ſpiritu, orabimus & mente: pſalle-
mus ſpiritu, pſallemus & mente, & procul erimus ab
his, de quibus nunc ſcribitur: Polluta eſt eorũ & mens
& cohſcientia. *b* ¶ *Confitentur ſe noſſe deũ, etc.*] Hi quorũ
polluta eſt & mens & conſcientia, deum ſe noſſe confi-

tentur

Universidad de Sevilla Biblioteca

A rent: factis aũt negãt: secundũ illud quod in Esaia dicit: Esa. 29 Populus hic labijs me honorat: cor aũt eorũ longe est à me. Quõ igit labijs quis honorat, & corde procul recedit: ita deũ sermone quis cõfitens, operibus negat. Negans aũt operibus deũ, cõfessione simulata, recte execrabilis & ꝓphanus est, & nulla ueritatis ratione persuasus inobediens & incredulus appellatur. Vnde euenit ut ad omne opus bonũ reprobus sit, quod scilicet & ea quæ naturali bonitate superatus forte bona fecerit: non sint bona, dum mentis peruersitate sunt reproba. Existimant quidã in eo tantũ deum negari, si in persecutione quis à gentilibus cõprehensus, se renuerit Christianũ. Sed ecce Apostolus omnibus quæ peruersa sunt factis, deũ asserit denegari. Christus sapiẽtia est, iustitia, ueritas, sanctitas, fortitudo. Negat per insipientiã, sapiẽtia, per iniquitatẽ, iustitia, per mendaciũ, ueritas, per turpitudinẽ, sanctitas, ꝓ imbecillitatẽ animi fortitudo. Et quotiens cũq; uincimur uitijs atq; peccatis, totiens deũ negamus. Et ecõtrario: quotiès bene quid agimus, deũ cõfitemur. Nec arbitrandũ est in die iudicij illos tantũ à dei filio denegandos, qui in martyrio Christũ denegarũt: sed per omnia opera, sermones, cogitationes, Christus uel negatus negat, uel cõfessus cõfitet.

Act. 1.a De hac puto cõfessione & discipulis præcepit dicẽs: Eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in omni Iudæa, & Samaria, & usq; ad extremũ terræ: ut in omnibus bonis operibus atq; sermonibus, mens Christũ ipsi dedita confiteat. Est & quædã laudanda negatio: de qua & ipse Apo-

Titum 2.c stolus ait: Vt abnegantes impietatẽ & secularia desideria, caste, & iuste, & pie uiuamus in præsenti seculo: expectantes beatã spem & aduentũ saluatoris nostri dei.

B Quam negationẽ qui negauerit, & sequi uoluerit salua-

Luc. 9.c torẽ loquentẽ: Quicũq; uoluerit uenire ad me, abneget semetipsum: exutus ueterẽ hominẽ cum operibus eius: & indutus nouũ, sequetur deum suum. Quomodo autem se quis abneget, contemplandum est. Pudicus fornicatorẽ quod prius fuerat, negat: sapiens imprudentem, iustus iniustum, fortis infirmũ. Et ut in cõmune de omnibus loquar: totiens negamus nos, quotiens priora uitia calcantes, desinimus esse quod fuimus, & incipimus esse quod ante non fuimus. Cap. II

TV uerò loquere, etc.] Aliud est sanã doctrinã loqui: aliud ea quæ sanæ cõueniunt docere doctrinæ: qa in altero simplex tantũ institutio est: in altero cũ

Matt. 5.c eo quod doces, uitæ quoq; correctio est. Qui enim soluerit unũ de mandatis istis minimis & docuerit sic homines, minimus uocabit in regno cœlorũ: dño præcipiente discipulis, non solũ in meditatione scripturarũ eos laborare debere, ut quæ scripta sunt, replicent & cõdant in memoriæ thesauro: sed prius faciant quæ præcepta sunt. Quicunq; uerò fecerit & docuerit, ille uocabit magnus in regno cœlorũ. Nisi enim supergressa fuerit nostra iustitia scribarũ iustitiã & Pharisæorũ, non pos-

Matt. 23.a sumus ingredi regna cœlorum: Qui supra Moysi cathedram sedentes dicũt, & non faciũt, & alligant onera importabilia, quæ ceruicib. hominũ imponunt, & ipsi mimo digito nolunt ea contingere. Hoc igit nunc Apostolus Titũ filiũ in Christo, & discipulũ suũ docet: ut ea loquat quæ sanæ doctrinæ cõueniãt: quia tũc doctrinæ sit sanitas, cum doctoris doctrina pariter & uita cõsentiant. b ¶ *Senes sobrios esse, etc.*] Generaliter Tito ante præcipiens quid ipse loqui deberet ad cũctos, in eo quod ait: Tu uerò loquere quæ decet sanã doctrinã: nunc per singulas species quid unamquanq; ætatẽ deceat, exponit. Primũ senibus uiris cõuenientia: deinde anus quid deceat: tertio quæ adolescẽtibus apta sint, tam maribus

C uidelicet, q̃ fœminis: licet in præcepto mulierũ uetularũ de adolescẽtib. fœminis mãdata subiecerit: ut nõ tam ipse doceret adolescentulas, q̃ quid à uetulis docerent, exponeret. Extremo de seruis, & per singulas ætates, & cõditiones, sic decẽter præcepta cõstituit: ut sermo eius, uitæ morũq; sit regula. Senes igit sobrios esse, siue uigilãtes: ꝙa νηφάλιοι apud Græcos utrũq; sonat: honestos: ut ætatis grauitatẽ, morũ grauitas decoret. Pudicos, ne in aliena ætate luxuriẽt: ne iam frigido ad libidinẽ sanguine, exẽplo sint adolescẽtib. ad ruinã. Sanos in fide: de qua fidei sanitate supra diximus. Sanos aũt nõ tantũ in fide, uerũ & in charitate & in patiẽtia: ut cũ primam fidei habuerint sanitatẽ, audiãt à saluatore: Fides tua te saluũ fecit. Et alibi: Neq; in Israel tantã fidẽ inueni. Et propter eandẽ fidei sanitatẽ, fiant filij Abrahæ: de quo scriptũ est: Credidit Abrahã deo, & reputatũ est ei ad iustitiã. Et Abacuk de hac fidei sanitate cõmemorans ait: Iustus aũt ex fide mea uiuit. Relege ad Hebræos epistolã Pauli apli: siue cuiuscũq; alterius eã esse pũtas: qa iam inter ecclesiasticas est recepta: totũ illũ catalogũ fidei enumera: in quo scriptũ est: Fide maius sacrificium Abel à Cain obtulit deo, & Enoch trãslatus est, ne uideret mortẽ, & Noe de his quæ necdũ uidebat, deo credẽs fabricatus arcã, & Abrahã in terrã quã nesciebat, egressus est. Et ne uideret̃ scriptura nullũ mulierib. fidei exẽplũ dare: in eadẽ epistola scribit̃: qa & Sara acceperit uirtutẽ ad recipiendum semẽ alieno iam ætatis suæ tẽpore: qa fidelẽ eũ q repromiserat, arbitrata est. Laudat̃ ibi fides Isaac, & Iacob, & Ioseph, Moysi quoq; & Rahab, & cæterorũ, quos melius potest scire, qui ipsam epistolã legerit. Quõ est igit fidei sanitas: ita eadẽ sanitas & in charitate est. Quis aũt sanitatẽ possidet charitatis, nisi ille q primũ deũ dilexerit ex tota anima sua, & ex toto corde suo, & ex totis uiribus suis? Deinde Christi præceptum

Matth. 5.a audiens in proximũ: Diliges ꝓximũ tuũ sicut teipsum, diuiserit charitatẽ: qa in his duobus mandatis pendet omnis lex & ꝓphetæ. Qui habet sanitatẽ charitatis, nõ æmulat̃, nõ inflat̃, nõ agit perperã, nõ inhoneste, nõ ad

D iracundiã cõcitat̃, nõ cogitat malũ, nõ gaudet super iniquitate, cõgaudet aũt ueritati: oĩa sustinet, omnia credit, omnia sperat, oĩa præstolat̃. Et qa charitas nunq̃ excidit: q in charitatis est sanitate, nunq̃ & ipse corruit. Siquidẽ nec tribulatio eũ, nec angustia, nec fames, nec persecutio, nec nuditas, nec periculũ, nec gladius separare poterit à sanitate charitatis quã habuerit in Christo Iesu. Quid de gladio & cæteris minoribus loquar: quæ nõ possũt eũ diuidere, q sanitatis possidet charitatẽ: cũ nec mors, nec uita: nec angeli, nec principatus: nec præsentia, nec futura: nec fortitudo, nec altitudo, nec ꝓfundũ, nec alia quælibet creatura possit separare eũ qui habet charitatẽ sanitatis in Christo Iesu? Si intellecta est à nobis sanitas charitatis, de scripturis aliquod sumamus exemplum, eorũ qui in infirmitate sunt charitatis.

Matt. 24.b Ait saluator de extremis temporibus: Quia cum multiplicata fuerit iniqtas, refrigescet charitas multorũ. Calida quippe est charitas in his qui feruent in spiritu: frigens aũt & glacialis & gelida, in his qui flatus aquilõis durissimos susceperẽt. Ab aquilone eñ exardescẽt mala super omnes inhabitantes terrã. De hoc frigore chãritatis & Amnon in sorore sua Thamar obriguerat. Timendũ ergo ne forte & nos hac infirmitate charitatis aliquãdo superemur. Nõnunq̃ eñ euenit, ut primum à nobis in uirginẽ siue in quamlibet fœminam sit sancta dilectio, & cum mollita mens fuerit in affectus, paulatim sanitas charitatis languore pallescat, & infirmari incipiat, & ad extremã mortem diligentem ferat. Vnde

&

A & Apostolus caute & prudenter Timotheo præcipit, ut exhortetur adolescentulas in omni castitate. Omnis autem castitas, in carne, & spiritu, & anima est, ne scandalizet̃ oculus: ne in pulchritudine uultus fœminæ hærẽtes pendeamus: ne blãda nos audire uerba delectet: ne ad simulatos sermones mẽs prius dura marcescat. Caueant ergo (ut diximus) tam iuuenes q̃ senes: tam adolescentulæ, q̃ uetulæ, & omni diligentia custodiant cor suum: ne per sanitatem dilectionis, morbus charitatis introeat, & per amorẽ sanctum, fiat non sancta dilectio, quæ illos pertrahat ad gehennam. Qui sanus est in fide, qui sanus in charitate, sanus quoq; sit in patientia, & patientia quæ maxime in tentationib. comprobatur: quia nihil prodest habuisse quæ supra enumerauimus, nisi omnes diuitiæ & mercimonia quibus onusta nauis est, in tempestate seruentur, & perflantib. hincinde uentis, absq; naufragio ea quæ bene parta sunt, liberentur. Qui enim perseuerauerit usq; in finẽ, hic saluus erit. a ¶ *Anus similiter in, etc.*] Tametsi apostolus Petrus præceperit: ut uiri uxoribus suis tanq̃ infirmiori uasculo honorẽ tribuant: Nõ tamen arbitrandum est, quod uxor quæ corporis uasculum habet infirmum, statim & anima infirmior sit. Vnde nunc præcipitur eis: ut in ipsis quoq; illud Apo-

1.Cor. 12.c stoli complcatur: Virtus in infirmitate perficitur: & dicitur, ut & omnia habeant, quæ senib. uiris sunt præce-

B pta communiter, in eo scilicet quod ait: Anus similiter, hoc est: ita ut uiri senes, in omnib. honestæ, sobriæ, pudicæ, sanæ in fide & charitate, & patiẽtia: & pro sexu suo hoc habeant proprium, ut sint in habitu sancto: siue ut melius legitur in Græco ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς: ut ipse quoq; earum incessus & motus, uultus, sermo, silentium, quandam decoris sacri præferant dignitatẽ. Et quia hoc genus mulierculare esse solet garrulum, iuxta illud: Simul autem & ociosæ discunt circũire domos: non solum autem ociosæ, sed & uerbosæ & curiosæ, loquentes quæ non oportet: Propterea eas uult esse non incentrices, id est, non accusatrices: non tales quæ ut alijs placeant, de alijs detrahant: Aut certe quia ipsæ adolescentiam iam transgressæ sunt, de adolescentularũ ætatib. disputent, & dicant: illa sic ornatur: illa sic comit̃, sic illa procedit: amat illum, amatur ab illo, cum etiam si hæc uera sint, non tam apud cæteros debeant accusare, q̃ ipsam secrete Christi charitate corripere, & magis docere ne faciat, q̃ in publico accusare quod fecerit. Solent hæ ætates, quia corporis frixere luxuriam: licet sint plurimæ, quæ nec canos suos erubescant, & ante gregẽ nepotum, trementes uirgunculæ componantur, uino se dedere pro libidine, & cum inter pocula sibi prudentes uisæ fuerint & facundæ: morum quasi austeritatem assumere, loquentes hoc quod sibi uidentur esse, & nõ recordantes illud quod fuerunt. A uini ergo nimio potu anus prohibeantur: qm̃ quod in adolescentibus libido, hoc in senibus ebrietas est. Aut quomodo potest

1.Tim. 5.b docere anus adolescẽtulas castitatem: cum si ebrietatẽ uetulæ mulieris adolescẽtula fuerit imitata, pudica esse non possit. Signanter autem expressit, non uino multo seruientes: Seruitus enim quædam est & extrema cõditio, uino sensus hominis occupari, & non suũ esse, sed uini. Quia igitur docuit quales primo anus deberent esse, & posti illa quæ cum senibus uiris habent commu-

C nia, etiam propria carum exposuit: ut honesto & sancto habitu & omni decore sint plenæ: nec accusatrices, nec alijs detrahentes, nec uino sensib. occupatis: Nunc consequenter doctrinæ eius frena permittit: ut cũ tales fuerint, docendi habeant libertatem: ut scilicet doceant ea quæ bona sunt. Licet enim in alio loco dixerit: Docere aũt mu-

1.Tim. 2.d lierib. non permitto: sic intelligendum est, ut in uiros sit illis doctrina sublata. Cæterũ adolescẽtulas doceãt quasi filias suas. Primũ castitatẽ: quia aduersus hanc magis in ætate florenti pugnat inimicus, & uirtus eius omnis contra fœ-

minas in umbilico uentris est: deinde ut ament uiros suos, diligant filios. Quę doctrina est amare uiros: cum hoc non in eloquio docentis, sed in corde amantis sit constitutũ? Vult eas amare uiros suos caste: uult inter uirum & mulierem esse pudicã dilectionem: ut cum uerecundia, & quasi necessitate sexus reddat potius debitum uiro, quam ipsa exigat ab eo, & opera liberorũ ante oculos dei & angelorũ perpetrare se credat: ita ne illa erubescet etiã secretũ cubile, & nocti as tenebras, & clausum cubiculum suũ: cum omnia patere dei oculis cogitarit. Filios aũt ita diligunt, si eos in dei eruditi disciplina. Cæterũ nolle eos contristare docendo quæ bona sunt, & libertatẽ tribuere peccandi: nõ est amare filios, sed odisse. Eruditi quoq; adolescentulæ, ut domus habeant diligentiã. Et quia poterat euenire, ut diligentia

D domus cũ austeritate regereẽ, & per hoc Apostoli præceptum, matrona seuerior fieret in seruulos: ideo copulauit, benignas: ut tunc se crederet mariti bene domũ regere, si cum benignitate imperet seruulis, nõ in terrore. Necnon & subditas uiris suis: ne forte diuitijs & nobilitate perflatæ dei sententiæ non meminerint: per quã subiectæ sunt uiris. Ait quippe ad mulierẽ: Ad uirũ tuũ cõuersio tua, & ipse tui dominabitur. In quo sanctæ scripturæ considerandã prudentia est: quia non uiro hoc dñs sit locutus, & dixerit: Dominaberis uxori tuæ, sed ipsi mulieri: ut illi præmiũ relinqueret obsequelæ, dum in potestate eius est, si dei uelit obedire præceptis: seruire uiro & marito esse subiecta: ut quodammodo esset libera seruitus, & dilectione plena: ideo seruiens est uiro, dum eum metuit offendere. Etenim non est crearus uir propter mulierẽ, sed mulier propter uirum. Et cum caput mulieris uir sit: caput autem uiri, Christus, quęcũq; uxor non subijcitur uiro suo, hoc est, capiti suo: eiusdẽ criminis rea est, cuius & uir si non subijciatur Christo capiti suo. Verbũ autem dñi blasphematur: uel dum eõ temnitur dei prima sententia, & pro nihilo ducitur: Vel Christi infamatur euangeliũ, dum contra legẽ fidemq̃ naturæ, ea quæ Christiana est & ex dei lege subiecta, uiro imperare desiderat: cum etiam gentiles fœminæ uiris suis seruiant cõmuni lege naturæ. b ¶ *Iuuenes similiter exhortare, etc.*] Sicut in eo quod supra præceperat dicẽs: Anus similiter in habitu sancto: similitudinẽ anuum dixeramus, ad senes esse referendã: Ita nũc in eo quod intulit: Iuuenes similiter hortare ut pudici sint: similitudinẽ iuuenũ ad anus, & per anus ad senes arbitramur apprandã: ut senũ habeant sobrietatẽ, & honesti sint & pudici, & sani in fide & charitate, & patientia. Anuum autem in habitus sanctitate, ut non sint accusatores, non uino multo seruientes, bene docentes, & cætera. Proprium aũt adolescentulorũ hoc posuit, ut pudici sint in

omnibus

A omnibus:tam scilicet mente,q̃ corpore:tam opere,q̃ cogitatiõe: ut nulla sit in adolescẽte suspicio turpitudinis. Et licet quidã de Latinis ita existimẽt legendũ: Iuuenes similiter hortare ut pudici sint,& postea inferant,in omnibus teipsum formã præbẽs bonorũ operũ:tamẽ sciamus, in omnibus,ad superiora esse referendũ: id est, hortare ut pudici sint in omnib. Sciendum quoq; est quod cõtinentia non solũ in carnis opere & animi cõcupiscentia, sed in omnibus rebus necessaria sit:ne honores indebitos appetamus:nẽ accẽdamur auaricia:ne ulla passione superemur. Teipsum,inquit,formã præbẽs bonorũ operum. Nihil prodest aliquẽ exercitatũ esse in dicẽdo, & ad loquendũ triuisse linguã: nisi plus exẽplo docuerit q̃ uerbo. Deniq; q impudicus est,quãuis distortus sit:si ad castitatẽ audiẽtes cohortet:sermo eius infirmus est,& autoritatẽ nõ habet cohortandi. Et ecõtrario quamuis sit rusticanus & tardus ad loquendũ:si castus fuerit,exemplo suo homines potest ad uitæ similitudinẽ impellere. Quod aũt ait,in incorruptione:sic accipiendũ:quod in corruptio proprie uirginitatẽ sonet. Deniq; qui uirgines sunt,uulgo incorrupti appellari solẽt, & q uirgines esse desierint, corrupti nominant, & dicimus,illa quæ fuit olim uirgo,corrupta est. Vnde & Titũ existimo prius q̃ carnis opere occuparet, euãgelio credentẽ accepisse baptisma,& uirginẽ permansisse, & nũc ab Apostolo ut in incorruptiõe formã sui præbeat cõmoneri: quam quidẽ incorruptionẽ in Timotheo nõ uidemus. Nam cũ ei diceret:Nemo adolescentiã tuã cõtemnat: sed forma esto fideliũ in sermone:in cõuersatione, in charitate,in fide,in castitate:de incorruptiõe tacuit,& tantũ po

B suit castitatẽ. Castitas aũt & in cœlibatu absq; uirginitate intelligi potest:Nisi fortẽ castitatẽ accipiamus in mente:incorruptionẽ uerò in corpore: iuxta illud qđ alibi in uirginis definitione scribit:ut sit sancta corpore & spiritu:Et ipse nũc cõsequenter adiũxit:In doctrina,in incorruptione,in pudicitia. Possumus & pudicitiã & incorruptionẽ,& in doctrinæ integritate interpretari:nisi quod specialiter sequit sermone sano & irreprehẽsibili, propriũ haberet super doctrinæ restitutione præceptũ. Quod aũt ait,sermone irreprehẽsibili, non quod ullus tantæ facũdiæ & prudẽtiæ sit, ut à nemine reprehendat: reprehẽdunt quippe & apostoli & euãgelistæ ab hæreticis & gẽtibus : sed quod nihil dignũ reprehẽsione dicat aut faciat : licet aduersarij sint ad reprehẽdendũ parati. Et quia sunt multi nõ subditi, uaniloqui & mentũ deceptores : q oderũt in portis arguẽte,& sermonẽ sanctũ abominant: propterea exemplũ nos in omnibus præbeamus:in doctrina,in integritate, in pudicitia, in sermone sano & irreprehẽsibili:ut aduersarij uitæ & doctrinæ nostræ sanitate perterriti , non audeãt accusare: hoc est,nihil ueri simile in accusatione confingere. Et reuera usq; hodie uidemus nõnullos in ecclesiis , quanq; hæc rara auis sit,tantæ grauitatis cõtinentiæq; esse:ut etiã ab aduersarijs habeãt testimoniũ, & dicat, uir magnus est ille,& sanctæ cõuersationis: probisq; moribus nisi esset hæreticus. Nemo est em̃ tam immoderatæ impudentiæ, ut solis radios possit accusare tenebrosos,& clarũ lumẽ

2. Cor. 11.c caligine noctis offundere. Vnde & Apostolus hæc eadẽ præcauens ait: Vt auferã occasionẽ his q uolũt occasionẽ. Potest aũt is q ex aduerso est & diabolus intelligi : q accusator est fratrũ nostrorũ:ut Ioannes euãgelista prædicat: q cũ nihil habuerit mali quod nobis obijciat erubescat,& criminator nõ poterit criminari. Diabolus aũt in Latina lingua criminatorẽ sonat. a ¶ *Serui dom.etc.*]

Matth. 11.d Quoniã dñs & saluator noster qui in euangelio ait: Venite ad me omnes q laboratis & onerati estis & ego resciam uos:nullam conditionẽ,ætatẽ,sexũ, à beatitudine arbitratur alienũ : propterea nunc Apostolus & seruis præcepta constituit: scilicet ut parti ecclesiæ membrisq; corporis Christi.Et quomodo superius senes, anus, adolescentulas , iuuenes,quid Titus erudire deberet edocuit:ita nunc seruis apta præcepta constituit. Primũ ut subditi sint dominis suis in omnibus. In his autẽ omnibus, quæ non sunt cõtraria deo: ut si dominus ea iubet quæ non sunt aduersa scripturis sanctis, subijciatur seruus domino. Sin uerò contraria præcipit, magis obediat spiritus q̃ corporis dño. Diligenter attendite quomodo cõgrua personis præcepta decernat. Serui,inquit,dominis suis subditi sint in omnibus. In alio loco disputans de filijs ait:Filij obedite parentibus. Filios quippe decet parentibus obedire : Seruos uerò imperanti dño esse subiectos. Nec illud putemus esse cõtrariũ quod in alia epistola,mulieres (ait) subiectæ sint uiris, & in hac subiectas uiris suis asseruit uxores: quasi eodem uerbo & in seruis & in uxoribus usus sit. Quodammodo enim maritus uxoris est dñs : Ipse,inquit, dominabitur tui. Erat & saluator subiectus parentib.suis:sed cum adhuc duodecim esset annorum,& nihil differret à seruo, dñs omniũ:necdũ enim ad perfectã uiri ætatẽ quæ posset hęreditatẽ capere peruenerat. Sed & alibi de eo scriptũ est: quia cum subiecta ei fuerint omnia, tũc ipse filius subijcietur ei qui sibi subiecit omnia,ut sit deus omnia in omnibus. Subijcietur aũt ei omnia : cũ dixerit dominus dño meo sede à dextris meis : donec ponam inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ. In subiectis seruis dñs subijcitur. Et quomodo pro nobis dicit esse maledictũ : cum nõ sit maledictũ,sed uera benedictio : ita pro nobis uel subiectus scribitur, uel non subiectus:si aut subditi fuerimus deo aut non subditi. Quidã hunc locũ ita legũt: Serui dñis suis subditi sint. Et postq̃ huc usq; distinxerint,inferũt:in omnibus placeant: cum in Græco alius sit ordo lectionis : id est, serui dominis suis subditi sint in omnibus:ut sequatur εὐαρέστους ἐναι: quod nos licet non plene,tamen ex parte aliqua interpretari possumus,ut complaceant sibi,ne uidelicet super cõditione sua uideatur eis dei iniqua sententia.Sed quomodo pauper iuxta mensurã suã saluari potest, & mulier in sexus infirmitate à regno dei non excluditur,& omnis cõditio secundũ ordinẽ suũ beatitudinẽ capere potest:ita & serui cõplaceant sibi quod serui sint,& non idcirco putent deo se seruire non posse,quia subiecti sint hominibus:sed in eo magis placere uoluntati dei,si & dominis suis subditi fuerint in omnibus , & cõplacuerint sibi in cõditione sua,& qđ deinceps Apostolus præcipit exequantur,ut non sint cõtradicẽtes,non furantes. Vel maximum seruorũ uitiũ est,dñis cõradicere, & cũ aliquid iusserint secum musitare. Itaq; Titum cõmonet,ut per doctrinam suam ab his qui Christiani serui sunt:istiusmodi auferat passionem. Si enim quæ dominus imperat necesse habet seruus implere:cur hoc ipsum nõ cum bona faciat uoluntate, sed & dñm offendat & tandẽ faciat quod iubetur:maximẽ cũ & deus ad aquã contradictionis offensus sit. Et in alio loco de murmurante populo loquatur:Desinat à me murmuratio eorũ, & non morientur. Post cõtradictionem & aliud seruorum uitium,doctrina Christi corrigat,ne fures sint. Fur autem non solum in maioribus , sed etiam in minoribus iudicatur. Non enim id quod furto ablatũ est , sed mens furantis attendit. Quõ in fornicatione & adulterio, nõ idcirco diuersa sit fornicatio aut adulterium,si pulchra uel

Sẽrui dominis suis subditi sint in omnibus: sint placentes,non contradicentes, non furantes: sed omnẽ fidem ostendentes bonam, ut doctrinam saluatoris nostri dei ornent

Ephes. 6.a Col. 3.c

Num. 20

A uel diues,deformis aut pauper,meretrix uel adulter sit: sed qualiscunq; illa fuerit,una est fornicatio uel adulteriũ:Ita & in furto , quantũcunq; seruus abstulerit, furti crimẽ incurrit. Vnde & in Moysi lege fures nõnunq̃ septuplũ,nonnunq̃ quadruplũ reddere cõpelluntur, & interdum obtruncat,interdũ uendit fur ipse pro furto : de quibus nuper uobis in Leuitico exposuisse memini . Si autẽ hoc prohibetur in seruo: quanto magis in libero:ne aut iudex rapiat,aut miles nõ cõtentus stipẽdijs suis aliena deuastet? Pulchre quidam uir apprime grauis,cum ei cuiusdã iudicis laudaretur integritas , & diceret de eo ille qui laudabat:nõ est fur: Respondit,optimũ seruũ faceret,si nec fugitiuus esset.intantum furti suspicio ab omni libero debet esse aliena. Sint itaq; serui subditi dominis suis in omnibus,sint complacentes conditioni suæ,ut nõ ferant aspere seruitutẽ,nõ contradicant dominis:nõ furentur,& post hæc in omnib.fidẽ bonã ostendant,ut doctrinã saluatoris dei nostri ornẽt in omnibus.Si enim apud carnales dominos in minimo fideles fuerint : incipient eis apud deũ maiora committi. Ornat aũt doctrinam dñi,qui ea quæ conditioni suæ apta sunt facit.Et ediuerso confundit eam, qui non est subiectus in omnibus:cui conditio sua displiceat:qui contradictor atq; fraudator in nullo fidem bonã ostendit. Quomodo enim potest fidelis esse in substãtia dei, qui carnali dño fidem exhibere non potuit? a ¶ *Illuxit*

B *enim gratia,etc.*] Post catalogũ doctrinæ ad Titũ:quid senes,quid anus,quid adulescẽtulas & iuuenes , quid ad extremũ seruos erudire deberet:recte nunc intulit: Illuxit enim gratia dei saluatoris omnib.hominibus. Non est enim aliqua differentia liberi & serui:Græci & barbari,circuncisi & habentis præputiũ,mulieris & uiri : Sed cuncti in Christo unum sumus , uniuersũ ad dei regnũ uocamur: omnes post offensam patri nostro recõciliandi sumus:non per merita nostra,sed per gratiã saluatoris : Vel quod dei patris uiuens & subsistens gratia ipse sit Christus:Vel quod Christi dei saluatoris hæc sit gratia,& nõ nostro merito saluati simus : secundũ illud qđ

Psal. 55.b in alio loco dicitur:Pro nihilo saluabis eos.Quę gratia omnibus hominib.ideo illuxit : ut erudiret nos abnegantes impietatẽ & secularia desyderia , pudice & iuste & pie uiuere in hoc seculo. Quid sit aũt abnegare impietatem & secularia desyderia:ex eo quod supra exposuimus:deũ confitentur se nosse,factis aũt negant,intelligi posse confido,& per contraria disserta contraria. Secularia ergo desyderia sunt , quæ à mundi istius principe suggeruntur,& cum sint seculi , cum seculi huius nube pertranseunt.Nos aũt cum pudice & iuste,nec corpore scilicet,nec mente peccantes uixerimus in Christo : pie quoq; uiuemus in hoc seculo:quæ pietas expectat beatã spem , & aduentũ gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi.Sicut em̃ impietas,magni dei reformidat aduentũ:ita secura de opere suo & de fide illũ pietas præstolat.Vbi est serpens Arius? ubi Eunomius colubere?Magnus deus Iesus Christus,saluator dicit, nõ primogenitus omnis creaturæ,nõ uerbũ dei & sapiẽtia , sed Iesus Christus : quæ uocabula assumpti hominis sunt. Neq; uero aliũ Iesum Christũ aliũ uerbũ dicimus:ut noua hæresis calumniatur:sed eundẽ & ante secula, & post secula,& ante mundũ & post Mariam:imò ex Maria,magnũ deũ appellamus saluatorẽ nostrũ Iesum Christũ,

qui dedit semetipsum pro nobis, ut precioso sanguine C suo nos redimeret ab omni iniquitate , & mũdaret sibi populũ περιούσιον, ita quippe habetur in Græco,& bonorũ operũ faceret æmulatorẽ. Sæpe mecũ cõsyderans quid sibi uellet uerbũ περιούσιον, & à sapientib. seculi huius interrogans si forte alicubi legissẽt: nunq̃ inuenire potui qui mihi quid significaret exponeret. Quã obrem cõpulsus sum ad uetus instrumẽtũ recurrere:unde arbitrabar & apostolum sumpsisse quod dixerat.Hebræus enim ex Hebræis,& secũdũ legẽ pharisæus: utiq; id ponebat in epistola sua , quod in ueteri testamento legisse se nouerat.In Deuteronomio itaq; reperi : Qm̃ populus sanctus tu dño deo tuo , & in te complacuit dño deo tuo:ut esses ei in populũ περιούσιον ex omnib. populis qui sunt super faciẽ terræ. Et in cxxxiij psalmo, ubi nos habemus : Psallite nomini eius qm̃ suaue est : qm̃ Iacob elegit sibi dñs, Israel in possessionem sibi:pro eo qđ est,in possessionẽ,in Græco scriptũ est, εἰς περιούσιασμόν : qđ quidẽ Aquila & quinta editio εἰς περιούσιον expresserũt. Lxx.uero & Theodot. περιουσιασμόν transferentes , cõmutationẽ syllabæ fecere non sensus. Symmach.igitur pro eo quod est in Græco περιούσιον, in Hebræo סְגֻלָּה expressit εἰς αἵρετον: id est,egregiũ uel præcipuũ:pro quo uerbo in alio uolumine Latino sermone utens:peculiarẽ,interpretatus est.Recte igit̃ Christus Iesus , magnus deus noster atq; saluator , redemit nos sanguine suo : ut sibi Christianũ populũ peculiarẽ D faceret: qui peculiaris tunc esse posset, si bonorũ operũ æmulator existeret. Vnde & illud quod in euangelio secundũ Latinos interpretes scriptũ est:Panẽ nostrũ quo Matth. 6.b tidianũ da nobis hodie:melius in Græco habetur:panẽ nostrũ ἐπιούσιον : id est præcipuũ,egregiũ,peculiarem: eum uidelicet qui de cœlo descendẽs ait:Ego sum panis Ioan. 6.c qui de cœlo descendi. Absit quippe ut nos qui in crastinũ cogitare prohibemur:de pane isto qui post paululũ concoquendus & abijciendus est in secessum , in prece dominica rogare iubeamur. Nec multum differt inter ἐπιούσιον & περιούσιον : præpositio em̃ tantũmodo est mutata nõ uerbũ. Quidã ἐπιούσιον existimãt in oratione dominica panẽ dictũ,quod super omnes σίτους sit: hoc est,super uniuersas substãtias. Quod si accipit, nõ multũ ab eo sensu differt quẽ exposuimus . Quicquid em̃ egregiũ est & præcipuũ:extra omnia est,& super omnia. *b* ¶ *Hæc loquere,etc.*] Tria posuit:loquere,exhortare,& increpa.Et quidẽ in eo quod ait,loquere : ad doctrinã uidetur esse referendũ. Quod uero intulit,exhortare:id est παράκλησις : aliud quoddã in Græco significat q̃ in Latino : παράκλησις quippe magis consolationẽ q̃ exhortationẽ sonat. Hoc uerbũ & superius de adolescentib.est locutus:Iuuenes similiter cõsolare, pudicos esse in omnibus. De quo nos in suo loco ita ut in Latino legit:quasi exhortare scriptũ esset expressimus. Consolatur igitur audientem qui dicit: Rogamus pro Christo recõciliamini deo , & seipsum humiliat & subijcit:ut lucrifaciat quẽ consolat. Quod uero tertiũ est, increpa:consolationi mihi uidetur esse contrariũ:ut quicunq; consolationẽ contempserit , increpatione sit dignus,& mereat audire:Obliti estis cõsolationis:quę uobis ut filijs loquitur.Ad Timotheũ quoq; alterã consolationẽ,& increpationẽ alterã legimus, dicente Apostolo:Insta opportune,importune,argue,increpa,conso-

3. Tim. 4

A lare. Et ibi quidē increpatio ante assumīt, & postea consolatione seueritas temperat. Hic uero ante uult discipulos cōsolari, & si nō profecerint cōsolando, tunc corripi, & corripi cum omni imperio. Sic enim intelligo hoc quod dictū est: Increpa cū omni imperio: ut specialiter ad increpationem & nō ad duo superiora in cōmune referatur. Neq; enī conuenit dicere: consolare cū omni imperio, & loquere cum oīi imperio: sed tantūmodo increpa cū omni imperio.

tare & increpa cum omni imperio. Nēmo te cōtemnat.

Cap. III

ADmōne illos principibus & potestatibus subditos esse, obedire, ad omne opus bonum paratos esse: neminem blasphemare: non litigiosos esse, esse modestos: omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines

a ¶ *Nemo te contemnat, etc.*] Existimet aliquis hoc ipsum nunc ad Titum scribi
1.Tim.4.c quod ad Timotheū dictū est: Nemo adolescentiā tuam cōtemnat. Nos uero iuxta Græci sermonis differentiā, aliud putamus significare προφρονέιτω, quod hic scribitur, & aliud καταφρονέιτω quod ad Timotheū dictū est, & præpositiones πρὸ uel κατὰ sensum facere diuersum. Quod aūt non fortuito & ut libet, Paulus apostolus, nō solū nominib. & uerbis: uerumetiā præpositionib. diuersis utatur pro uarietate causarū, perspicuū fie
1.Cor.11.b ri poterit ex eo quod ait: Mulier enim ex uiro: uir uero
Rom.11.d per mulierē. Et alibi: Quia ex eo & per eū & in ipso sunt omnia. Nec nō & illud, Paulus apostolus nō ab hominib. neq; per hominē. Existimamus itaq; καταφρόνησιν ad contemptū proprie pertinere: uel cū quis inter equuleū laminasq; distentus, cōtemnit dolorē: & nec iudicis cōminationē, nec circunstantis populi fremitū pertimescit: sed pro confessione martyrij, uniuersa supplicia cōtemnit & despicit. Ecōtrario aūt est & malus contēptus,
Abac.1.b de quo & Abacuk spiritu sancto in se loquente testatur:
B Videte cōtemptores & inspicite mirabilia & disperdi-
1.Tim.4.a mini. Iuxta quod ad Timotheū quoq; scriptū diximus: Nemo adolescentiā tuā cōtemnat: id est, nolo te talē exhibeas, ut possis ab aliquo merito contemni. προφρόνησις aūt illud sonat, sicut Stoici tamen asserūt, qui distinguunt inter uerba subtiliter: cū quis confidens sibi se alio esse meliorē, despicit eum quē inferiorē putat, & super, id est plus sapiēs, humiliorē existimat dignū esse contēptu. Tale quid intumescens superbiæ uanitate, & cœlū ipsum solemq; despiciens apud Græcos quidā dixisse deludit: ἐκφοβεῖτω σε προφρονῶ τὸν ἥλιον, qđ nos latine possumus dicere: scādo per aerē & pluris me nouī esse cū solē. προφρόνησις ergo quæ nūc ad Titum ponit, illum sensum habet: Nemo eorū qui in ecclesijs sunt, te segniter agente sic uiuat, ut se putet esse meliorē. Qualis eīi ędificatio erit discipuli, si se intelligat magistro esse maiorem? Vnde non solum episcopi, presbyteri & diaconi debent magnopere prouidere: ut cunctū populum cui præsident, conuersatione & sermone præcedant: uerum & inferior gradus: exorcistæ, lectores, æditui, & omnes omnino qui domui dei seruiūt. Quia uehementer ecclesiam Christi destruit, meliores laicos esse quām clericos. CAP. III

Rom.13.a ADmone illos principibus, etc.] Tale quid & ad Rom. scribit: Omnis anima potestatib. superioribus subdita sit: Nō est enī potestas nisi à deo. Quod quidē præceptū, & hic & ibi propterea puto editū: quia Iudæa Galilæi per illud tempus dogma adhuc uigebat, & habebat plurimos sectatores: cuius & in Actis apostolorū fit mentio, scriptura referēte: Ante hos enī dies surrexit Theodas dicēs quendā se esse magnū: cui appositi sunt uiri quasi tria milia. Et post hūc surrexit in diebus census Iudas Galilæus: qui inter cætera hoc quasi probabile proferebat, ex lege nullū debere dīm nisi solum deū uocari, & eos qui ad templū decimas deferrent, Cę
sari tributa nō reddere. Quæ hæresis in tantū creuerat, C
ut etiā Pharisæorū & multā partē populi conturbaret: ita ut ad dīm quoq; nostrū referret hæc quæstio: Licet
Matth.22.b Cæsari dare tributū an non? Quibus dīs prudēter cau
tęq; respōdens ait: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Cui respōsioni Paulus apostolus congruens, docet principatib. & potestatib. credentes debere esse subiectos. ἀρχὰς quippe quæ legūt in Græco, magis principatus q̄ principes sonāt, & ipsam significant potestatē, non eos qui in potestate sunt homines. Sed quia dixerat: admone illos principatib. & potestatib. subditos esse: poterat his qui tormenta formidant, occasio ad negandū dari: dum iuxta Apostoli dictū se assererēt principatib. & potestatib. esse subiectos, & facere quod iuberent, ꝓpterea subiecit: Obedire ad omne opus bonū. Si bonū est quod præcipit imperator & præses, iubentis obsequere uolūtati. Sin uero malum & contra deū sapit: respōde ei illud de Actib. apo
Act.5.a stolorū: Obedire oportet deo magis q̄ hominib. Hoc ipsum & de seruis intelligamus apud dīnos, & de uxoribus apud uiros, & de filijs apud parentes, quod in illis tantū debeant dominis, uiris, parentibus esse subiecti, quæ cōtra dei mandata nō ueniunt. Quod uero sequitur: Paratos esse: dupliciter legendū: ut uel subaudiatur, ad omne opus bonū paratos esse, uel certe cū superioribus copulato hoc quod ait, obedire ad omne opus
Leui.1.d bonū, & hucusq; finito: quasi aliud propriū & speciale
D præceptū sit, paratos esse: iuxta illud quod in Leuitico scriptū est: Hircū qui emittitur maledicta populi sustinentē, tradi in manus hominis parati. Si quis ergo paratus est ut ἐκπομπαῖον teneat & educat illū in desertū, & ibi eum disperdat, & quantū in se est, sorte maledictionis exterminet: is cū obedierit omni operi bono, etiā paratus erit. Potest aūt & aliter accipi, paratos esse: ut omnia quæcunq; euenire possunt sibi in animo præfigurent, & cum acciderint, nihil quasi nouū sustineant: sed eis præparata sint omnia. Neminem quoq; blasphemare, nō simpliciter accipiē. Nec enim ait: neminē hominē blasphemare, sed absolute neminē: non angelū, non
Iude.c aliquā creaturā dei. Omnia quippe quæ à deo facta sunt: ualde bona sunt. Quando Michael archangelus cum diabolo disputabat de Moysi corpore, nō fuit ausus inferre iudiciū blasphemiæ: sed dixit, imperet tibi deus. Si igiē Michael nō fuit ausus diabolo, & certe maledictione digniſsimo iudiciū inferre blasphemiæ: quanto magis nos ab omni maledicto puri esse debemus? Merebat diabolus maledictū: sed per archangeli os blasphemia exire nō debuit. Relege ueteres libros, & uide quæ
Deut.27.b tribus in mōte Garizin constitutæ sint, ut benedicerent populo, & quæ in mōte altero ut maledicerent. Ruben, qui maculauerat thorum parentis, & Zabulō nouissimus filius Liæ, & ancillarū liberi, in mōte Ebal ponunt, ut maledicāt eis qui maledictione sunt digni. Longū est si nunc enumerē quomodo Iacob qui ad benedictionē uocauerat filios dicens: ut benedicā uobis: postea quasi in benedictione cōsocier: maledictus furor eorū, quia procax, & ipse dīs loquatur in Genesi: Maledicta terra
Gen.49.a in operibus tuis. Hoc nunc tantum dixisse sufficiat: qđ blasphemare Christi discipulos nō oportet: Nec quod additur, esse litigiosos. Si enim sumus filij pacis, & uolumus super nos pacem requiescere, & accessimus ad Hierusalem cœlestem, quę ex pace nomen accepit: cum his qui oderunt pacē habeamus pacem, & quantum in nobis

à nobis est cum omnib. hominibus pacati simus: non solum cū modestis, sed etiā cum rixosis: quia nulla uirtus est ferre mansuetos: locumq; demus iræ, omnem ostendentes mansuetudinē ad omnes homines: nō quod uanæ gloriæ desiderio nos esse mansuetos omnib. hominib. ostendere debeamus: sed dum omnes ferimus, & iniuriæ ulcem nō rependimus, ipsa opera nostra uniuersis fiant. Potest aliquis ob iactātiam & opinionē uulgi auramq; popularem, simulare apud quosdam mansuetudinē, & fingere bonitatem. Sed ubi non est uera & genuina & solida mansuetudo, nescio an eum esse mansuetū possit omnib. persuaderi. a ¶ *Fuimus enim aliquādo, etc.*] Quærat aliquis quomodo Paulus fuerit stultus, incredulus, errans, & seruiens uarijs desiderijs & uoluptatibus, in malicia, & in inuidia, odiosus, & odiens: anteq; saluatoris nostri bonitas atq; clementia per lauacrū secundæ regenerationis eū saluū faceret: nō ex iustitiæ operib. quæ fecerat: sed ex misericordia sua, effuso abundanter & large super apostolos
Phil.3.a atq; credentes per Iesum Christū spiritu sancto: ut hæreditatē gratiæ consecuti, spem uitæ in perpetuū possiderent. Et certe legimus eum secūdum iustitiā quæ in lege
B est sine querela fuisse circūcisum octaua die: Hebræum
Act.22.a ex Hebræis, secundū legē Pharisæū, de tribu Beniamin, eruditū ad pedes Gamalielis, & ab infantia sacris literis institutū. Ad quod respondet, Iudæos qui ante aduentū saluatoris & passionē eius & resurrectionem in lege uersati sunt: licet non plenā, attamen aliqua ex parte habuisse iustitiā: sicut Symeon quoq; & Anna prophetissa in templo dei seruiens est reperta. Postq; uero populus cōclamauit, crucifige eū: non habemus regē nisi Cæsarē, & sanguis eius super nos & super filios nostros: & ablatū est ab eis regnū dei, & traditū genti facienti fructus eius, ex eo tempore qui in Christū nō credidit: fuit stultus, errabundus, incredulus, & seruiens uarijs uoluptatibus. An non uobis uidetur Paulus fuisse stultus: quādo habebat zelū dei, sed non secundū scientiā, & persequebatur ecclesiā, & lapidantiū Stephanū uestimenta seruabat: cum in tantū odij contra saluatorē instigatus exarserit: ut literas à sacerdotibus acciperet: pergēs Da-
Act.8.a masci ad eos qui in Christum crediderant uinciēdos: Aut ullas poterat habere uirtutes sine uirtute dei Christo Iesu: aut æstuantem flammā restinguere uoluptatū: cum non esset templum dei? Quæ aūt maior potest esse malicia & inuidia, q̄ contra absentes epistolas sumere, & ubiq; Christi uastare discipulos? nolle ipsum saluum fieri, & cæteris qui salui esse poterant inuidere: odisse Christianos & cōsequenter ab omnib. odiū promereri. Quis autem maior error & inobediētia & uecordia, q̄ postq; respirauit dies & præterierunt umbræ, legē abolitam uelle seruare, & dicere: ne attrectaueris, ne cōtigeris, ne gustaueris, & apparēte solido cibo & uitrih, infantiæ lacte cupere potari. Diligentius attendamus, & inueniemus in præsenti capitulo manifestissimā trinitatem. Benignitas quippe atq; clementia saluatoris nostri dei: non alterius q̄ dei patris, per lauacrum regenerationis & renouationem spiritus sancti: quē effudit super nos abunde per Iesum Christū saluatorē nostrū, uiuificauit C
nos in uitam æternā. Salus credentiū mysteriū trinitatis est. Alij hunc locū ita intelligunt: ut non de Paulo & apostolis, sed sub apostolorū persona, de alijs dictū putent: ut quomodo sub persona sua & Apollo & Cephæ 1.Cor.1.b
de dissensiōe & schismate quod arguebat in Corinthijs est locutus, ita etiam in præsenti loco se & apostolos nominās: omnes qui in Christo crediderāt, quales fuerint ante regenerationem lauacri uitalis ostēderit. Simul aūt & humilitas eius est admiranda, quod qui omnē utilitatem iustitiamq; legis quasi quisquilias & purgamēta cōtempsit: recte se sine Christo utijs omnibus seruisse memorat. b ¶ *Fidelis sermo, & de his, etc.*] Hoc quod ait, fidelis sermo, ad superiora iūgendū est: in quibus præmiserat, ut iustificati ipsius gratia, hæredes efficiamur secundum spem uitæ æternæ. Dignus enim fide super hæreditate dei sermo, & super spe
D uitæ æternæ. Vnde oportet de his, nō dubiū, nō timentem & ipsum credere, & ut credant cæteri confirmare. Non solū aūt hoc, sed & hoc cum cæteris his qui uoluerint credere confirmandū est: quapropter ait: Et de his uolo te confirmare. Qui autē ista uera esse crediderint, necesse est ut curā habeant bonorū operū: per quæ hæreditas dei & spes uitæ præparatur æternæ. Et pulchre ut maiorem fidē faceret, non dixit, qui credunt hominibus: sed qui credunt deo. Necesse est enim ut curā bonorū operū habeāt, quæ adimpleta & omni studio perperrata, sunt bona utiliaq; credentibus. c ¶ *Stultas autē quæstiones, etc.*] Quia multiplices & diuersæ sunt quæstiones: propterea Salomon de his qui quærunt deum locutus est dicens: Recte aūt quærentes eum inuenerūt Prou.8.b
pacē. Qui igitur deū non recte quærunt, pacē inuenire nō possunt. Plurima exempla sunt quærentiū nō recte deum. Iudæi praue quærunt deū, sperantes se eum inuenire posse sine Christo. Hæretici uano sermonū strepitu cōcrepantes: quærunt quē inuenire non possunt. Philosophi quoq; & barbari de deo uaria sentientes, quæsierunt deum. Sed quia non recte quæsierunt, fuerunt eorum fatuæ quæstiones: putantium deum humanis sensibus posse comprehēdi. Ab his igitur Paulus nos reuocat quæstionibus. Cæterum ad sapientes & quæ scripturarum autoritate sunt fultæ, magis cohortat & prouocat, præceptorum non nescius saluatoris in quibus ait: Quærite & inuenietis: pulsate & aperietur uobis: petite
& dabit uobis: Omnis enim qui quærit inueniet, & qui Luc.11.b
petit accipiet, & qui pulsat aperietur ei: modo nō sit cor pus nostrum subditum peccatis, & ingrediet in nos sapientia. Exerceatur sensus: mens quotidie diuina lectione pascatur, & quæstiones nostræ stultæ nō erunt quæstiones. Quod aūt ait: genealogias & contentiones & ritxas quæ ueniunt ex lege deuita: proprie pulsat Iudæos: qui in eo se iactant & putant legis habere notitiā, si nomina teneant singulorū: quæ quia barbara sunt, & etymologias eorum nō nouimus: plerunq; corrupte proferuntur à nobis. Et si forte errauerimus in accentu, in extensione & breuitate syllabæ: uel breuia producētes, uel producta breuiantes: solent irridere nos imperitię,

A maxime in aſpirationib. & quibuſdã cum raſura gulæ literis proferendis. Hoc aũt euenit quod Lxx. interpretes, per quos in Græcũ ſermonẽ lex diuina trãſlata eſt: ſpecialiter ח heth literã & ע ain, & cæteras iſtiuſmodi: quia cũ duplici aſpiratione in Græcã linguã transferre nõ poterant: alijs literis additis expreſſerunt. Verbi cauſa: ut Rahel, Rachel dicerẽt, & Hieriho, Hiericho, & Hebron Chebron, & ſeor, ſegor. In alijs uero eos conatus iſte deficit. Nam nos & Græci unã tantũ literã, s, habemus: illi uero tres ס ſamech ץ ſade & ש ſin quæ diuerſos ſonos poſſidẽt. Iſaac & Sion per ץ ſade ſcribunt: Iſrael per ש ſin, & tamẽ non ſonat hoc quod ſcribit. Seon rex Amorræorũ per ס ſamech literã & pronunciat & ſcribit. Si igitur à nobis hæc nominũ & linguæ idiomata, ut uidelicet barbara nõ ita fuerint expreſſa ut exprimunt ab Hebræis, ſolent cachinnũ attollere & iurare ſe penitus neſcire qđ dicimus. Vnde & nobis curæ fuit omnes ueteris legis libros: quos uir doctus Adamantius in exempla digeſſerat: de Cæſarienſi bibliotheca deſcriptos, ex ipſis autenticis emẽdare, in quibus & ipſa Hebræa proprijs ſunt characterib. uerba deſcripta, & Græcis literis tramite expreſſa uicino. Aquila etiam & Symmach. Lxx. quoq; & Theodotio ſuũ ordinẽ tenent. Nõnulli uero libri & maxime hi qui apud Hebræos uerſu compoſiti ſunt: tres alias editiones additas habent: quã quintã & ſextã & ſeptimã tranſlationẽ uocant: autoritatẽ ſine nominib. interpretũ conſecutas. Hæc immortale illud ingenĳ ſuo nobis labore donauit: ut non magnopere pertimeſcamus ſupercilĳ Iudæorum: ſolutis labijs, & obtorta lingua, & ſtridente ſaliua, & raſa ſauce gaudentiũ. Eſt in illis & alia occaſio ſuperbiæ: qm̃ ſicut nos qui Latini ſumus, Latina nomina & origines de lingua noſtra habẽtia, facilius memoriæ tradimus: ita illi à parua ætate, uernacula ſui ſermonis uocabula, penitiſsimis ſenſib. imbiberũt, & ab exordio Adam uſq; ad extremũ Zoroabel: omniũ generationes ita memoriter uelociterq; percurrũt, ut eos ſuũ putes referre nomẽ: Hoc nos qui aut alias literas didicimus: aut certe ſero credidimus in Chriſtũ: aut etiã ſi infantes ſumus eccleſiæ mãcipati: magis ſcripturarũ ſenſum q̃ uerba ſectamur, ſi forte nõ ita nouimus, putãt ſe in nominib. referẽdis, & in ſupputatione annorũ, & in nepotib. & abnepotib. auis, pauis, & atauis doctiores. Audiui ego quẽdã de Hebræis qui ſe Romæ in Chriſtum credidiſſe ſimulabat, de genealogijs dñi noſtri Ieſu Chriſti quæ ſcripta ſunt in Matthæo & Luca facere quæſtionẽ, qđ uidelicet à Salomone uſq; ad Ioſeph: nec numero ſibi, nec uocabulorũ æqualitate cõſentiant: qui cũ corda ſimplicĳ peruertiſſet: quaſi ex adytis & oraculo deferebat quaſdã ut ſibi uidebat ſolutiones: cũ magis debuerit iuſtitiã & miſericordiã & dilectionẽ dei quærere, & poſt illa ſi forte occurriſſet, de nominib. & numeris diſputare. Satis forſitã de Hebræorũ ſupercilio & plus q̃ neceſſe fuerit dixerimus: ſed occaſio nobis data eſt, de genealogijs & cõtentione & rixis quæ ex lege ueniũt diſſerẽdi. Dialectici quorũ Ariſtoteles princeps eſt: ſolẽt argumentationũ retia tendere, & uagã Rhetoricæ libertatẽ in Syllogiſmorũ ſpineta cõcludere: hi ergo qui in eo totos dies & noctes terunt: ut uel interrogẽt uel reſpondeãt: uel dent propoſitionẽ uel accipiant, aſſumãt, cõfirment atq; cõcludant, quoſdã contentioſos uocant: qui ut libet, nõ ratione ſed ſtomachio diſputent litigantiũ. Si igitur illi hoc faciunt: quorũ proprie ars cõtentio eſt: quid debet facere Chriſtianus niſi omnino fugere cõtentionem: Rixæ quoq; legales penitus reſpuendæ ſunt, & Iudæorũ ſtultitiæ relinquendæ: Sunt eñ inutiles & uanæ: quæ tm̃ ſpeciẽ ſcientiæ habẽt: cæterũ nec dicentib. nec audiẽtib. profunt. Quid enim mihi prodeſt ſcire quot annos uixerit Mathuſalẽ: quoto ætatis ſuæ anno Salomon ſortitus ſit coniugẽ, ne forſitan Roboã undecimo ætatis illius anno natus eſſe credat: & multa iſtiuſmodi, quę aut difficile eſt inuenire, ppter librorũ uarietatẽ, & (dum paulatim de inemendatis inemẽdata ſcribunt) errores inolitos: aut etiã ſi inueniremus magno ſtudio & labore, nihil profutura cognouimus. Frequẽter accidit ut habeamus pugnas legis, non ob deſyderiũ ueritatis, ſed ob iactantiã gloriæ, dum apud eos qui audiunt, docti uolumus æſtimari, aut certe ex hoc rumuſculo turpia ſectamur lucra. Quid eñ prodeſt ſpumãtib. labijs, & latratu garrire canũ: cum ſimplex & moderata reſpõſio, aut poſſit te placare ſi uera eſt, aut ſi falſa, leniter à te & placabiliter emendari. *a* ¶ *Hæreticũ hominẽ, etc.*] Nomen Hæreſeos & in epiſt. ad Corinth. ponit: Oportet eñ & hæreſes in uobis eſſe, ut probati qui que manifeſti fiant. Et ad Galatas inter carnis opera numerat: Manifeſta aũt ſunt opera carnis: quæ ſunt fornicatio, immũdicia, luxuria, idololatria, ueneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, hæreſes, inuidiæ, ebrietates, comeſationes, & cætera his ſimilia: quæ prædico uobis ſicut prædixi: qm̃ qui hæc agũt, regnũ dei non poſſidebunt. In quib. diligenter eſt obſeruandũ, quod quõ cætera uitia quæ inter carnis opera numerata ſunt excludũt nos à regno dei: ita etiam nobis hæreſes auferãt regnũ dei, & nõ intereſt quomodo quis, dũ tm̃ excludat à regno. Quod aũt magis mirũ ſit, etiã illud de Actib. apoſt. uidetur eſſe relegendũ, ſidem noſtrã in Chriſto, & eccleſiaſticã diſciplinã, tã tunc à peruerſis hominib. hæreſim nuncupatã: Nos enim, inquiunt Iudæi ad apoſtolũ Paulũ, nec literas de te accepimus de Iudæa: nec ueniens quis de fratrib. annuncia uit nobis: aut locutus eſt aliquis de te in malũ. Petimus aũt, ut audiamus à te quid ſentias: de hæreſi eñ iſta notũ eſt nobis, quia ubiq; ei contradicit. Et licet nomẽ hęreſeos Mileti nõ dicatur, à Paulo tamẽ opera nominantur, loquente ad presbyteros eccleſiæ: Ego ſcio qm̃ uenient poſt abſceſſum meũ lupi graues in uos: nõ parcentes gregi, & ex uobis ipſis conſurgẽt uiri loquentes peruerſa: ut abducãt diſcipulos poſt ſe. Hæc in tranſitu dicta ſint, ubi & alibi hæreſis appellet: Nunc ipſum nomen uideat pleniſsime uentilandũ. Hæreſis Græce ab electione dicit, quod ſcilicet unuſquiſq; id ſibi eligat quod ei melius eſſe uideat. Philoſophi quoq; Stoici, Peripatetici, Academici, Epicurei, illius uel illius hæreſeos appellantur. Superfluũ eſt ire per ſingula, & Marcionem, Valentinũ, Apellem, Hebionem, Montanũ, & Manichæũ cum ſuis enumerare dogmatibus: cũ perfacile ſit unicuiq; cognoſcere quibus ſinguli ducãtur erroribus. Arius & Eunomius, & nouæ autor hæreſeos, utinam tam noti nõ eſſent, minus forſitan plurimos decepiſſent. Hęreticũ igitur hominẽ poſt unam correptionẽ: ſiue ut in Græco melius habetur παραιτοῦ deuita: παραιτοῦ autem cõmonitionem magis & doctrinã abſq; increpatione ſignificat. Legitur in Latinis codicibus, quod uerũ Papa quoq; Athanaſius approbat: Poſt unam & alteram correptionem: quod ſcilicet non ſufficiat tantũ ſemel eum corripi uel cõmoneri qui aliquo ſit depraua-

B tus errore: ſed & ſecunda ſit ei adhibẽda doctrina: ut in ore duorum aut triũ teſtium ſtet omne uerbum. Quare aũt poſt primam & ſecundam correptionẽ deuitandus ſit: reddit cauſas dicẽs: quod ſubuerſus eſt eiuſmodi, & peccat, cũ ſit à ſemetipſo damnatus. Qui eñ ſemel biſq;

C

D

Act. 28.c

A biſq; correptus, audito errore ſuo non uult corrigi: errare exiſtimat corrigentem, & econtrario ſe ad pugnas & iurgia uerborum parans, eum uult lucrifacere à quo docetur. Propterea uero à ſemetipſo dicitur eſſe damnatus: quia fornicator, adulter, homicida, & cætera uitia, per ſacerdotes eccleſia propelluntur. Hæretici autem in ſemetipſos ſententiam ferunt, ſuo arbitrio de eccleſia recedentes: quæ receſſio, proprię conſcientiæ uidetur eſſe damnatio. Inter hæreſim & ſchiſma hoc eſſe arbitrantur: quod hæreſis peruerſum dogma habeat. Schiſma propter epiſcopalem diſſenſionem ab eccleſia ſeparetur: quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi poteſt. Cæterum nullum ſchiſma non ſibi aliquam confingit hæreſim: ut recte ab eccleſia receſſiſſe uideatur. *a* ¶ *Cum miſero ad te Arteman, etc.*] Legimus in exordio iſtius epiſtolæ: Huius rei gratia reliqui te Cretæ: ut ea quæ deerant corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut ego tibi diſpoſui: Vt quia Cretenſes nuper crediderant: recedente Paulo & ad alias eccleſias tranſeunte, non dimitterentur orphani: ſed haberent apoſtolicum uirum, qui ea quæ uidebantur deeſſe corrigeret. Quia ergo poſt fundamentum aliarum eccleſiarum neceſſarius erat Titus: qui ædificium ſuperſtrueret, ſcribit ei, ut cum Arteman uel Tychicum, unum ſcilicet è duobus qui ſecum fuerant, Cretam miſiſſet, impleturũ locum eius: ipſe Nicopolim ueniret: ibi ſe hyematurum eſſe cõteſtans. Ex quo paternos Pauli in Cretenſes probemus affectus. Neceſſarium habet Titum in euangelĳ miniſterium: tamen non eum ante ſe uult uenire, niſi in locum eius Artemas uel Tychicus ſucceſſor aduenerit. Nicopolis ipſa eſt, quæ ob uictoriam Auguſti, quod ibi Antonium Cleopatramq; ſuperarit, nomen accepit. *b* ¶ *Zenam legis doctorem & Apollo, etc.*] Iſte eſt Apollo de quo & ad Corinthios ſcribit: Vnuſquiſq; ueſtrum dicit: Ego ſum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephæ. Fuit autem uir Alexandrinus ex Iudæis, ualde eloquens & perfectus in lege: epiſcopus Corinthiorum: quem propter diſſenſiones quæ in Corintho erant, ad uicinam inſulam Cretam cum Zena legis doctore putandum eſt transfretaſſe, & Pauli epiſtola diſſenſionibus quæ Corinthi ortæ fuerant temperatis, rurſum Corinthum reuertiſſe. Zenam uero legis doctorem, de alio ſcripturæ loco quis fuerit, non poſſumus dicere, niſi hoc tantum, quod & ipſe apoſtolicus uir id operis quod Apollo exercebat habuerit, Chriſti eccleſias extruendi. Præcipit itaq; Tito, ut quoniam de Creta ad Græciam nauigaturi erant: non eos faciat ſitarcijs indigere, ſed habere ea quæ ad uiaticũ neceſſaria ſunt. *c* ¶ *Diſcant autem & noſtri bonis operibus præeſſe, etc.*] Supra dixerat, Zenam legis doctorem & Apollo ſollicite præmitte, ut nihil illis deſit: Quia ergo poterat ſuboriri occulta reſponſio, ut non tam Titus quàm quicunq; epiſtolæ lector hoc diceret, & unde Tito, ut uiaticum non habentibus largiretur? Soluit hanc quæſtionẽ, & quaſi nihil ſibi opponatur elidit, dicendo: Diſcant autem & noſtri bonis operibus præeſſe in neceſſarijs uſibus: ut non infructuoſi ſint. Noſtros, ſuos uocat qui in Chriſto crediderant: qui quia Chriſti erant, recte & Pauli & Titi appellari merebantur. Habes, inquit, in diſcipulos poteſtatem: doce eos non eſſe infructuoſos: ſed euangeliſtis & apoſtolicis uiris qui bonis operibus ſeruiunt miniſtrare, & miniſtrare non in quibuſcunq; cauſis, ſed in neceſſarijs uſibus: Habentes quippe uictum & ueſtimẽtum, his contenti ſimus: Et qui altario ſeruiunt, de altario uiuant, & qui participes ſpiritualium noſtrorum facti ſunt, debent nobis ſua participare carnalia. Et ne forſitã uel epiſtolam Pauli uel præceptum Titi facile contemnerent: infructuoſos uocat, quicunq; euangeliſtis non miniſtrauerint. Dicit & Salomon in Prouerbijs: Fructus uero eleemoſyna. Et ipſe Paulus primum ſpiritus fructum charitatem uocat. Charitas autem in communicatione & in miniſterio uel maxime comprobatur. Vt non inquit, infructuoſi ſint. Omnis enim arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Hoc autem dico: quia qui parce ſeminat, parce & metet. Apoſtolicis uiris & euangelizatoribus Chriſti in neceſſarijs uſibus nolle tribuere: ſterilitatis ſeipſum eſt condemnare. *d* ¶ *Salutant te qui mecum ſunt omnes.*] Vel ſolita conſuetudine uſus eſt, ut Titum ab omnibus qui ſecum erant diceret ſalutari: uel certe proprie in Titum, quod talis eſſet, ut amorem eorum qui cum Paulo erant omnium mereretur. Magna uero laus Titi, per Paulum ab omnibus ſalutari. *e* ¶ *Saluta eos qui nos amant in fide.*] Si omnis qui amat amaret in fide, & non eſſent alĳ qui abſq; fide diligerent: nunquam Paulus ad amorem fidem appoſuiſſet, dicens: Saluta eos qui nos amant in fide. Amant quippe & matres filios, ita ut mortem pro eis oppetere ſint paratæ: ſed non amant in fide, & uxores maritos quibus frequentiſſime commoriuntur, ſed amor ille non fidei eſt. Sola ſanctorum dilectio in fide diligit, intantum ut etiam ſi ille qui diligitur infidelis ſit: tamen ſanctus in fide eum diligat ſecundum illud: Omnia ueſtra in fide fiant. Et alibi: Diligite inimicos ueſtros. Diligit ſanctus inimicos ſuos, & ideo in fide diligit: quia credit in eum qui pollicitus eſt ſe pro expletione mandati retributurum eſſe mercedem. *f* ¶ *Gratia domini noſtri cum omnibus uobis.*] Sciendum quod in Græcis codicibus ita ſcriptum eſt: Gratia cum omnibus uobis: ut nec domini nec noſtri in libris feratur autenticis. In commune itaque ſanctis atq; credentibus, Tito & cæteris qui cum eo erant, imprecatur gratia. Et quomodo Iſaac patriarcha benedixit filium ſuum Iacob, & ipſe duodecim patriarchas: apoſtoli quoq; ingredientes domum dicebant: Pax huic domui: Et ſi digna erat domus, requieſcebat pax eorum ſuper eam: ſi uero exhibebat ſe indignam, reuertebatur ad eos qui eam fuerant imprecati: Ita & nunc in fine epiſtolæ ſuæ Apoſtolus gratiam credentibus imprecatur: quæ cum uoto habebat effectum, & erat in poteſtate credentium, ſi talem ſe benedictus, qualem benedicens præbere uoluiſſet.

Tit. 1.b

Tit. 2.c

Act. 20.d

1. Cor. 1.b

Luc. 6.d

Matth. 10.b

Sunt quippe inutiles & uanæ. Hæreticũ hominẽ poſt unam & alteram correptionẽ deuita: ſciens quod ſubuerſus eſt eiuſmodi, & delinquit qui eſt à ſemetipſo damnatus.

Tit. 1.c

Tit. 3.a

Prou. 3

Gal. 5.b

Matth. 3.c

D

E

¶ Commentariorum in epiſtolam ad Titum finis.

A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN EPISTOLAM C
ad Philemonem, ad Paulam & Euſtochium procemium.

QVi nolunt inter epiſtolas Pauli eam recipere quæ ad Philemonē ſcribitur: aiunt non ſemper apoſtolum, nec omnia Chriſto in ſe loquente dixiſſe, quia nec humana imbecillitas unum tenorem ſancti ſpiritus ferre potuiſſet, nec huius corpuſculi neceſsitates ſub præſentia domini ſemper cōplerentur: uelut diſponere prandiū, cibū capere, eſurire, ſaturari, ingeſta digerere, exhauſta cōplere: taceo de cæteris quæ exquiſite & coacte replicant, ut affirment fuiſſe aliquod tempus in quo Paulus dicere non auderet: Viuo iam non ego, uiuit uero in me Chriſtus. Et illud: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Quale inquiunt, experimentum Chriſti eſt audire: Penulam quam reliqui Troade apud Carpū, ueniens tecum affer. Et illud ad Galatas: Vtinam & excidantur qui uos conturbant. Et in hac ipſa epiſtola. Simul aūt & præpara mihi hoſpitium? Hoc aūt non ſolū apoſtolis, ſed prophetis quoq; ſimiliter accidiſſe. Vnde ſæpius ſcriptū feratur: factum eſt uerbū dñi ad Ezechiel, ſiue ad quemlibet alium prophetarū: quia poſt expletū uaticiniū, rurſum in ſemet reuertens, homo cōmunis fieret ē propheta, & excepto dño noſtro Ieſu Chriſto, in nullo ſanctū ſpiritū remanſiſſe. Quod ſignū & Ioannes baptiſta acceperat: ut ſuper quē uidiſſet ſpiritū ſanctū deſcendentē & manentem in eo, ipſum eſſe cognoſceret. Ex quo oſtendit ſuper multos quidem deſcendere ſpiritū ſanctū, ſed proprium hoc eſſe ſaluatoris inſigne: quia permaneat in eo. His & cæteris iſtiuſmodi, uolunt aut epiſtolā nō eſſe Pauli quæ ad Philemonē ſcribitur: aut etiā ſi Pauli ſit, nihil habere quod ædificare nos poſsit, & à pleriſq; ueteribus repudiatā: dum cōmendandi tantū ſcribatur officio, non docēdi. At econtrario qui germanæ autoritatis eam eſſe defendunt, dicunt nunquā in toto orbe à cunctis eccleſijs fuiſſe ſuſceptā niſi Pauli apoſtoli crederetur, & hac lege ne ſecundā quidē ad Timotheū & ad Galatas eos debere ſuſcipere, de quibus & ipſi humanæ imbecillitatis exempla protulerunt: Penulā quā reliqui Troade apud Carpum, ueniens tecum affer. Et utinam excidantur qui uos conturbant. Inueniri plurima & ad Romanos & ad cæteras eccleſias, maximeq; ad Corinthios remiſsius & quotidiano penē
B ſermone dictata, in quibus Apoſtolus loquatur: Cæteris autem ego dico non dns. Quas & ipſas B
quia aliquid tale habeant: aut Pauli epiſtolas non putandas, aut ſi iſtæ recipiuntur, recipiendā eſſe & ad Philemonem, ex præiudicio ſimiliū receptarum. Valde aūt eos & ſimpliciter errare: ſi putent cibum emere, hoſpitiū præparare, ueſtimenta conquirere, eſſe peccatū, & aſſerere à ſe refugari ſpiritum ſanctū, ſi corpuſculi pauliſper neceſsitatibus ſeruiamus. Nolite, inquit Apoſtolus, contriſtare ſpiritū ſanctum in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Quibus operibus ſpiritus ſanctus contriſtetur, propheta commemorat, multis in ordine uitijs peccatisq; digeſtis, ad extremū inferens. In omnibus iſtis contriſtabas me. Alioqui calicem aquæ frigidæ porrigere, pedes lauare, immolare uitulū, prandium præparare, peccatū ſit: cum ſciamus ex his rebus in dei quoſdam filios adoptari. Non eſt huius temporis ad omnia reſpondere: quia nec omnia quæ illi proponere ſolent intulimus: Quod ſi non putant eorum eſſe parua, quorum & magna ſunt, alterum mihi conditorem, iuxta Valentinū, Marcionem & Apellen, formicæ, uermium, culicum, locuſtarū: alterum cœli, terræ, maris & angelorum debent introducere. An potius eiuſdē potentiæ eſt, ingeniū quod in maioribus exercueris etiā in minoribus non negare. Et quoniā Marcionis fecimus mentionem, Pauli eſſe epiſtolā ad Philemonē, ſaltē Marcione autore doceantur. Qui cum cæteras epiſtolas eiuſdem, uel non ſuſceperit: uel quædā in his mutauerit atq; corroſerit: in hanc ſolam manus non eſt auſus mittere, quia ſua illam breuitas defendebat. Sed mihi uidentur dum epiſtolā ſimplicitatis arguunt, ſuam imperitiā prodere: non intelligentes quid in ſingulis ſermonibus uirtutis ac ſapientiæ lateat: quæ orantibus uobis, & ipſo nobis ſancto ſpiritu ſuggerente, quo ſcripta ſunt, ſuis locis explanare conabimur. Si autem breuitas habetur contemptui: contemnatur Abdias, Nahum, Sophonias & alij duodecim prophetæ, in quibus tam mira & tam grandia ſunt quæ feruntur, ut neſcias utrum breuitatem ſermonum in illis admirari debeas, an magnitudinem ſenſuum. Quod ſi intelligerent hi qui epiſtolam ad Philemonem repudiant: nunquam breuitatem deſpicerent: quæ pro laciniosis legis oneribus, euangelico decore conſcripta eſt, dum breuiatum cōſummatumq; ſermonem facit dominus ſuper terram. Sed iam ipſa apoſtoli uerba ponenda ſunt, quæ ita incipiunt.

Commen-

A COMMENTARIORVM HIE- C
ronymi in epiſtolā ad Philemonem liber unus.

Paulus uinctus, etc.] Præpoſtero ordine atque peruerſo, in epiſtolas Pauli dictari à me uobis placuit. Nā cū id crebro ò Paula & Euſtochiū peteretis ut facerem: & ego obnixe ne facerem recuſarē, ſaltem paruā & quæ uobis ut numero uerſuum, ita ſenſu quoq; & ordine uidebat extrema, ut diſſererem coegiſtis. Rem itaque principij in fine tētabo: & quod alius in exordio ſtatim apoſtoli quæreret: quare, aut quo tēpore, uel quo cognominātē ē Saulo Pauli nomen acceperit: hoc ego nūc facere compellor, ne mu quidem (ut dicitur) ante hanc diem in eū facere cuſus. Neq; uero putandum eſt, ut à ſimplicioribus latinis legitur: Saulum ante dictū eſſe, & non Saul, quia & de tribu Beniamin erat, in qua hoc nomen familiarius habebatur. Siquidem & ille Saul, rex Iudęę, perſequutor Dauid, de tribu Beniamin fuit. Quod autem Saulus à nobis dicitur, non mirū eſt Hebræa nomina ad ſimilitudinem Græcorum & Romanorum caſuum declinari: ut ſicut pro Ioſeph Ioſephus, pro Iacob Iacobus: ita pro Saul quoque Saulus in noſtra lingua ac ſermone dicat. Quæritur igitur, cur, aut quo iubente, uel antiquum nomen amiſerit, uel nouū ſumpſerit. Vt ex Abram Abraham diceretur, dei iuſſione perfectum eſt, ut ex Sarai Saræ uocabulū fieret, æque dei imperium fuit. Et ut ad nouum inſtrumentum
B ueniam, ut Simon, Petri nomen acciperet, & filij Zebedæi בני רעם beni reem, hoc eſt filij tonitrui uocarētur, domini noſtri Ieſu Chriſti uoce præceptum eſt. Quare autem ē Saulo Paulus dictus ſit, nulla ſcriptura memorat. Audacter itaq; faciam, ſed forte uere, de Actibus apoſtolorum ſuſpitiones meas affirmans. Legimus in eis quod ſanctus ſpiritus Antiochiæ dixerit: Separate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesq; eis manus, dimiſerunt illos. Qui cum Seleuciam Syriæ deſcēdiſſent, & nauigantes Salaminam Cypri, quę nūc Conſtantia dicitur, peruenīſſent, haberentq; ſecum in miniſterio Ioannem, propter quem poſtea ædificatoriū eccleſiæ inrgium concitatum eſt, & omni inſula peragrata, Paphum uſq; ueniſſent: inuenerunt quendam magum pſeudoprophetam nomine Bar Ieſu cum proconſule Sergio Paulo uiro prudente. Qui accitis Barnaba & Saulo, deſiderabat dei ſermonem ab eis audire. Reſiſtente itaq; mago, & à fide recta Sergium deprauante, Saulus (ait ſcriptura) qui & Paulus, repletus ſpiritu ſancto, intuens in eum dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere uias domini rectas? Et nunc ecce manus domini ſuper te, & eris cæcus non uidens ſolem uſq; ad tēpus. Confeſtimq; cecidit in eū caligo & tenebræ, & circuiens quærebat qui ei manus daret. Tunc proconſul cum uidiſſet factum, credidit, admirans ſuper doctrina domini. Et quum à Papho nauigaſſent Paulus, & qui cum eo erant, uenerunt Pergen Pamphyliæ. Diligenter attende, quod hic primū nomen Pauli acceperit. Vt enī Scipio ſubiecta Aphrica, Aphricani ſibi nomen aſſumpſit: & Metellus Creta inſula ſubiugata, inſigne Cretici ſuæ familiæ reportauit: & imperatores nūc uſq; Romani ex ſubiectis gētibus, Adiabenici, Partici, Sarmatici nuncupant: ita & Saulus ad prædicationē gentiū miſſus, à primo eccleſiæ ſpolio proconſule Sergio Paulo, uictoriæ ſuæ trophæa retulit: erexitq; uexillum, ut Paulus diceret ē Saulo. Si aūt & interpretatio nominis quęritur, Paulus in Hebræo, mirabilē ſonat: Reuera mirū ut poſt Saul, qui interpretat expetitus, eo quod ad uexandum eccleſiam, fuiſſet à diabolo poſtulatus, de perſecutore uas fieret electiōis. Plus forte quām oportuit, ſed neceſſarie diſputatū eſt. Quod aūt ſequitur, uinctus Ieſu Chriſti, in nulla epiſtola hoc cognomine uſus eſt: licet in

AD PHILEMONEM

PAVLVS uinctus Chriſti Ieſu & Timotheus frater, Philemoni dilecto & cooperatori noſtro, & Apphiæ ſorori, & Archippo cōmilitoni noſtro, et eccleſię quę in domo tua eſt. Gratia uobis & pax à deo patre noſtro, & dño noſtro

corpore epiſtolarū, ad Epheſios uidelicet & Philippenſes & Coloſſenſes eſſe ſe in uinculis pro confeſſione teſtetur. Maioris autem mihi uidetur ſupercilij, uinctum ſe Ieſu Chriſti dicere, cū apoſtolum. Gloriabātur quippe apoſtoli, quod digni fuerant pro nomine Ieſu Chriſti contumeliam pati. Sed neceſſaria autoritas uinculorum. Rogaturus pro Oneſimo, talis rogare debuit, qui poſſit impetrare quod poſceret. Felix nimirum qui nō in ſapientia, non in diuitijs, non in eloquentia & potentia ſeculari, ſed in Chriſti paſſionibus gloriatur. Tali & ad Galatas epiſtolam ſermone concludens: De cætero (ait) nemo mihi moleſtus ſit: ego enim ſtigmata dñi noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto. Non omnis autē qui uinctus eſt, uinctus eſt Chriſti, ſed quicunq; pro Chriſti nomine & pro eius confeſſione uincitur, ille uere uinctus dicitur Ieſu Chriſti: & ſanguis effuſus is tantum martyrem facit, qui pro Chriſti nomine fundit. Scribit igitur ad Philemonē Romæ uinctus in carcere, quo tēpore mihi uident ad Philippēſes, Coloſſenſes, & Epheſios, epiſtolæ eſſe dictatæ. Ad Philippēſes illa ex cauſa: primū, quod cum ſolo Timotheo ſcribit, quod in hac epiſtola facit. Dehinc qđ uincula ſua manifeſta dicit facta pro Chriſto in omni prætorio. qđ ſit autem prætoriū, in ipſius epiſtolæ fine ſignificat. Saluta uos oēs ſancti, maxime aūt qui de Cæſaris domo ſunt. A Cæſare miſſus in carcerē, notior familiæ eius factus, perſecutoris domū, Chriſti fecit eccleſiā. Deinde ait: Quidā aūt ex contentione Chriſtū annūciant, non ſyncere, exiſtimātes preſſurā ſe ſuſcitare in uinculis meis. Porro & ad Coloſſenſes principiū ſimile: Paulus apoſtolus Ieſu Chriſti per uoluntatē dei, & Timotheus frater. Et in cōſequentib. Cuius factus ſum ego Paulus miniſter, q̄ nūc gaudeo in paſſionib. pro uobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionū Chriſti in carne mea, p corpore eius, quod eſt eccleſia. Et in fine: Salutatio mea manu Pauli, memores eſtote uinculotū meorum. Hoc ideo, ut ſciamus has quoq; epiſtolas de carcere, & inter uincula fuiſſe dictatas. Illud aūt proprie hēt ad Coloſſ. qđ idē Oneſimus q̄ nūc Philemōi cōmendat, etiā perlator eiuſdē ſermonis fuit. Denicq; ait: Quæ circa me ſunt, omnia uobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater & miniſter fidelis, & cōſeruus in dño, quē miſi ad uos, ad hoc ut cognoſcat quæ circa uos ſunt: & conſoletur corda ueſtra cū Oneſimo chariſſimo, & fideli fratre, qui eſt ex uobis. Si aūt Philemō ad quē hæc epiſtola ſcribit, Oneſimi dñs eſt: immo frater eſſe cœpit in dño, & ad Coloſſenſes referē quod Oneſimus ex eis ſit: ratio nos ipſa & ordo deducit, quod & Philemō Coloſſenſis ſit: & eo tē pore cōmunem ad omnem eccleſiā Oneſimus epiſtolam tulerit, quo priuatas & ſui cōmendatrices ad dñm literas ſumpſerat. Eſt & aliud indicium, quod in hac eadē epiſtola & Archippus nominat: cui hic cū Philemone ſcribit: Dicite (inquit) Archippo, uide miniſterium

A quod accepisti à dño, ut illud impleas. Quod est ministeriū quod Archippus accepit à dño? Ad Philemonē legimus: Et Archippo cōmilitōi nostro, & ecclesiæ quæ in domo tua est. Ex quo puto aut episcopū eū fuisse Colossensis ecclesiæ, cui admonet studiose & diligēter præesse, aut euāgelij prædicatorē. Aut si ita nō est, illud mihi in præsentiarū sufficit, quod & Philemō & Archippus & Onesimus ipse qui literas pferebat, fuerint Colossenses, & eodē tempore, quatuor (ut ante diximus) epistolæ scriptæ sunt. Ad Ephesios uero illā ob causam, quod pro Christo & hic uinctū se esse dicat: & eadē quæ ad Coloss. iusserat, in huius quoq; epistolæ fine præcipiat, ut uxores subijciant uiris, & uiri uxores diligāt, ut filij obediāt parēt ib. ut patres nō prouocēt ad iracundiā filios suos: ut serui obediant dñis carnalib. ut dñi relictis minis, ea seruis quæ iusta sunt, præbeāt: & ad extremū epistolā suā hoc fine concludat: Quid agāt notū uobis faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister in dño, quem misi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa me sunt, & cōsoleť corda nostra. Tychicus aūt is est, qui & ad Colossenses cū Onesimo mittit: & eo tēpore Onesimū habuit comitē, quo Onesimus ad Philemonē literas perferebat. Et Timotheus frater. In alijs epistolis Sosthenes & Siluanus, interdū & Timotheus assumit. In quatuor tantū Timotheus, quia uel eodē tempore, uel præsente Timotheo cæterisq; dictatæ sunt. Quod ego duplici ex causa factū puto, ut & epistola maiorē haberet auB toritatē, quæ nō ab uno scribebat: & quia nulla æmulatio erat inter apostolos, si quid forte Paulo dictante, alij spiritus suggessisset, absq; ulla tristitia addebat Paulus
1.Cor. 14.f in literis quas dictabat. Secundum id quod ipse Corinthijs præcepit, ut si alio prophetāte, alij fuerit reuelatū, taceat ille qui prius prophetabat: Ita ipse quoq; præceptū suū opere cōplebat, & propter pauca quę alio addiderat suggerēte, ut suā ita alterius quoq; epistolam præscribebat: Philemoni (inquit) dilecto. Nō habet in Græco ἠγαπωμένῳ, quod dilectus dicit: sed ἀγαπητῷ, id est, diligibili. Inter dilectū aūt & diligibilē hoc interest, quod dilectus appellari potest & ille qui dilectionē nō meret. Diligibilis uero is tantū qui merito diligit. Denique & inimicos nostros diligere præcipimur: q sunt dilecti, sed nō diligibiles. Amamus quippe illos, nō quia amari merent, sed quia præcipit eos odio nō habēdos. Illud uero quod in quadragesimi quarti psalmi titulo
2.Reg.12.c prænotat, pro dilecto: melius hēt in Græco, pro diligibili, qui locus manifestissime de Christo intelligit. Licet
ידידית enim Iudæi ledidia, hoc est, amatū dei, Salomonē dici putēt, quod ei à deo sit ob sapientiā nomē impositū: tñ amatus dei quis magis dici potest, nisi is de quo in euāgelio pater loquit: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, hūc audite? Denicq; & in Esaia ita
Esa. 5.a scriptū hēt: Cantabo dilecto canticum diligibilis uineæ meę. Vineā facta est dilecto. Et hoc circūcisio de populo Iudaico accipiendū putans, impegit in lapidē offensionis & petrā scandali, non recogitans uineā quæ de Aegypto translata est, esse domum Israel: & Christum hic dici uel diligibilem, uel dilectum, dum & ipse diligi meretur à sanctis, & sancti eum diligunt, offerētes ei magis charitatem, q̄ ulla charitatis præmia postulantes. Scribit igitur Paulus & Timotheus Philemoni charissimo & cooperatori, qui ideo charissimus dictus est, q̄d in eodē Christi opere uersetur. Apphiæ quoq; sorori non habenti in se falsæ aliquid & fictæ germanitatis, & Archippo cōmilitoni, quē arbitror cū Paulo & Timotheo cōtra aduersarios pro Christi nomine dimicantē extitisse uictorē, & propterea nūc cōmilitonē dici, quod in eodē certamine bellocq; superauerit. Scribit etiam ecclesiæ, quæ in domo eius est. Verū hoc ambiguū, utrū ecclesiæ quæ in domo Archippi sit, an eiq; in domo Philemōis. Sed mihi uidet nō ad Archippi, sed ad Philemōis referendū esse personā, cui ipsa quoque epistola deputatur. Nam licet Paulus & Timotheus pariter scribāt ad Philemonē, Apphiam, Archippū, & ecclesiā, tñ in sequētibus approbat Paulū tantūmodo ad Philemonē scribere, & unū cū uno sermocinari. Gratias ago deo meo semper memoriā tui faciens. Hunc aūt morem scribēdi in nonnullis epistolis eius inuenire poteritis, quod cū plures & ad plures in præfatione ponant, postea per totū corpus epistolæ, unus disputans inducat. Illud quod ad Galatas scribens Gal.3.d Apostolus ait: In Christi fide nihil referre, gētilis sit aliquis, an Iudæus, uir an mulier, seruus, an liber, etiā in hoc loco perspicuū fit. Inter duos quippe uiros & apostolicos, inter cooperatorē Pauli & cōmilitonē eius, me diū Apphiæ nomen inserit, ut tali ex utroq; latere fulta comitatu, nō uideatur ordinē sexus habere, sed meriti. Quod aūt ait: Gratia uobis & pax à deo patre nostro & dño Iesu Christo, adhuc à duobus ad plures scribit: & in omnibus pene epistolis æquale principiū est, ut gratiā eis & pacē à deo patre & Christo dño imprecet. Ex quo ostendit unā filij patrisq; esse naturā, cū id potest filius præstare quod pater, & dicit id pater prestare quod filius. Gratia aūt est, qua nullo merito nec opere D saluāmur. Pax qua recōciliati deo per Christū sumus, ut ibi: Obsecramus pro Christo, recōciliamini deo. d ¶ Gratias, etc.] Hæc iam nō ut Paulus & Timotheus, Philemoni & cæteris, sed ut solus Paulus, ad solū Philemonē loquit: Gratias inquiens, ago, & memoriā tui faciēs in orationibus meis. Ambigue uero dictū, utrū gratias agat deo suo semper, an memoriā eius faciat in orationibus suis semper. Et utrūq; intelligi potest. Qui enim præcipit alijs, ut in omnib. gratias agant deo, nullis angustijs poterit coartari, ut gratias semper deo ipse non referat. Si aūt pro sanctis & melioribus quibusq; Paulus semper orabat: Sanctus aūt & Philemō est, tantā habens in se fidē & charitatē, ut non solū auditu ei, sed etiā opere noscerē: & pro Philemone semper orasse Paulum, credibile est, quo scilicet fides & charitas quā habebat in Christo, & in oēs sanctos eius, per communicationē fidei & operationē agnitionis in omni bono, Christi misericordia seruaretur: & de charitate quidem quā habebat in Christo Iesu, & in omnes sanctos eius, non difficilis interpretatio est, qua post deū diligere iubemur & proximos. Nūc hoc quæritur, quomodo eandē fidē in Christo Iesu habere quis possit, & in sanctos eius: ἀπὸ κοινῶ enim resonat charitatē quam habes in dño Iesu & in oēs sanctos eius. Ad expositionem huius loci de Exodo sumamus exemplū: Credidit populus Exod. 19.b deo & Moysi seruo eius: Vna atq; eadem credulitas in Moysen refert & in deū, ut populus qui credebat in dominū, æque credidisse dicat in seruum. Hoc autem nō solum in Moyse, sed in omnibus sanctis eius est, ut qui cūq; credidit deo, aliter eius fidē recipere nō queat, nisi credat & in sanctos eius. Non est enim in deū perfecta dilectio & fides, quæ in ministros eius odio & infidelitate tenuat. Quod autē dico, tale est: Credidit quispiā in cōditorē deū, nō potest credere, nisi prius credideritde

A de sanctis eius uera esse quæ scripta sunt, Adā à deo plasmatum: Euam ex costa illius & latere fabricatā: Enoch translatum: Noe naufrago solum orbe seruatū: Quod primus Abraham de terra sua & cognatione iussus exire, circuncisionem quam in signum futuræ prolis acceperat, posteris dereliquit: Quod Isaac oblatus, uictima sit: & p illo aries immolatus, coronatusq; sentib. passionē dñi deformarit: Q̄d Moyses & Aarō decē plagis Aegyptū afflixerint. Q̄d ad uocē Iesu filij Naue precesq; steterit sol in Gabaō, & luna in ualle Ailon. Longū est diuersa iudicū gesta percurrere, & totā Samson fabulā, ad ueri solis (hoc quippe nomē eius sonat) trahere sacramentū. Ad Regū libros uenia, quando in tēpore messis obsecrāte Samuele, pluuiæ de cœlo & flumina repēte manarūt: & Dauid unctus in regē est: & Nathā & Gad prophetauerūt mysteria, cū Elias igneo raptus est curru: & Eliseus spiritu duplici, mortuus mortuū suscitauit. Hæc & cætera quæ de sanctis scripta sunt, nisi qs uniuersa crediderit, in deū sanctorū credere nō ualebit: nec adduci ad fidē ueteris testamēti, nisi quæcū que de patriarchis & pphetis, & alijs insignib. uiris narAl. acuh 2.d rat historia cōprobarit, ut ex side legis, ad fidem ueniat
Luc. 19.a euāgelij, & iustitia dei in eo reueleť ex fide in fidē, sicut scriptū est: Iustus aūt ex fide uiuit. Præcipit & in alio loco: Sācti estote, q̄m ego sanctus sum, dicit dñs deus uester. Eadē sanctitas seruis debet & dño, & sanctificās qpe & sanctificati ex uno oēs. Non putemus seuē Philemōis prædicationē, si eandē fidē habeat in sanctos quā
B & in deū. Qui credit deū sanctū esse, utiq; nō errat. Q̄d si quis hominē qui sanctus nō est, sanctum esse crediderit, & dei eum iūxerit societati, Christū uiolat: cuius corporis oēs mēbra sumus. Qui dicit, inquit, iustū iniustū & iniustū iustū, abominabilis utercq; apud deū est: simi
1.Cor. 6.d liter qui sanctū dicit esse non sanctū: & rursum non sanctū asserit sanctū, abominabilis apud deum est. Oēs credētes (secundū Apostolū) Christi corpus efficiunt. Qui in Christi corpore errat & labit, asserēs mēbrū eius uel sanctū esse, cū non sit: uel nō sanctū esse, cū sanctū sit, uide quali crimine obnoxius fiat: Væ (ait Esaias) qui di-
Esa. 5.c cūt dulce amarū, & amarū dulce: ponētes tenebras lucē, & lucē tenebras. Dulce puto esse sanctimoniā, amarū quod sanctimoniæ contrariū est: æque lux sanctimonia intelligi potest, tenebræ cōtrariæ sanctitati. Quis putas è nobis probādis numismatib. callidus trapezita, nō errabit in discretione sanctorū. Qui cū in deum uel sanctos eius æqualē charitatē habuerit & fidē, ipsius fidei cōmunicationē debet habere nō disparem, ut sicut credit & diligit, ita dilectionem suā & fidē opere consumat. Vnde ait: Euidēs fiat in agnitione omnis boni: siue ut in Græco melius habet, efficax. ἐνεργὴς cūm proprie transferri potest, efficax siue operatrix, ut non solū fidē nobis & charitatē in deū & in sanctos eius sufficere posse credamus: sed id quod credimus, opere cōpleat. Potest aūt accidere, ut quis habeat fidē, & eā opere consu-
Rom. 10.d met: uerū simpliciter & nude nō habens agnitionē, nec scientiā eius, iuxta illud Apostoli: Cōfiteor zelū dei habēt, sed non secundū scientiā. Sūt hodie plericq; simpliciū, qui faciunt opera iustitiæ, & nō habent eorum quæ ipsi operantur scientiā. Vnde addidit: Vt communicatio fidei tuæ operatrix fiat in agnitiōe omis boni. Quātis gradib. quātisq; saltibus, apostolicus in altiora sermo se tēdit. Habet quispiā charitatem & fidem, in deum & in sanctos eius: sed forsitā nō æquali eā in oēs lāce cō-

Gāudium enim magnum habuimus & consolationem in charitate tua, quia uiscera sanctorum requieuerunt per te frater. Prōpter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu, imperandi tibi quod prodest, propter charitatem magis obsecro, quum sis talis ut Paulus senex: nunc autem & uinctus Iesu Christi. Obsecrō te de meo

municet. Cōmunicet forsitā in cūctos, sed opere nō exC pleat, uolūtate impleat aliquis & opere, sed gestorū suorū perfectā habere nō potest notionē. Sit talis quoq; & opus habeat & scientiā, sed nō omnis hēt boni. Multa em̄ iuste, māsuete, studioseq; ppetrās, impar est suis in aliqua parte uirtutib. An nō talis Philemō? Habet quippe cōmunicationē operatricis fidei & charitatis in agnitione omnis boni. Quæ cum in apostolis sit, nō eam putemus ob id tantū esse perfectā, si in illis sit: sed in eo totā esse, quia Christi est, ut quicq̄d boni & in Philemone laudat, & de apostolorū exēplo sumit, inde bonū sit, quia de fonte Christi ducat. a ¶ Gaudium, etc.] Plenius inculcat & edocet, quare dixerit: gratias ago deo meo semper memoriā tui faciēs in orationib. meis. Dignū siquidē erat agere gratias deo sup charitate Philemonis, qui internū cordis affectū, & profundos animi sanctorū recessus suscipiendo refecerat. Et hoc idioma apostolicū est, ut semper uiscera uocet, uolēs plenā mentis ostēdere charitatē. Vnde gaudēs cū gaudentib. & cū his qui requieuerāt, refectū esse credens: hēt lętitiā non transitoriā & leuem, & quæ fortuito possit accidere, sed magnā, & prout erat in Philemone charitas, emineritē: quam augebat cōsolatio super Philemonis charitate descēdens, plena à patre misericordiarū, & deo totius cōsolationis. b ¶ Propter, etc.] Multis in Philemonem laudibus ante præmissis, cum tes talis sit, pro qua rogaturus est quæ & præstanti sit utilis & roganti, potest Paulus magis imperare q̄ petere. Et hoc ex fiducia illa ueniebat, quod qui rāta ob Christū opera perpetrarat, utiq; impar sui in cæteris esse non poterat. Sed uult magis petere q̄ iubere, grādi petētis autoritate propositā, per quā & Apostolus obsecrat, & senex & uinctus Iesu Christi. Totū aūt pro quo rogat, illud est: Onesimus seruus Philemonis, fugā furto cumulans quędā rei domesticæ cōpilarat: hic pergens ad Italiā, ne in proximo facilius posset apprehendi, pecuniā domini per luxuriam prodegerat. Hoc ne quis putet temere, & ut libet, à nobis fictū, in sequentibus discat. Nunquā enim Paulus diceret: Si quid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa: Ego Paulus scripsi manu mea, ego reddam. Nec ipsōsor rei fieret ablatæ, nisi esset id quod ablatū fuerat dissipatū. Hic igit cum ob confessionē Christi, Paulus Romæ esset in carcere, credidit in Christū, & ab eo baptizatus, digna pœnitētia, maculas uitæ prioris abstersit, in tantū ut is Apostolus cōuerſiōis eius testis fieret, qui quondā Petrū increpauerat, nō recto pede in euangelij ueritate gradientē. Quantū igitur ad peccatū & ad facinus pertinet, quo dñm læserat, ueniā non meretur: quantū uero ad Apostoli testimoniū, qui scit eum plene esse cōuersum, grandi pondere premitur qui rogat, ut qui è seruo fugitiuo atq; raptore, minister apostoli factus erat. Quod autem aliud habebat apostolus ministeriū nisi euāgelij Christi Iesu, tam non quasi à dño, sed quasi à cōseruo, & eo euangelista, ignosceret ei qui seruus esset Christi similiter & minister. c ¶ Obsecro.] Volēs impetrare quod postulat: iam nō pro seruo Philemonis, sed pro filio suo se asserit deprecari, & illō filio quem genuerit in uinculis euangelij, hoc est, quæ pro Christi euangelio sustinebat: qui cum ante inutilis dño suo tantum fuerit: nec enim seruus fur atq; fugitiuus alteri nocuit, nisi dño suo: nūc ecōtrario utilitatis cōpensatiōe, qua ipsi dño & Paulo utilis est: cæterisq; per Paulum, plus charitatis meret q̄ odij ante meruerat. Vnde

aliī

A ait: Qui ubi aliquādo inutilis fuit. Tibi, inquit, soli, nō cæteris: nunc autem & mihi & tibi utilis. Vtilis dño in eo, quia posset & Paulo seruire pro domino suo. Paulo uero in eo utilis, quia in illo carcere uinculisq; detēto, posset ei in euāgelio ministrare. Simul autem admiran dū de magnanimita te Apostoli, & in Christum mente feruētis. Tenet in carcere, uin culis stringitur, squa lore corporis, charo rum separatione, pœ nalib. tenebris coarta tur, & non sentit inu riā, nō dolore crucia tur. nihil nouit aliud nisi de Christi euāge lio cogitare. Sciebat seruum, sciebat fugiti uum, sciebat aliquan do raptorē ad Christi fidē esse conuersum. Grādis laboris est ta lē hominē in eo perseuerare qđ cœpit. Idcirco filiū suū & filiū uinculorū & ministrū euangelij in uinculis con stituti, inculcat ac replicat, ut Philemō ille prudenter & dispēsatorie tantū in præfatione laudatus, non auderet negare, ne suis laudibus uideret indignus. Quod autē ait: Tu autem illum, id est, mea uiscera suscipe: hoc est, quod paulo ante dixi, uiscera significare internum cor dis affectum, & plenam ex animo uoluntatem, cum to tum quicquid in nobis est, suscipit à rogato: Alias autē omnes liberi, uiscera sunt parentū. *a ¶ Sine consilio au tem, etc.*] Hoc quod à pleriscq; quæritur, & sæpissime re
B tractatur, quare deus hominem faciens, non eum bo num rectumq; cōdiderit, de præsenti loco solui potest. Si enim deus uoluntarie & nō ex necessitate bonus est, debuit hominē faciens, ad suam imaginem & similitu dinē facere: hoc est, ut & ipse uoluntarie & nō ex necessitate bonus esset. Qui aūt asserunt ita eum debuisse fie ri, ut malū recipere non posset, hoc dicunt: talis debuit fieri qui necessitate bonus esset, & non uolūtate. Quod si talis fuisset effectus, qui bonū non uoluntate, sed ne cessitate perficeret: nō esset deo similis, qui ideo bonus est, quia uult, non quia cogitur. Ex quo manifestū est rem eos inter se postulare cōtrariam. Nam ex eo quod dicunt, debuit homo deo similis fieri: illud petunt, ut li beri fieret arbitrij, sicut deus ipse est. Ex eo autē quod inferunt: talis debuit fieri, qui malū recipere non pos set, dum necessitatem ei boni important, illud uolūt, ut homo deo similis non fieret. Potuit itaq; & apostolus Paulus absq; uoluntate Philemonis, Onesimum sibi in ministeriū retinere. Sed si hoc sine uoluntate Philemo nis fecisset, bonum quidem erat, sed nō uoluntarium: Quod autem non erat uoluntarij, alio genere argue batur non esse bonum. Nihil quippe bonum dici po test, nisi quod ultroneum est. Ex quo Apostoli conside randa prudentia est: Qui idcirco fugitiuum seruum re mittit ad dominū, ut prosit domino suo, qui prodesse non poterat, si domino teneret absente. Superior ergo quæstio ita soluitur: Potuit deus hominem sine uolun tate eius facere bonum. Porrō si hoc fecisset, nō erat bo num uolūtarium, sed necessitatis: Quod autem necessi tate bonum est, non est bonum: & alio genere malū ar guit. Igitur proprio arbitrio nos relinquens, magis ad suam imaginem & similitudinem fecit. Similem autem deo esse, absolute bonum est. *b ¶ Forsitan, etc.*] Non nunq; malum occasio fit bonorū, & hominū praua cō silia, deus uertit ad rectū. Quod dico manifestius exem plo fiet. Ioseph fratres sui, zeli stimulis incitati, Ismaeli tis uiginti aureis uēdiderūt. Hoc initiū & patri & fratri bus & omi Aegypto bonorū omniū fuit. Denicq; ipse po stea ad fratres: Vos, inq;t, cogitastis de me mala, & deus cogitauit de me bona. Simile qd C & in Onesimo possu musintelligere, quod mala principia, occa siones fuerint rei bo nę. Si enim dñm non fugisset, nūq; uenisset Romam ubi erat Pau lus uinctus in carce re. Si Paulū in uincu lis nō uidisset, nō rece pisset fidē in Christū. Si Christi nō habuis set fidē, nunq; Pauli effectus filius, in o pus euangelij mittere tur. Ex quo paulatim & per gradus suos, re ciprocante sententia, ideo ministereuāgelij

meo filio quē genui in uinculis Onesimo, q tibi aliquā do inutilis fuit: nūc aūt & tibi & mihi utilis est, quē remi si tibi. Tu aūt illū, id est, mea uiscera suscipe, quē ego uo luerā mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in uin culis euāgelij. Sine consilio aūt tuō nihil uolui facere, ut nō quasi ex necessitate bonū tuū esset, sed uoluntarium. Forsitā enim ideo discessit ad horā à te, ut æternū illū re ciperes, iam nō sicut seruū, sed plus seruo, fratrē charissi mū, maxime mihi: quāto magis autem tibi & in carne & in domino. Si ergō habes me socium, suscipe illum sicut me. Si aūtē aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi impu ta. Egō Paulus scripsi manu mea. Ego reddam, ut non dicam

est factus Onesimus, qa fugit à dño. Pulchre aūt addēs, forsitā, sententiā tēperauit. Occulta sunt quippe iudicia dei, & temerariū est quasi de certo, pnunciare quod du biū est. Forsitā, inqt, ideo discessit: caute, timide, trepidā ter, & nō toto fixo gradu: ut si nō posuisset forsitā, om nibus seruis fugiendū esset ut apostolici fierent. Quod aūt ad horā iūxit: horā pro tēpore debemus accipere. Ad cōparationem enim æternitatis, omne tēpus breue est. Vt æternū illū reciperes. Nullus æternus dñs serui sui, potestas qppe eius & utriusq; conditio, morte finit. Onesimus uero qui ex fide Christi factus æternus est, æterno Philemoni, qa in Christū & ipse crediderat, spi ritu libertatis accepto, iā nō seruus sed frater cœpit esse de seruo, frater charissimus, frater æternus, æterno & ip si apostolo dñoq; suo, cui Onesimū ut carnis ante cōdi tio, ita postea spiritus copulabat. Et tunc quidē quādo erat ei subiectus in carne, nō erat ei iūctus in dño: nunc aūt ei & in carne iunctus est & in dño. Ex quo intelligi mus seruū qui crediderit in Christo, duplici dño suo le ge cōstringi, ut ei & carnis necessitate iungat ad tēpus, & in æternū spiritu copuleť. *c ¶ Si ergo, etc.*] Philemon Paulum sociū habere cupiebat, & in Christū credēs, ta les utiq; uolebat habere effectus, ut Paulo similis fieret & ei cōmunicaret in uinculis. Cōsyderemus ergo quā tū hic laudetur Onesimus, quantū profecisse dicatur, cum ita recipiēdus sit ut apostolus: & sic eius dominus ut Pauli debeat desyderare consortiū. Breuiter quod di cit tale est. Si me uis habere consortem, habeto & Ones simum, quem ego cōsortem & filium meū & uiscera mea habeo: quē si nō susceperis, nec habere uolueris, & ipse intelligis quod me habere non possis. *c ¶ Si aūt, etc.*] Imitator domini sui & Christum in se loquentē habēs, ea iuxta uires suas debet facere quæ Christus. Si enī ille infirmitates nostras portauit, & plagas nostras doluit: iuste Apostolus pro Onesimo se opponit, & spondet quæ ille debebat. Vt aūt supra diximus totum illud est, quod ablatum furto & per luxuriam perditum, nō po terat absolui, quod Philemon grandi precio pensabat, dum pro seruo fugitiuo & pecunia perdita, & fratrem charissimum, & fratrem reciperet æternum, & per eum sibi Apostolum faceret debitorem. *c ¶ Ego Paulus scri psi manu mea: Ego reddam, etc.*] Quod dicit tale est: Quod Onesimus furto rapuit, ego me spondeo redditurum, cuius sponsionis, epistola hæc & manus testis est pro pria, quā non solito more dictaui, sed mea manu ipse conscripsi. Crede igitur mihi pro Onesimo pollicenti.

Hoc

A Hoc autem dico quasi ad extraneum loquēs. Cæterum si ad ius meum redeam, propter sermonē Christi, quē tibi euāgelizaui, & Christianus effectus es, teipsum mi hi debes. Qđ si tu meus es, & tua omnia mea sunt, One simus quoq; qui tuus est, meus est. Poterā igitur eo uti ut meo, sed uoluntari tuæ relinquo, ut mer cedem habeas igno scendo. *a ¶ Ita, etc.*] Proprietatē Græcam Latinus sermo nō ex plicat. Qđ enim ait ναὶ ἀδελφε, ναὶ quod dā quasi aduerbium blādientis est. Nos au tē interpretantes, ita frater, aquatius & dilutius nescio quid magis aliud q̄ id quod est scriptū sonamus. Sicut enim ναὶ illud Hebraicū, pro quo frequēter Lxx. inter pretes ὠδὴ trāstulerūt, in lingua sua significat deprecā tis affectū: unde nōnunquā Symmachus pro ana ἱκε τευε, hoc est, obsecro trāstulit: Ita & nos eandē in Græca lingua uim patimur, quā Greci sustinēt in Hebræa. Qđ aūt ait: Ego te fruar in dño, aliud multo intelligit q̄ pu tat. Apostolus non fruit nisi eo qui multas in se hēt con cinnentesq; uirtutes. Et totū quod Christi dicit pro ua rietate causarū, sapientiā uidelicet, iustitiā, continentiā, mansuetudinē, tēperantiā, castitatē: has imprecat Phile moni, ut cū his abūdauerit, ipse eo perfruēs impleatur. Et ne putes illam fruitionē dici qua nos sæpe nostri inter nos præsentia delectamur: addidit in dño, ut ex eo quod dñi nomen adiunctū est, intelligeretur & alia esse fruitio, qua quis absq; dño perfruat. *b ¶ Refice, etc.*]

B Sicut ipse frui uult Philemone in dño, ita uiscera sua Onesimū, quē & superius eodē nomine appellauit, re fici uult per Philemonē. Et ambigue dictū, utrū uiscera Pauli in Christo Onesimus sit: an uiscera Pauli Ones imus per Philemonē in Christo reficiēda sint. Si supius accipere uolueris, recte Pauli in Christo uiscera dicent Onesimus, quē in uinculis Christo genuit. Si posteri us, in Christo reficiendus est Onesimus à Philemone, dū eius in Christo sermonib. erudit. *c ¶ Cōfidens, etc.*] Qui præsumit de eo quem rogaturus est, ipsa quodam modo præsumptiōe præiudicat, ne ei negare liceat qđ rogatur. Porro si scit ille qui postulat plusquā rogauit rogatum esse facturum, ideo minora petit, ut habeat ro gatus uolūtariam & maiorem præstatione mercedem. Si autem Philemon hæc ad hominis præceptum facit, quanto magis faciet ob dilectionem dei. Vnde merito Apostoli uoce laudatur, quod mādata eius opere præ uertat, & possit dicere: Voluntaria oris mei cōplaceant tibi domine, plusq; faciens q̄ præceptū est, uincat eos qui tantummodo imperata fecerunt, & iubētur dicere: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Virginitas quoq; propterea maiori præmio coronat, quia præceptum domini non habet, & ultra imperata se tendit. *d ¶ Simul autem, etc.*] Non puto tam diuitem fuisse Apostolum & tantis sarcinis occupatū, ut de præ parando ageret hospitio, & non una contentus cellula, breue corporis sui spaciū, ædes amplissimas existima ret: Sed ut dum eum spectat Philemon ad se esse uentu rum, magis faciat quod rogatus est. Si autem hoc non dispensatorie, sed uere quis existimat imperatum, ut si bi hospitiū præparet, apostolo magis quām Paulo ho spitium præparandum est. Venturus ad nouam ciuita tem, prędicaturus crucifixum, & inaudita dogmata de laturus, sciebat ad se plurimos concursuros: & necesse erat, primum, ut domus in celebri esset urbis loco ad quam facile cōueniretur. Deinde ut ab omni importu nitate uacua, ut ampla, quæ plurimos caperet audien tium, ne proxima spectaculorum locis, ne turpi uicinia C detestabilis: postremo ut in plano potius esset sita q̄ in cœnaculo. Quam ob causam eū existimo etiā Romæ in conducto māsisse biennio. Nec parua, ut reor erat mā sio, ad quā Iudæorū turbæ quotidie cōfluebāt. *e ¶ Spe ro enim, etc.*] Filiū pa tri, deus rogatus in dulget: & frater sæpe fratris oratione seruatur. Apostolus autem totius ecclesiæ preci bus cōceditur, ob eo rum qui eum audiru ri sunt utilitatem. Et hoc donum, nō tam dicam tibi, quia & ipsum te mihi debes. Itā frater ego te fruar in domino: Rēfice uiscera mea in Christo. Cōfi dens de obediētia tua scripsi tibi, sciens quoniam super id quod dico facies. Simūl autem & præpara mihi ho spitium. Spēro enim per orationes uestras donari me uobis. Sālutat te Epaphras concaptiuus meus in Chri sto Ie su, in eum dicit esse qui differt à martyrio ad martyrium præparatus, q̄ in eos ad quos apostolus mittit. Quod aūt crebrō Paulus in carcere fuerit, & de uinculis libe ratus sit: ipse in alio loco dicit: In carceribus frequēter, de quibus nonnunq; domini auxilio, crebro ipsis per 2. Cor. 11. c secutoribus nihil dignum in eo morte inueniētibus di mittebat. Necdū enim super nomine Christiano sena tusc̄osulta processerāt: necdū Christianū sanguinē Ne ronis gladius dedicarat. Sed pro nouitate prædicatio nis, siue à Iudæis inuidētibus, siue ab his qui sua uide bant idola destrui, ad furorē populis cōcitatis, missi in carcerē, rursum impetu & furore deposito laxabantur. Et hoc ita esse ut dicimus, apostolorū acta testantur, in quibus & Felix loquitur ad Agrippā, potuisse dimitti Paulum, si nō appellasset Cæsarē. Et quia nullā inuene Act. 25. d rit causam præter quæstiones quasdā de religione pro pria, & de quodā Iesu quē Paulus uiuere prædicabat. Ex quo animaduertimus, & à cæteris iudicibus simili ter eos potuisse dimitti: id agēte dño ut in toto orbe no ua prædicatio dissemin aretur. *f ¶ Salutat te Epap. etc.*] Id qđ in principio dicebamus, qm̄ ad Colossenses epi D stola eodem in tēpore, & per eundē esset scripta baiulū literarū, quo ad Philemonē quoq; scriptū est: etiam eo rū qui salutantes inducunt nomina docent. Nam & in ipsa ita scribit: Salutat uos Aristarchus cōcaptiuus me us, & Marcus cōsobrinus Barnabę, & Epaphras qui est ex uobis seruus Christi. Et paulo inferius: Salutat uos Lucas medicus charissimus, & Demas: & dicite Archip po: uide ministeriū quod accepisti in dño, ut illud im pleas, & memores estote uinculorū meorum. Si aūt ex eo aliquis nō putat pariter scriptas, quod ad Colossen ses pauca sint nomina quæ hic nō ferant assc̄ripta: sciat nō omnes omnibus aut amicos esse aut notos: & aliud esse priuatam ad unum hominē, aliud publicā ad uni uersam ecclesiā epistolā fieri. Salutat te inqt, Epaphras cōcaptiuus meus in Christo Iesu. Quis sit Epaphras cō captiuus Pauli, talē fabulā accepimus. Aiunt parentes apostoli Pauli de Gyscalis regione fuisse Iudææ: & eos cū tota prouincia Romana uastaret manu, & dispergerent in orbe Iudæi, in Tarsum urbē Ciliciæ fuisse trans latos: parentū conditionē adolescentulū Paulū secutū: Et sic posse stare illud quod de se ipse testat: Hebrei sunt & ego: Israelitæ sunt & ego, semē Abrahæ sunt & ego. Et rursum alibi: Hebræus ex Hebræis, & cætera quę illum Iudæum magis indicant quàm Tarsensem. Quod si ita est, possumus & Epaphram illo tempore captum su spicari, quo captus est Paulus: & cum parentibus su is in Colossis urbe Asiæ collocatum, Christi postea re cepisse sermonem. Vnde ad Colossenses ut supra dixi mus scribitur: Salutat uos Epaphras qui est ex uobis, seruus Christi, semper solicitus pro uobis in oratioñi bus. Hoc si se ita habeat, & Aristarchus qui conca ptiuus eius in eadem epistola dicitur: ad eandem in telligentiam deducetur, nisi forte reconditum aliquid

& su-

A & iactatum ut quidã putant in uerbo captiuitatis ostẽdit: quod capti pariter & uincti, in uallem hanc adducti sint lachrymarũ. Quod si neutrũ recipitur, ex eo quod hic additũ est in Christo Iesu: possumus suspicari eadẽ cum Romæ pro Christo uincula sustinuisse quę Paulũ:

sto Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas cooperatores mei. Grãtia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro.

& ut uinctũ Christi, ita captiuum quoq; eius potuisse dici. Aut certe ita, quod nobilis & ipse sit in apostolis, ut Andronicus & Iulia, de quibus ad Romanos scribitur: Salutate Andronicum & Iuliam cognatos & cõcaptiuos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui & ante me fuerũt in Christo Iesu. Hæc de Epaphra. Cæterum cooperatores euangelij & uinculorum suorum, cum ad Philemonem epistolam scriberet, Marcum ponit, quem puto euangelij conditorem, & Aristarchum cuius supra fecimus mentionem, & Deman de quo in alio loco queritur: Demas me dereliquit diligens præsens seculum, & abijt Thessalonicam. Et Lucam medicum, qui euãgelium & Actus apostolorum ecclesijs derelinquẽs, quomodo apostoli de piscatoribus piscium, piscatores hominũ facti sunt: ita de medico corporum, in medicum est uersus animarum, de quo & in alio loco: Misi, inquit, cũ illo fratrem, cuius laus est in euãgelio per omnes ecclesias, cuius liber quotienscunq; legitur in ecclesijs, totiens eius medicina non cessat. *a* ¶ *Gratia domini, etc.*] Sicut à meliore parte hominis capite numerat populus Israel, dicente scriptura, secundum capita eorũ: ita in toto qui dẽ homine & in omni parte sanctorũ, gratia est domini Iesu Christi. Sed à maiori & meliori parte: id est, spiritu, per synecdochen, de toto homine dicitur. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro. Cũ autem in spiritu gratia fuerit, totum facit hominẽ spiritualem: ut & caro spiritui seruiat, & anima nõ uincatur à carne, & redacta simul in substantiam spiritualem adhæreant domino, quia qui adhæret domino, unus spiritus est. Interpretatur autem secundum Iudæos Paulus, admirabilis. Timotheus, beneficus. Philemon, mire donatus, siue os panis: ab ore, non ab osse. Aphia, continens aut libertas. Archippus, lõgitudo operis. Onesimus, respondens, Epaphras, frugifer & uidens siue succrescẽs. Marcus, sublimis mandato. Aristarchus, mõs operis amplioris. Demas, silens. Lucas, ipse consurgens. Quæ si nomina iuxta interpretationẽ suam uolueritis intelligere, non est difficile, admirabilem atq; beneficum præcipue ad eũ scribere, cui uniuersa concessa sint uitia, & os eius pateat ad cœlestem panem. Deinde ad continentem & liberam & ad longitudinem operis, quod nunquam à sancto labore desistat. Scribere autẽ pro eo qui respõdeat testimonio suo, necnõ ei cui specialiter epistola dedicatur, salutari ab ubertate crescente: Et eum qui factus sit per mandata sublimior illo: qui per maiora opera in montem usq; succreuerit: ab eo quoque qui posuit custodiam ori suo, & ostium munitũ labijs suis, qui idcir co forsitan siluit, quia ad modicum Apostolum derelinquerat: Et ad extremum ab eo qui per se ipse cõsurgens quotidie augeatur, processusq; habeat, dum eius euangelio orbis implet: & totiens crescit, quotiens auditus & lectus ædificat.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM FINIS.

PROOEMIVM COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS DIVI PAVLI

ITERIS tuis mihi cursim allatis, & laboribus & curis in sacris codicibus desudare me cogis, iam mihi senescente corpore, & uiribus lassescentibus Heliodore sancte: idq; in epistolis beati Pauli apostoli, quæ & scientia prædicatoris & lima iustitiæ tam magnæ & prædicando & docendo testimonio spiritus sancti prolatæ atq; dilatatæ sunt, ut comparare aut coæquare ueteri testamento & euangelicæ doctrinæ non dubitemus: ipse enim reuelante sibi spiritu sancto cognouit, dum se raptum esse usq; ad tertium cœlum in corpore aut extra corpus asserit: hoc est, usque ad tertiam legem ueteris nouiq; testamenti. In corpore aut extra corpus: id est, neque per legem naturæ, neque per legem literæ, sed per spiritum sanctum ei, omnibus apostolis minimo, nouissime datum per Iesum Christum dominum nostrum, per quem habemus accessum in gratia ista, in qua & stamus & gloriamur. Nos uero simpliciter exposuisse breuibusq; sermonibus comperies. Eius nempe epistolæ magnificentius ab omnibus sapientibus & interpretantur & prædicantur.

COMMENTARIA IN EPISTOLAM PAVLI AD ROMANOS.

B PAulus.] Quærimus quare Paulus scribat, cũ Saulus antea sit uocatus? Quod ex more sanctorum fecisse credẽdum est, qui in uiris proficientes, mutato nomine sunt uocati, ut essent etiam ipso nomine noui, ut Abraham & Sara & Cephas. Aliter. Paulus. Sicut aliorũ sanctorũ tam in ueteri q̃ in nouo testamento: id est, Abraham & Petri & cæterorum, profectu & incremẽto meritorum mutata sunt nomina: ita & Paulus in gratia proficiẽs nomẽ sibi ipse mutauit. *b* ¶ *Seruus Iesu Christi, etc.*] A seruo cœpit, exemplum nobis humilitatis ostẽdẽs, quasi imitator eius qui exinaniuit seipsum, formã serui accipiens, & humiliauit seipsum, factus obediens usq; ad mortẽ, propter quod & deus illum exaltauit: & hic per fidele primum seruitium meruit apostolatum. Item non secundũ timorem, sed secũ Gal.2.d dum dilectionem, sicut ipse dicit: Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus. *c* ¶ *Vocatus apost. etc.*] Iam in præsentia ad hoc uocatus ut esset apostolus. Itẽ ostendit non solum uocatũ se ad apostolatus gratiam, sed & segregatũ in prædicationem gentium, ut ipse memorat. Nos in gẽtibus, ipsi autem in circũcisione. Vocatus ergo à Christo ad apostolatũ: segregatus autẽ in Act.13.d prædicationẽ gentium, ut ostendat unã esse substãtiam patris & filij & spiritus sancti. *d* ¶ *Segregatus.*] Sicut in Actibus apostolorũ spiritus sanctus dicit: Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus ad quod elegi eos. *e* ¶ *In euang. etc.*] Euangelium, Latine bona annunciatio dicit, natiuitatis scilicet Christi, passionis & resurrectionis & in cœlũ ascẽsionis. *f* ¶ *Quod ante promiserat, etc.*] Ostendit se Christum non alium prædicare, q̃ eum cuius euangelũ prophetæ ab Hierusalẽ promiserant esse D uenturum. *g* ¶ *In scripturis, etc.*] Ipsos asserit dei prophetas esse, & illas scripturas sanctas quę de Christo ante cecinerũt. Verũ totus hic locus contra Manichæos facit, ubi dicit, q̃ euangeliũ ante sit ꝓmissum, & per ꝓphetas dei & in sanctis scripturis, & qd̃ Christus secundũ carnẽ ex Dauid stirpe, id est de Maria uirgine sit creatus, secundum quod prædixerat Esaias. *h* ¶ *De filio, etc.*] Esa.7.c Multi filij gratia, hic natura: cuius etiã in carne natiuitas dissimilis cæteris inuenitur, eo quod ex uirgine natus est. *i* ¶ *Qui factus est ei ex semine Dauid.*] Factus per spiritũ sanctũ. *k* ¶ *Secundũ, etc.*] Addendo secundũ carnem, & Fotinũ excludit & Arium. Si enim secundum carnẽ factus est, secundũ uerbi utiq; substãtiam factus non est. *l* ¶ *Qui prædest. etc.*] Dicendo: in uirtute, ostendit non solitum humanæ naturæ esse conceptũ, sed absq; uirili semine ex uirgine procreatũ. Inferendo autem. *m* ¶ *Secundum spiritum.*] Ostendit creatorem suũ spiritum sanctũ. Itẽ ut sit in omnibus ipse primatũ tenens, secundũ spiritum sanctificationis prædestinatus, ut prior omnib. in incorruptibilitatis uirtute surgeret, & uiã resurrectionis dei filijs aperiret. De quibus ipse dicit: Quia filij dei cũ sint filij resurrectionis. *n* ¶ *Ex resurrectione.*] Non omnium resurgentium, sed ad Christum pertinentium. In ipso Christo resurrectionis forma est. *o* ¶ *Per quem accepimus.*] Gratiam in baptismo, apostolatum, quando à spiritu sancto directus est.

AD ROMANOS

PAVLVS seruus Iesu Christi uocatus apostolus, segregatus in euãgeliũ dei, qd̃ ante prõmiserat per prophetas suos in scriptũris sanctis de filiõ suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem: qui prædestinatus est filius dei in uirtute secundum spiritũm sanctificationis. Ex resurrectiõne mortuorum Iesu Christi, domini nostri. Per quẽm accepimus gratiam, & Apostolatũ, ad

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A Apostolus enim Græce, Latine missus dicitur. Item recto ordine, accepta gratia, honorem apostolatus meruisse se dicit. *a* ¶ *Ab obediendum fidei.*] Ostendit euangelij gratiam obedientibus prædicandam. *b* ¶ *In omnibus gentibus.*] Apostolatū accepit, ut iam nō legi, sed fidei obediret. *c* ¶ *Pro nomine eius, etc.*] Vice nominis eius fungimur, ut ipse ait: Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Et iterum: Matt. 10.d Qui uos recipit, me recipit. *d* ¶ *In quibus estis, etc.*] Et in uobis: id est Romanis apostolatum accepimus. *e* ¶ *Omnibus qui sunt Rome, etc.*] Hoc est omnibus credentib. quos æqualiter diligit deus sine acceptione personæ Iudæi uel Græci. *f* ¶ *Vocatis sanctis.*] Sāctis uocatione dei, nō meritis facti. Item idcirco dicit, sanctis, qm̄ gratiam spiritus sancti habentib. prædicabat. *g* ¶ *Gratia uobis & pax, etc.*] Talis est ubiq; salutatio eius, ut & commemoret in nobis beneficia dei, & optet in nobis B integra permanere, quia & gratis nobis peccata dimissa sunt, & reconciliati sumus deo per mortē filij eius. Cōmonet etiam pacificos esse debere, unam eademq; gratiā consecutos. *h* ¶ *Primum quidem gratias ago deo meo, etc.*] Natura, deus omnium est, merito & uoluntate paucorū: ut deus Abraham, secundum quod hic suum nominat deum. *i* ¶ *Per Iesum Christum pro omnibus uobis.*] Hoc est, non pro Iudæis solis. *k* ¶ *Quia fides uestra annunciatur in uniuerso mundo, etc.*] Ostendit quomodo Romanorū fides omnibus ecclesijs cognita sit: Vel certe quod eadē fides quam Romani tenent, in uniuerso mūdo ab apostolis prædicetur. Item prudenter laudat, ut prouocet ad profectum: Siue quia omni mundo mirum fuit Romanos credidisse, qui idolorum nimia fuerant cultura possessi, ita ut omnium gentium dijs quas uicerant deseruirent. Sed & simpliciter eorum fidem laudasse credendum est, cuius nunc deuotio demonstrat. *l* ¶ *Testis enim mihi est deus, etc.*] Hoc est, in toto corde meo & prompta deuotione mea deseruio. Si enim uolens hoc ago, mercedem habeo. Siue uerbū hic spiritū nominauit, ut est illud: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. *m* ¶ *Quod sine intermissione.*] Hic ostēdit se omnia ex dilectione dicturū, ut liberius audiatur, & dat exemplum sine intermissione orandi. *n* ¶ *Obsecrans, etc.*] Qua liberatione ad uos quādoq; perueniam in uoluntate dei. Aliter enim prosperum iter non habeo, nisi me uoluntas dei quæ omnia nouit illuc direxerit, ut aliquem habeam fructum. Act. 16.g Vnde in Actibus apostolorū legimus, eos aliò ire uo- Iacobi 2 lentes, aliò destinatos. Siue secundum illud Iacobi: Si deus uoluerit & uixerimus, faciemus hoc uel illud. *o* ¶ *Si quomodo tandem, etc.*] Demonstrat se cuncta quæ agebat, ex dei gerere uoluntate. *p* ¶ *Desydero enim ui. etc.*] Hic ostēdit quomodo eos superius laudauerat qui ad confirmandum aliquid gratiæ indigent spiritualis. *q* ¶ *Vt aliquid impertiar gratiæ uobis.*] Romanos Petri prædicatione fidem tenentes confirmare se uelle Paulus dicit, non quo minus accepissent à Petro, sed ut duobus apostolis, testib. atq; doctoribus, eorū roboraretur fides. *r* ¶ *Id est, etc.*] Vt per cōmunē fidē inuicē consolemur. *s* ¶ *Nolo enim uos ignorare fratres, quia sæpe, etc.*] Per cōmeantes autē fratres audire potuistis. *t* ¶ *Et prohibitus usq; adhuc.*] Ostendit se occupatū necessitate euangelij prædicandi, Romā adhuc ire non posse. Item prohibitus hic occupatus accipitur, dū alijs prouincijs prædicauerit, sicut ipse exponit in fine epistolæ suæ dicēs: Propter quod & impediebar plurimū uenire ad uos. *u* ¶ *Vt aliquem fructum habeam in uobis.*] Mercedē laborisui nominat fructum. *x* ¶ *Sicut & in cæteris, etc.*] Subaudiatur, habeo. *y* ¶ *Græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum.*] Sapientes græcos philosophos, barbaros, insipientes appellat. *z* ¶ *Ita q; quod in me promptum, etc.*] Qui Romæ estis, æque insipientibus ut Græcis euangelizare uult. *a* ¶ *Non enim, etc.*] Recte dicit non se erubescere prædicationem crucis, quæ credētibus dei uirtus est in salutem. Item hoc ad taxationem subtiliter pertinet paganorum: qui cum non erubescant credere deū suū Iouem propter inanem libidinem, in animalia irrationabilia & insensibilia esse mutatum: nobis erubescendum putant dominum propter salutem perditi hominis credere crucifixum, cum in altero horrendū sit dedecus, in altero admiranda pietas atq; uirtus. Simul & illos hæreticos tangit, qui hæc tāquam indigna deo refugiunt, ut hominem indueret quem pro salute humani generis passioni traderet: non intelligentes nihil dignius creatori quàm creaturæ suæ curare salutem: maxime cum ipse per hoc naturæ detrimentū quasi impassibilis sentire non possit. *b* ¶ *Virtus enim dei est in salutē.*] Nulla maior uirtus est quàm quæ deuicta morte homini perdito reddit uitam. *c* *Omni credenti.*] Quamuis infirmitas uideat incredulis. *d* ¶ *Iudæo, etc.*] Siue qđ iustū fuerit, ut quō Abrahā credēs ex gētibus per solā primā fidē saluatus est: ita cæteri credētes saluarent. Siue qđ illud testamentū quod p legē deus uerax promiserat, debuerat exhibere. *e* ¶ *Iustitia, etc.*] Ostēdit ex fide uniuscuiusq; nostrū, prædicatiōis fidē posse roborari. *f* ¶ *Ex fide.*] Siue quod ex fide iustificat Iudæus, & in fide gētilis. Et ideo exposuerit ut cacologiæ uitiū declinaret. *g* ¶ *Sicut, etc.*] Nō ex operib. legis. *h* ¶ *Iustus, etc.*] Propterea hoc dicit, quia sine fide: hoc est sine spe retributionis bonorum operū, perficere uirtutes nemo potest: sicut & ipse ad Hebræos perhibēs docet. Sine fide autem

A autem impossibile est placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum, quia est: & inquirētibus se remunerator sit. *a* ¶ *Reuelatur enim, etc.*] Si dicentibus Manichæis crudelis asseritur deus ueteris testamenti, quia super peccatores uindictam inducat: quomodo hoc loco ab Apostolo dicitur à deo noui testamēti uindicta imprs hominibus inferendam? Vnde monstratur unū eundēq; deum esse noui & ueteris testamenti. Item incipit ad partē gentiū loqui, dicitq; dei iram per euangelium reuelari siue per naturæ testimoniū: nouerunt enim homines & beneficia & plagas expectare de cœlo. *b* ¶ *Super omnem impietatem, etc.*] Tres esse uidētur impietates. Prima & maxima in deum, quæ aut per blaphemiā aut per idolatriam admittit. Secunda in parētes, aut iniuria aut cōtēptus, sicut scribit in Leuitico. Si quis dormierit cū uxore patris sui, morte moriat: ambo impietatē fecerūt. Tertia in Psal. 21.b extraneos, ut est illud: Et tu remisisti impietatē cordis B mei. Et plura alia, quæ enumerare perlongū est. Siue omnis impietas, ad diuersas idolorū culturas referenda est, ut impietas quasi ad iniuriam dei: iniustitia uero ad omnia peccata pertinere uideat. *c* ¶ *Eorum qui, etc.*] Veritatem nominis dei iniustitia indignæ materiæ detinē te dolorem. Item scientes delinquunt, qui dei ueritate agnita iniuste agunt. *d* ¶ *Quia quod, etc.*] Ostēdit quo modo omnis homo naturalē habens intellectum, agnoscit esse insequendam substantiam inuisibilem, quæ diuersas in hominib. artes & disciplinas operat. Quo etiam exēplo inuisibilis deus manifestat hominibus, ex his operibus quæ operatus est & operatur: simul & mens trinitatis demonstrat imaginē, in qua generat in situm sibi uerbū, & inseparabilē habet sibimet natum uerbum sapientia. Item qđ potest naturaliter scire de deo quod sit, & quod iustus sit. *e* ¶ *Manifestum est, etc.*] In cōscientijs eorū. Omnis nanq; creatura deū se nosse testatur, & ab alio factā indicat, cuius uoluntati sibi parere necesse sit. Si enim deus summū magnū est, inuisibilis, incōparabilis, incōprehensibilis, inæstimabilis, & qui super omnia sit: id est, cui neq; præponi aliquid neque possit æquari, siue magnitudine siue claritate uel potentia: manifestū est hoc nulli creaturæ posse cōpetere quæ & oculis uidet, ratione colligit, & æstimatione iudicatur. Maior aūt omnibus per omnia nulla est creatura, quia omnes se alterutrum uincunt. Alia enim magnitudine, ut cœlū, terra. Alia claritate, ut sol, Iuna uel stella. Alia altitudine, ut mare. Ita ergo peruidetur quia nullum elementū sit deus. Quod autē facta sint, mutabilitas eorum quæ non potest cadere in æternitatē demōstrat. Quod uero non seipsa fecerint, manifestū est: quia si seipsa fecerunt, iam erant anteq; fierent ut se facere possent, quod ualde absurdum est dicere. Cum uero uariant, & ordines suos permutant, & alterutrū cedūt: ostendunt se ab uno autore facta, & non suam, sed dñi sui facere uoluntatē, cuius transgredi non possunt imperium. *f* ¶ *Deus enim, etc.*] Virtus enim eius occulta, C ex his quæ palàm sunt æstimatur. Si enim ea quæ uidētur, tam præclare ab eo facta sunt, ut quidā illa deos putarent & æterna asserere tentarent, quanto magis factorem sempiternum & omnipotentem & immensum esse intelligere potuerūt secundū sapientiæ librum dicentem. Ad cuius magnitudinē, creaturarū comparata, poterit horū creator uideri, etc. *g* ¶ *Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.*] Tam euidenter intellecta sunt, ut cōspecta dicantur. *h* ¶ *Sempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas ita ut sint inexcusabiles, quia cū cog. etc.*] Siue per naturam, siue per factura & rationem. *i* ¶ *Non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt.*] Pro eo quod tales facti sunt, ut deum possint agnoscere si uelint. *k* ¶ *Sed euanuerunt in cogit, etc.*] Putantes se dei magnitudinem in cogitatione posse comprehendere, euanuerunt in naturali sapore, creaturas pro creatore uenerati. *l* ¶ *Et obscuratum est insipiens cor eorum.*] Recedentes à lumine ueritatis. *m* ¶ *Dicentes enim se esse sapientes.*] Quasi qui in D uenissent quomodo inuisibilis deus, per simulacrum uisibile coleretur. *n* ¶ *Stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem.*] Non intelligentes nullam similitudinem habere mortale immortalis, & incorruptibile sempiterni. *o* ¶ *Imaginis corruptibilis hominis & uolucrum & quadrupedum & serpentium.*] Non hominis solum, sed imaginis hominis: & non huius tantum, sed etiam animalium. Hic Iouis cultores appellat, qui eum propter amores fœdissimos in ista asserunt transformatum, & idcirco se illi tales imagines consecrasse, in quibus libidini satisfecit. *p* ¶ *Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum.*] In hoc quod deus tradidisse dicitur proprijs desiderijs peccatores, ostendit non quod ipse sit causa, sed quod per longanimitatem & patientiam non inducendo uindictam, patitur eos secundum cordis sui agere uoluntatem: hoc facit uolens eos ad pœnitentiam conuerti. Item tradere in scripturis dicitur deus, cum non retinet delinquētes propter arbitrij libertatem, sicut in psalmo dicit: Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum. *q* ¶ *In immundicia.*] Quæ est in turpibus ministerijs idolorū. *r* ¶ *Vt contumelijs afficiant corpora sua.*] Dum sibi in sacramentis eorum, cauteria & combustiones infligunt. *s* ¶ *In semetipsis.*] Vt quasi amentes ipsi in se, suorum sine uindices delictorum. *t* ¶ *Qui commutauerunt ueritatem dei in mendacium.*] Commutauerunt uere dei cultum in mendacium idolorum, quæ falso pro dijs coluerunt: & quodammodo stultis mentibus esse quod non sunt. *u* ¶ *Et coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori.*] Non solum dilexerunt, sed etiam seruierunt: sed quicunq; alicuius creaturæ cupiditate uincitur, ipsi seruit. A quo enim quisq; superatus est, huius & seruus est. *x* ¶ *Qui est benedictus in secula.*] Cui si seruissent, fieri benedicti in secula potuissent. Qui enim fece-

A rit uoluntatem dei, manet in æternũ, sicut ipse manet in æternum. *a ¶ Propterea tradidit, etc.*] Propter causas superius memoratas, in his flagitijs sunt dimissi. *b ¶ Nã fœminæ, etc.*] Omnia peruerterunt in deum peruersi. Neque enim ordinem naturæ seruarunt, qui naturæ derelinquerũt autorem. Infandorum enim idolorum cultura, oĩs mali causa est, initiũ & finis. *c ¶ Similiter autem & masculi relicto naturali usu fœminæ, exarserunt in desiderijs suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem, etc.*] Effrenata libido modum seruare non nouit. *d ¶ Et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes.*] Sic cucurrit ordo, ut qui dei obliti erant, nec seipsos agnoscerent. *e ¶ Et sicut non probauerunt deum habere in notitia.*] Non nescierunt, sed minime probauerunt. Ille eñ probat se deum habere in notitia, qui semper illum in præsenti habens, peccare non audet. *f ¶ Tradidit illos deus in reprobum sensum.*] Non reprobandi sunt traditi in reprobum sensum. *g* B ¶ *Vt faciant ea quæ non conueniunt.*] Homini facere. *h ¶ Repletos omni iniquitate, malitia.*] Iniquitatem & malitiam, principales causas ostendit uitiorũ esse. *i ¶ Fornicatione, auaritia.*] Fornicationem autem & auaritiam simul iunxit, quia utrique penè idololatria comparatur nequitiæ. *k ¶ Plenos inuidia, homicidio.*] Pulchre inuidiam homicidio sociauit, quia prima huius criminis, ipsa materia est. *l ¶ Contentione.*] Contentio est, ubi non ratione aliquid, sed animi pertinacia defenditur: & ubi iam non ueritas quæritur, sed proximus fatigatur. *m ¶ Dolo.*] Occulta malitia, blandis sermonibus adornata. *n ¶ Malignitate.*] Malitiæ uotum, uel opus, malignitas appellatur. *o ¶ Susurrones.*] Murmuratores, non in faciem, sed in aurem loquentes. *p ¶ Detractores, deo odibiles.*] Nihil est enim tam odibile deo quàm idololatria, cui per similitudinem eradicandi pœna detractionis scripta coniungitur. *q ¶ Contumeliosos.*] Qui ueloces sunt in uerbis iniuriæ. *r ¶ Superbos, elatos, inuentores malorum.*] Qui uult supergredi quod est, superbus est, sicut diabolus perdit seipsum quod est. Qui enim super alios uult esse, hic infra se fit: & ideo sequitur inuentores malorum, quia semper superbia excogitat & inuenit mala: sicut autor superbiæ per elationem suam inuenit sibi malum quod ante non fuerat. Elatus autem dicitur, qui effertur super mensuras suas. *s ¶ Parentibus non obedientes.*] Veri parentes sunt qui per semen uerbi generant in lucem filios ad uitam æternã. *t ¶ Insipientes, incompositos.*] Qui à fonte sapientiæ recesserũt, necesse est ut inordinate ferantur. *u ¶ Sine affectione, absq; fœdere.*] Affectio est adC impletio charitatis. *x ¶ Sine misericordia.*] Quomodo alijs poterant misereri, qui in se misericordes esse noluerunt. Hæc omnia per ordinem digesta peccata, de illis dicuntur, qui derelinquentes deum, ab eo uicissim sunt derelicti. Cauea mus ergo & nos ne quod malum ex his habentes, similiter relinquamur. *y ¶ Qui cum iustitiam dei cognouissent, etc.*] Hic ostendit quomodo unusquisq; hominum scit se à deo secundum actus proprios iudicãdũ: in quo & ipse aliũ hominem peccãtem iudicat atq; condemnat. Item cum ex eo si bi quisq; displicet qđ fecerit malum, dei iustitiam cognouisse dicitur: nõ intellexerũt tales ab eo, & si nõ in præsenti, tamen in futuro esse puniendos. Si enim intellexisset, utiq; talia committere timuisset. *z ¶ Non solum qui ea faciunt, sed et qui consentiunt facientibus.*] Ne quis diceret: hæc non omnia se fecisse, addidit, qui con D sentiunt facientibus: Sed & qui in istis nõ consensit qui iudicabant huiusmodi, tamen idololatriæ consentiendo, quæ omnium horum caput & causa est, omnibus consensisse uidebatur.

la, amen. Prõpterea tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Nãm fœminæ eorum immutauerũt naturalem usum, in eum usum qui est contra naturã. Similitẽr autẽ & masculi relicto naturali usu fœminæ, exarserunt in desiderijs suis in inuicẽ, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mẽrcedẽ quã oportuit erroris sui in semet ipsis recipientes. Et sicut nõn probauerũt deum habere in notitia: trãdidit illos deus in reprobum sensum, ut faciãnt ea quę non conueniunt, rẽpletos omni iniquitate, malitia, fornicãtione, auaritia, nequitia, plenõs inuidia, homicidijs, cõntentione, dõlo, malignitãte, susurrõnes, detractõres, deo odibiles, cõntumelioſos, superbos, elatos, inuentores malorũ, parẽntibus nõ obedientes, insipiẽntes, incompositos, sine affectiõne, absq; fœdere, sine misericõrdia. Qũi cum iustitiã dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: nõn solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

Cap. II.

PRopter qũod inexcusãbilis es ò homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, teipsum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. Scimũs enim quoniam iudicium dei est secundũ ueritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc ò homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diũitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei

Caput II.

Propter quod inexcusabilis, etc.] Omnes huiusmodi q dijudicabant, maxime tamen hi qui habent in reprehendendo iudiciũ, iudices & dñi conueniuntur. Naturali enim iudicio dignã factis profert unusquisq; sentẽtiam: omnesq; nouerunt, & innocentiã meri præmium, & malitiam habere suppliciũ. *b ¶ Scimus enim, etc.*] Secundum ueritatem erit iudiciũ, quo iudicabuntur huiusmodi qui condemnare in alijs potuerunt quæ ipsi cõmittere non timuerunt. Si enim tu pecator, peccatorem tibi similem iudicas, quanto magis deus iustus te iudicabit iniustum? ne illi mala placere & displicere bona forsitan uideantur: Quippe quem sine personarum acceptione, nec amicis suis, nec angelis legimus pepercisse peccãtibus. Humanum aũt iudiciũ multis modis corrumpitur: amore, odio, timore, auaritia sæpe iudicij integritas uiolatur: & cõtra iustitiæ regulam interdum misericordia inclinatur. *c ¶ An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei.*] Hic aperte monstratur quare peccatori desideria cordis sui dimiserit deus: & cum possit prohibere peccantem, uel inferre uindictam, mauult conuerti ad pœnitentiam. Item nunquid propterea tibi de impunitate blandiris, quia deus in præsenti non reddit: & tu longitudinẽ temporis & abundantiam bonitatis intuens, putas iam non esse iudicium?

Audi

A Audi scripturæ sententiam: Non tardat dominus promissis, sed patienter agit propter uos, nolens aliquẽ perire, sed omnes ad pœnitentiã cõuerti. Bonus est expectando, iustus est puniẽdo. Vnde admoneт propheta:
Eccl. 5.b Ne tardes cõuerti ad dominum, neq; differas de die in diem: subito uenit ira eius, & in tẽpore uindictæ disperdet te. Et iterum. Ne dixeris peccaui, & quid accidit mihi triste: est eñ altissimus patiẽs reddитor. Multi se homines per patientiã dei seducunt, qa nõ uult statim punire peccantes: putatur enim aut res humanas minime curare, aut culpas indulgere quia differt. Plericq; etiam cõtra se calumniantur, cur in præsenti non reddit: non intelligentes qđ si ita fieret, nullus penè hominũ remaneret, nec unq; de iniustis fierent iusti. Ideo autem hominibus uidetur deus diu expectare peccantes, quia nos cũ parui temporis simus, annos centum æternitatem putamus. Ille autẽ apud B quem mille anni pro uno sunt die, centum annos unius horæ suæ spacio nõ cœquat: quapropter hoc paruũ est apud eum, cum etiam homines soleant multo tempore correptionẽ spe rare peccantium. *a ¶ Secundum, etc.*] Tu autem impudens æger, ad uulnera maiora abuteris ipso remedio,
Iob. 24.d quia iuxta sententiam beati Iob, pœnitẽtiæ loco abuteris in superbiam. Vnde nõ agnita pietas maius tibi iudicium parat, ut uindictam sentiat qui misericordiam sentire contempsit. Iterum, omne enim cor quod non sentit, induratur. Hoc enim modo indurauit deus cor Pharaonis. *b ¶ Thesaurizas, etc.*] In diem iudicij, iram tibi super iram ipse condis, qui die definito & certo tẽpore apparebit. *c ¶ His quidem qui se. etc.*] Boni operis merces per patientiam expectatur, quia in præsenti uita non redditur. Per fidem enim ambulamus & nõ per speciem. Et tunc erit perfectum opus, si in finẽ usq; durauerit, quia qui perseueraueriт usq; in finem, hic saluus erit. *d ¶ Gloriam & honorem, etc.*] Gloriã, qua sancti fulgebunt ut sol. Honorem, filiorum dei quo nihil est maius, per quem etiam angelos iudicabunt. Incorruptionem, uitæ perpetuæ. *e ¶ Querentibus uitam eternam.*] Qui per patientiæ opera quærit uitam æternam, ista omnia consequitur. Et qui habet hanc spem, in eo sanctificat se sicut & ille sanctus est. *f ¶ His autem, etc.*] Audiant qui sæpe uicti, animositate contendunt, & timeant in consuetudine pessima permanere, ne ista omnia super eos deputentur: Iam superius dictum est, contentiosum hunc esse specialiter, qui aliquid contra conscientiam suam nititur defensare. *g ¶ Et qui non acquiescunt ueritati, credunt autem iniquitati.*] Euangelicæ ueritati non credunt, & consentiunt iniquitati, ut relicto creatore deseruiant creaturæ. *h ¶ Ira & indignatio.*] In iudicio pœnæ sunt. *i ¶ Tribulatio & angustia.*] Conscientiæ & infructuosæ pœnitentiq, sicut scriptũ est. C Tunc dicent intra se pœnitentiã agentes, & per angu- Sap. 5.a stiam spiritus gementes. Item hucusq; sermo dirigit ad omnes naturali obnoxios legi: in quo etiã Iudæi pariter continentur. Idcirco aũt Iudæus gentili anteferтur: quoniã præter naturalem legem & Moysi legem scriptam habẽt. *k ¶ In omnem animam hominis, etc.*] Animæ pœnam apostolus comminatur propter hæreticos, qui solam carnẽ delinquere dicunt, & animam negãt posse peccare. Siue anima pro toto homine dicit: Sicut in Genesi: Iacob cum Gen. 46.c septuaginta animab. Aegyptũ introisse refertur. *l ¶ Gloria autem & honor, etc.*] Gloria contra iram, honor contra indignationem. Et quod supra incorruptionem, hic pacem appellat. *m ¶ Iudæo, etc.*] Quod supra animã, hic hominẽ nominauit. Primum autẽ pro quidẽ ponit. Siue primum credulitatis tempore nõ honore. *n ¶ Non est enim personarũ, etc.*] D Ergo nec gentes sibi de ignorantia falsa, nec Iudæi de legis circuncisione & priuilegio blandiantur. *o ¶ Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, etc.*] Sine lege literæ, in lege naturæ: hoc loco, peribunt & iudicabũtur: unum uoluit intelligi, quia & qui perit, per dei iudicium perit: & qui iudicatur, peccator perit: sicut scriptũ est: Quia peccatores peribunt. Nam & similes illos fa- Psal. 38.g cit dicendo: Non auditores tantum legis iustos esse, sed factores. Et paulo inferius, dicit gẽtes in die domini iudicandas. Quis enim dubitat, tã sub lege positos quàm sine lege degẽtes, nisi Christum crediderint perituros? *p ¶ Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur.*] Reddit rationem quare non sint gentibus meliores. Vnde & nobis timendum est, ne audiẽtes legem & non facientes, cum gentibus pereamus, sicut ipse alibi dicit: Ne cum hoc mundo damnemur. *q ¶ Cum enim gentes quæ legem non habent.*] Ne quis forte diceret, legem non habent, ad quam formam poterũt iudicari. *r ¶ Naturaliter ea quæ legis sunt faciunt.*] Siue de his dicit, qui naturaliter iusti fuerunt ante legem: siue etiam qui nunc boni aliquid operantur. *s ¶ Eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex.*] Ostendit illos non esse sine lege, ut & gentes inexcusabiles faciat, & Iudæis de proprietate gloriam tollat. *t ¶ Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum.*] Natura agit legem in corde per conscientiæ testimonium: siue conscientia testatur legem habere timendo dum peccat, & uictis gratulando peccatis, etiam si nullum hominum uereatur ipse qui peccat. *u ¶ Et inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, etc.*] Dicit altercationes cogitationum esse, cum quid faciendum diutina deliberatione decernimus, & secundum hoc nos in die domini iudican-

dos

Universidad de Bibliotec

dos, quia bonũ malum ue nõ ignorasse probamur. Si ue cõscientia & cogitationes nostræ erũt in die iudicij ante oculos nostros, tanq; quædam historiæ cognoscẽ dæ: aut ipsæ nos accusabũt, aut etiam excusabunt, sicut Psal.49.d scriptum est: Arguam te, & statuam eam contra faciem tuam. a ¶ *Secundum euangelium, etc.*] Secundum quod annũcio per Iesum Christum iudicabit deus. b ¶ *Si autem Iudæus cognominaris.*] Hic conuertit se ad Iudæos, docens opere non nomine tũtum debere esse Iudæum, eumq; esse uerũ, cuius occulta sunt bona. c ¶ *Et requiescis in lege.*] Confidis uel securus es. d ¶ *Et gloriaris, etc.*] Gloriatis te solum nosse deum, eiusq; uoluntatẽ agnoscere. e ¶ *Et probas, etc.*] Eligis maiora, & inter minora discernis. Quæ enim p naturam utiliora probantur, utiliora sunt per legem. f ¶ *Confidis teipsum esse ducem cæcorum.*] Quorum cor obscuratum est. g ¶ *Lumen eorum qui in tenebris sunt.*] Ignorantiæ. h ¶ *Eruditorem insipientiũ.*] Qui dei nõ habent sapientiam.

cum iudicabit deus occulta hominum secundum euãngelium meum, per Iesum Christum. Si aũtem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriãris in deo, & nosti uoluntatem eius, & probãs utiliora instructus per legem, cõfidis teipsum esse ducem cæcorum, lũmen eorũ qui in tenebris sunt, erũditorem insipiẽtium, magistrũm infantium, habẽtem formã scientiæ & ueritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipsum non doces. Qui prædicas nõ furandum, furaris. Qui dicis non mœchãdum, mœcharis. Qui abominaris idola, sacrilegium facis. Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis deum inhonoras. Nomen enim dei per uos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est.] In Esaia: Præposterato ordine ante posuit testimonium quàm diceret scriptum: Ita enim dicentis sermo dilapsus est, ut quod ex propria intentione dicebat, eodem sensu scriptũ reperirent. Vel reuera, quorũ iniustis actibus nomẽ dei fuerat blasphemarum, sicut scriptũ est: Polluerũt nomen meum inter gẽtes: dũ dicunt populus dei, inter quas gentes captiui, suis peccatis facientibus morabant. Item, sicut ait: Per bona opera uestra bene dicitur deus: ita nunc non recte conuersantibus blasphematur. r ¶ *Circumcisio quidem prodest, si legem observes: si autem prævaricat, etc.*] Quomodo nihil est, si prodesse? Prodest tẽpore suo signum: prodest si iustitia cuius est signaculum, adsit. Cæterum sine illa superfluũ erit, siue quia uiuere faciebat Iudæum, & infantia exterminari antequam saperet: siue quia in lege faceret esse, qa per ſpecta inuenitur carnis circumcisiõe cessante, ueram illã cordis esse uenturam. Et prævaricator legis est dum non sequitur id

Quid

i ¶ *Magistrum infantium.*] Paruulorum ætate uel sensu.
k ¶ *Habentem formam scientiæ & ueritatis in lege.*] Ad quã semper respiciens, errare non potes. l ¶ *Qui ergo alium doces, teipsum non doces?*] Similiter gentibus dixerat: Qui enim alium iudicas, teipsum condemnas? Qui in lege requiescis ò Iudæe, quare transgrederis legem? Qui gloriaris in deo, quare inhonoras deum? Qui nosti uoluntatem eius, quare non obtemperas eius uoluntati? Qui probas utiliora, cur inutilia sectaris? Dux cæcorum, quomodo uiam nõ uides rectam? Si enim uideres, per ipsam utiq; ambulares. Si lumen es aliorum, cur non abijcis opera tenebrarum? Erudi tor insipientium, ut quid timorem domini qui est initium sapientiæ, reliquisti? Magister infantium, quomodo puer es in sensu? Qui habes formam scientiæ ueritatis in lege, quare nec ipse sequeris, nec alios sequi pessimo exemplo permittis? Quare non conuenit uita tua doctrinæ tuæ, & opus tuum destruit fidem tuam? Vnde fiet ut lex à te non custodita, nõ solum ubi nihil prosit, sed etiam maioris criminis reum, suum contemptorem obtineat. m ¶ *Qui prædicas non furandum, etc.*] Quidam dicunt, abscondendo ab hominibus furaris Christum. n ¶ *Qui dicis non mœchandum, mœcharis.*] Non est una mœchia. Nam omne quod deo debet anima, si alii cui præterquàm deo reddiderit, mœchatur. o ¶ *Qui abominaris idola, sacrilegium facis.*] Sacrilegiũ est quod proprie in deum committitur, quasi sacrosancti uiolatio. Item in hoc, inquit, in quo committis sacrilegium, ido Iolatra esse monstraris. p ¶ *Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis deum inhonoras.*] Exponit sacrilegium quia dicit. q ¶ *Nomen enim dei per uos blasphematur*

quod ibi prædictum est. s ¶ *Si igitur præputium, etc.*] Vt sibilia indigent inuisibilibus, inuisibilia nõ indigent ut sibilibus: eo quod uisibilia imago sunt inuisibilium: & inuisibilia ueritas sint uisibilium: ideo circumcisio carnis, indiget cordis. Circumcisio autem cordis, non indiget carnis, quia imagine non indiget ueritas: imago autẽ indiget ueritate. Quæritur sanè, quare sit data circumcisio, si per seipsam non prodest. Primũ, ut agnoscereturdei populus inter gentes. Deniq; quando soli erant in eremo, circumcisi non fuerunt. Siue ut corpora eorum agnoscerentur in bello. Nam quod in tali mẽbro signantur, hæc causa est. Primum, ne aliud membrum aut debile fieret, aut turpe, quod publice uidere tur. Iterum, propter gratiæ promissionem, in qua erant per castitatem placituri. Siue ut Christus significaretur ex eius semine nasciturus, ad quem futura erat ista carnalis, quæ spiritualem habebat afferre: Cuius typũ gerens Iesu Naue, populum secundo circumcidere iubetur. t ¶ *Et iudicabit id quod, etc.*] Siue dum literæ circumcisionem sectaris, circumcisionem spiritus accipere dignaris: siue non sequendo quod lex dicit: hoc est ut Christo credens, ueram circũcisionẽ acceperis. u ¶ *Non enim, etc.*] Ipse est uerus. Omnia enim quæ antea circa exteriorẽ hominem gerebantur, figuram interioris habebant. x ¶ *Et circumcisio.*] De qua scriptũ in lege est: In nouissimis diebus circumcidet deus cor tuũ, & cor seminis tui, ad dilig. deum tuum amandum. Et iterum: Circũcidite uos deo uestro, & circũcidite præputiũ cordis uestri. y ¶ *in spiritu, etc.*] Non secundum literã legis, sed secundum nouum testamentum, quod interiora quærit, quæ solum uidet deus.

Deut.30.b

Ibid.10.d

Quid

CAP. III

QVid ergo amplius est Iudæo: aut quæ utilitas circumcisionis? Multum quidem per omnem modum.] Ex persona Iudæi interrogantis dicitur: respondente Apostolo, multum quidem secundum omnem modum. Ideo autem multum interest: non quia circumcisionem in carne acceperunt, sed quia credita sunt illis eloquia dei. Item reddit rationem quod lex contempta non prosit, & quod carnalis circumcisionis prærogatiua, nullis operibus fulta, sit uana. Interrogat qd amplius habeat Iudæus. Ex cuius persona respondetur. Multum per omnem modum: Nam si ipsius sensus est: multũ per omnem modũ, & omnis homo mendax: quomodo postea cõtrauenit, dicens: Si autem iniquitas nostra iustitiam dei commẽdat, quid dicemus? Nũquid iniquus deus? Absit, &c. Postremo, quomodo Iudæos nihil amplius habere confirmat, si hic multum habere commemorat? b ¶ *Primum quidem quia credita sunt illis eloquia dei.*] Hoc estis dicturi: primum, quod credita sunt illis eloquia dei: & gentibus nulla. c ¶ *Quid enim si quidam illorum non crediderũt? Nunquid incredulitas eorum, fidem dei euacuauit? Absit.*] Fidem promissorum, cum sit dictum Abrahæ. Quia in semine tuo benedicentur omnes gentes. d ¶ *Est autem deus uerax: omnis autem homo mendax.*] Hic omnis, pro maxima parte dicit, sicut: Omnes sua quærunt. Et: Omẽs me dereliquerunt. Lucas est mecum solus. e ¶ *Sicut scriptum est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.*] In psalmo quinquagesimo. Hoc testimonium ita posuit pars aduersa, quasi diceret: Propterea ego peccaui, ut tu iustus appareas, me iudicando. Sed uerus sensus sic se habet: quia promiserat se deus sine personarum acceptione in peccantibus uindicare, & quidam eius patientiam mendacium iudicabant: uincit cum iudicauerit, quando eorum facta punietur in quibus nemo putauerat uindicari. Aliter: Probasti te curam de hominibus habere: qui per prophetam mea abscondita reuelasti, & uicisti eos qui te incuriosum humanorum actuum esse confingunt. Hucusq; obiectio cucurrit: iam incipit Apostolus respondere. f ¶ *Si autem iniquitas nostra, etc.*] Iniquum est, si in illis uindicat: qui ideo peccauerunt, ut illis iustior appareret. Item non quod nostra iniquitas addat iustitiam deo, sed in tempore quando in iudicium cum deo uenimus, non obseruantes præcepta eius, promissionum retributionem fraudamus. Vnde ostenditur deus uerax: quia quæ promisit sanctis, peccatoribus non dat. g ¶ *Qui infert iram.*] Vt in diluuio & Sodoma, ita in iudicio. h ¶ *Secundum hominem dico: Absit.*] Secũdum te, qui taliter sentis. Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum? Quia iustitia damnabit iniustitiam: si secundum te, humana iniquitate sit iustior. i ¶ *Si enim ueritas dei, etc.*] Hoc est, creuit. k ¶ *Quid adhuc & ego?*] Hoc est, insuper iudicor ego quicunq; mentior homo, qui laudari deberem, si meo mendacio, dei ueritas comprobatur. l ¶ *Tãquam peccator iudicor, etc.*] Vt qui me ita iudicat quasi peccantem, & non sicut quidã nos aiunt dicere: quod quanto maiora mala fecerimus, tanto maiora bona recipiamus. m ¶ *Faciamus mala.*] Hoc fortassis ideo putabant: quia nõ intellexerũt quod quidam dicebat: Vbi abũdauit peccatum, superabundauit gratia. n ¶ *Quorum damnatio iusta est.*] Quid iustius, quàm ut hanc pœnam sentiant, quã nos negare mentiti sunt: qui nihil magis quàm iustum dei iudicium prædicamus. o ¶ *Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaquã, etc.*] Nos ex Iudæis nullã unde maiores simus inuenio causam. Hoc enim inuestigauit ratio, sub peccato esse & Iudæos & Græcos: quod non ratione solã colligimus, sed etiam de Iudæis testimonio comprobamus. Item hoc ostendit: quomodo Iudæi licet legem & prophetas haberent, nihil tamen amplius quàm gentes habeant, quia omnes similiter peccauerunt, & egent gloria dei. p ¶ *Sicut scriptum est: Quia, etc.*] In psalmo tertiodecimo. Psalmus iste unde hoc testimonium sumptum est, de insipiente loquitur: quod testimonium in aduentu Christi, præcipue ostendit impletum, tempore scilicet passionis, quo nullus iustus cum putaretur, puto inuentus sit. q ¶ *Non est intelligens, etc.*] Qui nõ requirit fundamentum, necesse est ut declinet. r ¶ *Omnes declinauerunt.*] Qui non intelligit, nõ requirit: seu ideo, non intelligit, quia non quærit. Deus autem tunc requiritur, cum eius uoluntas inquiritur: quia omnis qui peccat, non uidit eum, nec cognouit eum: eo quod qui peccat, domini sui non cognoscit uoluntatem. Nam & uulgo nesciri dicitur, cuius uoluntas ignorata est. f ¶ *Simul inutiles facti sunt.*] Inutiles ad opus, ad quod fuerunt procreati. t ¶ *Non est qui faciat bonum, etc.*] Nec Apostolus. Item si non est qui faciat bonum, quomodo inferius, plebem suam arguit deuorantes, & inopum consilium confundentes? Plebs enim dei non erat, si bonũ non faciebat: maxime cum iusta ibidem generatio appelletur. Hoc magis ad psalmi expositionem pertinet, quàm ad Apostoli causam. u ¶ *Sepulchrum patens est guttur eorum.*] Fœtore doctrinæ suæ & adulatione contaminans, & interficiens audientes. Ideo enim sepulchrum diligenter clauditur, ne adhuc uiuentibus exhalatione sua generet pestem. x ¶ *Linguis suis dolose agebant.*] Aliud ore promittentes, aliud corde uolutantes. y ¶ *Venenũ aspidum.*] Horum serpentium pessimum dicit esse uenenum. z ¶ *Sub labijs eorum.*] Hoc est, in corde.

CAPVT III

QVid ẽrgo amplius Iudæo est: aut quæ utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Absit. Est aũtem deus uerax, omnis autẽ homo mendax. Sicũt scriptum est. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Si aũtem iniquitas nostra iustitiam dei cõmendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est deus qui infert iram? Secundum hominem dico. Absit. Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum? Si ẽnim ueritas dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc & ego tanquàm peccator iudicor? Et non sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere: Fãciamus mala, ut ueniant bona. Quorum damnatio iusta est. Quid ẽrgo? Præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus, Iudæos & Græcos, omnes sub peccato esse. Sicũt scriptum est: Quia non est iustus quisquam: nõ est intelligens: non est requirens deum. Omnes declinauerunt, simũl inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant: uenenum aspidum sub labijs eorũ.

Quorum

Rom.5.d

Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: uel oculi pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt: non est timor dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniam quæcunq; lex loquitur: his qui in lege sunt, loquitur. Vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu: quem proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum in sustentatione dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore: ut sit ipse iustus & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non. Sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An Iudæorum deus tantum? Nonne & gentium? Imo & gentium. Quoniam quidem unus est deus qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus.

A
a ¶ *Quorum os maledictione.*] Non est unius generis maledictio. Quicquid enim malo uoto dicitur, sine dubio male dicitur. b ¶ *Et amaritudine plenum est.*] Amaritudo contraria est dulcedini uerborum dei. c ¶ *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.*] Siue simpliciter homicidas dicit: siue interficientes animas adulando. Vnde in actibus apostolorum dicit Paulus: Mundus sum ab omni sanguine. Non enim subterfugi, quo minus uobis annunciarem omne consilium dei. d ¶ *Contritio & infelicitas, etc.*] Conteruntur & infelices fiunt animæ in doctrinis eorum, uel in exemplis conuersationis eorũ. e ¶ *Non est timor dei ante oculos eorum.*] In timore dei cõcluditur: qui si timorem dei semper ante oculos habuissent non utiq; deliquissent. Neq; enim audet seruus domino præsente peccare. f ¶ *Scimus autem quoniã quæcunque lex loquitur, etc.*] Ne dicerent, hæc in psalmo de genti-
B bus dicta, ostendit quę in lege dicta sunt: his qui in lege sunt, loqui. Quæritur sanè, quomodo Iudæi dixerunt, deum non esse. Non utiq; uerbo dixerunt, sed opere. Nam confitentur quidem se nosse, factis autem negant. Ergo gentes hic non appellat: qui iam de illis talia dixerat in propria causa. g ¶ *Vt omne os obstruatur.*] Non solum gentium, sed etiam Iudæorum: dum non habent unde gloriari possint. h ¶ *Et subditus fiat omnis mundus deo.*] In confessione peccati. i ¶ *Quia ex operibus legis, etc.*] Modo non iustificatur. Siue opera legis, circumcisionem dicit, sabbatum, & cæteras ceremonias: quæ non tam ad iustitiam, quàm ad carnis læticiam pertinebant. Item non contraria sibi dicit Apostolus, superius dicens: Qui ostendunt opus legis in cordibus suis: Et nunc dicit: Ex operibus legis nõ iustificari omnem carnem. Carnem accusat, cuius prouidentia legi dei subijcere non potest. Lex enim ostendere nouit peccatum: non tamen ostendit qualiter debeat obseruari, & iterum punire noxia, non dans ueniam pœnitenti: Christus autem remissionem peccatorum donat credentibus, & docet quomodo debeant carnis uitia uitari, atq; prudentia resecari. k ¶ *Per legem enim.*] Non remissio est peccati, sed cognitio. Ideo enim per legem quid sit peccatum, agnoscitur: quia aut in obliuione erat lex naturæ, aut ante legem literæ leuiora quæq; non cognoscebantur esse peccata: id est, quæ alijs non nocebant: ut concupiscentia, ebrietas, & cætera huiusmodi. l ¶ *Nunc autem sine lege, etc.*] Hoc est quod dicit: quia iustitia quæ in Christo manifestanda erat, in lege naturali non erat cognita. Testimonia autem legis Moysi & prophetarum annunciatione prædicantur. Item sine lege literæ iustitia manifestata: quæ nobis gratis à deo donata est: non nostro labore quæsita, & apertius per exempla Christi, euidentiora patefacta, quæ latebant in lege. m ¶ *Testificata à lege & prophetis.*] Siue iustitia hæc prædicata est à lege & prophetis, in nouissimis temporibus esse uentura: siue cognitio peccati, à lege & prophetis testimonium accepit. n ¶ *Iustitia autem dei, etc.*] Iustitia, qua creditur Christo. o ¶ *Non enim est distinctio.*] Inter Iudæum & Græcum. p ¶ *Omnes enim peccauerunt & egẽt etc.*] Quia non habẽt suã. q ¶ *Iustificati gratis per gratiã ipsius.*] Sine ulla operum actione per baptismum, quod omnibus non merentib. gratis peccata donauit. r ¶ *Per redemptionem quæ est in Christo Iesu.*] Qua nos redemit sanguine suo de morte: cui per peccatum uenditi fuerāmus, secundum Esaiam dicentem: Peccatis uestris uenundati estis. Quam mortem Christus uicit: quia non peccauit. Omnes autem rei eramus morti: cui se ille indebite tradidit, ut nos suo sanguine redimeret. Vnde propheta prædixerat: Gratis uenundati estis & sine pecunia redimemini. Hoc est, quia nihil pro uobis accepistis, & Christi estis sanguine redimendi. Simul illud notandum: quia redemit nos, nõ emit: quia ante per naturam ipsius fueramus, licet simus nostris ab eo alienati delictis. Tunc sanè fructuosa erit redemptio nostra, si peccare cessemus. s ¶ *Quem proposuit deus.*] In promptu ante oculos omnium posuit: ut qui redimi uult, accedat. t ¶ *Propiciatorem per fidem, etc.*] Vt propicietur eis qui credunt se eius sanguine liberandos. u ¶ *Propter remissionem præcedentium delictorum.*] Proptera passus est Christus, ut propositum dei sedaret: quo tandem punire decreuerat peccatores. x ¶ *In sustentatione dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore.*] Vult ostendere deum quidem ad hoc expectasse, ut tandem se corrigerent delinquentes. Illos uero male usos patientia dei, in maiora prolapsos esse peccata. Vnde Iob ille iustissimus suo tempore ait de peccatore: Dedit ei deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbia. *Iob. 24.b*
y ¶ *Vt sit ipse iustus & iustificans eum, etc.*] Qui solus iustus inuentus est, & quem ipse iustificauerit: non ex operibus, sed ex fide. z ¶ *Vbi est ergo, etc.*] Ad Iudæum loquitur: ne glorieris te operibus meruisse iustitiam. Item interrogatio Iudæi est. Et respondetur ab Apostolo: Exclusa est. Item Iudæus interrogat. a ¶ *Per quam legem? Factorum?*] Id est, naturalem. Opera legis refelluntur ab Apostolo. b ¶ *Non. Sed per legem fidei.*] Per quam legem? Factorum? Non, subauditur, est, sed per legem fidei. Legem, dicit statum fidei terminum, hoc est, nouum testamentum. c ¶ *Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis.*] Certi sumus, uel iudicamus. Abutuntur quidam hoc loco ad destructionem operum iustitiæ, solam fidem posse sufficere affirmantes: cum tamen alibi dicat Apostolus: Si habuero omnem *1. Cor. 13.b*

A omnem fidem, ita ut montes transferam: charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. In qua charitate, alio loco legis asserit plenitudinem contineri, dicens: Plenitudo legis est charitas. Quod si hæc eorum sensui uidentur esse contraria: sine quibus operibus legis, Apostolus iustificari hominem per fidem dixisse credendus est, scilicet circumcisionis uel sabbati, & cæterorum huiusmodi: non absq; iustitiæ operibus: de quibus beatus Iacobus dicit: Fides sine operib. mortua est: hic autem de illo dicit: qui ad Christum ueniens sola cũ primum credit fide saluatur. Addẽdo autem, operibus legis: ostendit esse etiã gratiæ opera. a ¶ *An Iudæorum deus tantum? Nonne & gentium?*] Nunquid Iudæos solos deus creauit: aut de illis solis curam gerit? Nam & gentes peccauerũt & uos, & si uos conuertimini, & illi. Si uobis uenit Christus ex lege promissus, & illis. Nam & frequenter prophetæ etiam de Iudæorũ uocatione dixerunt. b ¶ *Imò & gentium.*] Pulchre modum seruauit in uerbis. Imò dixit: ut ostenderet magis gentes quamuis non erant circumcisi. Et Abraham ante circumcisionem iustus. Et reddit rationem ne Iudæos excludere uideretur. b ¶ *Quoniam quidem unus deus qui iustificat.*] Vtriq; uni deo & uni Christo credidistis. d ¶ *Circumcisionem ex fide præputium per fidem.*] Ipsum est ex fide & per fidem: sed usus scripturarum hic est, ut in ijsdem causis mallent mutare ęp repetere sermonem: sicut in Daniele scriptum est: Propter Abraham seruum tuum & Isaac dilectum tuum, & Israel sanctum tuum. e ¶ *Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus.*] Non contraria sibi Apostolus dicit, superius asserens exclusam esse umbram & typum legis præsenti ueritate: nunc autem infert approbare se legem in quo ipse testimonium perhibet. Abraham, non ex operibus legis, sed ex fide iustificatus est. Item, legem ergo quæ circuncidi præcipit superfluam iudicamus. Absit. Imò stare faciamus, dum probamus uerum esse quod dixit: legem legi, testamentum testamento: circumcisionem circumcisioni successuram.

CAP. IIII

Quid ergo dicemus inuenisse Abraham.] Reuocauit illos ad caput circumcisionis: ut quod initio constitueret adhibeatur in toto. g ¶ *Patrem nostrum.*] Patrem secundum carnis circumcisionem. Nam fides in mente consistit. h ¶ *Secundum carnem.*] Dicens secundum carnem, ostendit traducem carnis esse non animæ. i ¶ *Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est.*] Si ex eo quod se circuncidit iustificatus est, nihil illi deus donauit, sed ex se habuit gloriam. Aliter. Si iussa perfecit apud semetipsum habet gloriam, non apud deum. C
k ¶ *Habet gloriam, sed non apud deum.*] Dicens: habet gloriam, sed non apud deum: ostendit eum ex operib. suis gloriam habere, & non ex deo. l ¶ *Quid enim scriptura dicit: etc.*] Tam magna fuit fides Abrahæ, ut & pristina ei peccata donarentur, & sola præ omni iustitia doceretur accepta, & tanto deinceps amore flagrauit: ut super omnia se opera præparet. m ¶ *Et reputatum est ei ad iustitiam.*] Et ideo habet gloriam apud deum, secundum quod lex probauit. n ¶ *Ei autem qui operatur, merces non, etc.*] Debitoris enim est facere quæ iubentur, & nisi paruerit, damnatur: si autem fecerit, non habet gloriam: quia inutilis adhuc seruus dicitur, qui nihil amplius quàm præceptum est operatur. Aliter. Non illi gratis donatur iustitia, sed merces redditur. o ¶ *Ei uero qui non operatur, etc.*] Conuertentem impium, per solam fidem iustificat D
deus, non opera bona quæ non habuit. Alioquin per impietatis opera fuerat puniendus. Simul attende, quia non peccatorem dicit iustificari per fidem, sed impium: hoc est nuper credentem asseruit. p ¶ *Secundum propositum, etc.*] Qui proposuit gratis per solam fidem peccata dimittere. q ¶ *Sicut & Dauid, etc.*] Magna beatitudo est sine labore legis & pœnitentiæ dñi gratiam promereri: sicut si quis aliquam dignitatem gratis accipiat. r ¶ *Cui deus accepto, etc.*] Ad hoc fides prima ad iustitiam reputatur, ut de præterito absoluatur, & de præsenti iustificetur, & ad futura fidei opera præparetur. s ¶ *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, etc.*] Quod pœnitetur, nõ tenetur, & quod tegitur, non apparet, & idcirco minime imputatur. Quidam dicũt remitti per baptismum, tẽgi laboribus pœnitentiæ, non imputari per martyrium. Alij autem dicunt, remissis per baptismum peccatis, augeri charitatem in deo, quæ operit multitudinem peccatorum, & deinceps non finit imputari, dum bonis quotidie operibus, mala præterita superantur. t ¶ *Beatitudo ergo, etc.*] Vult istã beatitudinem tribus temporibus assignare: naturæ, & circumcisionis, & Christianitatis. u ¶ *Dicimus enim, etc.*] Omnes enim confitemur & consentimus: ut quod ratio de Abraham inuenerit, hoc de cæteris obseruemus. x ¶ *Quomodo ergo reputata, etc.*] Videamus utrum circũcisio ex iustitia, an iustitia ex circumcisione sit nata. y ¶ *Non in circumcisione, etc.*] Quia ante iustus, quàm circumcisus. z ¶ *Et signũ accepit etc.*] Ne dicerent: ergo superflue circũcisus est: signum ait esse iustitiæ, non augmentum. a ¶ *Signaculũ iustitiæ.*] Signaculũ accepit illius iustitiæ, quam præputiati fides meruit. Perfecta enim fuit, ut signaculũ mereretur. Semper

per enim res plena signatur. Siue ut ostenderet: quàm iustus & fidelis esset, qui dolorem sibi ex mandato dei non dubitauit inferre. Non putetis superfluum quod ab essentiarum domino iubebatur: sicut nec parricidium credidit impium, quod fons præceperat pietatis.

d ¶ Vt sit pater omnium credentium per præputiũ: ut reputetur & illi ad iustitiam, & sit pater circuncisionis: etc.] Vt omnes qui ex gentibus credunt, filij sint Abrahæ: dum & illis sola fides ad iustitiam reputatur: Erunt & ipsi circuncisi, sed corde. Siue quia in præputio iustus fuit, ut esset incircuncisorum pater, & circuncisus iustus permansit, ut circuncisorum iustorũ fuerit pater. *b ¶ Non enim per legem promissio Abrahæ aut semini eius.*] Hic enim legẽ ipsam circuncisionem appellat: eo quod possit omne præceptum, lex intelligi. *c ¶ Vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei.*] Siue ut in semine eius, quod est Christus, benedicerentur omnes gẽtes: quæ illi in hæreditatem à patre sunt datę. Siue ut cum eo recumbant gentes, in regno cœlorum. *d ¶ Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides: abolita est promissio.*] Si illi soli ut uos ultis circuncisi hæredes sunt: non impleuit deus promissum Abrahæ, ut pater esset multarum gentium, & si ita est, iam uidebitur deo fine causa credidisse. *e ¶ Lex enim iram operatur.*] Quia iniustis est posita, & magis grauauit peccare uolentes, quàm absoluit per scientiam cumulando delicta. Si enim cæci essetis, peccatum non haberetis. *f ¶ Vbi enim non est lex, nec præuaricatio, etc.*] Cum ergo fides exinaniri non potest, nec promissio aboleri, non est ex lege hæreditas, sed ex fide. Lex enim non donat peccata, sed damnat, & ideo non potest omnes gentes filios facere Abrahæ: quia secundum quod omnes sub peccato inuenti sunt, omnes erant utiq; puniendi. Fides autem dimissis per gratiam peccatis, omnes credentes filios efficit Abrahæ: siue quia non est quod præuaricetur, ubi lex non est: siue non est quod uindicetur, ubi lex necessaria non est. *g ¶ Ante deum cui credidisti.*] Ante deum qui pater est omnium credentium. *h ¶ Qui uiuificat mortuos.*] Hic mortuus ad generandum dicit, ut præsenti conueniat causæ. *i ¶ Et uocat ea quæ non sunt.*] Quamuis & in principio uocauerit quæ non erant, & statim esse cœperunt: tamen hic de filij desperata conceptione significat: quia iam non erant eis tempora generandi.

k ¶ Qui contra spem in spe credidit.] Contra spem naturæ est: ut centum annorũ homo ex muliere æque iam fessa, quæ etiam in iuuentute sterilis fuisset: semen suum sicut stellas cœli crederet esse futurum. *l ¶ Vt fieret pater multarum gentium: secundum quod dictum est ei: Sic erit semen tuum.*] Qui nec unius filij iã per se esse poterat pater. *m ¶ Et non infirmatus est in fide.*] Quæritur quomodo Abraham iam emortuo corpore, filios de Cetura generauerat, qui de Sara ante non potuit? Idcirco de Sara non genuit: quia & senex erat & sterilis: in illa uero quasi in iuuene, cursu naturæ, facile potuit generare. *n ¶ Nec considerauit corpus suum emortuum: cum fere centum esset annorũ, & emortuam uuluam Saræ.*] Nihil naturæ cõsiderat fides: quia omnipotentem nouit esse qui dixit. *o ¶ In re promissione etiam dei non hæsitauit diffidentia, sed cõfortatus est fide.*] Nec de se, nec de senectutis impossibilitate, nec de promissionis magnitudine dubitauit. *p ¶ Dans gloriam deo, plenissime sciẽs: quia quæcunque promisit deus, potens est & facere.*] Tanquam de recepto gratias agens. *q ¶ Ideo & reputatum est illi ad iustitiam.*] Quia tam perfecte & firmiter credidit. *r ¶ Non est autem scriptum tantum propter ipsum: quia reputatum est, etc.*] Non ut eius solum fidem sciremus, qua domino placuit: qui ideo etiam tentatus est, ut & ipse se nosset, & nos sequeremur. *s ¶ Credentibus in eum qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis.*] Si tam perfecte crediderimus Christum à mortuis resurrexisse: quomodo ille credidit corpus suum posse ad generandum uiuificari iam mortuum. *t ¶ Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.*] Quia morte sua nostra peccata aboleuit, & in ea qualitate qua mortuus est, necessario resurgens apparuit: ut iustitiam credentium confirmaret.

Vt sit pãter omnium credentium per præputium, ut reputetur & illis ad iustitiam, & sit pater circuncisionis, nõ his tantum qui sunt ex circuncisione, sed & his qui sectãtur uestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. Nõn enim per legem promisio Abrahæ aut semini eius, ut hærẽs esset mundi: sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promisio. Lex enim irã operatur. Vbi enim non est lex, neq; præuaricatio. Ideo ex fide ut secundum gratiam firma sit promisio omni semini. Non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui est pater omniũ nostrum: sicut scriptũ est: Quia patrem multarũ gẽtium posui te, antẽ deum cui credidisti, qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ non sunt, tanquã ea quæ sunt. Qui contra spem in spe credidit, ut fieret pater multarum gentiũ: secundum quod dictum est ei: Sic erit semen tuum sicut stellæ cœli, & tanquã arena maris. Et nõn infirmatus est in fide: nẽc considerauit corpus suũ emortuum: cum ferè centum esset annorũ, & emortuam uuluam Saræ. In rẽpromisione etiam dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide: dans glõriam deo, plenissime sciẽs, quia quæcunq; promisit deus, potens est & facere. Idẽo & reputatum est illi ad iustitiam. Nõn est autem scriptũ tantum propter ipsum: quia reputatum est illi ad iustitiã, sed & propter nos quibus reputabitur, crẽdentibus in eum qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

Caput V

IVstificãti igitur ex fide, pãcem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum: pẽr quem & accessũm habemus per fidem in gratiam istam in qua stamus, & gloriãmur in spe gloriæ filiorum dei. Nõn solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus: scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem, prõbatio uero spem. Spes autem nõ confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris pẽr spiritum sanctum, qui datus est nobis. Vt quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus secundum tẽmpus, prõ impijs mortuus est? Vix em prõ iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Cõmẽdat autem charitatem suam deus in nobis: quõniam si cum adhuc peccatores essemus, secundũ tempus Christus prõ nobis mortuus est: multo igitur magis iustificati nunc, in sangũine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Si ẽnim cum inimici essemus, recõciliati sumus deo per mortem filij eius: multò magis reconciliati, salui erimus in uita ipsius. Nõn solum autẽ, sed & gloriamur in deo per dominũ nostrum Iesum Christum, per quem nunc recõciliationem accepimus. Prõpterea sicut per unum hominem

IVstificati igitur ex fide.] Pertractata causa quare nemo eorum ex operibus iustificatus sit, sed omnes ex fide: quod exẽplo Abrahæ probat: cuius se filios esse soli Iudæi putabant: ostendit ratione quod non genus nec circuncisio, sed fides faciat filios Abrahæ: qui ex sola prima fide iustificatus est. Qua ratione cõclusa, pacẽ eos habere hortat: quia nemo suo merito, sed omnes equaliter dei gratia sunt saluati. *x ¶ Pacẽ habeamus ad deũ, etc.*] Vel subiecti simus utriq; deo: siue pacem dei non tantum

tantum seculi habeamus. *a ¶ Per quem & accessum habemus per fidem in gratia ista.*] Per quem accessimus prope, qui eramus longe. *b ¶ In qua stamus.*] Qui ante iacebamus. *c ¶ Et gloriamur in spe gloriæ filiorum dei.*] Gloriamur nos sperare filiorum dei gloriam possessuros. Tantumq; est quod speramus, quantum ex se nullus auderet, ne nõ spes, sed blasphemia putaretur: eo quod nullis pro sua magnitudine incredibile uideatur. *d ¶ Non solum autem, sed & gloriamur, etc.*] Non solum in gloriæ spe, sed etiam in saluberrimis tribulationibus gloriamur, magnitudinem præmij cognoscentes: sicut Iacobus ait: Omne gaudium existimate fratres, & reliqua. Vnde & gaudere debemus aliquid pati pro nomine dei, ut acquiramus de tribulatione finiẽda præmium infinitum. Consideratione enim præmij, nullum possumus cõdignum æstimare laborem. Nam & scimus homines propter aurum ultro se ad bestias deputare: quod tamen in æternum non poterunt possidere: quanto magis nos exemplo apostolorum in tribulationibus gaudere debemus? Quæ quidẽ cum sint temporales, æternam salutem acquirunt, & à doloribus liberant sempiternis. Cum multi propter spem paruæ salutis, & curam corporis, maximos sustinuerint cruciatus: nec tamen perfectam possunt consequi sanitatem: quæ etiam si prouenerit, paulopost morte intercedente soluetur. Habemus ergo unde honeste & sine periculo gloriemur. Magna enim gloria est de imis ad summa crescere: de nihilo ad maxima peruenire: de limo ad cœlum, & de seruitute uocamur ad regnum: si tamen omni seculi gloria & iucunditate contempta: in illo solo quod nobis promittitur, gloriemur. Quod & si feceritis, tale est, quale si quis nummo plumbeo contempto, gemmam regiam consequatur: quanquam nec sic sit digna comparatio: quia quamuis hic precium distet, tamen manet utriusq; corruptio: ibi uero incorruptibilibus corrupta, & æternis caduca mutantur. *e ¶ Probatio uero spem: spes autem non confundit.*] Spes futurorum omnem confusionem expellit. Vnde probatur non habere spem, qui præceptis confunditur Christi. *f ¶ Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris.*] Magnitudo beneficiorum excitat in se magnitudinem charitatis: quæ per fecta confidit, & timere non nouit. Item manifeste hoc ostendit: quia quæcunq; hominibus à deo patre donãtur, per spiritum sanctum tribuuntur. *g ¶ Per spiritum sanctum, qui datus est nobis.*] Quomodo nos deus diligat, ex hoc cognoscimus: quia non solum nobis per filij sui mortem peccata dimisit, sed & spiritum sanctum nobis dedit, qui iam ostendat gloriam futurorũ. *h ¶ Vt quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus.*] Vt quid indebite pro nobis mortuus est, nisi ut manifestaret suam charitatem: cum adhuc peccatorum & scelerum lãguoribus premeremur? *i ¶ Secundum tempus.*] Secundum tempus infirmi, quo iam defecerat penè iustitia. Siue quia ultimo tempore passus est Christus: siue ad tridui tempus ut prædicebatur est mortuus. *k ¶ Pro impijs mortuus est.*] Vult ostendere, quia pro impijs mortuus est: ut ex beneficiorũ contemplatione eius gratiam commendaret, & in mercato delicti, quantum eum debeamus diligere, demonstraret, & tanto beneficio & sancto, an aliquid præponendum sit: uideremus: cum ille nobis impijs nec uitam suam præposuerit: ne necessariam nobis denegaret mortem. *l ¶ Vix enim pro iusto quis moritur.*] Ideo pro iusto difficile moriẽ, quia iustus non habet mori. Pro morituro cẽ forte moritur alter. *m ¶ Nam pro bono forsitan, etc.*] Bonus ipse est, qui & iustus. Dicit enim alibi: Manda- Rom. 7.c
tum sanctum, & iustum & bonum. Forsitan autem, hoc est, tam facile audeat, ne illi iniuria fiat. *n ¶ Commendat autem charitatem, etc.*] Amabilem facit, cum insinuat quantum nos diligit. quãdo enim indebite aliquid præstatur, tunc maxime charitas commendatur. Quid enim tam indebite, quàm ut sine peccato dominus pro seruis impijs moreretur, & uniuersitatis conditor dignaretur apparere in homine & contemni pro reparatione propriæ creaturæ. *o ¶ Quoniam si cum adhuc peccatores essemus.*] Notandũ quod plerunq; Apostolus credẽtes iam in Christo fuisse peccatores, dicens: iam non esse significat: ut qualiter se exhibere debeant, recognoscant. *p ¶ Christus pro nobis mortuus est, etc.*] Si peccatores tantum dilexit, quanto magis custodiet iustos? *q ¶ In sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum.*] Non animalium, sicut in lege. Caueamus ergo, ne peccando eum pollutum dicamus: sicut dicit ipse Apostolus ad Hebræos. *r ¶ Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus, etc.*] Peccatores inimici sunt contemnendo: sicut dicit apostolus: Scitis quia amicitia huius mundi inimica est deo: Quicunq; enim uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei cognoscitur. Inimici ergo actibus, non natura. Reconciliati autem, quia conciliati naturaliter fueramus. *s ¶ Multo magis reconciliati, etc.*] Si per mortem Christi saluati sumus: quanto magis in eius glorificabimur uita, si eam fuerimus imitati? *t ¶ Non solum autem sed & gloriamur in deo, etc.*] Non solum nobis uita dabitur sempiterna, sed etiam quædã similitudo per Christum promittitur diuinæ gloriæ: sicut dicit Apostolus Ioannes: Nondum apparuit quid 1. Ioan. 3.d
erimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. *u ¶ Propterea sicut per unum, etc.*] Si per unum hominem Euam, peccatum intrauit in mundum: insaniunt qui dicunt: antequam deceperit diabolus Euam, peccatum fuisse in mundo. Item hic ostendere uult propterea Christum passum: ut qui sequentes Adam discesseramus à deo, per Christum reconciliaremur deo.

¶ In hunc

Universidad de Navarra Biblioteca

A *a* ¶ *In hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum, mors.*] Exemplo, uel forma: Quomodo cum non esset peccatum, per Adam aduenit: ita etiam cum penè apud nullum iustitia remansisset, per Christum est reuocata. Et quomodo per illius peccatum, mors intrauit: ita & per huius iustitiam, uita est reparata: futura, non præsens. *b* ¶ *Et ita in omnes homines mors pertransijt.*] Dum ita peccant, & similiter moriuntur. Nõ enim in Abraham, & Isaac
Rom. 14.b & Iacob pertransijt:
2.Cor. 5.c de quibus dicit dominus: Omnes enim illi uiuunt. Hic autem ideo dicit omnes mortuos: quia in multitudine peccatorum nõ excipientur pauci iusti, sicut ibi: Non est
Psal. 52.d qui faciat bonum: nõ est usq; ad unum. Et omnis homo mendax. Siue in eos omnes pertrãsijt: qui humano, non cœlesti ritu uiuebant. Item nũc Apostolus mortẽ animæ significat: quia Adam præuaricãs mortuus est: sicut & pro
Ezech. 18.c pheta dicit: Anima
B quæ peccat, ipsa morietur. Transiuit enim & omnes homines, qui naturalem legem præuaricati sunt. *c* ¶ *In quo omnes peccauerunt.*] Hoc est, in eo quod omnes peccauerunt, exemplo Adæ peccant. *d* ¶ *Vsq; ad legem enim peccatum erat in mundo.*] Lex peccati uindex aduenit: ante cuius aduentum liberius uel præsentis uitæ longitudine fruebantur. Erat quidem ante legem peccatum, sed non ita putabatur esse peccatum: quia iam penè obliteratum fuerat in natura. Item dicens: Usq; ad legem, Moysi significat. Inferens autem, peccatum nõ imputatur cum lex non est: naturalem iterum ostendit legem, per quã præuaricatus est Cain, & post ipsum qui naturalem legem præuaricati sunt. *e* ¶ *Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.*] Quomodo mors regnabat, si non imputabatur peccatum? nisi subaudias, in præsenti nõ imputabatur. *f* ¶ *Sed regnauit mors ab Adam, usq; ad Moysen.*] Siue dum non esset qui interiustum & iniustum
Gen. 9.d ante distingueret, putabat se omnibus dominari. Siue non solum in eos qui præceptum sicut Adam trãsgressi sunt: Hoc est de filijs Noe: quibus iussum est: ne animam in sanguine manducarent: Et de filijs Abrahæ, quibus circuncisio mandata est: sed etiam in eos qui sine præcepto legem contempsere naturæ. *g* ¶ *Etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ.*] Hi sunt qui non in similitudinem præuaricationis Adæ peccauerunt: qui per naturalem legem transgressi sunt, & non sicut Adam per mandatum. *h* ¶ *Qui est forma futuri.*] Siue ideo forma fuit Christi: quia sicut Adam sine coitu à deo factus est: ita ille ex uirgine spiritu sancto operante processit. Quidam dicunt forma econtrario, hoc est: sicut ille peccati caput, ita & iste iustitiæ. Item forma Christi Adam factus est. Sicut enim Adam primus mandatum dei præuaricans exemplum est, legem dei

hominem, in hũc mundum peccatum intrauit, & per peccatum, mors: & ita in õmnes homines mors pertransijt: in quõ omnes peccauerunt. Vsq; ad legem enim peccatum erat in mundo. Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset, sed regnauit mors ab Adam, usque ad Moysen, etiã in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. Nam non sicut delictum, ita & donum: Si enim unius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia dei, & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per unum peccatum, ita & donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem: grãtia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim unius delicto mors regnauit per unum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ, accipientes in uita regnabunt per unum Iesum Christum. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem uitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiam iusti constituentur multi: Lex autem subintrauit

praeuaricare uolentibus: sic & Christus uoluntatem patris complens, exemplum est imitari eum cupientibus. C
i ¶ *Nam non sicut delictum, ita & donum.*] Ne in forma, æqualitas putaretur. *k* ¶ *Si enim unius delicto, multi mortui sunt: multo magis gratia dei & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit.*] Hic manifeste docet: quia non generaliter de omni homine dicit, dicẽs: unius delicto, multi mortui sunt: quia communi & naturali morte: nõ solum peccantes, sed & iusti moriuntur.
l ¶ *Et non sicut per unum peccatum, ita & donum.*] Sed amplius. *m* ¶ *Nã iudicium quidem ex uno in condemnationem.*] Ex uno iusto peccante, processit iudiciũ mortis. *n* ¶ *Gratia autem ex multis delictis in iustificationem.*] Quia non inuenit Adam multam iustitiam quam suo exemplo destrueret: Christus autem gratia sua, multorum peccata dissoluit. Et Adam solam formã fecit delicti: Christus uero & gratis peccata remisit, & iustitiæ dedit exemplum. *o* D
¶ *Si enim unius delicto mors regnauit per unum: multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in uita, regnabunt per unum Iesum Christum.*] Quare multa peccata dimisit, abundantia donationis spiritus sancti: quia multa sunt dona. Ipsa enim iustitia donatur per baptismum, non ex merito possidetur. *p* ¶ *Igitur sicut per unius delictum, in omnes homines in condemnationem: sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem uitæ.*] Mors regnauit: subauditur, ita & per iustificationem gratia regnauit. Itemq; superius Iude.c
dicit: Nunquid iniquus deus qui infert iram? Et adiecit: Absit: quomodo potest unius delicto Adæ, omnes homines condemnare, cum nec unius Christi iustitia, omnes homines iustificati sunt? Omnes autem dicens non generaliter dicit: sed uniuscuiusq; partis significat multitudinem. Alioquin inueniuntur omnes homines iustificati in Christo, sicut & in Adam condemnati, & non erit ultra qui puniatur. *q* ¶ *Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & per unius obedientiam iusti constituentur multi.*] Sicut exemplo inobedientiæ Adæ, peccauerunt multi: ita & Christi obedientia iustificantur multi. Grande enim crimen inobedientiæ est, quod tantos occidit. *r* ¶ *Lex autem subintrauit: ut abundaret delictum.*] Quia naturalem legem habentes Hebræi & scribæ acceperunt: propterea dicit: subintrauit. Ipsi enim ad maiorem mercedem accipientes legem, per suam negligentiam non custodientes, in maius ceciderunt. ne dicerent, sed nobis lex peccatum dimisit, non, inquit, uenit dimittere, sed demonstrare delicta. Et dum scienter peccatur, cœpit abundare delictum: quasi si diceret: ut uideo lex peccatum non abstulit, sed adiecit: non tamen suo uitio sed illorum, subintrauit, hoc est, subito intrauit, & ita contigit ut abundaret

delictum

A delictum. *a* ¶ *Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia.*] Sicut ait saluator: Cui plus dimittitur, amplius diligit. Manifestata est enim quantitas peccati, ut scitetur gratiæ magnitudo, & redderemus competens debitum charitatis. *b* ¶ *Vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in uitam æternam, per Iesum Christum dominum nostrum.*
Sicut abundanter cõformatũ est regnum per contemptum legis: ita & regnum gratiæ confirmetur per multorum remissionem peccatorũ, & indesinentem deinceps iustitiæ actionem.

Cap. VI

Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato.] Ne nõ intelligentes dicerent: Si gratia crescit in magnitudine delictorum, peccare debemus, ut possit magis ac magis gratia abundare. Absit. Ego de illis dico quos ita fides inuenit, non de nobis qui
B iam mortui sumus peccato ut gratia uiueremus. *d* ¶ *Quo modo adhuc uiuemus in illo?*] Vult tam firmũ esse baptizatum tanquam perfectum.
e ¶ *An ignoratis fratr.*] Aut nunquid nescitis ipsum sacramentũ baptismatis? *f*

Luc. 7.d

¶ *Quia quicunq; baptizati estis in Christo Iesu.* Tribus modis baptismus accipitur in scripturis: aquæ, & spiritus sancti, qui & ignis appellatus est, & sanguinis in martyrio:
Luc. 12.f de quo saluator dicebat: Baptismo habeo baptizari.
g ¶ *In morte ipsius baptizati sumus.*] Vt illi commoriamur in baptismo. *h* ¶ *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo Christus surrexit à mortuis in gloriam patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus.*] Ostendit nos propterea ita baptizari, ut per mysterium consepeliamur Christo, criminibus morientes, & renunciantes pristinæ uitæ: ut quomodo pater glorificatur in filij resurrectione: ita & per nostræ conuersationis nouitatem ab omnibus honoretur, ut ne signa quidem ueteris hominis agnoscãtur in nobis. Nec enim aliquid uelle aut cupere debemus, quod uolunt aut cupiunt qui nondum sunt baptizati, & quicunq; adhuc ueteris uitæ erroribus implicantur. *i* ¶ *Si enim complantati facti sumus similitudini.*] Si consepulti sumus nunc, & tunc resurrectionis eius poterimus esse participes: & si fuerimus noui & immutati in cõuersatione, similiter noui & immutati erimus in gloria. *k* ¶ *Hoc scientes, quia uetus homo noster.*] Qui ueterem hominem terrenum Adam imitando peccabant. *l* ¶ *Simul crucifixus est.*] Per baptismũ te crucifixum intellige, qui membrũ de corpore eius

effectus es. Et ille quidem innoxium corpus appendit, ut tu noxium suspendas à uitijs: in quo mysterio Moyses serpentem æreum in deserto suspendit. *m* ¶ *Vt destruatur corpus peccati, etc.*] Hoc est, ut omnia uitia destruantur: quia unum uitium, membrũ est peccati: omnia, corpus totum. Christus non ex parte, sed integer est crucifixus. Siue ut corpus nostrum destruat à seruitute peccati, & fiat iustitiæ mancipium, quod solebat esse delicti. Omnis enim q Ioan. 8.c
facit peccatũ, seruus est peccati. *n* ¶ *Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato.*] Hoc est, alienatus est à peccato. Mortuus enim omnino non peccat: ita & qui natus est de deo, nõ peccat. Crucifixus enim omnibus membris dolore occupatis, peccare uix poterit. *o* ¶ *Si autem mortui sumus cũ Christo, credamus quia simul etiam uiuemus cum illo.*] Si cõ mortui non sumus, nec cõuiuemus: quia eius nõ sumus membra. *p* ¶ *Scientes quod Christus resurgẽs ex mortuis, iam nõ moritur. Mors illi ultra non dominabitur.*] Ita & nos si hic uoluntate mortui fuerimus, secundã non timebimus mortem. Siue iam nõ potestis iterũ baptizari: quia Christus non potest pro uobis iterũ cruci
Heb. 6.d figi: sicut dicit ad Hebræos: Impossibile est eos q semel illuminati sunt, &c. Quibus nõ pœnitentiam negat: sed iterationem baptismi diffitetur. *q* ¶ *Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel.*] Quia ipse peccata nostra portauit, & pro nobis doluit, ne de cætero peccaremus.
r ¶ *Quod autem uiuit, uiuit deo.*] Viuit in gloria deitatis.
s ¶ *Ita & uos existimate uos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem deo in Christo Iesu.*] Quasi membra eius semel uos scitote commortuos debere iam semper uiuere deo in Christo: in quo uita nostra abscondita est apud deum, quem induti, eius sequamur exemplum. *t* ¶ *Non regnet peccatum in uestro mortali corpore: ut obediatis concupiscentijs eius.*] In corpore mortali, uiuite ut immortales. Et quomodo regnet peccatũ in corpore, exposuit: per obedientiã scilicet & consensum. *u* ¶ *Sed neq; exhibeatis membra uestra arma iniquitatis.*] Vnumquodq; membrũ si officiũ suũ in malos usus uerterit, arma iniquitatis efficitur ad iustitiã expugnandã. Simul notandũ, q; homo membra sua cui uelit parti exhibeat per arbitrij libertatẽ.
x ¶ *Sed exhibete uos deo tanquã ex mortuis uiuentes.* Tanq; qui iam resurrexistis: quia tunc nec carnaliter uiuitur, nec peccato. *y* ¶ *Et membra uestra arma iustitiæ deo.*] Vt oculus qui ante uidebat ad concupiscendum, nunc uideat nudum ad uestiendũ. Sic de reliquis membris aduerte.

Universidad de Sevilla Biblioteca

A c ¶ *Peccatum enim in uobis non dominabitur.*] Non uos uincet peccatum. Non enim estis paruuli, sed perfecti: quasi pædagogus puero, noli facere uitium sermonis. Non enim adhuc audis grãmaticum, sed oratorem: siue nõ debet dominari. Item non quia impossibile sit peccare his qui gratiam acceperunt: ideo dicit peccatũ in uobis non dominabitur. *b* ¶ *Nõ enim sub lege estis.*] Sed bene sciens quia hi q sub gratia sunt, alieni sunt à multis & à diuersis præceptis legis, & ab oneribus eius: quæ data est propter duritiam cordis Iudæorum, ut est il-
Leuit. 14 lud: Leprosam domũ destruere, & longe à ciuitate in locum immundum proijcere. Qui enim participes sunt Christi gratiæ, didicerunt quem admodũ oportet uincere passiones, & deũ
Deut. 6.d diligere ac proximũ suum: sicut scriptum est: Nõ enim estis sub lege, sed sub gratia: gratiã uincendi & doctrinæ præbuit exemplum. *c* ¶ *Quid ergo? Peccabimus: quoniam non sumus sub lege, etc.*]
B Ne dicerẽt: Ergo cessante uindicta legis, impune peccamus. *d* ¶ *Sed sub gratia. Absit.*] Si peccatis, sub gratia non estis. *e* ¶ *An nescitis, quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis.*] Si uolueritis peccatis seruire, incipietis sentẽtiæ legis subiacere, quæ uindicat in peccantes: si autem iustitiæ obedieritis, non estis sub lege, sed sub gratia. *f* ¶ *Gratias autem deo, quod fuistis serui peccati.*] Fuistis, inqt, sed non estis. *g* ¶ *Obeditis autem ex corde in eam formã.*] Ex corde dicit, hoc est fideliter. *h* ¶ *Liberati autem à peccato.*] In doctrina & exemplo Christi, qui non solum peccata, sed etiam occasiones auferre docuit delictorũ. *i* ¶ *Humanum dico propter infirmitatem carnis uestræ.*] Humanum dico, quia nondum ad plenum potestis audire diuinum. Cum enim multo magis debetis seruire iustitiæ quàm peccato cui ante seruistis: ego tamen concedo infirmitati uestræ, ut tantum iustitiæ seruiatis. Siue ita: Humana iam ratione digna loquor, quod omnes mecum sentire possent, & nullus abnuere. *k* ¶ *Sicut enim exhibuistis membra uestra.*] Quia quicquid anima carnaliter gerit, carnaliter deputatur: si autem caro spiri-
Sap. 9.d tuale opus faciat, totus homo efficitur spiritualis: ut est illud: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Nos exhibuimus membra nostra seruire peccato: non sicut Manichæi dicunt: naturam corporis insertum habere peccatum. *l* ¶ *Cum enim serui essetis peccati.*] Hoc est, in nullo ei penitus seruientes: ita & nunc liberi estote ab omni peccato. *m* ¶ *Quem ergo fructum habuistis.*] Nullus sine dubio fructus est in ea re quæ per pœnitentiam erubescitur: Omnis enim qui cognoscit bonitatẽ, in pristinis actibus erubescit: quicunq; autem erubescit iustitiã, fructum eius ignorat. Ergo q peccant, nec in præsenti aliquem fructũ habent, & mortem perpetuam in futuro percipient: Qui uero seruiunt domino, & in præsenti fructum habent donum spiritus sancti, & in futuro uitam æternam. Aliter: Qualem fructum in actione illius rei habuistis: in cuius etiam recordatione uerecundia est? *n* ¶ *Nunc uero liberati à peccato, serui autem facti deo.*] Hoc ipsum ideo fructus est, quod uiuetis sanctificati per baptismum. *o* ¶ *Stipendia peccati mors.*] Qui peccato militat, remunerationem accipit mortem. Item præmium quod offert ad deceptionem nostram, hoc mors D est. *p* ¶ *Gratia autem dei uita æterna.*] Non dixit similiter, stipendia iustitiæ: quia non est antequam remuneratur in nobis. Nõ enim nostro labore quæsita est, sed dei munere condonata. *q* ¶ *In Christo Iesu domino nostro.*] Est siue gratia, siue uita.

Peccatũm enim uobis nõ dominabitur. Non enim sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergõ? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub grãtia? Absit. An nescitis quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam. Gratiãs autem deo, quod fuistis serui peccati: obeditis aũtem ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi estis. Liberãti autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. Humanũm dico propter infirmitatem carnis uestræ. Sicũt enim exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Cũm enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergõ fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nũnc uero liberati à peccato: serui autem facti deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem: finem uero uitam æternam. Stipendiã enim peccati mors: gratiã autem dei uita æterna, in Christõ Iesu domino nostro.

Caput VII

AN ignorãtis fratres: scientibus enim legẽ loquor: quia lex in homine dominatur quanto tempore uiuit. Nam quæ sub uiro est mulier: uiuente uiro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege uiri. Igitũr uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro. Si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est à lege uiri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio uiro. Itaq; fratrẽs mei & uos mortificati estis legi per cõrpus Christi, ut sitis alterius: qui ex mortuis resurrexit ut fructificetis

Cap. VII

AN *ignoratis fratres: scientibus enim legem loquor.*] Hic incipit difficultatem legis ostendere, ut illos hortetur ad gratiam sine eius timore transire. *s* ¶ *Quia lex in homine dominatur.*] Homo, siue lex hominis. *t* ¶ *Nam quæ sub uiro est mulier, uiuente uiro alligata est legi: si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est à lege uiri.*] Comparatione legis, mandatum uirum appellat: ut ostendat legem sine effectu uindictæ quasi mortuam, nobis iam mortificatis impedire non posse: quo minus ex integro ad Christum qui resurrexit à mortuis transeamus: qui merito nobis uiueret, si inuenisset quod punire posset in nobis. *u* ¶ *Igitur uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cũ alio.*] Quamdiu uiuit uir, tamdiu illi secundum eius solius necesse est uiuere uoluntatẽ: cum autem illo mortuo, alio uiro mulier fuerit copulata, iam non illi secundum prioris uiri consuetudinem est uiuendum. *x* ¶ *Itaque fratres mei ex uos mortificati estis legi.*] Noluit iuxta comparationem, legem illis dicere mortuã, sed quod uerbis eis dicere non audebat, intellectui dereliquit. *y* ¶ *Per corpus Christi, ut sitis alterius uiri, qui ex mortuis resurrexit: ut mortificetis deo.*] Cõmoriẽdo Christo, qui dãnauit peccatum

A peccatum in carne. *a* ¶ *Cum enim essemus in carne, &c.*] Cum essemus in carnali conuersatione, passio concupiscentiæ operabatur in oculis, & in cæteris membris passiones, quæ tamen per legẽ ostendebantur esse peccata. Item in carne est, qui uoluntate carnis ducitur, & legi dei obedire prohibetur: quia non potest duobus dominis seruire. Nunc autem gratia spiritus sancti, docti passiones uincere, in carne non sumus: quia mortui sumus legi, quæ doctrinam gratiæ non continet. *b* ¶ *Vt fructificarent morti.*] Vt nos legis seueritas interficeret. *c* ¶ *Nunc autẽ soluti sumus à lege mortis.*] Morientes peccato, in quo detinebamur à lege. *d* ¶ *Ita ut seruiamus in nouitate spiritus.*] Spiritualis gratiæ præceptis, & non literæ legis. Item, seruitus noua est, nõ diligere mundũ neq; ea quæ sunt in mundo, & carnis curam non facere in concupiscentijs. Lex enim bona terræ promittens, nutrire nouit amorum carnis
B desideria. Iuste hic discipuli Iesu lege mortui sunt, quoniam mundo abrenunciauerunt. *e* ¶ *Et non in uetustate literæ.*] Nunc scriptæ & naturalis legis facit mentionem: quia scripta lex & naturalẽ continet. Infert autem dicens: Nam concupiscentiam nesciebam nisi per legẽ. Personã inuenis sumit, ostendere uolẽs: quia q̃ diu sumus infantes, omnino quid sit concupiscentia ignoramus. Cũ aũt crescere cœperimus, initiũ accipit cõcupiscẽtia quæ à lege prohibita est in nostram peruenire notitiã, cum iam possimus discernere bonum & malum. *f* ¶ *Quid ergo dicemus?*] Quia ab eo semper mortem dixerat esse solutam. Item exhinc uult ostendere: quoniã non custodiendo legem, non fuit legis infirmitas, sed humanæ uoluntatis. Dicendo autem: Peccatũ non cognoui nisi per legem: personam pueri assumit, qui per ætatis infirmitatem legi obnoxius non est: sed ubi adoleuerit, sub lege esse incipit, & mandata cognoscere. *g* ¶ *Absit.*] Cõtra Manichæos. Quod si dixerint, timuit scandalum: semper ergo timuit, & nunquam contra legem locutus est. Vnde ergo uos audistis, quod ille nõ fecit? *h* ¶ *Sed peccatum non cognoui nisi per legem.*] Hic in persona eius hominis loquitur qui legem accipit: id est qui primum dei mandata cognoscit, cum consuetudinem habet delinquendi. *i* ¶ *Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret.*] Non dixit: Non habebam, aut non faciebam, sed nesciebam: hoc est, nesciebam concupiscentiam esse peccatum. Item sicut lumen in tenebris uel offendiculum uel foueam ostendit, similiter & lex præcauendũ & obseruandũ esse à peccatis, facit notitiã peccatorũ, & per legem bonã & sanctam esse dicimus. *k* ¶ *Occasione aũt, &c.*] Hic peccatum diabolum appellat: sicut in Apocalypsi nominatur: scilicet autor peccati. Dicit ergo occasionem mandati: quod excusationem ignorantiæ abstulit. Grauius enim facit quàm ante peccare: sicut omnis inuidus tunc magis occasionem nocendi amplectitur, quando aliquid committitur ei cui C molitur insidias. *l* ¶ *Omnem concupiscentiam.*] Quæ fuerat lege prohibita. *m* ¶ *Sine lege enim.*] Penè lex in obliuione erat naturalis, quæ suggerebat quid sit peccatum: idcirco lex literæ superducta est, ut commoneret oblitos. Item si cũ lex non esset, peccatum mortuum est: insaniunt qui de Adam per traducem asserũt ad nos uenire peccatum. Propterea hic dicit, peccatum mortuum est: quia in infantibus qui sine lege sunt, non uiuit, id est, impune cõmittitur. Nam maledicente infante, parentibus uidetur esse peccatum, non tamẽ uiuum, sed mortuum. *n* ¶ *Peccatum mortuum.*] Puer licet peccet, mortuũ est in eo peccatum: quia non est legi subiectus. *o* ¶ *Ego autem uiuebam.*] Quasi iustum & liberum uiuere me putabam: siue in præsenti uiuebam. Item, cum autẽ puer essem, legi obnoxius non eram. *p* ¶ *Sed cum uenisset mandatum.*] In fine oblD uionis recognitum est peccatum aduenire mandato: ut omnis qui illud fecerit, mortuum se esse cognoscat. *q* ¶ *Peccatum reuixit.*] Vbi adoleui & cœpi esse sub lege, & delictum, quod cum essem puer per ignorantiã erat in me mortuum, reuixit in me lege dominante. Ita ergo, inquit, mandatum quod erat ad uitam datum, hoc mihi in mortem inuentum est pueritiæ cõsuetudine & more peccandi. Item, quia uixerat per naturalem scientiam, & mortuum fuerat per obliuionem, ideo dicitur reuixisse per legem. *r* ¶ *Ego autem mortuus sum.*] Quia sciens præuaricaui. *s* ¶ *Et inuentum est mihi mandatum.*] Quod custoditũ proficiebat ad uitam, neglectum duxit ad mortem. Item pœnam mortem dicit, quam nobis peccatum per deceptionem suam acquisiuit: ostendens temporalia & terrena quæ putantur esse bona, & legem præuaricare suadens, quę uitam æternam facientibus repromittit. *t* ¶ *Nam peccatum occasione accepta.*] Contra impugnatores legis, & cõtra eos qui iustitiam à bonitate secernunt: lex & sancta & bona dicitur & iusta. Nisi, inquit, abundauerit iustitia uestra. Sed & deus *Matt. 5.* nonnunquam in ueteri instrumento bonus, & in no- *Ioan. 17.d* uo dicitur iustus. Pater iuste, ait dominus. Contra Marcionistas hic locus facit. *u* ¶ *Quod ergo bonum est mihi factum est mors? Absit.*] Non mihi ipsa causa mortis extitit, sed ego qui peccando inuenio mortem. *x* ¶ *Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem.*] Per bonum legis reuelatur peccatũ & ab ipsa punitur. Item uult ostendere qualiter infantis qui ante fine lege erat, cũ cœperit adolescere, & à parentibus mihi lo minus prohiberi, peccatũ incipiat apparere. Apparet autẽ cum illud uitare didicerit. Ipsum enim peccatũ si in proficiente ætate, non solum nõ abscinditur sed augetur, supra modum peccãs efficitur dum iam ueniam non meretur. *y* ¶ *Vt fiat supra modum peccans.*] Ante legem modum habebat per ignorãtiam: supra modum

Universidad de Sevilla Biblioteca

A est cum scienter admittitur. Item hoc dicit: quoniã peccatũ cum per ætatẽ obnoxiũ non erat adolescenti ætati: dominante sibi lege cõmissi reputatur in culpam: factum est ultra modum peccatum. *a ¶ Peccatum per mandatum.*] Nunc ex persona eius qui ætatẽ legitimam habet, sermo profertur.

Qui enim dicit: Quia lex spiritualis est: ego sum cõdemnat propria uoluptate peccante. Vnde adiecit: Ego autẽ carnalis sum, uenundatus sub peccato: ut ostendat, quia cum esset liber, ipse se uenundedit peccato. Quid enim iterum dicit. Quod enim operor nõ intelligo, hoc est nolens discernere nocere, uolẽs noceo. Aliena desidero, in eis fraudare non optans: hoc enim ostendit, dicẽs: Non enim quod uolo ago: hoc est mihi bonum fieri, sed quod odi illud facio: similiter intelligitur, mihi malũ fieri. Si enim quod nolo mihi malũ fieri hoc facio: consentio legi, quia bona est: præci-
B piens quod tibi fieri non uis, alij non feceris. *b ¶ Scimus enim q; lex spiritualis est.*] Quæ spiritualia mandat. *c ¶ Ego autem carnalis sum.*] Ego quamcunq; legem accipio, & carnaliter uiuere consueui. *d ¶ Venundatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo.*] Proposito peccato, ut si consilium eius accepero, ipsius seruus efficiar, sponte memetipsum subijciens: etiam quasi inebriatus consuetudine peccatorũ ignoro quid facio. Quod enim operor non intelligo. Siue ita pronunciandum: ego non intelligo malum esse quod inuitus admitto, cum malum nolo facere quod cõmitto: utiq; cum lege sentio: quæ mala & non uult & prohibet. Potest autẽ & intelligi: Si peccо, legis seueritati me ipsum subijcio. Item inuenit peccare qui uoluntati carnis inseruit. *e ¶ Si autẽ quod nolo illud facio, etc.*] Si ea quæ lex præcepit contraria uoluntati carnis, custodire uoluero, secundum carnem quod nolo illud facio: secundum uerò uoluntatẽ spiritus, legi dei spirituali atq; bonæ cõuenio. *f ¶ Nunc autem iam non ego operor illud.*] Ante consuetudinẽ ergo libens ego ipse faciebam. Item dicens: Iam non ego operor illud: ostendit quia non est hominis rationalis, irrationaliũ animaliũ ritu uiuendum. Inferens autem, quod habitat in me peccatũ, docuit quia totum se tradiderit passionibus carnis, quæ deo sunt inimicæ. *g ¶ Sed quod habitat in me peccatum.*] Habitat quasi hospes, & quasi aliud in alio: nõ quasi unũ: ut accidentia scilicet nõ naturalia. *h ¶ Scio enim quia non habitat in me: hoc est in carne mea bonum.*] Non dicit: Non est caro mea bona. Item hoc ex persona eius dicitur: qui peccandi cõsuetudinẽ habet, & carnis uitijs tenetur obnoxius. *i ¶ Nam uelle adiacet mihi.*] Est uoluntas, sed non est effectus: quia carnalis consuetudo uoluntati resistit. Itẽ uoluntas carnis amatur magis q̃ dei. Ideo dicit: uelle adiacet mihi, ut id quod mihi bonũ fieri uolo non perficiam proximo: nam quod odi pati, illud facio. *k ¶ Perficere autem bonum non inuenio.*] Non uideo facere. *l ¶ Non enim quod uolo bonũ, hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago.*] Sicut uerbi gratia, si quis iam deuorare consueuit, etiam cum non optat incurrit. *m ¶ Si autẽ quod nolo illud facio, non ego operor illud, etc.*] Non ego qui inuitus sed consuetudo peccati: quam tamen necessitatẽ mihi ipse paraui. *n ¶ Inuenio igitur legẽ uolẽti mihi facere bonum.*] Si ego uolo, inuenio mihi legem bonũ facere contra adiacens malum. Item hoc est quod ait, secundum animæ uoluntatem bonũ uelle se facere: adiacere sibi malum iuxta desideria carnis. *o ¶ Quoniam mihi malũ adiacet.*] Quod dicit: Quoniã mihi malum adiacet: ostendit quia nõ per necessitatẽ peccat: sed propria uoluptate ducit ad peccatum, cum uult esse carnis amator. *p ¶ Condelector enim legi dei secundum interiorẽ hominem.*] Consentio legi secundum mentẽ. Item interior homo noster rationalis & intelligibilis, est anima quæ cõsentit legi dei. Lex enim eius est rationabiliter uiuere, & nõ duci irrationabiliũ animaliũ passionibus. Exterior uerò, est corpus nostrum. Eius aũt lex prudentia carnis est: quæ docet edere & potare, & cæteris uti luxurijs quæ repugnant rationi. Et si superauerint, legi peccati subijciunt. Sic enim ita est sicut quidam æstimant: quia quod nolumus hoc facimus. *q ¶ Video aũt aliam legem, etc.*] Desideria consueta uel persuasionem inimici. *r ¶ Repugnantẽ legi, etc.*] Conscientiæ scilicet naturali, uel legi diuinæ quæ in mente cõsistit. *s ¶ Et captiuantem me, etc.*] In consuetudinẽ delictorũ. *t ¶ Infelix ego homo, etc.*] Ego qui sic detineor, quis me liberabit de consuetudine mortifera corporali? *u ¶ Gratia dei per Iesum Christum, etc.*] Admirabiliter intulit, dicens: Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum: quia quæ Moyses & naturalis lex non docuit: hæc docuit dominus noster Iesus Christus: contemnere mundum & superare uitia. Vnde beatus Apostolus hoc docet, dicens: Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & cõcupiscentijs. Item quem lex non potuit liberare: nunquid non Paulus nondũ erat dei gratia liberatus? Vnde probatur: quia ex alterius persona hæc loquitur. *x ¶ Igitur ego ipse mente seruio legi dei.*] Recapitulat ut concludat, & rursum in persona eius qui sub lege erat hæc loquitur. *y ¶ Carne autem legi peccati.*] Homo carnalis duplex est quodammodo & in semetipso diuisus.

C

D

Caput VIII

Nihil ergõ nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundũ carnẽ ambulãt. Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi in quõ infirmabatur per carnem: deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis: qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt: qui uero secundum spiritum sunt, quę sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus uita & pax. Quoniam sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei non est subiecta: nec enim potest. Qui autẽm in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autẽm in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in uobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autẽm Christus in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus uero uiuit propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, uiuificabit mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Ergõ fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus. Si enim secũndum

Matt. 7. b

B uobis homines: sic & uos facite illis. Ista est enim lex & prophetæ.

Infirmauerat qua nos uolebamus. Non enim impossibilia mandata. Vnde filius dei formã serui accipiens, factus est homo, ut peccatũ damnaret in carne, & nos instrueret quemadmodũ oporteat peccatũ damnare in carne: ut iustificatio legis impleatur in nobis. *c ¶ In quo infirmabatur per carnẽ.*] In illis infirmabatur, nõ in se. *d ¶ Deus filium suum mittens.*] Contra Photinum, qui negat filium ante carnem. *e ¶ In similitudinem carnis peccati.*] Dicens in similitudinẽ carnis peccati, ostendit eum eandem quidẽ carnẽ, sed absq; peccato portasse. Item hic similitudo ueritatem habet: sicut Adam genuit ad similitudinẽ suam. Similem ergo cæteris hominibus carnem dominus deus noster Iesus Christus assumpsit.

f ¶ Et de peccato damnauit peccatum.] Quasi si dicas: de hoste expugnauit hostem. Siue sicut hostias quæ pro peccato offerebant in lege, peccati nomine uocant, cum ipsi delicta nescirent: sicut scriptum est: Et imponent manus super caput peccati sui. Sic & Christi caro quæ pro peccatis nostris oblata est, peccati nomen accepit. Quidam autem dicũt quòd peccato ludęorum quòd dum occiderunt, peccatum diaboli quod hostem deceperat

Heb. 2. d

per hominem condemnarit: sicut ad Hebræos dicit: Vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium. Siue de illius carnis substantia quæ antè seruiebat peccato, uicit nunquam peccando peccatum, & in eadem carne damnauit peccatũ, ut ostenderet uoluntatem esse in crimine, non naturam, quæ talis à deo facta est, ut possit non peccare si uelit. *g ¶ Vt iustificatio legis impleretur.*] Vt quod in illis repugnãte carnali cõsuetudine implere nõ potuit, in nobis saltẽ impleat q exemplo Christi mortificabimus carnẽ. *h ¶ Qui non secundum carnem ambulamus.*] Homo ex spiritu & carne cõstitu-

A quia gratiam legem appellat. *a ¶ Liberauit me à lege peccati & mortis.*] Quæ mortificat peccatores. *b ¶ Nam quod impossibile erat legi.*] Hic ostendit quoniam lex per infirmitatem carnis nõ poterat impleri. In eo autem in quo dicit: Deus cum filium suũ misisset in similitudinẽ carnis peccati, & propter peccatum misisse demonstrat, quoniam ante incarnationem erat filius, & susceptа postea carne, quæ ad peccandum esset procliuior, ipse tamen absq; peccato eam susceperit. Et idcirco dicitur in similitudinem carnis peccati susceptа carne uenisse, & peccatum in eadem carne damnasse: quoniam carnem quam susceperat, innoxiã seruauerit ab omni cõtagione peccati. Item legem dicit non præcepta sacrificiorum, & cętera quę erant umbra, usq; ad tempus Christi [illegible]: sed illam quam & dominus noster Iesus Christus docuit, dicẽs: Omnia quæcunque uultis ut faciant

C

D

enim spiritus uitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi in quõ infirmabatur per carnem: deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis: qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt: qui uero secundum spiritum sunt, quę sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus uita & pax. Quoniam sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei non est subiecta: nec enim potest. Qui autẽm in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autẽm in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in uobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autẽm Christus in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus uero uiuit propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, uiuificabit mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Ergõ fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus. Si enim secũndum

Nam prudentia carnis.] Notandũ quia non caro mors, sed prudentia. Eius aũt mortẽ dicẽs: æternã pœnã significat. Itẽ ipse alibi dicit: prudentiã humanã esse, malo uicẽ referre. Talis ergo prudentia mortẽ parit transgrediendo præceptũ. Spiritus uero prudẽtiæ in præsenti pacem habet, nõ reddendo uicẽ, & uitã in futuro. Prudẽtia uero à prouidẽdo est appellata. *k Quoniam prudentia.*] Non ipsa caro, ut Manichæi dicũt, sed sensus carnalis inimicus est deo. Omne enim nõ subiectum, inimicum est: & quicunq; se uoluerit uindicare, etiã ueteris legis non nunq̃ modũ excedit. *l ¶ Nec enim potest.*] Impossibile dixit, ut uel sic eos à carnis cõ-

D

cupiscẽtijs reuocaret. *m ¶ Qui autem in carne sunt.*] Hic probat quia superius nõ carnẽ, sed opera accusauerat carnis: quia quibus hoc dicitur, utiq; in carne uiuebãt. *n ¶ Deo placere non possunt.*] Fieri enim nõ potest, ut carni deditus, aliquando nõ peccet. *o ¶ Vos aũt in carne.*] Hoc est, in spiritualib. operibus occupati. *p ¶ Si spiritus.*] Hic ostendit, quoniã spiritus sanctus patris & filij sit. Item, In illo spiritus dei habitat in quo eius apparẽt fructus: sicut ait ad Galatas: Fructus aũt spiritus est, charitas, gaudium, &c. *q ¶ Si quis aũt spiritum.*] Spiritus Christi est humilitas & patientia, omniumq; uirtutum est: qui dilexit inimicos, & pro eis orauit.

r ¶ Si aũt Christus.] Si Christum imitamini, carnalis sensus quasi mortuus non resistit. Vnde & Dauid dicebat: Ego tanquã surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum, &c. *s ¶ Spiritus uero uiuit.*] Nunc spiritũ nostrum significat, qui propter iustitiam suam uita appellatur, quasi iustificans corpus, beata illa æterna uita. Item spiritus uiuit ut iustitiã operetur. Non enim solum quæritur, ut à carnalibus cessemus, sed etiam ut spiritualia faciamus. *t ¶ Quod si spiritus eius.*] Si tamen purificati, ut in nobis spiritus sanctus habitare dignetur: non patitur deus templum spiritus interire: sed quomodo Iesum à mortuis suscitauit: ita & corpora uestra restaurabit. *u ¶ Ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus.*] Hoc totum agit, ut ostendat eis legem non esse necessariam: quæ carnalibus data est. Item manifesta nunc ostendit: quia nõ de communi & naturali more superius fecerit mẽtionem, dicens: *x ¶ Si enim secundum carnem uixeritis.*] Significat aũt mortem pœnæ æternæ. Non enim quia caro humana mala sit, & spiritus bonus, laudat spiritum, & uituperat carnem: cũ ipse doceat, dicens: Et uirgo cogitat

Psal. 37. c

A quæ sunt domini, ut sit sancta corpore & spiritu. Nouit enim & mentē accusare, dicēs: Homines corrupti mente: hoc enim dicit, ostendere uolens maximā partē passionum, desideria humani corporis esse: quod cum cæteris irrationalib. cōmune habemus. Sicut enim cætera animalia de terra habent natiuitatē: ita & nos corpus. Anima aūt nostra spiritus est incorporeus & rationalis & immortalis. Si enim secūdū carnem uixeritis, moriemini. Secundū rationē expositā: carnales homines iustitiā custodire nō possūt. *a ¶ Si autē spiritu, etc.*] Spiritualibus actionibus, carnis opera subieceritis: Notandum sanè opera carnis, non substantiam accusare. *b ¶ Quicunq; aūt.*] Quicunq; merentē sancto spiritu gubernari: sicut econtrario qui peccāt, spiritu diaboli aguntur, ab initio peccatore. Item quicunq; secundum doctrinam spiritus sancti uiuunt, ipsi sunt qui spiritu dei agunt. *c ¶ Non enim accepistis.*] Notandum est, quia Iudæi & si filij dei erant, tamen cum essent sub lege uelut sub pædagogo agentes,
B spiritum timoris habebant. Item Iudæi acceperūt spiritum qui illos ad seruitutē cogeret per timorem. Timere enim seruorū est: diligere filiorū, sicut scriptum est: Seruus dām suum timebit, & filius diliget patrē suum. Illi ergo qui operari charitatis uolūtate nolebant, timoris necessitate cogātur. Nos uero omnia uoluntariē operemur: ut filios nos omnes probemus, non seruos timoris. Item uos Romani in adoptionem filiorū uocati non sicut Iudei qui subditi legis imperio, in seruitute tenebantur. *d ¶ In quo clamamus, abba pater.*] Qui uocat patrem, filiū se esse profitetur. Debet ergo patri in moribus similis inueniri: ne nomine quoq; in uacuū usurpato, maiori pœnæ subiaceat. *e ¶ Ipse enim spiritus testimonium reddet, etc.*] Testimonium adoptionis est quod habemus spiritū per quem ita oramus. Tantam enim arram accipere non poterant nisi filij. *f ¶ Si aūt filij, & hæredes.*] Qui meret esse filius, meretur effici hæres patris, & ueri filij cohæres. *g ¶ Si tamen compatimur.*] Si talia patimur, cum necesse fuerit pro nomine eius, qualia pertulit ille pro nobis. *h ¶ Vt & glorificemur.*]
1.Ioan.3.d Sicut Ioannes ait: Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. *i ¶ Existimo enim.*] Hic uult futuram gloriam cōmendare, ut præsentes pressuras facilius toleremus. Et reuera nihil posset homo condignum patri gloriæ cœlesti, etiam si talis esset illa, qualis modo est uita. Quicquid enim passus fuerit à morte, plus non est quàm etiam pro peccatis suis antea merebatur. Nunc autem & peccata donantur, & tunc uita æterna præstabitur, consortiū angelorū, splendor solis, & cætera quæ sanctis legimus repromissa. *k ¶ Ad futuram gloriam quæ reuelabitur.*] Modo enim abscondita est cum Christo in deo, & nondum apparuit quid erimus: quod dominus repromisit sanctis. *l ¶ Nam expectatio creaturæ.*] Diuersi hunc locū diuersis modis exponunt. Siue omnis creatura resurrectionis tempus expectat: quia tunc in melius commutabitur, siue angelica, siue rationalis C
creatura. Petrus enim dicit, etiam angelos gloriam de- 1.Pet.1.b
siderare sanctorū. Quidam etiam sic dicunt: Adam & Euam esse creaturam, quos olim serpens à spe diuinitatis uanitati subiectos, corruptioni effecerit deseruire, nō ex semetipsis peccantes, sed serpētis instigatione & consilio. Et ipsi, inquiunt, liberabuntur, ut iam nō corruptioni deseruiant. Omnem autem creaturam dicūt esse, quicunq; usq; ad aduentum Christi iusti fuerunt: quia & ipsi nondum accipientes expectāt, deo pro nobis aliquid melius prouidente. Non solū autem illi, sed & nos ipsi in quibus completa sunt, necdū tenemus, sed in spe sustinemus: quamuis quæ multi uidere iusti cupierūt, uiderimus. Item dicens: Si tamē compatimur ut & cōglorificemur, & inferēs: Existimo enim quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorū dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, nōn uolens, sed propter eū qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit usq; adhuc. Nōn solū autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ uidetur, non est spes. Nam quod uidet quis, quid sperat? Si aūtem quod non uidemus speramus, per patientiā expectamus. Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatē nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autē scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. Scimus autē quoniā diligētibus deū omnia cooperantur in bonū, his qui secundū propositū uocati sunt sancti. Nā quos præscisse & prædestinauit cōformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos aūt prædestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit: quos autē iustificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis cōtra nos? Qui etiā proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quōmodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est: imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram dei: qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separa-

A summarentur. *a ¶ Expectantes redemptionem corporis nostri, etc.*] Nondum rem ipsam promissam percepimus,
1.Cor.5.b sed speramus, sicut ad Corinthios ait: Per fidem enim ambulamus, & non per speciem. *b ¶ Spes autem quæ uidetur non est spes, etc.*] Quod uidetur, non sperat: sed si proprium est possidetur. Nulla enim spes in rebus uisibilib. est Christianis. Non enim nobis præsentia, promissa sunt, sed futura. *c ¶ Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus.*] Ideo fides per patiētiā grandis est præmij, qa quē non uidet credit: & quasi iam acceperit, ita secura est de nondū acceptis, sicut ait
Heb.10.a ad Hebræos: Patientia uobis necessaria est, ut uoluntatem dei faciētes, reportetis repromissionem. Spes enim sine patiētia esse non nouit. *d ¶ Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatē nostrā.*] Secundum hāc spem adiuuat, ut non terrena, sed cœlestia postulemus. Infirma est enim nostra possibili-
B tas, nisi doctrina sancti spiritus adiuuet. *e ¶ Nam quid oremus sicut oportet nescimus.*] Quia adhuc per speculū uidemus. Frequenter obsunt, quæ prodesse putamus: & ideo nobis postulata minime conceduntur prouisione diuina, sicut & ipse alibi
2.Cor.12.c ait: Propter quod ter dominum rogaui, ut discederet à me, & reliqua. Aliter: Difficile orationis nostræ desiderium secundum quod corde concepimus, exprimere uix uoce ualemus, unde subsecutus est. *f ¶ Sed ipse spiritus postulat pro nobis.*] Deus ergo qui scrutatur corda, etsi sermone cōprehendere non sufficimus: nouit inquantum modo credere cupiamus. Scit tamen quia pro sanctis rebus, non pro secularibus postulamus secundum ipsius uoluntatē. *g ¶ Qui autem scrutatur corda, scit quid desiderat spiritus.*] Quasi summus sacerdos. *h ¶ Quia secundum deum postulat pro sanctis.*] Hic gratiam spiritus, spiritum nominauit, sicut alibi dicit: Si orauero lingua, spiritus meus orat, & æmulatores estis spirituum. Postulat autem, quia postulare nos facit gemitibus, qui enarrari non possunt: sicut tentare nos dicitur deus ut sciat, hoc est, ut scire nos faciat quales simus. Sed & hoc cōmune quod dominus fieri iubet, ipse dicitur operari, ut ille ædificauit domum, aut ille codicem fecit: cum nec ipse scripserit, nec ille construxerit. Item gratiā spiritus, nominat spiritum, qui docet nos pro nobis domino po-
Esa.11.d stulare, sicut Esaias dicit: Spiritus sapientiæ & scientiæ &
1.Cor.14.c intellectus. Et Corinthijs scribens dicit: Sic & uos quoniam æmulatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ quærite & abundetis. *i ¶ Scimus autem quoniam diligentibus deum, etc.*] Omnia quæcunq; fecerimus, uel passi fuerimus propter dilectionem dei, omnia nobis ad mercedem crescunt. Omnia enim quæcunq; iustus fecerit, prosperabuntur. *k ¶ His qui secundū propositū, etc.*] Secundum quod proposuit sola fide saluare quos præ C
sciuerat credituros, & quos gratis uocauit ad salutem, multo magis glorificabit ad salutem operantes. *l ¶ Et prædestinauit conformes fieri, etc.*] Prædestinare idem est quē præscire. Ergo quos præuidit conformes futuros imaginis sui, uoluit ut fierent cōformes in gloria. Qui trāsformauit corpus humilitatis nostrę, cōforme corpori claritatis suæ. *m ¶ Vt sit ipse primogenitus, etc.*] Primogenitus ex mortuis in gloriam. Item hic secundum quod homo factus est, secundum gratiā quæ in eo erat filius dei, primogenitus interpellat pro nobis, non quasi deus interpellat, sed quasi summus sacerdos. *n ¶ Quos autē prædestinauit, etc.*] Quos præsciuit credituros, hos uocauit. Vocatio autē uolentes colligit, non inuitos. Aut certe discretio non in personis, sed in tēpore est. Hoc ideo dicit, propter fidei inimicos, ne fortuitam dei gratiā iu-
D dicarent. Ergo uocantur per prædicationē ut credant: credentes iustificentur per baptismū: glorificentur in uirtutibus gratiarū. *o ¶ Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos?*] Vult ostendere quod nemo possit impedire eos qui diligentes deū, diliguntur à deo: quo minus gloriā quæ promissa est, cōsequantur, eo quod perfecta quæ in illis est charitas, omnē causam mortalis timoris foras expellat. *p ¶ Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.*] Præmisit, tradidit, ut tradentibus maneret libertas arbitrij, & nobis patientiæ monstraretur exemplum. Quod dicit, pro omnibus, notandum quia non pro aliquantis. *q ¶ Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?*] Quid potest habere charius, quod nobis neget, qui filium non negauit? *r ¶ Quis accusabit aduersus electos dei.*] Quos deus elegit credētes, ac signis & uirtutibus iustos ostendit: quis pro pristinis audebit accusare delictis, uel pro contemptu legalium mandatorum? *s ¶ Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurr. etc.*] Secundū assumpti hominis loquitur formā, qui mortuus est & resurrexit. *t ¶ Qui etiam interpellat pro nobis.*] Vt cum ipso simus, ubi ipse est. Solent plane Ariani ex interpellationis causa, moucre calumniam, dicentes, ꝙ qui interpellat, interpellante sit maior. Quibus respondendum est, deum obliuionē non pati, ut pro ipsis cōmoneatur semper quos ipse elegit: sed in hoc interpellare eum dicitur, dum semper patri hominem quem suscepit, quasi nostrum pignus ostendit & offert ut uerus pontifex & æternus. *u ¶ Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, etc.*] Post tanta & præclara beneficia uel promissa, quæ poterit tam grauis esse pressura, quæ nos ab eius charitate diuellat: & dicēdo oēs docet tales esse debere, qui à Christo nec periculis debeāt separari.

A Tunc uero Iudæi uolebant illos à Christo ita separare, ut ad legis eos custodiam reuocarent. *a* ¶ *Quia propter te mortificamur tota die.*] Non propter aliquod crimẽ, sed propter te, qui dixisti: Beati eritis cum persequẽt uos, Matt. 5 &c. *b* ¶ *Aestimati sumus sicut oues occisionis.*] Hoc in nobis Christianis maxime impletur: quibus nõ licet nosmetipsos defendere, sed exemplo domini & magistri, q sicut ouis ad uictimã ductus est, omnia illata patientissimè tolerare. *c* ¶ *Sed in his omnibus superamus, etc.*] Has omnes tribulationes pro nihilo ducimus, propter eum qui nos tantum dilexit, ut etiam morere tur pro nobis. Et qñ pro eius nomine morimur, tunc maxime triumphamus: præsertim cum leue sit ,p se pati, quod pro alijs Christus dñs pati dignatus est. *d* ¶ *Certus sum enim, quia neq; mors, neq; uita, etc.*] Pro certo confido, quia nec si mihi quis mortem minetur, nec si uitam promittat: nec si se an B gelum dicat à domino destinatum, nec si se angelorum principem mentiatur: nec si in præsenti honorem conferat, neq; si polli ceatur gloriam futurorum, neq; si uirtutes operetur, nec si cœlum promittat, & inferno deterreat: uel profunditatem scientiæ suadere conetur, unq; nos poterit à Christi secernere charitate. *e* ¶ *Neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei.*] Omnem penè creaturam nominauit: & non fuit his contentus nisi addiderit, ut etiam si sit alia creatura, nec ipsa ualeat separare. *f* ¶ *Quæ est in Christo Iesu domino nostro.*] Deum diligit in Christo, cuius dilectio consistit Ioan. 14 in custodia mandatorũ, sicut & ipse ait: Si diligitis me, mandata mea seruate. Necnõ imitationẽ amoris sui in fraterna charitate, dicens: In hoc cognoscent homines, quia mei discipuli estis, si dilexeritis inuicẽ. Et Ioannes 1. Ioan. 4. d ait: Si fratrẽ quẽ uides, non diligis, deum quem non uides, quomodo potes diligere. Cap. IX

VEritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium mihi perhibente cõscientia mea in spiritu sancto, quoniã tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabã enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnẽ: qui sunt Israelitæ, quorũ adoptio est filiorũ, & glõria & testamentũ & legislatio & obsequiũ & promissa, quorum patres ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula, amen. Non autem quod exciderit uerbum dei. Non enim omnes qui ex circumcisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abrahæ omnes filij, sed in Isaac uocabitur tibi semen: id est non qui filij carnis, hi filij dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Promissionis enim uerbum, hoc est: Secundum carnẽ, q dicit nullũ nos separare à charitate Chri- C sti, sciens se quando persecutor erat, & optabat se anathema esse à Christo, uocatũ à Christo secundum eius misericordiã, & uolebat eos credere, & eandem misericordiam promereri. *h* ¶ *Optabam enim ego & ipse anathema esse à Christo.*] Optabam aliquando cum persequerer Christũ, non modo optarem, sciebã q ipsorũ essent hæc omnia. Sed postquam cognoui ueritatem, dereliqui eos quos taliter diligebã, & ipsi nondũ conuertuntur. *i* ¶ *Qui sunt Israelitæ, quorũ adoptio est filiorũ.*] De ipsis enim dicebat: Filius meus Exod. 4. f primogenitus Israel. *k* ¶ *Et gloria & testamentum & legislatio.*] Veteris latio, & noui promissio. *l* ¶ *Et obsequiũ & promissa.*] Hoc est ministerium angelorum uel prophetarũ. *m* ¶ *Quorum patres.*] Abraham, Isaac, & Iacob. *n* ¶ *Ex quibus est Christus secundum carnẽ, qui est super omnia deus benedictus.*] Cõtra Manichæum, Photinũ, & Arium, quia & ex D Iudæis est secundum carnem, & deus benedictus in secula: sicut & Thomas adorat & dicit: Deus meus, de- Ioan. 20. g us meus. Quod ille confirmat, dicens: Quia uidisti, ideo credidisti. *o* ¶ *Non autem quod exciderit uerbum dei.*] Licet Apostolus doleat Iudæos excidisse à promissionis gratia, ostẽdit tamẽ non inane fuisse uerbum dei: & his promissa deberi, nõ qui secundum carnẽ ex Abrahã, Isaac & Israel nati sunt, sed qui seruantes fidem patriarcharũ, de quorũ semine putantur. Item quia superius dixerat dolere se, quod genus Israel proprio uitio excluderetur à regno, quorũ hæc omnia fuerũt: Hic ostendit illos qui non credunt, non esse filios Abrahæ, ne omnibus Iudæis præiudicare putaretur & obijceretur ei: Nunquid deus mentitus est Abrahæ? *p* ¶ *Non enim omnes, etc.*] Si non omnes, tamen aliquanti: Et si nõ omnes Israelitæ, Israel sunt: sunt ergo ex gentibus aliquanti, in quibus non est dolus. *q* ¶ *Sed in Isaac, etc.*] In solo Isaac uocati sunt, etiam tunc filij Abrahæ, non etiam Ismael, cum & ipse ex eius stirpe descenderet. Item semen Isaac non illi qui secundum carnem nati sunt: sed hi qui secundum spiritũ sunt, hoc est, secundũ fidem Isaac. Qui enim talis, huius promissio est & adoptio filiorum. Habebat enim primogenitũ Esau, & non est à deo dilectus, nisi Israel. *r* ¶ *Id est non qui filij carnis, hi filij dei, sed qui filij, etc.*] Ismael enim secundum carnalem usum natus est ex ancilla: Isaac uerò super naturam de senibus ex repromissione dei est generatus: Ita nunc Christianos promissio facit filios Abrahæ, quam meruit fides, ut scilicet pater sit gentiũ plurimarum. *s* ¶ *Promissionis enim uerbum hoc est.*] Hic ostendit posteriorem populum more Isaac esse repromissionis

¶ *Secundum*

A *a* ¶ *Secundum hoc tempus ueniam, & erit Saræ filius.*] Antecp̃ nasceremini, imõ priusq̃ Rebecca Esau & Iacob utero suo funderet, in Iacob dilexi uos, in Esau Idumæũ odio habui. Quem locum Paulus apostolus mystica disputatiõe euentilans, scriptũ est ad Romanos: duo pariter testimonia de Genesi Malachia coniungit. Sed & Rebecca de uno cõcubitu habens Isaac patrẽ nostrum. Nam cum nondum nati essent, aut aliqd egissent boni uel mali, ut secundũ electionem, propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictũ est ei: quiã maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Moysi enim dixit: Miserebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo cui miserebor. Igitur non uolentis, neque currentis, sed miserentis est dei. Dicit enim scriptũra Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te uirtutem meam: & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Ergo cuius uult, miseretur: & quem Gen. 25. c Malach. 1. d

dum hõc tempus ueniam, & erit Saræ filius. Nõ solũm autẽ illa, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. Cũm enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, nõ ex operibus, sed ex uocante dictũ est ei: quiã maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Moysi enim dixit: Miserebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo cui miserebor. Igitur non uolentis, neque currentis, sed miserentis est dei. Dicit enim scriptũra Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te uirtutem meam: & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Ergo cuius uult, miseretur: & quem uult, indurat. Non erũ Apostolus tollit quod in propria uoluntate habemus, qui superius dicit: Ignoras qa bonitas dei te ad pœnitẽtiam adducit? Et iterũ Timotheo scribit: In magna autẽ domo, non solũ sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia. Et quædam quidem in honorem, quædam in contumeliã. Si quis autẽ mundauerit se ab his, erit uas in honorẽ sanctificatũ. *l* ¶ *Igitur non uolentis neq; currentis, sed miserentis est dei.*] Hoc loco Paulus apostolus usq̃ ad illũ locũ: Quid enim adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistere poterit? Ex hoc igitur demõstrat eum esse propriũ arbitriũ uel uoluntatis: quod si ut ipsi econtrario ueniens dicit: Cuius uult miseretur deus, & quem uult, indurat: nihil differt, quod figulus tractet in manibus: quod fingenti ex se uas aliquid cõtradicere nõ potest, quid ex eo uult efficere: hic autẽ in eo in quo cõtradicit, queritur de dei uoluntate, ostendit liberi esse arbitrij, qui audet de dei iudicio retractare. Item si non est uolentis neq; currentis, ut quidam putant: quare ipse currit, dicẽs: Cursum cõsummaui. Et alios ut curreret, adhortatus est, dicẽs: Sic currite ut omnes cõprehendatis. Vnde intelligitur quia hic interrogantis uoce utitur, & redarguentis potius quàm negãtis. *m* ¶ *Dicit enim scriptura Phar. etc.*] Hoc & illi male proponunt. Sed hic locus duobus modis à diuersis exponitur: Siue quod unusquisq; modum & finem peccatorũ suorum implet ut puniatur sicut Sodomitæ & Amorræi. Hic ergo iam modum excesserat, & ideirco uoluit deus quasi de iam perituro alijs prouidere, ut populus eius agnosceret iustitiã ipsius atq; uirtutem, ut nec peccarent, nec suos aduersarios uererent. Tale est hoc quod in Pharaone gestũ est, quale si medicus de cruciatu iam damnati rei multis inueniat sanitatem, causas inquirendo morborũ. Vel si iudex cũ possit criminosum statim punire, ad omniũ timorẽ diuersis pœnis afficiat. Siue dei patientia induratus est. Cessante enim plaga dei durior fiebat: & quamuis sciret eum non conuerti, tamen etiã in ipso suam clementiã uoluit demonstrare. *n* ¶ *Ergo cuius uult, etc.*] Ergo si hoc intelli- C

gitur

a ¶ *Secundum hoc tempus ueniam, & erit Saræ filius.*] Antecp̃ nasceremini, imõ priusq̃ Rebecca Esau & Iacob utero suo funderet, in Iacob dilexi uos, in Esau Idumæũ odio habui. Quem locum Paulus apostolus mystica disputatiõe euentilans, scriptũ est ad Romanos: duo pariter testimonia de Genesi Malachia coniungit. Sed & Rebecca de uno cõcubitu habens Isaac patrẽ nostrum. Nam cum nondum nati essent, aut aliqd egissent boni uel mali, ut secundũ electionem, propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictũ est ei: quiã maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Moysi enim dixit: Miserebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo cui miserebor. Igitur non uolentis, neque currentis, sed miserentis est dei. Dicit enim scriptũra Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te uirtutem meam: & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Ergo cuius uult, miseretur: & quem uult, indurat. Non erũ Apostolus tollit quod in propria uoluntate habemus, qui superius dicit: Ignoras qa bonitas dei te ad pœnitẽtiam adducit? Et iterũ Timotheo scribit: In magna autẽ domo, non solũ sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia. Et quædam quidem in honorem, quædam in contumeliã. Si quis autẽ mundauerit se ab his, erit uas in honorẽ sanctificatũ. *l* ¶ *Igitur non uolentis neq; currentis, sed miserentis est dei.*] Hoc loco Paulus apostolus usq̃ ad illũ locũ: Quid enim adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistere poterit? Ex hoc igitur demõstrat eum esse propriũ arbitriũ uel uoluntatis: quod si ut ipsi econtrario ueniens dicit: Cuius uult miseretur deus, & quem uult, indurat: nihil differt, quod figulus tractet in manibus: quod fingenti ex se uas aliquid cõtradicere nõ potest, quid ex eo uult efficere: hic autẽ in eo in quo cõtradicit, queritur de dei uoluntate, ostendit liberi esse arbitrij, qui audet de dei iudicio retractare. Item si non est uolentis neq; currentis, ut quidam putant: quare ipse currit, dicẽs: Cursum cõsummaui. Et alios ut curreret, adhortatus est, dicẽs: Sic currite ut omnes cõprehendatis. Vnde intelligitur quia hic interrogantis uoce utitur, & redarguentis potius quàm negãtis. *m* ¶ *Dicit enim scriptura Phar. etc.*] Hoc & illi male proponunt. Sed hic locus duobus modis à diuersis exponitur: Siue quod unusquisq; modum & finem peccatorũ suorum implet ut puniatur sicut Sodomitæ & Amorræi. Hic ergo iam modum excesserat, & ideirco uoluit deus quasi de iam perituro alijs prouidere, ut populus eius agnosceret iustitiã ipsius atq; uirtutem, ut nec peccarent, nec suos aduersarios uererent. Tale est hoc quod in Pharaone gestũ est, quale si medicus de cruciatu iam damnati rei multis inueniat sanitatem, causas inquirendo morborũ. Vel si iudex cũ possit criminosum statim punire, ad omniũ timorẽ diuersis pœnis afficiat. Siue dei patientia induratus est. Cessante enim plaga dei durior fiebat: & quamuis sciret eum non conuerti, tamen etiã in ipso suam clementiã uoluit demonstrare. *n* ¶ *Ergo cuius uult, etc.*] Ergo si hoc intelli- C

gitur

Ezech. 18. f

Exod. 4. f

Ioan. 20. g

2. Timot. 2

Ioan. 14

1. Ioan. 4. d

A tur? Quius uult miseretur,& quem uult indurat: quod satis iniquum est, & ita propositio uestra concluditur, ut dicatis malitiæ uestræ, non uos esse causam, sed domini uoluntatem, cui contradici non possit: sed resistit huic rationi uestræ ipsa natura iustitiæ dei. a ¶ *Dicis itaq; mihi.*] Apostolus cõtra aduersarios dicit: Dicis itaq; mihi: Quid adhuc queritur? Et iterum infert, confirmans hoc quod dixerat: homo tãto magis uere queritur, & iuste ex uerbis tuis. Nemo enim propriã non habens uoluntatem, dicere potest de deo, quid adhuc queritur. Vnde recte arguens eius impru dentiã, dicit: Tu quis es qui respõdes deo? Qui enim à deo indutus est, sicut tu dicis, contradicere suo creatori non potest, quasi nõ habens propriam uoluntatem, sicut & lutum insensibilis materia fictori suo respondere non potest, quia in potestate figuli positũ est. b ¶ *O homo tu quis es qui respondeas deo.*] Quibusdã uidetur & hoc adhuc ex ipsorũ persona dicere, quia ipsum est dicere, nemi-
B nem posse contradicere uoluntati dei alterius miserentis, alterum indurantis: & addere nemi nem deo respondere. Quidam uero dicunt iam hinc Apostolum respondere: quod etiam si ita esset ut illi calumniantur, non debere eos suo respondere factori, eo quod tales simus ad comparationẽ dei, quale ad suum est luti artificem figmentum. In Græco habet, μῶν ἐρεῖ τῷ ὡπλάσαντι, quod est, ô homo tanto magis. c ¶ *An nõ habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere, etc.*] Secundum hos qui hæc uerba Apostoli dicunt, massam dicit omnes in Aegypto commorantes, quia & Israel ibi idolis deseruierat. d ¶ *Quod si deus uolens ostendere iram.*] Quia illum diu sustinuit blasphemantem, & populum suum uarijs operibus affligentem. Præterea quod innoxiam ætatem paruulorum crudeliter iusserat enecare. Item competens responsum, quia patiẽtia & eius bonitas facit eos qui propriam habent uoluntatem uiuendi, siue causa iræ, siue misericordiæ. e ¶ *Vasa iræ apta in interitum.*] Implendo peccata sua, uasa iræ digna sunt facti, & à semetipsis ad interitum præparata. f ¶ *Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ.*] Digni erant misericordia, quia & minora commiserant, & grauiter fuerant afflicti. g ¶ *Quos & uocauit, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus.*] Quia & tunc aliquanti Aegyptiorum exierant cum filijs Israel, quod si deus personam acciperet, solus Israel debuit habere salutem. Ita & nunc non solum Iudæos, sed etiam gentes uocauit ad fidem. Secundum eos autem qui hæc non ex Apostoli, sed ex Iudæorum persona dici putant: Intantum, inquiunt, quos uoluit, saluauit: ut etiam gentes elegerit idololatras, qui nunquam seruierãt deo, & ex Israel paucos uocaret, secundum testimonium Esaiæ. C
h ¶ *Sicut in Osee dicit.*] Non populum, duas tribus dicit, & non misericordiam consecutam, decem tribus. i ¶ *Vocabo non plebem meam, plebem meam.*] Hoc loco ludam significat.
k ¶ *Et non dilectam, dilectam: & non misericordiã cõsecutam, misericordiam consecutam.*] Israeliticũ populum. l ¶ *Et erit in loco ubi dictum est eis, non plebs mea uos.*] Gentes demonstrat in Christo credituras, sicut in euangelio dominus per parabolã loquitur nuptiali cœna facta, cũ Israel uenire noluisset, & pro ipso gentes uocãtur.
m ¶ *Ibi uocabuntur filij dei uiui.*] Vocationem gentium significat.
n ¶ *Esaias autem clamat pro Israel.*] Communicatio pro ipsis esse monstratur. o ¶ *Si fuerit numerus filiorum.*] Paucitatẽ eorum creditum esse demonstrat. p ¶ *Verbum enim consummans & abbreuians in æquitate, quia uerbum breuiatum faciet dominus super terram.*] Historiæ hoc habet sensus: Sicut ego uerbum abbreuio, & cito definio, ita deus hoc omni uelocitate perficiet. In prophetia autem uerbum breuiatum, nouum testamentum accipitur, quia in eo breuiter comprehensa sunt omnia & clausa.
q ¶ *Et sicut prædixit Esaias.*] Bene prædixit, quia superius scriptum est. r ¶ *Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen.*] Quia non est passus paucos iustos perire cum multitudine impiorũ in fide, nisi semẽ Abraham Christus fuisset missus ad populum liberandum qui corruisset. s ¶ *Quid ergo dicemus, quod gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam?*] Si superiora ex persona Apostoli dicuntur, hic sibi iterum proponit, quia poterant dicere, si non est ita ut dicimus, quia non est uolentis neque currentis, quomodo gentes inuenerũt iustitiam quam nunquam antea quæsierunt. Israel uero quærens semper iustitiam, non potuit inuenire. t Si uero totus superior sensus contradicentibus applicatur, hic respondet Apostolus, & breuiter recapitulat quæstionem, dicens: Quid ergo dicemus ad ea quę nobis obiecta sunt, nisi quia gentes uocatæ, crediderunt, & illi credere noluerunt. t ¶ *Iustitiam autem quæ ex fide est.*] Quia iustitia ex fide est, cui credere noluerunt.
u ¶ *Israel uero sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed ex operibus legis.*] Reddit causas, quare non inuenerint iustitiã, quia falso in operibus gloriati, credere noluerunt, quasi iustitiam gratiam reputantes: dicens, quoniam populus Iudæorum ex operibus legis iustificari se putans, in legem iustitiæ, id est ad fidẽ Christi dedignando nõ potuit peruenire.

Offenderunt

A a ¶ *Offenderunt enim in lapidem offensionis, etc.*] Qui uidet lapidem, non offendit: qui autem cæcus est, impingit. Quod contigit Iudæis, quos sua malicia excæcauit, & Christum non agnoscentes crucifixerunt: Sed & idcirco lapis offensionis & petra scãdali, prædictus est Christus, quia multi in natiuitate eius & passione scandalum patiuntur, sicut scriptum est:
Matt. 24.c Quia scandalizabantur in eo. Et Apostolus ait: Christum crucifixum, Iudæis scandalum, gentibus stultitiam: ipsis uero uocatis, Christũ dei uirtutẽ & dei sapientiã. Vnde & hic sequitur:
1. Pet. 2.a Qui credit in eo, non confundetur. Petrus quoq; dicit, quod credentib. lapis electus sit angularis, incredulis uero offensionis.
b ¶ *Et omnis qui credidit in eum, non confundetur.*] Non Iudæus solus, sed omnes credẽtes in eo non confundentur de pristinis delictis.

Cap. X

B F*Ratres: Voluntas quidem cordis mei & obsecratio ad deum fit pro illis ad salutẽ.*] Hic se ostendit nõ solis labijs, sed & corde pro inimicis orare.
d ¶ *Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem quidem dei habẽt, sed non secundum scientiam.*] Habent scientiam sectandæ legis, sed non intelligunt, quia Christus secundum legem uenit. Et quia per legem iustificari non possunt, periclitantur re uera, si sine scientia fiat, quia sepe uertitur in contraria.
e ¶ *Ignorantes enim iustitiam dei.*] Ignorantes quod deus ex sola fide iustificat: & iustos se ex legis operibus, quã non custodierunt esse putantes: noluerunt se remissioni subijcere peccatorum, ne peccatores fuisse uiderentur, sicut scriptum est: Pharisei autem spernentes consilium dei in semetipsis, noluerunt baptizari baptismo Ioannis. Item quia sacrificia legis, & cætera quæ umbra erãt ueritatis, quæ per Christum perfici habebant, præsentia Christi cessauerunt, cui credere noluerunt: Bene dicit Apostolus, iustitiam suam, quia iam non dei est, sed ipsorum. f ¶ *Finis enim legis, Christus.*] Talis est ille qui Christum credidit, die qua credidit, qualis ille qui uniuersam legem impleuit. g ¶ *Moyses enim scripsit, etc.*]
Leuit. 18.a Moyses distinxit in Leuitico inter utranq; iustitiam, fidei scilicet atq; factorum: quod altera operibus, altera sola fidei credulitate accedente fiat. Item Apostolus ostendere uolens differentiã iustitiæ legis ac fidei, testem uocat Moysen. Item docentem de iustitia legis, qui fecerit homo, uiuet in ea. De iustitia autem fidei: Ne dicas, inquit, in corde tuo: quis ascendet in cœlum: hoc est, ne dubites credere mandato, quod futurũ est annunciare Christum, qui uenturus est tibi dare iustitiã ex fide. C
h ¶ *Qui fecerit homo, uiuet in ea.*] Nemo enim illorum uiuit, quia in hoc tempore nemo perficit legẽ sine Christo, quia & hoc legis est, ut ipsi credatur. Quidam ex hoc loco putant Iudæos præsentem tãtum uitam ex legis operibus meruisse: quod uerum non esse, domini uerba declarant: qui de uita interrogatus æterna, mandata legis opponit dicẽs: Si uis Matt. 19.a ad uitam uenire, serua mandata. Vnde intelligimus, quod qui suo tempore legẽ seruauit, uitam habuit æternam. i ¶ *Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit.*] Ille quidem secundum historiam de lege hoc dixit, sed Apostolus illud ad Christum aptat, quia lex nec in cœlo fuit, nec in abysso. Siue ideo illud semper iubet lex meditari, ut ibi Christum ualeant inuenire. k ¶ *Quis ascendet in cœlum, &c.*] D
Quia Christus deus & homo est, in eo qđ deus uerbum, qui cũ in forma dei erat, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, factus est homo. Propterea dicit: quis ascendet in cœlum, hoc est Christum deducere. Deducere dicitur secundum formam dei: reducere autem ex mortuis, secundum formam serui. l ¶ *Sed quid dicit scriptura.*] In Deutero- Deut. 30.c
nomio. Nouum scilicet testamentum. m ¶ *Quia si confiteris in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod deus illum suscitauit à mortuis.*] Testimonium cordis, est oris confessio. n ¶ *Saluus eris.*] A delictis præteritis cũ futuris. o ¶ *Corde enim creditur ad iustitiam.*] Ergo si fides sufficit ad iustitiam, & confessio ad salutem, inter Iudæum & gentilem credentes nulla discretio est. p ¶ *Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in illum.*] In Esaia. Non so- Esa. 53.d
lum Iudæus. q ¶ *Non confundetur.*] Nolite ergo uos illos confundere de pristinis actibus, quos scriptura dicit confundi non posse. r ¶ *Non est enim distinctio Iudæi & Græci.*] Vnus dominus omnium, & abundans misericordia & salute, habet unde largiatur. s ¶ *Omnis enim quicunq; inuocauerit.*] In Iohele. De gentibus obiectio Iohel. 2.g
Iudæorum, quod deum inuocare non possunt.
t ¶ *Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo uero prædicabunt, etc.*] Quia nunquam ad illos prophetæ sunt missi. u ¶ *Si cut scriptum est: Quàm speciosi pedes, etc.*] Istorum pedes

pulchri

pulchri sunt, qui pacem annunciant:illorū aūt qui annunciantur, seculi cursum, turpes sunt atq; deformes. *a* ¶ *Sed non omnes obediunt euangelio.*] Ergo si nec illi omnes obaudiūt, ad quos isti sunt missi:quanto minus isti ad quos nemo est destinatus? *b* ¶ *Esaias enim dicit:Domine, quis credidit auditui nostro?*] Quis credit qđ auditum à nobis, uel quod nos aīe, ut alijs annunciarēmus, audiuimus? *c* ¶ *Ergo fides ex auditu, auditus aūt per uerbum Christi.*] Hic responsio Apostoli. *d* ¶ *Sed dico:Nunquid nō audierunt? Et quidem.*] Etiam ante illos audisse cōfirmat. *e* ¶ *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum.*] Vult hoc testimoniū per allegoriā de uocibus intelligi prophetarum. *f* ¶ *Sed dico.*] Gētes esse uocandas ad fidem. *g* ¶ *Primus Moyses dicit.*] Ideo primus Moyses, quia omnes penē prophetæ postea de gentium salute dixerunt. *h* ¶ *Ego ad æmulationē uos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram uos mittā.*] In cantico Deuteronomij. Antequā crediderint deum, non erant gentes dei. Quasi ergo dicat, eos qui non sunt gens mea, uocabo, & credent mihi ad uestram irritationem: ut quibus maiores debuistis esse, gaudeatis æquari: sicut si quis habeat filiū inobedientē, & ad corrigendum eum dimidiū patrimonij sui det seruo suo, ut tandem ille conuersus gaudeat, uel si tantū accipere mereatur. Siue non eramus gens, quia mortui eramus in peccatis. *i* ¶ *Esaias autem audit & dicit: Inuentus sum à non quærentibus me.*] Gentibus quæ non deum in lege, sed in idolo ignoranti requirebant. *k* ¶ *Palàm apparui eis qui me non interrogabant.*] Non deum, sed dæmonia interrogābāt per augures & haruspices idolorū atq; astrologos. *l* ¶ *Ad Israel autem dicit.*] Ipse qui talia gentibus iræ promisit, Iudæis ecce qualia cōminatur: ut sciatis utrunq; prædictum. *m* ¶ *Tota die expandi.*] Toto tempore mirabilia uel plagas ostendit: & nec sic credere uoluerunt. *n* ¶ *Manus meas ad populum non credentem.*] Extensio manuum, allegoricē signat crucem.

Cap. XI

Dico ergo:Nunquid repulit deus populū suū? Absit.] Quia satis illos humiliauerat, modo quasi bonus doctor consolatur eos, ne illos nimiū exacerbare uideretur. Non omnes ait repulit, nec semper, nisi quamdiu non credunt. *p* ¶ *Nam & ego Israelita sum.*] Si omnes repulisset, me non suscepisset. *q* ¶ *Ex semine Abraham etc.*] Non ex semine proselytorū. *r* ¶ *Non repulit deus plebem suam quam præsciuit.*] Illam plebē non repulit, quam præsciuit esse creditura. *s* ¶ *An nescitis in Elia, etc.*] In Regum libro, ubi scriptū est de Elia. *t* ¶ *Quemadmodū etc.*] Gentibus superbiā tollit, ne glorientur quod ex Iudæis pauciſsimi crediderunt: & ipsi soli remanserunt deo. *u* ¶ *Domine, prophetas tuos occiderunt.*] Omnes prophetæ illa tantummodo sciēbāt, quæ illis fuissent à dño reuelata. Vnde & rex Hieremiam dubie interrogat: si in ea hora qua cum illo loquebatur, apud eum sermo domini haberet. Sed & Eliæus dicit: quomodo hæc dominus abscōdit à me? Ita ergo & Elias hoc loco præter se esse alios qui deū colerent, ignorauit. *x* ¶ *Sed quid dicit illi diuinum responsum.*] Si prophetam tanti latuerunt, quāto magis uos nescitis cū multi Iudæorum & saluati sunt & saluandi. *y* ¶ *Qui nō curuauerūt genua ante Baal.*] Non solum immolando, idolis seruitur, sed etiam delinquēdo. Si enim deus factis negatur, utique & dæmōes honorantur. *z* ¶ *Sic ergo & in hoc tempore.*] Sicut ergo tunc non omnes perierunt, ita & nunc aliquanti saluantur. *a* ¶ *Reliquiæ secundū electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt.*] Electio gratiæ, fides est: sicut opera, electio legis. Cæterum quæ electio, ubi nulla diuersitas meritorum? *b* ¶ *Si autē gratia, etc.*] Ne dicerēt illi, de quibus Eliæ dicitur: Iusti erant, isti uerò peccatores, quomodo electi sunt, subiecit: quia & ipsi gratis saluati sunt, sicut & gentes. *c* ¶ *Alioquin gratia iam non est gratia.*] Quia gratuitum munus appellatur. *d* ¶ *Quid ergo? etc.*] Ideo Israel totus non est cōsecutus iustitiā, quia eam non ex fide quærebat, sed ex solis operibus legis se iustificari putabat: cum maximè legis mandata cōtemneret. Vnde à saluatore arguunt, culicē liquantes, & camelū glutientes. Itē propterea hoc dicit, quia Iudæorū erant promissiones, per quas uenturus erat Christus saluare eos à suis peccatis: sed quia uenit, & non crediderunt, ideo dicit: Israel nō est cōsecutus. *e* ¶ *Electio aūt, etc.*] Qui per fidem electi sunt. *f* ¶ *Cæteri uerò, etc.*] Cæteri per infidelitatem excæcati sunt, sicut scriptū est: Nisi crediderit is, non intelligetis. *g* ¶ *Sicut scriptum est: Dedit illis deus spiritū, etc.*] In Esaia. Ante hominem uita & mors, quod placuerit ei, dabitur illi, ne libertas scilicet tollatur arbitrij. Dei ergo dare, permittere est. Spiritū autem compunctionis, quē desiderabant. Semper enim uerbis dei fuerunt increduli: nam si uoluissent habere spiritū fidei, accepissent. Sed nūc Christiani qui de resurrectione dubitant, & præmio ac gehenna, similem sibi spiritū quæsierunt.

Hoc

Hoc enim loco propheta de infidelibus loquitur. Diuina scriptura hoc habet, ut cū unusquisq; habeat libertatē faciendi bonū uel malū, deū dicat tradere aut dare, propterea quia ipse est qui dedit libertatē. Hæc enim facit eius patientia, quia non statim peccantib. infert uindictā, nec bonis præmia. *a* ¶ *Vsq; in hodiernum diem.*] Vsquequo cōuertantur: sicut de uelamine cordis, ad 1.Cor. 10 Corinthios dicit. *b* Psal. 68 ¶ *Et Dauid dicit: Fiat mensa eorum coram ipsis, etc. & dorsum illorum semper incurua.*] Aliter: semp incurua onera peccatorum, ut non dimittant nisi crediderint, qa in passione Christi beati sunt, pascha comedentes. Hoc em de illis prophetatur, qui saluatorē aceto & felle potarunt, & tamē ipsis dicit Petrus: Act. 3.c Et nunc scio, quia per ignorantiam fecistis hoc: Pœnitemini ergo, & baptizet unusquisq; uestrū. Et ipse Paulus post modicū Rom. 11.c dicit: Et illi si non permanserint in incredulitate, inserent, ut sciamus quia spiritus cō punctionis facultatē illis non abstulit conuertendi. Denicq; statim ipse soluit in sequentibus uerbis. Itē sacerdotes cum arbitrantur: quod si Christum interfecerint, haberent semper mensam sacrificiorū & decimarū, facta est illis in laqueum. Perdiderūt enim templum in quo uanā spem habuerunt: & nunc sunt in gentes maledicti. *c* ¶ *Dico ergo: Nunquid sic, etc.*] Modo iterum partem releuat Iudæorum. *d* ¶ *Vt caderent. Absit.*] Non penitus & irremediabiliter ceciderunt. *e* ¶ *Sed illorum delictum salus est gentibus, etc.*] Vsq; adeo illos dilexit, ut propter salutem illorum gentes uocarentur, quo eas uidentes ad regnū dei admitti, uel sic facilius conuerterentur. Item quia dispensatio dei ita fuit, ut per mortem Christi omne genus humanum saluaretur, sicut ipse dominus dicit: Cum exaltatus fuero, omnia ad me traham, ideo dicit: Sed illorū delictum salus gentium. Dicens autem: Vt illos æmulentur, ostendit: quia nisi gentes in Christo credidissent, reliquiæ illorū nunq̄ saluatæ fuissent. *f* ¶ *Quod si delictum, etc.*] Si delictum eorum tantum uobis profuit, ut sine operibus legis, uos illis faceret cohærere: & si pauci eorum credentes, omnes uos ad salutē uocarunt: quanto magis si omnes crediderunt, prodesse poterant uobis per doctrinam? *g* ¶ *Vobis enim dico gentibus.*] Vult ostendere ad Iudæorū salutē magnopere festinare. *h* ¶ *Quāmdiu quidem ego sum gentium Apostolus, ministerium meum honorifico, etc.*] Quamdiu fuero in corpore constitutus, honorificabo ministerium nostrum, dum exemplo meo plures eorū saluare contendo. *i* ¶ *Si quomodo ad æmulandum prouocem.*] Vt omni modo talem me exhibeam, ut me desiderent imitari. *k* ¶ *Et saluos faciam aliquos ex illis.*] Vel aliquantos, quia nolunt omnes. *l* ¶ *Si enim amissio eorum reconciliatio, etc.*] Repetit quod dixerat superius. *m* ¶ *Quæ assumptio, nisi uita ex mortuis?*] Vnde gentibus assumptio, nisi ex illorū uiuerent morte? Ex Iudæis mortuis, Christus uel apostoli uita fuerunt gentibus: Siue si quos inde liberauero, ad uestram proficient uitā. Item hoc dicit: quoniam sicut gentes per fidem assumptæ sunt, ita etiam Iudæi si crediderint ex mortuis ad uitam transibunt. *n* ¶ *Quod si delibatio sancta est, & massa.*] Si illi qui pauci ex eis crediderunt, sancti sunt, & omnes si credant. Hic primitias, Christū dicit. Massam autem populum Hebræorū, à quibus Christus secundum carnem est. *o* ¶ *Et si radix sancta, & rami.*] Radix, patriarchæ: rami, apostoli: hoc est, & primi & nouissimi sancti ex ipsis sunt. Item hoc loco radicem, Abraham significat: quoniā propter fidē, pater multarum gentium uocatur. Ramos uerò posteros eius, fidem similiter retinentes. *p* ¶ *Quod si aliqui ex ramis fracti sunt.*] Non propter te fracti sunt, sed ꝓpter illos tu insertus es, quia illi fracti sunt. *q* ¶ *Tu autem cum oleaster, etc.*] Olea quidem, sed inculta atq; syluestris. Item hoc loco contra naturā gentilem populum insitum dicit in radice, hoc est, in fide patriarcharū, & non secundum naturam arborū quasi insertum, proprij generis fructū ferre, sed bonitatem radicis sequi, in quam insertus es. *r* ¶ *Et socius, etc.*] Radicis patrū, pinguedinis Christi. *s* ¶ *Noli gloriari, etc.*] Noli de illorū perditione gaudere, alioquin audies q̄ non illi per te stant, sed tu per illos. Nec tu illis uitā præstas, sed illi tibi. *t* ¶ *Dicis ergo, etc.*] Tu dicis ideo illos fractos ut tu inseraris: Videamus si ꝓpterea & non magis ꝓpter incredulitatē suam ceciderunt. *u* ¶ *Tu autē fide sta:*] Non enim deus personam tuam acciperet, & illos sine causa proiceret. *x* ¶ *Noli altum sapere, sed time.*] Quidam hunc locum non intelligentes, nec attendentes causam uel personas de qua & de quibus loquitur Apostolus, putant hic sapientiā esse prohibitā. Quod si ita est secundum illos, inuenietur sibiꝑse contrarius: qui hic uetat, quod alibi, ut Ephesij & cæteri accipiant, magnis suppli cationibus ad dominū deprecatur. Noli ergo altū sapere, hoc est, noli contra eos esse superbus. *y* ¶ *Si enim deus, etc.*] Si illis non pepercit propter incredulitatem q̄ ex radice sancta sunt, multo minus tibi si peccaueris. *z* ¶ *Vide ergo, etc.*] Contra eos qui alium deum iustum, aliū asserunt bonū. Et cōtra eos qui negant deū in peccantibus uindicare. *a* ¶ *In eos quidem qui, etc.*] Quia & illi iuste fracti sunt, & tu clemēter insertus es. *b* ¶ *Si permanseris, etc.*] In fide, quæ tibi dei bonitate collata est.

¶ *Alioquin*

A *a ¶ Alioquin & tu excideris: sed & illi si non permanserint in incredulitate, inserentur.*] Sin uerò, & tu seueritatem senties, & illi bonitatē. *b ¶ Potens est enim deus iterū inserere illos.*] Apud homines quidem, impossibile est aridos surculos reformare: apud deū omnia possibilia & facilia sunt.

c ¶ Nam & si tu ex naturali excisus es oleastro.] Quia iam olim patres eorū naturalem legem obliti, degenerauerant à natura: & per successiones peccandi, consuetudine permanēte, quasi naturaliter amari, & infructuosi esse cœperūt. Itē hoc loco contra naturam gētilem populum insitum dicit in radice: hoc est, in fide patriarcharū, & non secundum naturam arborum qua si insertū, propriį generis fructū ferre, sed bonitatem radicis sequi, in quam insertus est. *d ¶ Et contra naturam insertus es in bonam oliuā: quanto magis hi qui secundum naturam inserentur suæ oliuæ?*] Contra naturam est oliuæ inserere oleastrū, quia

B magis ramus solet uim radicis imitari, q̄ radix ramum in suā uertere qualitatem.

e ¶ Nolo enim uos ignorare fratres, etc.] Hoc totum contra illos, ne superbiāt gentes. *f ¶ Mysteriū hoc.*] Arcanū quod hominibus ignotum est, quare saluatæ sunt gentes, quia occasionem eis salutis etiam cæcitas præstiterit Israel. *g ¶ Vt non sitis uobismetipsis sapientes.*] Ne secundum humanam sapientiam dicatis: Nos deus elegit, & illos abiecit. *h ¶ Quia cæcitas ex parte contigit in Israel.*] Intantum Israel & delicta & perfidia occuparunt, ut ueniret tempus quo gentes omnes admitterentur ad uitam: & ita omnis Israel per fidē solam saluaretur: quomodo gentium plenitudo uita æquales essent in Christo, quia inæquales fuerant in delictis. *i ¶ Donec plenitudo gentiū intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.*] Tam diu permansit, donec gentes saluatæ uiderēt, quod omnes uocati sunt ad salutē: siue ex Iuda & Israel, & lege scilicet. Itē hoc ostēdit quoniā intrante in fidem Christi gentiū supplemento: tunc zelo & æmulatione permoti, reliqui populi Iudæorū, credentes in Christo salui fiant. Pręponit autem interdū Apostolus gentes populo Hebræorū in fide, ea ratione, quoniā etiā si aliquanti ex illis Christo crediderant: tamē legis Mosaicæ adhuc præcepta seruabāt. Vnde & ipsi postea exemplo gentium, Christianam fidem integre custodire cœperunt. Non enim pro multitudine plenitudinē dicit, sed quia repleti sunt à domino nostro, sicut & ipse ait Paulus de credētibus: Et ipsum dedit caput super omne ecclesiam, quæ est corpus ipsius, plenitudo eius, qui omnia in omnib. adimplet. *k ¶ Sicut scriptum est, etc.*] Quidā hæc omnia futura existimāt. Quibus respondendū est: Ergo & hoc testimoniū: Veniet ex Sion qui eripiat Israel, adhuc futurum est, ut rursum Christus aduenīat liberare, & à deo pro tempore excæcati sunt, & non semetipsis quid de illis, quomodo pereūt non credentes. *l ¶ Et hoc illis, etc.*] Testamentum nouum quod promisit Hieremias, quod non nisi

Hiere. 31.c

nouī abolitis peccatis accipient. *m ¶ Secundum euangelium, etc.*] Inimici mei sunt, propter quæ uobis prædico, Christum prohibentes non gentibus loqui ut saluæ fiant. *n ¶ Secundum electionem autem charissimi, etc.*] Si autē credant, charissimi sunt dupliciter cōmendati. *o ¶ Sine pœnitentia enim sunt dona et uocatio dei.*] Si crediderint, nō illis poterunt imputari peccata, quia dominum non pœnitet Abrahæ semen promisisse. Siue illi sine afflictione pœnitentiæ si crediderint, saluabūtur. *p ¶ Sicut enim aliquando & uos non credidistis deo, etc.*] Quando adhuc illi credebant. *q ¶ Nunc autē misericordiam consecuti estis etc.*] Non uestro merito. *r ¶ Ita & isti nunc etc.*] Misericordia gētium, Christus est. *s ¶ Vt & ipsi misericordiam, etc.*] Intantū nō crediderunt, ut & ipsi operibus suis non iustificētur, sed misericordia sicut & uos. *t ¶ Conclusit enim deus omnia in incredulitate.*] Non ui cōclusit, sed ratione cōclusit, quos inuenit in incredulitate, hoc est, Iudæos oēs & gentes hic cōclusit, quia antea Iudæi peccatores tantū erant, non etiā perfidi: positā aūt Christū non crediderunt, gentibus sunt æquales, & omnes similiter misericordiā cōsequuntur. *u ¶ Vt omnium misereatur.*] Hac de causa. *x ¶ O altitudo diuitiarum sapientiæ, etc.*] Laudat sapientiā dei, qui tam diu expectauit secundum præscientiā, donec omnes misericordia indigerent: ut omnibus de falsa iactantia operum, gloria tolleretur. *y ¶ Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, etc.*] Iudicia dei abyssus multa. Aliqui enim comprehendere non possunt. *z ¶ Quis enim cognouit sensum domini?*] Ante nemo cognouit: nam in præsenti ipse Paulus utiq; sciebat, qui alijs ostendebat. Nos autē sensum domini habemus: Siue legem ipsius per se nemo cognouit, & nemo peculiari deo cōfabulatione instructus, doctrina non indiget legis. *a ¶ Aut quis consiliarius, etc.*] Vt eius nouerit sacramenta. *b ¶ Aut quis prior, etc.*] Quis prior fecit aliquid boni & nō dei misericordiā glorificet, sed suo se merito recepisse glorietur. *c ¶ Quoniam ex ipso.*] Ab ipso omnis creatura accepit initiū, & per ipsum regitur, & in ipso omnia cōcludunt, nec ipse continetur ab ullo. *d ¶ Ipsi honor & gloria, etc.*] Ipse solus glorificandus est: cuius est etiam quod sumus & uiuimus, ac mouemur. Simul etiam cōtra Arianos facit hic locus, cum dicit deus id esse, ex quo oīa, & p quē oīa facta esse monstran-

A monstrantur: siquidem omnia per uerbū in principio facta, euangelista signauit. Et quod de filio euangelista testatur, hoc Apostolus per unitatis mysteriū, de patre intelligendum edocet credendum. Cap. XII

Caput XII

OBsecro itaq; uos fratres.] Quia de sensu domini dixerat: modo dicit, quales se exhibere debeant, ut sensum domini habere mereant. Hucusq; de dogmatibus dicit, hinc iam moralia docet. *b ¶ Per misericordiam dei.*] Qua magis nihil est, per quam liberati sumus. *c ¶ Vt exhibeatis corpora uestra.*] Quanto magis animam, non animaliū, sicut in lege: quæ tamen licet in figura fuerint, immaculata offerebantur & uiua. *d ¶ Hostiam uiuētem, sanctam.*] Hoc est, castā, & alienam ab omni morte peccati. *e ¶ Deo placentem.*] Domino, non hominibus tantum placete, siue talis ei placet hostia. *f ¶ Rationabile obsequiū uestrū.*] Omne opus bonum tunc placet deo, si ra-

B tionabiliter fiat. Nam mercede priuat: utputa si quis hominū causa ieiunat, bonum ob sequium insipienter facit: ita & de omnibus adiacentibus sentiendum est. *g ¶ Et nolite conformari, etc.*] Nolite similes esse filijs mundi, qui facti estis filij dei, sed renouate sensum uestrum per quem regitur corpus, & omnia membra dirigunt, ut etiā corporis actus noui fiant, quo positis uoluntatem dei & sensum eius agnoscere. Hæc enim non nisi nouo sensui reuelantur. *h ¶ Bona & benep. etc.*] Hoc est, quod bonū sit & melius & optimū. *i ¶ Dico enim per gratiam.*] Prohibet usum humanæ sapientiæ, quæ præter legem est: non sensu proprio loqui se dicit, sed autoritate gratiæ dei. *k ¶ Omnib. qui sunt, etc.*] Qui sunt sacerdotes siue doctores, quorū cæteri sequūtur exemplum. *l ¶ Non plus sapere, etc.*] Plus uult sapere, qui illa scrutatur, quæ lex non dicit. Vnde & Salomon

Eccl 3.c ait: Altiora te ne quæsieris, & maiora te ne scruteris, sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper. *m ¶ Et unicuiq; sicut, etc.*] Notandū q̄ deū dicat spiritū sanctū, quo-

1.Cor. 12.b modo ad Corinthios ait, dona diuidere singulis prout uult. ¶ *Mensuram fidei.*] Mensura fidei, uirtutis intelligenda est gratia, quam non nisi fideles accipiunt. *o ¶ Sicut enim, etc.*] Per cōparationē corporis, eos ad concordiā cohortatur, ne uel hinc moueantur, quia dona accepere diuersa: non enim poterant omnia habere singuli, ne superbirēt nullius egentes: nec omnes eadem, ut corporis Christi similitudo in nobis monstretur. Itē quod dicit in uno corpore multa membra, propter diuersitatē officiorū dicit. Non enim potest oculus audire, nec auris uidere, & sic cætera intelligenda. *p ¶ Singuli autem alter alterius membra.*] Vt præstando alterutrum quod habemus, magis ac magis charitas in nobis confirmetur. *q ¶ Habentes autem donationes, etc.*] Donū non ex nostro, sed ex donātis arbitrio pendet. Et omnibus C quidem credentibus gloria promittitur in futuro: sed qui tam mundum cor habuerit, ut hoc mereatur gratiam uirtutum accipit etiam in præsenti. *r ¶ Siue prophetiam secundum rationem fidei.*] Fidei, non legis: siue quia fides illa meretur. Vnusquisq; enim tantū accipit, quantū credit. Item secūdum fidem quæ unicuique à deo data est atq; concessa. *s ¶ Siue ministeriū in ministrando.*] Ministeriū sacerdotalis, uel diaconatus officij. *t ¶ Siue qui, etc.*] Qui docet, maior est eo qui exhortatur. Exhortari enim pro uirib. suis possunt, etiam minus periti. Notandū sanè quod tertio tantū posuerit, siue: quod quare fecerit, spiritualis debet lector agnoscere. *u ¶ Qui tribuit in simplicitate.*] Omnib. simpliciter largitur, cunctos credens bonos esse, & indigere quæ petunt. *x ¶ Qui præest in sollicitudine.*] Qui præest ecclesiæ uel fratrib. debet esse sollicitus. *y ¶ Qui miseretur in hilaritate.*] Maxime circa ægrotos misericordiam exhibendo. Siue misericordiæ titulus generalis est, qui circa omnes placido exhibēdus est animo. Hilarem enim datorē diligit deus, & tristem sine dubio odit, quia melius est uerbū bonū super datum optimū. *z ¶ Dilectio sine simulatione, etc.*] Tota puritas debet esse in Christianis, sicut deus pura lux est. Fingere enim seruorum est. Et diligamus non lingua tantum, sed opere & ueritate. Ita ut etiam si necesse fuerit, pro inuicem moriamur. *a ¶ Charitatem, etc.*] Ita uos diligite, quasi ex una matre generati. *b ¶ Honore inuicē præuenientes.*] Hoc si semper seruaremus, & charitatē & patientiā teneremus, sicut alibi

Phil. 2 ait: Alter alterutrū maiorē æstimantes. Si enim nos omnibus minores iudicaremus, nec ultro alicui iniuriam faceremus, nec illatam nobis grauiter deputaremus. *c ¶ Sollicitudine non pigri.*] Ne per sollicitudinē seculi, pigri in dei opere efficiamini & inertes. *d ¶ Spiritu feruentes.*] Quia frigidos dominus nō amat, & in tepidis nauseat. Tunc planè spiritu feruemus, si seculo frigidi fumus. *e ¶ Domino seruientes.*] Non seculo neq; uitio, sed deo. *f ¶ Spe gaudentes.*] Spe non præsenti. Spes enim quæ uidetur, non est spes. *g ¶ In tribulatione patientes.*] Propter gaudium spei futuræ, omnia sustinete, sicut ait: Omne gaudium existimate. *h ¶ Orationi instantes.*] In-

Iacob. 1.d stantia orationis nobis præstat auxilium in aduersis. *i ¶ Necessitatibus sanctorū cōmunicantes.*] Ministrate eis qui propter Christum, sua omnia contemnentes, alienis ad tempus indigent ministerijs. Quidam codices habent: Memorijs sanctorum cōmunicantes: quod ita intelligitur, quod meminerint, in qualibus sancti, uel quibus operibus promeruerint deum, ut participes eorum fiant imitantes semper. Deniq; sequitur:

A *a ¶ Hospitalitatem sectantes.*] Quia & hoc sancti fecerunt: sicut Abrahã, sicut Lot, qui etiã inuitos hospites detinebant, de quã dicitur. Per hanc enim quidã deo placuerunt angelis hospitio receptis. *b ¶ Benedicite persequentibus uos. etc.*] Ne putaremus utrunq; nos facere debere. Ait enim & beatus Pe
1.Pet.3.b trus: Nec; maledictũ pro maledicto, sed econtrario benedicentes. *c ¶ Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.*] Vt si quid patitur unum membrũ, compatiantur omnia mẽbra. Sicut Iob ait: Si non ingemui uel lachrymatus sum, cũ uiderem homines in necessitate. Et dominus fletib. Mariæ, ad fletũ prouocatur, ut nobis daret exẽplũ. Nec enim pro Lazaro quem erat suscitaturus, fleuisse credendus est, sed propter incredulitatẽ illorũ, q̃ ei sæpe non crediderunt mirabilia facienti. Nos autẽ iam peruerso modo flemus cum gaudentibus, & gaudemus cum flentibus. Si quis eñ laB datus fuerit, contristamur: si quis ceciderit, exultamus. Vnde ostendimus nos qui talia facimus, de corpore Christi non esse, qui non dolemus de uno membro præciso: sed inimici sumus partis nostræ, & amici partis aduersæ, qui non dolemus de acie nostra uiros fortissimos corruentes: nec gaudemus, si uideamus eos fortiter dimicantes, quamuis ipsi tam ualidi non simus ad pugnandum. *d ¶ Idipsum inuicem sentientes.*] Vt ita alteri sentiatis, sicut uobismetipsis. *e ¶ Non alta sapientes, etc.*] Superba sapit iste, qui suam per se ulcisci cupit iniuriam, & non humilibus rebus, id est humilitate consentit. *f ¶ Nolite esse prudentes, etc.*] Nolite in humana sapientia gloriari, sed stulti estote seculo, ut sitis dño sapientes, sli-
Psal.93.b cut scriptũ est: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. *g ¶ Nulli malum pro malo reddentes.*] Humana sapientia est, si quæramus uicem reddere inimicis. Stultitia est enim in hoc seculo, si percutienti & aliam maxillam præbere uolueris. Quod si tantæ patientiæ & humilitatis fueris, non solum apud dñm, sed & apud omnes homines poteris probabilis apparere. *h ¶ Prouidentes bona, etc.*] Tantũ caue ne ideo facias, ut non deo, sed solis hominibus placere desideres. *i ¶ Si fieri potest quod ex uobis est, etc.*] Quod uestrum est, uos cum omnibus pacem habetote, & dicite cum propheta: Cum his qui oderũt pacem, eram pacificus: optantes scilicet conuersionẽ eorũ atq; salutẽ, sicut quæ uobis fieri possit. *k ¶ Non uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ.*] Aut fugiendo, aut permittendo nocere. *l ¶ Scriptũ est enim: Mihi uindictam.*] Ego quasi meã, dicit dominus, non quasi uestrã iniuriam uindicabo,
Zach.2.c quoniam dicit propheta: Qui uos tangit, tanquam qui tangit pupillam oculi ipsius. *m ¶ Ego retribuam dicit dominus.*] Facienti bona, retribuere promittit. *n ¶ Sed & si esurit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi.*] Noli illi C negare, quod deus nulli negat, quamuis sit blasphemus & impius. *o ¶ Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.*] Vt cum sibi carbones intellexerit per suam indebitam misericordiam congregari, excutiat Hiere.31.c eos: hoc est, conuertatur, & diligat te, quẽ habuerat aliquando perosum. Cæterũ nõ est misericordia, sed crudelitas: si ideo ea facias, ut illi aliquid peius eueniat: *p* quo deum præciperis deprecari. Itẽ hoc loco docet nos imitari deũ debere, qui solẽ suum oriri facit super bonos & malos. Cibando enim inimicum & potando, eum ad pacem uel reconciliationem prouocamus: & si ille in malicia perstiterit, ignem suo congerit capiti. *p ¶ Noli uinci à malo, sed uince in bono malum.*] Ille dicitur uicisse alterũ, qui eum ad suam duxerit partem, sicut hæreticum uel paganum. Si ergo te fecerit sibi uicem reddere, ille te uicit, sibi similem te faciendo: si autem per D patientiam tuam feceris eum cessare ab iniuria, tu uicisti. Cap. XIII

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.] Hæc causa aduersus illos prolata est, qui se putabant ita habere libertatẽ Christianam, ut aut nulli honorem deferrent, aut tributa dependerent. Quocunq; ergo modo eos humiliare desiderat, ne forte propter superbiam, magis q̃ propter deum contumeliã patiantur. Ideoq; docet illos humilitate tempus redimere. Aliter, q̃ sublimiores potestates, ecclesiasticæ dignitates intelligantur. *r ¶ Non est enim potestas nisi à deo.*] Et quo-
Osee 8 modo deus dicit per prophetam: Regnauerunt, & non ex me? *s ¶ Quæ autem sunt, à deo ordinata sunt.*] Si de seculi potestatibus dicere uideat, non ideo iustæ erunt: etiam si à deo exordium acceperunt. Secundum desiderium
Sap.6.c uniuscuiusq; dantur. Nam dicit Salomon: Quoniam data est nobis potestas à deo. Sed cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis. Horrende & cito apparebit uobis, & cætera. Constituitur enim à deo ut iuste iudicet: & ut peccatores habeant, quod timeant, ne peccent. *t ¶ Itaq; qui resistit potestati, etc.*] Sicut ad Rahab dicitur: Qui exierit foras, ipse sibi reus erit. *u ¶ Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali.*] Malus debet timere potestatẽ, nam bonus non habet q̃ timeat: qui si iniuste occiditur, gaudet. *x ¶ Vis autem, etc.*] Accipe consilium meum, & nunq; timebis. *y ¶ Bonum fac, & habebis laudem ex illa.*] Ipsa damnatio malorum, laus est bonorum. *z ¶ Dei enim minister est tibi in bonum, etc.*] Qui pro tua sollicitus es quiete. Item hic dicendo: Minister est tibi boni causa, ostendit in his quæ recta sunt iudicibus obediendum, non in illis quæ religioni contraria sunt. *a ¶ Nõ enim sine causa gladiũ portat, dei enim minister est.*] Et in te habet officium, si peccaueris, nec tibi profiet ad mercedem. Siue sacerdotes gladiũ spiritualem portant: sicut Petrus percussit Ananiam & Sapphiram, & Paulus magum. *a ¶ Vindex in iram ei qui malum agit.*] Quia deus non diligit malos, qui odit omnes qui operantur iniquitatem. *b ¶ Ideoq; necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter cõscientiã.*] Nõ solum quia possunt potestates etiam sine causa irasci, sed & ne propter alicuius peccati conscientiam condemnemini. Siue non solũ, ne irascantur sacerdotes, sed etiam quia sanctis illis & iustis honorẽ debetis. Item malum agentes, & cõtra præcepta uiuẽtes, propter uindictã subditi sunt potestatibus: recte autẽ uiuentes propter cõscientiã subditi sunt, q̃ bona & iusta sunt quæ iubent. *c ¶ Ideo enim & tributa præstatis, etc.*] Possunt & tributa sacerdotũ intelligi, quæ illis à deo sunt constituta. Siue ideo regibus tributa præB statis, quia uoluistis possidẽdo seculo esse subiecti. Ministros autẽ dei illos appellat, ut uel sic eis reddant, quod eis debebãt, ne uideretur Christus superbiã docuisse. *d ¶ Reddite ergo omnibus debita: cui tributũ, tributũ.*] Potest etiam eleemosyna
Eccĩ 4 debitum appellari. Dicit scriptura: Inclina pauperi aurem tuam, & redde debitũ tuum. *e ¶ Cui uectigal, uectigal.*] Vectigal nostrum est, ut transeuntibus donemus: uel nos transeuntes sedentibus ad uiam, & inde uenientibus largiamur. *f ¶ Cui timorem, timorem.*] Quomo-
Psal.17 do ergo scriptũ est alibi: Præter deũ neminẽ esse timendum? Sed sic, inquit, age ut neminem timeas. Timor enim dei, timorẽ expellit humanũ. Sed quoniam causas adhuc timoris habetis, necesse est ut timeatis. *g ¶ Cui honorem, honorem.*] Etiam timorẽ maioribus, honorem tantum æqualibus. *h ¶ Nemini quicquam debeatis.*] Præclarẽ dixit Apostolus, reddenda unicuiq; quæ debent, sola tantum dilectione nos inuicem obnoxios esse debere. Si autem semper fratribus debuerimus, dilectionẽ seruemus, ut perpetuæ charitati connectamur. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non concupisces: & si quod est aliud mandatũ, in hoc uerbo instauratur: Item nemini debitũ non reddatis. *i ¶ Nisi ut inuicem diligatis.*] Hoc solũ semper debet manere, quod nunquam persolui potest. *k ¶ Qui enim diligit proximũ, legem impleuit.*] Secundum domini parabolam, sine discretione cunctis misericordiam fieri iubentis: omnis homo proximus esse censendus est. Item dilectionem ideo præmisit, quia fidelibus scribebat, & de iustitiæ cõuersatione tractabat. *l ¶ Nã non adulterabis, etc. Diliges proximum tuum sicut teipsum.*] Recapitulatur omnis iustitia in proximi dilectione, & iniustitia nascitur, dum plus cæteris nos amamus. Qui enim sicut se diligit proximũ, non solum illi malũ non facit, sed euã bonũ facit, quia gladium portat. Dei enim minister est, uindex in iram ei qui malum agit. Ideoq; necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter cõscientiam. Ideõ enim & tributa præstatis. Ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum, tributum: cũi uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cũi honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimoniũ dices, non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectiõ proximi, malum non operatur. Plẽnitudo ergo legis, est dilectio. Et hõc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, q̃ cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sic ut in die honeste ambulemus. Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in cõtentione & æmulatione, sed induimini dominũ Iesum Christum, & cãrnis curam ne feceritis in desiderijs. Cap. XIIII

Infirmum autem in fide assumite: non in disceptationi-

m ¶ Dilectio proximi malum non operatur.] Etiam bonum non facere, malum C est. Nam si uiderit illum fame periclitari, nonne ipse illum occidit, si ille cum affluat, nõ dederit uictũ, quam uis ei proprias nõ tulerit facultates? Quisquis enim in quacunq; necessitate succurrere morituro potest, si non fecerit, occidit. *n ¶ Plenitudo ergo legis, est dilectio.*] Hoc est perfectio. *o ¶ Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere.*] Hoc est ut ad perfectiora tendatis. Non enim semper debetis esse parUuli & lactentes, sicut
Hebr.5.c alibi dicit: Etenim cũ deberetis magistri esse & cætera. Item hortatur Apostolus, ut tenebrosa & somni tore depressa opera relinquentes, in lumine, hoc est, in bonis operib. ambulemus. Item de somno inertiæ & ignorantiæ consurgamus: Iam enim sciẽtia lucet. *p ¶ Nũc enim propior est nostra salus, quam cũ credidimus.*] Scientia proficiente propior est salus, q̃ D quando primũ credidimus. *q ¶ Nox præcessit, dies autem appropinquauit.*] Cõparat diei scientiam, & ignorantiã nocti, secundum Osee dicentẽ: Nocti assimilauit matrẽ tuam:
Osee 4.b factus est populus meus tanq̃ non habens scientiam. *r ¶ Abijciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis.*] Cum ignorantia abijciamus simul & opera ignorãtiæ, & arma lucis, hoc est, luminis opera induamur. Qui enim male agit, odit lucem: qui uerò facit ueritatem, uenit ad lucem. *s ¶ Sicut in die honeste ambulemus.*] Sicut luxdiei prohibet unũquenq; agere, quod nocte liberẽ cõmittebat: ita & scientia nos prohibet legis mandata contemnere, quod sciamus nos semper à deo uideri. *t ¶ Nõ in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilib. & impudicitijs.*] Comessatio, est mensæ collatio. Nos uerò habemus spirituale conuiuiũ dicẽtes: Cum cõuenimus, unusquisque psalmum habeat, & cætera. Ebrietatẽ ergo pernicios am esse, & luxuriæ materiã: ex hinc cognoscimus, quia impudicitiam subiunxit. Et alibi ait: Nolite inebriari uino
Ephe.5.d in quo est luxuria. *u ¶ Non in contentione & æmulatione.*] Etiam contentionem & inuidiam criminosam esse, & alijs multis probatur exemplis, dicẽte Iacobo: Si enim
Iacob.3.d zelo amaro habetis & cætera. *x ¶ Sed induimini dominum Iesum Christum.*] Solus Christus uideatur in uobis, non uetus homo. Qui enim dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare: in quo omnes sunt uirtutes. *y ¶ Et carnis curam ne feceritis, etc.*] Sicut Salomon ait: Post cõcupiscentias tuas non eas. Et iterum:
Eccĩ 18 Si dederis cõcupiscentiam animæ tuæ, in gaudium facies te inimicis tuis uenire. Cap. XIIII

Infirmũ, etc.] Hic obliquè illos increpare incipit, qui se fortes putabãt, ut immoderate carnibus uescerentur. Item hic infirmos fideles dicit, qui carnes quę in

Universidad de Biblioteca

A macello tunc temporis uendebant, idololatrias esse credebāt: & propter hoc sic putantes, ne polluerentur, oleribus uescebant, unde præcipitur ab Apostolo, ne imperiti ita sentientes iudicent, qui habent fidem: omnia quæ in macello uenūt, sine disceptatione manducent: quoniā omnis creatura dei bona est, & nihil damnandū est eorum, quæ deus hominibus ad edendum creauit. *a* ¶ *Non in disceptatiōib. cogitationū.*] Nolite secundum uestras cogitatiões, quē lex non iudicat iudicare. *b* ¶ *Alius enim credit se manducare omnia.*] Qui tantam fidem habet, ut nō moueatur aut abstinentia confractus, aut senio. *c* ¶ *Qui autē infirmus est, etc.*] Infirmus aut ætate, aut corporis calore. Item hic probatur, quia non de Iudæis dicatur, ut quidam putāt, sed de abstinentibus. Nō enim carnes secūdum legē, sed sola olera manducabāt. Aliter: Si idcirco tibi infirmitas animæ generatur, quia
B alium ciusdē propositi, carnibus pro sua fide uesci perhorrescēs, forte cognoscis: noli esse iudex alterius uoluntatis, nec exigere ab aliquo. Vnicuiq; in uoluntate dimissum: sed si tibi scandalum est, & nō uis carnibus uesci, tibiipsi impone modū: & melius faciens, sola olera manduca. Magis unusquisq; per tuā æquanimitatē ad abstinentiā prouocetur, ēj irritatus de hoc scādalizet te. Magis in edendis carnibus cōfirmet, quod tum non potes quasi culpam in alio reprehēdere, si unusquisq; aut fideliter hoc præsumit, aut fortè asperitate ualitudinis, aut senecta hoc faciat exigente. *d* ¶ *Is qui manducat, etc.*] Habebant inter se scandala, illi illos quasi carnales iudicabant: & illi illos tanq; stultos irridebant, & superstitiosos iudicabant. *e* ¶ *Et qui non manducat, manducantem etc.*] Ita illos deus uocauit, ut te. *f* ¶ *Tu quis es qui iudicas, etc.*] Cuius tu autoritatis es, ut iudices eum quē lex non iudicat? Vnde & Iacobus ait:
Iacob. 4.c Qui iudicat fratrem scilicet sapientiorē se, iudicat legē. Cæterum ipse Paulus contra mandatū facientes iudicauit, & alijs iudicandi tribuit facultatem. Ad eum qui fide infirmus est sermo dirigitur, non eum debere iudicare manducantē. Omnia quæcunq; in macello uenerunt: qui robustus fide est, omnia munda mundis esse cognoscit. *g* ¶ *Domino suo stat aut cadit.*] Siue uiuit, siue moritur, quia & ille propter deum abstinet, & ille secundum deum manducat. *h* ¶ *Stabit autem: potens est enim deus statuere illum.*] Deus qui tres pueros leguminibus pastos, meliores apparere fecit, ēj illos qui de mensa regis edebant, potest & illos diutius facere in corpore stare. *i* ¶ *Nam alius, etc.*] Iudæi in escis diem inter diem iudicare non poterant. Ergo de ieiunio & abstinentia dicit quæ non sunt sub certo modo legis redacta, ut unusquisq; tantū faciat, quantū potest, quantū mercedē habere uoluerit. Vnde sequitur: Vnusquisq; id faciat in tali causa, quod melius esse iudicat. Item hoc est quod dicit, aliquos esse, qui certis anni temporibus, alios esse qui omni tempore uitæ suę ab esu carnium decreuerūt abstinendum. *k* ¶ *Qui sapit diē, domino sapit.*] Domino sapit, qui propter deum ieiunat, & non propter homines. *l* ¶ *Et qui manducat, domino manducat, etc.*] Qui propter dīm manducat, ut prædicādi euāgelium possit habere uirtutem: non suæ gulæ studet, sed aliorum saluti, propter quod conuersi, gratias referant deo. *m* ¶ *Et qui nō māducat, etc.*] Quia per exemplum illius multi saluantur, & gratias referūt deo. Qui em̄ uoce agit gratias, solus agit: qui autem etiā in opere, in multis agit. *n* ¶ *Nemo enim nostrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur, etc.*] Nemo fidelium sibi uiuit,
D & nemo sibi moritur: quia Christus pro omnibus mortuus est: ut & qui uiuunt, iam nō sibi uiuant, sed illi. Cauendum econtrario, ne nos aut nobis uiuamus manducando: aut propter homines moriamur ieiunando. *o* ¶ *In hoc enim Christus, etc.*] Aduentus Christi & uiuos inueniet, & mortuos suscitabit. Nihil ergo refert, utrum te resuscitet, an uiuū inueniat: tantum labora, ut coram eo iustus appareas. *p* ¶ *Tu autem quid iudicas fratrem tuum?*] Qua autoritate quasi uoracem damnas? *q* ¶ *Aut tu quare spernis fratrē tuum?*] Quasi infirmū despiciens, aut superuacue ieiunantē? *r* ¶ *Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.*] Tunc conscientias nostras dominus iudicabit, quid & quali uoto fecerimus.
s ¶ *Scriptum est enim: Viuo ego dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo.*] Hoc testimonio probat, quia omnes soli dño reddemus nostrorū actuum rationem. *t* ¶ *Itaq; unusquisq; nostrum, pro se rationem reddet deo.*] De his quibus lex tacet. Cæterum si uidens peccantem non arguerit, reddet etiam deo pro eo rationem. *u* ¶ *Non ergo amplius inuicem iudicemus.*] Sufficit quod nunc usque fecistis. *x* ¶ *Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculū fratri uel scandalum.*] Hic subtiliter ingreditur ad abstinentiam cōmendandam, & dicit illos abstinere debere quamuis firmi sint, ne exemplo illorum, infirmi scandalum patiantur. *y* ¶ *Scio & confido in domino Iesu, quia nihil cōmune per ipsum.*] Non hoc ideo dico, quia putem aliquid cōmune esse. Per Christum enim scio omnia esse mundata. Cōmune enim dicitur, quicquid immundum uidetur in esca Iudæorū. *z* ¶ *Nisi ei qui existimat quid cōmune esse, illi cōmune est.*] Illi per conscientiam fit commune, qui adhuc ritu Iudaico

A aliquid post Christi fidem in talibus causis arbitratur immundum. *a* ¶ *Si enim propter cibum frater tuus contristatur.*] Non dixit, propter ieiunium: sed ne illum tuo exemplo aut prouoces, aut compellas. *b* ¶ *Iam non secundum charitatem ambulas.*] Quia inuitus mādducat, quod illi nō expedit. Etiam non diligis proximū sicut teipsum, si non illius utilitatem cogitas sicut tuam. *c* ¶ *Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.*] Non dixit, abstinentia tua, sicut quidam uolunt. *d* ¶ *Non ergo blasphemetur bonum nostrum.*] Libertatem quam habemus in domino, ut omnia nobis munda sint: non ea ita debemus uti, ut uideamur propter gulam & epulas ambulare. Siue blasphemamur si propter illa contendimus. *e* ¶ *Non est enim regnum dei esca & potus.*] Non per escā iustificamur. Sed & hoc notādum, quod nō dixerit: ieiunium
B & sobrietas nō est regnum dei, sed esca & potus. Item hic manifeste mōstratur, quoniam regnum cœlorum cibum et potum non habet temporalem, sed illic spiritualiter uiuitur. *f* ¶ *Sed iustitia, & pax, & gaudium.*] Quæ per abstinentiā facilius custoditur. Vbi uero iustitia, ibi & pax: ubi pax, ibi & gaudium spirituale: quia ex dissensione semper tristitia & molestia generatur. *g* ¶ *Qui enim in hoc seruit Christo, placet deo.*] De tali homine nemo potest dubitare, quia sanctus est. *h* ¶ *Itaq; quæ pacis sunt, sectemur.*] Vt non inuicem nos de huiusmodi iudicemus.
i ¶ *Et quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus.*] Sed ædificatio est abstinentia. Cæterum esca etiam si neminem perdat, nullum ædificat. *k* ¶ *Noli propter escas destruere opus dei.*] Hominem scilicet à deo creatum. *l* ¶ *Omnia quidem munda sunt.*] Repetit quod superius dixerat, ne creaturam damnare uideretur. *m* ¶ *Sed malum est homini qui per offendiculum manducat.*] Ipsum mundum, illis fit malum, si per illud alterum offendat. *n* ¶ *Bonum est non manducare, & uinum non bibere.*] Exponit quid sit per quod offendere dicebat infirmum. Item hoc loco laudat quidem abstinentiam carnis & uini: sed multo magis admonet, propter scandalum fratris abstinendum esse à cibo & potu eorum, quæ idolis immolantur. *o* ¶ *Neq; in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.*] Infirmatur à pudicitia. Vinum enim & mulieres apostatare faciunt etiam sapientes. *p* ¶ *Tu fidem quam habes penes temetipsum, habe coram deo.*] Si in hoc fidelem te putas, sic manduca, ut nemo tuo infirmetur exemplo. *q* ¶ *Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat.*] Quia non suam infirmitatem probando conEccls. 19.a fiderat, sed alterius salutem infirmi. *r* ¶ *Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est.*] Si quis de alio discernat, & dicat: Iste si manducauerit, planè damnandus est. Hoc non habet fides, & ideo subsequitur. *s* ¶ *Quia non ex fide.*] Non est enim ex fide, si tu alium idcirco cōdemnas, quia te ieiunante, ille manducat. Aliter: Qui se ita dijudicat. Idipsum enim est discretio & iudicium: quia & iudicium discernēdo fit, & discretio iudicando. *t* ¶ *Omne autem quod non est ex fide.*] Non ex fide quæ per charitatem operatur. Quicquid ergo aliū destruit, ex fide non est, & idcirco peccatum.

Cap. XV

Debemus autem nos firmiores.] Si firmi estis, sic facite ut ego, qui factus sum infirmus, ut infirmos lucrifacerē. *x* ¶ *Et non nobis placere unusquisq; proximo suo placeat.*] Non à nobis ipsis, sed à proximis collaudemur: sicut & alibi suum nobis proponit exemD plum dicens: Sicut & ego omnibus per omnia placeo, nō quæ rens quod mihi utile est, sed quod multis ut salui fiant. Nemo enim potest ædificare alterum, cui per bonam uitā nō ante placuerit. Sed & sibi placētes sunt qui propria cōmoda quærētes, suā faciūt uoluntatē. *y* ¶ *In bonam ædificationem,*] Ostēdit modū placendi & causam: ne ad uanā gloriā placeamus. Simul cū dicit: In bonā ædificationē: ostēdit & malā esse, sicut est illud: Ædificabit ad manducandum idolothyta. *z* ¶ *Etenim Christus non sibi placuit.*] Imitatē hoc & discipulus Christi: nō quærit suū cōmodum. Ille enim ob aliorū salutē, etiam mortuus est, & impropria amarissima supportauit, dicentiū: Vah qui destruit templū, &c. *a* ¶ *Sicut scriptum est: Impropria improperantium.*] Quæcunq; non solum Christo, sed etiam sanctis exprobrantur dei causa, deo improperari dicuntur: ut est illud: Vbi est deus tuus?
b ¶ *Quæcunq; enim scripta sunt.*] Nihil enim scriptum est sine causa. Nam & merita uel tentationes iustorum ad nostram proficiunt ædificationem: quia deo manifestissimi erant. *c* ¶ *Vt per patientiam.*] Per scripturarū solatia, spem futuram patientissimè expectamus: sicut scriptum est: Pax multa diligentibus legem tuam, & nō est illis scandalum: hoc est qui consolatione legis utuntur, moueri ulla tentatione non possunt, ut per exempla patiētiæ & cōsolationis eorum quæ scripta sunt speremus consolationē etiā in præsentibus tentationibus. Magna enim causa solatij est, si quę nos patiamur, dīm nostrū Iesum Christum & sanctos eius sciamus esse perpessos. *d* ¶ *Deus autem patientiæ, etc.*] Hoc loco deum

Mar. 15.c
Psal. 41
Psal. 118.b
1. Cor. 8.c

Universidad de Barcelona Biblioteca

A patientiæ, spiritum sanctum significat, qui donat nobis secundum Christum unanimes glorificare deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Item patiētiæ eius quæ est in conuersione atque solatio, non ira neq; dissidio. *a ¶ Det uobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum.*] Vt unusquisq; sic queratur salutem alterius quasi suam, sicut Christus sua morte omnes saluauit à morte. *b ¶ Vt unanimes uno ore honorificetis deum & patrē domini nostri Iesu Christi.*] Tūc uere deus honorificatur, si uno animo & concordi uoce laudatur. Si enim duo cōuenerint super terram ex omni re, quæcunq; petierint, fient illis. *c ¶ Propter quod suscipite inuicem.*] Propter honorem dei in uicem onera uestra portate: sic adimplebitis legem Christi: quia nos suscepit in se cum essemus impij. Quanto ergo magis nos inuicem, ut si miles, nos sustinere debemus? Iterum hic utrumque populum

B ad unitatē hortatur. Consentio uobis, ô Iudæi, quia Christus uobis promissus ad uos uenerit primū, & gētes propter misericordiam dei uocatæ sint: tamen unū corpus estis effecti. *d ¶ Sicut & Christus suscepit uos in honorem dei.*] Siue in gloriā diuinitatis: siue propter honorem dei. *e ¶ Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse.*] Hic ostendit quoniam secundum carnē Christus, iuxta promissiones patrū ex ipsis natus sit, ut præcepta legis impleret. Item non uenerat ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. *f ¶ Ad confirmandas promissiones patrum.*] Quia illis promiserat Christus, sicut ipse dicit: Non ueni nisi ad oues perditas domus Israel.

Luc. 7.8 g ¶ *Gentes autem super misericordia honorare deum.*] Cui eū plus dimittitur, plus diligit. *h ¶ Sicut scriptum est.*] Tulit Iudæis arrogantiam, dum gentiū salutem docet esse prædictam, quamuis non fuerit nūciatus ipse Christus in gentibus. Confitetur eos misericordiam cōsecutos: quia & ipsi sunt in corpore eius. *i ¶ Et iterum dicit: Lætamini gentes cum plebe eius.*] Qui cum ipsis estis ad salutē adducti. *k ¶ Et iterum: Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eū omnes populi. Et rursum Esaias: Et erit radix Iesse.*] Iesse pater fuit Dauid, de cuius semine, id est Maria, natus est Christus. *l ¶ Et qui exurget regere gentes: in eum gentes sperabunt.*] Non de proselytis asserit, sed & illud huic

Gen. 49.b loco simile est: Non deficiet princeps ex Iuda, nec dux de femoribus eius. Vnde probatur uere iam uenisse Christum, in quo omnes gentes sperare manifestum est. *m ¶ Deus autem spei.*] In quo omnes speramus: hoc ostendit quomodo deus absq; uirtute spiritus sancti non replet aliquando nationem gratia, quoniam C unum donum est patris & spiritus sancti. *n ¶ Repleat uos omni gaudio & pace.*] Pax fidelium, in spe debet esse futura. Et ibi omne gaudium, ubi pax est. Nullum uero in dissensione gaudium, sed uniuersa mœstitia. *o ¶ In credendo: ut abundetis in spe & uirtute spiritus sancti.*] Abundantia, in spe, in spiritu, uirtuti bus cōsistit & signis.

p ¶ Certus sum autem.] Bonus doctor laudando prouocat ad profectum, ut erubescant tales non esse, quales ab Apostolo putantur. *q ¶ Quoniam ipsi pleni estis dilectione.*] Prouidit ne unquam contentiosius dura increpasse uideat. Vel dissidentes aut stultos ostendit Christianos semper alterutrum monere. *r ¶ Repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum admonere.*] Id est, noui & ueteris testamenti. *s ¶ Audacius autem scripsi uobis fratres ex parte.*] Imò ideo magis scribendi fiduciam habui, quia noui uos ut prudentes cito accipere ratio D nem: sicut scriptū est: Argue sapientem, & Prou. 9.b amabit te. Item hoc loco aut humilians se Apostolus loquitur: aut certe quoniā habentibus iam prædicationem Petri, ipse audeat prædicare. *t ¶ Tanquam in memoriam uos.*] Recordans uos esse prudentes siue non ignaros, non doceo, sed commoneo ut scientes. *u ¶ Propter gratiā.*] Non propter munera terrena uel laudem, sed ut impleam officium quod accepi. *x ¶ Vt sim minister Christi Iesu in gentibus.*] Seruiens euangelio, hoc est, reuocans ei seruos quosdam fugitiuos. *y ¶ Sanctificans euangelium dei.*] Meo exemplo sanctum esse demonstrans, quod cum tanto timore perficio. Quidā enim ut humanum contemnunt, quod prædicāt ut diuinum, & ita fit ut res sancta uideatur esse non sancta, cum non perficitur sanctè. Vnde dicitur: Sanctificate iejunium, id est sanctum facite siue monstrate. Iohel. 2.d *z ¶ Vt fiat oblatio gentium.*] Vt exemplo meo gentes efficiantur hostia deo accepta, nō igni sanctificata uel suscepta, sed spiritu sancto: sicut scriptum est: Quia sedit super apostolos quasi ignis, & uisæ sunt eis uariæ linguæ. *a ¶ Habeo igitur gloriam Christi Iesu ad deum.*] Qui gloriat, in dño Act. 2.d glorietur. Gloriā habeo apud deū, licet apud homines infamer & maculer. *b ¶ Nō enim audeo.*] Hic ostēdit Christi & spiritus sancti unā esse potentiā atq; uirtutē. Itē nō ausus sum aliquid dicere me in his dūtaxat rebus propria uirtute fecisse, & nō omnia per me deū esse operatum. *c ¶ Verbo & factis.*] Hoc est doctrina & signis. Nō enim de operibus hic, sed de uirtutibus loquit. 1.Cor. 1.d *d ¶ In uirtute spiritus.*] Vnam esse uirtutem atque potentiam.

¶ Ita

A *a ¶ Ita ut ab Hierusalem per circuitum usque ad Illyricum repleuerim euangelium Christi.*] Repletur euāgelium, cum etiam gentes credunt. *b ¶ Sic autem hoc prædicaui euangelium, non ubi nominatus est Christus: ne super alienum fundamentum ædificarem.*] Non omnis qui super alienum fundamētum ædificat, male facit: sed si ædificet aurum, & cætera. Hic pseudo apostolos tangit, qui semper ad eos qui iā crediderant ibant, & nunquam ad gentes: quia nō poterant uirtutes operari. Et ostēdit perfectè se laborasse, qui & fundamentum posuit, & ædificium superstruxit.

c ¶ Sed sicut scriptum Esa. 52.d *est.*] In Esaia. Ostendit suum laborē tam ante fuisse prædictū.

d ¶ Quoniam quibus nō est annunciatum de eo, uidebunt: & qui non audierunt, intelligent.] Ostenditur Christus in apostolis & per uirtutes quæ in eius nomine fiebant. *e ¶ Propter quod & impediebar plurimum uenire ad uos.*] Expositio illud quod

B in capite dixerat.

f ¶ Sed prohibitus sum usque adhuc. Nunc uero ulterius locum nō habens in his regionibus, etc.] Vbi iam toti firmi sunt, causam se negat habere ponēdi fundamentum. *g ¶ Cupiditatem autem habens ueniendi ad uos.*] Notandum esse cupiditatem etiā

Philip. 1.c bonam: Sicut cupio dissolui, & esse cum

Psal. 118.c Christo. Et: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. *h ¶ Ex multis iam præcedentibus annis.*] Qualis necessitas fuerit ostendit, quæ illum multis detineret annis. *i ¶ Sed cum in Hispaniam proficisci cœpero, &c.*] Vtrum in Hispania fuerit, incertum habetur. *k ¶ Et à uobis deducar illuc, si uobis primum ex parte fruitus fuero.*] Quia ita uos exhibetis, ut nec apud uos locum aut necessitatem habeam diutius remorandi, & ideo ex parte illis fuisse dicit: quia nō credere indigebant, sed tantummodo confirmari. Siue ideo ex parte, quia nulla magnitudo tēporis satiat charitatem. *l ¶ Nunc igitur proficiscar in Hierusalem.*] Hoc mihi restat deinceps ut ueniam. *m ¶ Ministrare sanctis.*] Sancti erant in Hierusalem, qui omnibus suis distractis, & ante apostolorum pedes depositis, orationi, lectioni, doctrinæq; uacabant. Quales autem fuerint, ex hoc cognoscitur, ut ipse apostolus per se illis pergeret ministrare, & quibus oblationē suam esse optat acceptam: id est, ut eam dignentur accipere, ostendens hoc non tam prodesse accipientibus quàm dantibus. Hoc contra illos facit qui gloriam perfectionis impugnant. *n ¶ Probauerunt enim Macedonia & Achaia.*] Probauerunt hoc sibi utile fore, si collationem aliquam sumptuum C facerent sanctis. *o ¶ In pauperes sanctorum qui sunt in Hierusalem.*] Quia propter sanctorum ædificationem esse pauperes uoluerunt. Siue simpliciter pauperes sanctorum intellige. *p ¶ Et debitores sunt eorum.*] Exemplo eorum prouocat Romanos ad simile opus, ostendēs hoc illis nō immerito placuisse. *q ¶ Nam si spiritualium eorum participes facti.*] Quia doctores ex ipsis habebant, & socij facti fuerant radicis, & pinguedinis oliuę: ideoq; unusquisq; in quo abundat, debet alteri impertire. *r ¶ Hoc igitur cum consummauero, et assignauero eis fructum hunc.*] Si uos bene exhibueritis, abundauit nobis bona doctrina in uos: quia quantum proficit discipulus, tātum prouocatur ad docendum & doctor. Si cut alibi ait: Os nostrum patet ad uos, ô 2.Cor. 6.c Corinthij. Siue abundanter benedicitur in aduētu meo Christus in uobis. *s ¶ Scio autem quoniam uenies ad uos, etc.*] Sciens D Apostolus quoniam propter prædicationem Christi Romam uinctus ducendus erat, in abundantia benedictionis prædicat se esse uenturum. Vel certe quoniam conscius sibi erat, nihilominus habere se gratiam ab alijs apostolis. *t ¶ Obsecro igitur uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum.*] Rogat ut pro tota instanter orēt ecclesia: quia nouit multum ualere preces in communi multorum. Iacobo enim occiso, Petrus fratrū precibus de carcere liberatur: qui non tam illi quām sibi beneficium præstiterunt, scilicet ut eius possint doctrina firmari. *u ¶ Et per charitatem spiritus ut adiuuetis me in orationibus uestris pro me ad deum.*] Spiritualis enim charitas facit ut pro inuicem exoretis. *x ¶ Vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa.*] Siue ut omnes credant, siue fidelibus ministrans, in manus infidelium non incurram, ne ad uos uenire non possim. *y ¶ Vt ueniam ad uos in gaudio per uoluntatem dei.*] Tunc in gaudio ueniam, si oblatio mea ab eis accepta fuerit, & securus uerbum dei abundātius loquar. Tristitia enim animi multum impedit ad doctrinam. *z ¶ Deus autem pacis sit cum omnibus uobis. Amen.*] Deus pacis non nisi pacificis est. Pulchre autem finiuit, duobus populis in concordiam reuocatis.

Caput XVI

Commendo autem uobis Phœben sororem nostram, &c.] Iam quasi finito textu epistolæ, ut solet cōmendationis

det uobis idipsum sapere in alterutrum secūdum Iesum Christum: ut unānimes uno ore honorificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Propterē quod suscipite inuicem, sicūt & Christus suscepit uos in honorem dei. Dicō enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter ueritatem dei ad cōfirmādas promissiones patrum: gēntes autem super misericordia honorare deum, sicūt scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterūm dicit: Lætamini gentes cum plebe eius. Et iterūm: Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait: Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes: in eum gētes sperabunt. Deus autem spei repleāt uos omni gaudio & pace in crēdendo: ut abundetis in spe & uirtute spiritus sancti. Certus sum autem fratres mei, & ego ipse de uobis: quoniam & ipsi pleni estis dilectione: repleti ōmni scientia, ita ut possitis alterutrū monere. Audaciūs autem scripsi uobis fratres ex parte, tanquā in memoriā uos reducens, propter gratiam quæ data est mihi à deo: ut sim minister Christi Iesu in gentibus sanctificāns euangeliū dei: ut fiat oblatio gentium accepta, & sanctificata in spiritu sancto. Habeō igitur gloriā in Christo Iesu ad deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus, in obedientiam gentium, in uerbō & factis, in uirtute signorum & prodigiorum, in uirtūte spiritus sancti: ita ut ab

A tionis gratiam subtus annexuit. Item hic monstrat Apostolus non accipiendam aut eligendam personam esse uiri uel fœminæ, quando Romanis per mulierem, ut fertur, literas mittit. In eadem epistola alijs fœminis mandat salutem. a ¶ *Quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est in Cenchreis, &c.*] Sicut etiam in orientalibus diaconissæ mulieres, in suo sexu ministrare uidentur in baptismo, siue in ministerio uerbi: quia priuatim docuisse fœminas inuenimus, sicut Priscillam, cuius uir Aquila uocabat. b ¶ *Vt eam suscipiatis in domino digne sanctis, & assistatis ei in quocunque negocio uestri indiguerit. Etenim ipsa quoq; assistit multis, & mihijpsi.*] Vt adiuuetis eam siue sumptuum opibus, siue solatio: quia & ipsa quamdiu habuit, plures adiuuit. c ¶ *Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu.*] Qui cõfirmasse Apollo dicuntur in fide, quos & ideo adiutores appellat: quia in opere B doctrinarum, ubi ipse laborabat, & isti iuuerunt. d ¶ *Qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt, &c.*] Probando meam doctrinam, se periculo subiecerunt propter qđ illis omnes ecclesiæ gratias agũt: quia per illos ego seruatus sũ. e ¶ *Et domesticam ecclesiam eorum.*] Ostendit congregationem fidelium, ecclesiam nominari. f ¶ *Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitiuus ecclesiæ Asiæ in Christo Iesu, etc.*] Primitiuos ecclesiæ Asiæ, istos oẽs quos salutat, intelligimus ex nominibus fuisse peregrinos: per quorum exemplum atq; doctrinam, non absurde existimamus credidisse Romanos. g ¶ *Salutate Andronicum & Iuliam cognatos & cõcaptiuos meos, qui sunt nobiles in apostolis: qui & ante me fuerunt in Christo. Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in domino. Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo, & Stachyn dilectum, &c. Salutate Rufum electum in domino: & matrẽ eius & meam.*] Aetate non partu matrem salutate. Hi ex Iudæis erant, & quia simul cum Paulo fuerant tribulati, nec territi: ideo nobiles hoc merito habebantur: qui ad præfectum Romanorum inter cæteros fuerant destinati, quique priores Paulo credidisse, ipsius testimonio referuntur. C

h ¶ *Salutate Asyncriton, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, & qui cum eis sunt fratres. Salutate Philologum, & Iuliam, Nereum, & sororem eius, & Olympiadem, & omnes qui cum eis sunt sanctos.*] Suo exemplo nos docet quales amicos debeamus in nostris literis salutare: non diuites seculi, facultatibus uel dignitatibus honoratos, sed gratia locupletes. i ¶ *Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant uos omnes ecclesiæ Christi.*] Non ficte uel subdole, quale Iudas tradidit saluatori. Ideo enim in ecclesia pax primo annunciatur ut ostendat se cum omnibus esse pacificum, qui corpori communicaturus est Christi. k ¶ *Rogo autem uos fratres, ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quam uos didicistis faciunt, & declinate ab illis. Huiusce modi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo uentri.*] De illis dicit qui ex circũcisione illo tempore uenerant, ieiunia & D abstinentiam destruentes, neomenias & sabbata, & cæteras ferias, uentris gratia prædicabant, dissentientes ab apostolica doctrina, & fratribus offendicula præparantes. l ¶ *Et per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentiũ.*] Per blandimenta, & adulationes, compto sermone compositas. m ¶ *Vestra enim obedientia in omni loco diuulgata est.*] Si illis obedistis quibus non debuistis, quãto magis nobis obedire debetis? Nam & illi propterea ad nos uenerunt, qa sciebant uos per obedientiam simplicem cito posse seduci. n ¶ *Gaudeo igitur in uobis, sed uolo uos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Deus autem pacis conterat satanam sub pedibus uestris uelociter. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Salutat uos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei. Saluto uos ego Tertius qui scripsi epistolam, &c.*] Quia bona est obedientia, sed si rationabilis sit, & ideo uos uolo sapientes esse in bono, ut malum nescientes, sub pedibus innocentiæ deponatis inimicũ. Ita enim dedit nobis dominus potestatem calcandi super scorpiones atq; serpentes, & omnem

A omnem uirtutem inimici: id est, ne nobis prævaleat, & omnibus super eum membris liberis ac solutis ambulare possimus. a ¶ *Salutat uos Erastus Arcarius ciuitatis & Quartus frater.*] Hic Arcarium ex Arcario dicit: sicut gentes credentes ex gentibus sæpe uocauit, secundum consuetudinẽ legis quæ Abigail uxorem Nabath adhuc appellat, cum iam illo mortuo in Dauid matrimonium transisset. b ¶ *Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis. Amen.*] Hæc est subscriptio manus eius in omnibus epistolis, ut in ea etiam commoneret beneficia Christi. c ¶ *Ei autem qui potens est uos confirmare.*] Signis atq; doctrinis. Item hic patris personam monstrat. Descendens autem dicit, manifestatum hunc per scripturas propheticas secundũ imperium æterni dei: spiritum sanctum significat. Item infert: Cognitum est soli sapiẽti deo per Christum Iesum: cui gloria in secula. Hoc loco patrem & filium manifeste loquitur. Quod autem dicit: Cognitũ est soli sapienti deo: in communi munere, mysterij significat trinitatem. d ¶ *Iuxta euangelium meum.*] Vt sic uiuatis, quomodo ego Christi exemplo & autoritate gentibus prædicaui. e ¶ *Secundum reuelationem mysterij.*] Mysterium de uocatione uniuersarũ gentium in lege diu fuerat occultatum, quod nunc per Paulum euidenter patefactũ est euangelium in Christo per testimonia prophetarũ: quia quamuis de gentibus antea multa dixisset, tamen quomodo & in Christo unum fierent & Iudæi, nemo tam aperte cognouerat. Existimare enim poterãt quosdam ad fidem quasi proselytos admittendos. f ¶ *Temporibus æternis taciti.*] Descendens autem dicit quid est patefactum. g ¶ *Secundum præceptum æterni dei.*] Præcepit deus ut omnes gentes obediant & deum agnoscant, quod futurum quandoq; solus ante sciebat, qui solus naturaliter sapiẽs, sicut naturaliter bonus, cum tamẽ & homo dicatur bonus: sed nos institutione boni uel sapientes esse possumus: ille natura. Cui per Iesum Christum gloria & honor in secula seculorum. h ¶ *Ad obeditionem fidei in cunctis gentibus.*] Spiritum sanctum significat. Item infert: i ¶ *Cogniti soli sapienti deo per Iesum Christum: cui honor & gloria in secula seculorum. Amen.*

Commentariorum in epistolam ad Romanos finis.

B COMMENTARII IN PRIMAM epistolam ad Corinthios.

Paulus.] Paulus quod nomen præponit in epistolis, autoritatis esse nouerunt. Item aliter: Paulus apostolus: cõnectens in epistola fratrum nomina: uel humilitatem suam significat: uel cooperatorem esse eum apostolicæ prædicationis ostendit. l ¶ *Vocatus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei.*] Voluntate dei uocatur quisq; ad fidem, sed sua sponte & suo arbitrio credit: sicut ait in Actibus: Non fui incredulus cęlesti uisioni. m ¶ *Et Sosthenes frater ecclesiæ dei.*] Frater, inquit, non apostolus. Hunc autem idcirco secum scribentem inducit: quia ex ipsis doctor est, & pro his ualde sollicitus. n ¶ *Quæ est Corinthi.*] Ostendit qui sunt ecclesia dei, sancti scilicet & immaculati: quia ecclesia neq; maculam habet, neque rugam: & ideo his scribit qui integram adhuc seruabant, non qui perdiderunt sanctitatem. Nam istos honorat literis, illos autoritate commendat. o ¶ *Sanctificatis in Christo Iesu uocatis sanctis.*] Per baptismum sanctificatis. p ¶ *Cum omnibus qui inuocant nomẽ domini nostri Iesu Christi.*] Proprie sacerdotum est inuocare dominum: Quibus dicitur: Sic benedicite filijs Israel, inuocantes nomen meũ super illos. Et Psalmista dicit: Et Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Quem sacerdotem fuisse illa res probat: quia & sacerdoti successit, & hostias offerebat. De quo etiam secundum historiam dictum est: Suscitabo mihi sacerdotem fidelem. Qui quamuis non sit de genere Aaron, tamen de tribu Leui esse in Paralipomenon legitur: quia ipse hunc constituit, qui & illum. Ita enim Aaron elegit, ut alios postea eligendi non amiserit potestatem. q ¶ *In omni loco ipsorum & nostro.*] Quia sacerdotes & suo & apostolorũ loco funguntur. Propter quod etiam ecclesiarum apostoli nominantur. Itẽ aliter: Vniuersis ecclesiis prouinciæ Achaiæ ostendit se has literas mittere. r ¶ *Gratia uobis & pax à deo patre & domino nostro Iesu Christo.*] Pax gratiam seruat, quam quidam habere nolebant. s ¶ *Gratias ago deo meo semper pro uobis in gratia dei quæ data est uobis in Christo Iesu.*] Primum solito laudando prouocat ad profectum, & dicit se quidem gaudere de eorum scientia: sed scire illos debere: quia uera sapientia non inflat neque dissentit. t ¶ *Quia in omnibus diuites facti estis in illo.*] In omnibus uirtutibus, per sapientiam, quæ amicos dei & prophetas constituit. Item aliter: Hoc dicendo, Apostolus ostendit eos quando ad fidem Christi accesserunt, omni gratia tunc ditatos: nunc autem non iuxta fidem conuersantes, uacue factam monstrat gratiam quam perceperunt.

AD CORINTHIOS
EPISTOLA PRIMA.

Paulus, uocatus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Sosthenes frater ecclesiæ dei, quæ est Corinthi: sanctificatis in Christo Iesu uocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi: in omni loco ipsorũ et nostro. Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo semper pro uobis in gratia dei quæ data est uobis in Christo Iesu: qa in omnib. diuites facti

Act. 26. c

¶ *In omni*

Universidad de Barcelona Biblioteca

Universidad de Bibliotec

A *a* ¶ *Ut omni uerbo, & in omni scientia.*] Id est non tam noui quàm ueteris testamenti. *b* ¶ *Sicut testimonium Christi confirmatum est in uobis.*] Testimoniũ quo ait: Omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamiliàs qui profert de thesauro suo noua & uetera. *c* ¶ *Ita ut nihil uobis desit in ulla gratia.*] Vnde *Sap. 7.b* ait Salomon: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa: id est, cum sapientia. *d* ¶ *Expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi.*] Ille uere expectat aduentũ Christi, qui in omnib. præparatus est. Reuelatio autem dicitur domini aduẽtus: quia modo à nobis abscondita est. *e* ¶ *Qui et confirmabit uos usq; in finem sine crimine in die aduentus domini nostri Iesu Christi.*] Per doctrinam: sicut ait Dauid: Confirma me in uerbis tuis. *Psal. 118.d* Et iterum: Pax multa diligentibus legẽ tuã, & non est illis scandalum. Item aliter. Orat pro ipsis, ut usq; in finem uitæ suæ irreprehensibiles in aduen- B tum domini nostri Iesu Christi permaneant. *f* ¶ *Fidelis deus per quem uocati estis in societatẽ filij eius Iesu Christi domini nostri.*] Quã societatẽ Ioannes ex- *Ioan. 1.b* ponit, dicens: Quoniam deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. Si dixerimus quia societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, men- *2. Tim. 2.c* timur. Et Paulus ait: Si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus. Hic locus cõtra Arianos facit, qui in hoc minorem esse filium uolunt, quo per ipsum omnia facta referuntur, cum hoc etiam in patrem cadat: per quem in societatẽ filij eius credentes uocat. Item aliter: Hoc contra Arianos ualet, qui ministrum præceptorũ patris filium dicunt: quoniã scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt: hic autem ostenditur quia per deum patrem uocati sunt ad cõmunionem Iesu Christi domini nostri. Hucusq; cũ laude præfatio. *g* ¶ *Obsecro autem uos fratres.*] Ad unum sentiendi concordiam reuocat, & ut ipsi omnes idem loquantur hortatur. Item aliter: Hic iam causam contra dissensionem aggreditur. *h* ¶ *Per nomen domini nostri Iesu Christi.*] In quo nomine saluati estis, & signa fieri conspexistis. *i* ¶ *Vt idipsum dicatis omnes.*] Vt unum sentiatis atque dicatis. *k* ¶ *Et non sint in uobis schismata.*] Schismata ex contentione nascuntur. *l* ¶ *Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia.*] Si unum sentiatis & proferatis, tunc uere potestis esse perfecti. *m* ¶ *Significatum est enim mihi de uobis fratres mei ab his qui sunt Chloes, quia contentiones inter uos sunt.*] Quæritur quomodo Aposto- *Eccl. 13.19* lus crediderit aliquid de absentibus: cum scriptum sit: Non credes auditui uano. Et iterum: Quæ uiderint oculi tui, loquere, & cætera. Sed hanc gratiam habebat, ut nosset absens quid in singulis ecclesiis ageretur. Si- C *Col. 2.d* cut dicit ad Colossenses: Et si corpore absens sum, sed spiritu præsens, gaudẽs & uidens ordinẽ uestrum, &c. Quia ergo sciebat Corinthios ita agere, ut audiebat, non credidit sine causa quasi de absentib. quorum conuersationem in spiritu cognoscebat. *n* ¶ *Hoc autem dico.*] Sub nomine apostolorũ, pseudoapostolos tangit, qui eos per sapientiã circunuenerãt mundi, ut unusquisq; eius se diceret esse, cuius doctrinam elegisset, qui aduersa docebãt. Si ergo nec de ueris apostolis hoc dici permittit: quanto magis de fallis non licebit. *o* ¶ *Diuisus est Christus.*] Diuiditur corpus cum mẽbra dissentiũt. *p* ¶ *Num quid Paulus crucifixus est pro uobis, &c.*] Potest istud dici de his qui relicto Christi exemplo sanctos ueteris testamenti in solis diuitijs cupiunt imitari: Nunquid Abraham D crucifixus est pro uobis, aut in nomine Iob baptizati estis? Et illud domini, ubi docemur non quærere quid alij discipulo iubeatur, dicentis Petro: Quid ad te, tu me *Ioan. 21* sequere. *q* ¶ *Gratias ago deo meo, quod neminem uestrum baptizauí.*] Quod ita cõtigit, ut illos paucos baptizarem, qui se non dicunt in meo nomine baptizatos. Item aliter: Illorum ipsorum neminem, nisi quos numeraui. *r* ¶ *Non enim misit me Christus baptizare.*] Non usurpauit minora facere, qui poterat officia implere maiora. Sicut hodie & episcopus uel sacerdos, si uoluerit, diaconi poterit implere ministerium. *s* ¶ *Non in sapientia uerbi.*] Cum possint apostoli etiam sermones sapiẽtiæ prædicare, simpliciter docẽt, ne astutiæ prædicationis asserbatur prudentia, & euacuẽtur crux Christi. *t* ¶ *Vt uã euacuetur crux Christi.*] Euacuant enim uim crucis, qui aures declamatione permulcent. *u* ¶ *Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est.*] Prædicatio crucis non intelligẽtibus uirtutem dei, stultitia uidetur dei filium dicere crucifixum: fideles autem intelligunt dei esse uirtutem qua mors uicta est, & diabolus superatus est. *x* ¶ *His autem qui saluí fiunt, id est nobis, uirtus dei est.*] Fides enim eorum eos saluos facit. *y* ¶ *Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, &c.*] Hoc in aduentu saluatoris asserit adimpletum: id est, ad nihilum redigam. *z* ¶ *Et prudentiam prudentium reprobabo.*] Eligendo piscatores artem rhetoricam & philosophicam reprobauit. Quæritur plane unde sit hæc sapientia, quam reprobat deus. Scriptum est enim, quod omnis sapientia à domino deo sit: id est, de bona natura ducit exordium

facti estis in illo, in ômni uerbo & in omni scientia: sicũt testimonium Christi confirmatum est in uobis: ità ut nihil uobis desit in ulla gratia expẽctantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi, qũi & confirmabit uos usque in finem sine crimine, in die aduentus domini nostri Iesu Christi. Fidelis deus per quem uocati estis in societatem filij eius Iesũ Christi domini nostri. Obsecro autẽm uos fratres per nomẽn domini nostri Iesu Christi, ùt idipsum dicatis omnes, & nõn sint in uobis schismata. Sitis autẽm perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Significatũm est enim mihi de uobis fratres mei ab his qui sunt Chloes, quia contẽtiones sunt inter uos. Hoc autẽm dico, quod unusquisque uestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephę, ego autem Christi. Diuisus êst Christus? Nũnquid Paulus crucifixus est pro uobis: aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratiãs ago deo meo, quod neminem uestrum baptizaui, nisi Crispum & Caium, ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati sitis. Baptizaui autem & Stephanæ domum: cæterum nescio, si quem alium uestrum baptizauerim. Nõn enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare: nõn in sapientia uerbi, ùt non euacuetur crux Christi. Verbũm enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: his aũtem qui saluí fiunt, id est nobis, dei uirtus est. Scriptũm est enim: Perdam sapientiam sapiẽtium, & prũdentiam prudentium reprobabo

A dium. Hoc enim habet sensus humanus, ut quocunq; eum tetenderis consequaẽ, & paulatim meditãdo proficiat. Inde est quod multi illiterati poemata cõponunt tam exquisita quæ uiri eruditissimi admirentur. Hunc ergo sensum quẽ deus ad se ex creaturis cognoscẽdum & suam uoluntatem inquirendam dederat: illi ad inquirẽda superflua & curiosa uerterũt. Similiter & de diuitijs ac fortitudine, & de omnibus quibus male utimur possumus existimare. *a* ¶ *Vbi sapiens, ubi scriba.*] Id est, doctor. *b* ¶ *Vbi inquisitor huius seculi?*] Qui acquirit sapiẽtiam secularem, uel quicũq; alijs de rebus obscuris inquirit. *c* ¶ *Nũ quia in dei sapientia, etc.*] Factura mũdi, dei sapientia est fabricata: in qua per sapiẽtiam naturalẽ quæ ad hoc data & creata fuerat, debuit cognosci ipse qui fecerat: sed quoniam non agnouerũt homines: alia illis medicina succurritur.

Item aliter: Hoc loco B sapientiam dei, ordinatione creaturarum quæ uidentur ostendit: ex quibus deum autorem uenerari & agnoscere debuerũt. *d* ¶ *Placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.*] Non quod uerè stultitia sit prædicatio crucis, sed quia apud illos ita haberetur. *e* ¶ *Quoniam & Iudæi signa petunt.*] Iudæi ex consuetudine prophetarũ signa petunt, quæ etiam uidentes credere noluerunt. *f* ¶ *Et Græci sapientiam quærunt.*] Artis dialecticæ & humanæ sapientiæ rationem. *g* ¶ *Nos autem prædicamus Christum crucifixum.*] Multum suam doctrinam ab illorũ sensu discrepare demonstrat. *h* ¶ *Iudæis quidem scandalũ.*] Scandalizantur si audiunt Christum à se crucifixum. Siue scandalum illis est audire Christum mori potuisse, quem illi quali immortalem expectãt. Inde est quod *Ioan. 12.c* dicebant: Nos audiuimus ex lege quia Christus manet in æternum: non intelligentes, quia primum pati illum oportebat, & sic in gloriam suam introire. *i* ¶ *Gentibus autem.*] Secundum humanam sapientiam, stultitia uidetur deum credere crucifixum. *k* ¶ *Ipsis autem uocatis Iudæis atque Græcis, Christum dei uirtutem & dei potentiã.*] Hic non diuinitatem Christi dicit uirtutem & sapientiam, sed ordinationem crucis. Item aliter: Ipsi Iudæi & gentes cum crediderint, intelligunt uirtutem dei esse quæ deuicta morte hominem reuocauit ad uitam, & sapientiam quæ nos à dominatione diaboli liberauit: quod ante per incredulitatem intelligere non ualebant. *l* ¶ *Quia quod stultum est dei, sapientius est hominibus.*] Quod stultum putatur dei, omnem humanam sapientiam antecedit: quia sapientia sua liberari non potuerant qui per crucis mysterium sunt saluati.

babo. Vbi sapiẽs, ubi scriba, ubi inquisitor huius seculi? Nónne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nãm quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placũit deo per stultitiam prędicationis saluos facere credentes. Quoniãm & Iudæi signa petunt, & Græci sapiẽntiam quærunt. Nõs autem prædicamus Christum crucifixum. Iũdæis quidem scandalum, gentibus autẽ stultitiam, ipsis autẽm uocatis Iudæis atq; Græcis, Christum dei uirtutem & dei sapientiam. Quiã quod stultum est dei, sapientius est hominibus. Et quõd infirmum est dei, fortius est hominibus. Videtẽ enim uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit deus, & eã quæ nõ sunt, ut ea quæ sunt destrueret, ut nõ glorietũr omnis caro in conspectu eius. Ex ipso aũtem uos estis in Christo Iesu. Qũi factus est nobis sapientia à deo & iustitia & sanctificatio & redemptio, ut quẽmadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in dño glorietur.

Cap. II

ET egõ cum uenissem ad uos fratres, nõn ueni per sublimitatẽ sermonis aut sapientiæ, annuncians uobis testimonium Christi. Non enim iũdicaui me scire aliquid inter uos nisi Iesum Christum, & hũnc crucifixũ. Et

uit exemplum. Nascendo enim de matre paupere, diuitias reprobauit. Dum autem literas non discit, refutat sapientiam secularẽ. Cum uero traditus non resistit, sed patienter sustinet crucem, in humana fortitudine prohibet gloriari. Humilient ergo se deo huiusmodi si uolunt & ipsi cum cæteris liberari. *q* ¶ *Et ea quæ nõ sunt.*] Quæ non sunt sapientia, fortia, nobilia, ut quæ sunt talia dissiparet. *r* ¶ *Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.*] Omnis caro nõ spiritus, quia carnalis est ista gloriatio. *s* ¶ *Ex ipso autem.*] Si ergo ex ipso estis, nolite ea quæ ille reprobat admirari. *t* ¶ *Qui factus est sapientia à nobis & iustitia.*] Nobis factus est, sibi semper fuit: ut scilicet nos faceret sapientes & iustos & sanctos. Item alia expositio. Cum sit Christus dei sapientia, nunc tamẽ cum quis in illum crediderit, sapientia ei Christus effi- citur. *u* ¶ *Et sanctificatio & redemptio.*] Redemptio nostræ salutis. *x* ¶ *Vt quemadmodum scriptum est.*] Non in semetipso, aut in superius comprehensis.

Caput II

ET *ego cum uenissem ad uos fratres.*] Quia ostenderat nõ illos debere humanam sapientiam admirari, suo quoq; hoc exemplo confirmat, eo quod ipse non per humanã sapientiã prædicasset. *z* ¶ *Non ueni per sublimitatem sermonis.*] Nolui pompaticum eloquẽtiæ iactare sermonẽ in prædicatione diuina. *a* ¶ *Non enim iudicaui me scire.*] Id est, nõ sum gloriatus in aliquo, nisi in Christo. *b* ¶ *Et hunc.*] Quod stultum apud homines esse

m ¶ *Et quod infirmum est dei, fortius est hominibus.*] Mortem C quam nec gigantes euadere potuerunt, crucifixi infirmitas superauit. *b* ¶ *Videte enim uocationem uestram fratres.*] Exemplum accepit ex his qui crediderãt, ut ostendat quia non prodest gloriatio carnalis ad fidem, sed magis obest, dum superbia sapiẽtiæ & nobilitatis inflati, homines dei sapientiæ subiacere noluerunt. *o* ¶ *Quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles.*] Hic contra illos agit obliquè qui se legis peritos & fortiores apostolis & nobiliores ex sacerdotali stirpe descendere iactabant. *p* ¶ *Sed quæ stulta sunt mũdi elegit deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus.*] Quia dum in semetipsis non confidebant, celerius crediderunt. Semper enim sapientium & diuitum & fortium gloria increpatur, sicut ait propheta: Nõ glo- *Hier. 9.f* rietur sapiens in sa- D pientia sua, neq; fortis in fortitudine sua, neque diues in diuitijs suis: sed ipse dominus quod per prophetam dixerat, ipse ad nostrum comple-

C uidetur

uidetur. a ¶ *Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud uos.*] Nec enim alio modo deum conuenerat prædicari: non iactantia neq; gloria carnali. b ¶ *Et sermo meus & prædicatio mea.*] Quia dialectici erant Corinthij, noluit apud illos disputatione uti, ne hoc quoque illis aliqua noua philosophia uideretur, sed magis illis uirtutes & miracula demonstrauit. c ¶ *Nō in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis.*] Quia rhetorica habet colores persuasorios in unaquaque materia. d ¶ *Vt fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute dei.*] Sapientia hominis temporalis, ad breue prodest. Virtus autem dei ut æterna, dat sine fine profectum. e ¶ *Sapientiam autem loquimur inter perfectos.*] Ne putetis & nos sapientiam nō habere, habemus diuinam: sed uos iam tunc capere minime poteratis: quæ iā credentibus aperitur.

B f ¶ *Sapientiam uero non huius seculi, neque principum huius seculi, qui destruuntur.*] Siue regū, siue philosophorum: qui in hoc seculo primatum sapientiæ tenere uidentur. Qui cum sapientia sua per nostrum euāgelium destruunt. g ¶ *Sed loquimur dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est.*] In euangelio quod continet natiuitatem Christi, passionem, & cætera. h ¶ *Quam prædestinauit deus ante secula.*] Siue in præsentia, siue in lege ante tempora. Multi enim prophetæ cupierunt uidere, & non uiderunt. i ¶ *Et gloriam nostram.*] Qui credimus Christo. k ¶ *Quam nemo principum huius seculi cognouit.*] Pilatus, Caiphas, & cæteri, quorum etiam ignorantia damnat: quia non debuerant ignorare. l ¶ *Si enim cognouissent, nunquam dominum maiestatis crucifixissent.*] Hoc loco ad defensionem peruersi dogmatis, duæ hæreses abutuntur, Apollinarij scilicet & Arij. Vna ut perfectam assumpti hominis naturam destruat: alia ut dei uerbum asserat esse passibile: neq; erat intelligens, maiestatis dominū iam assumptum hominem dictum: neq; ista sciens, non diuinitatis sed humanitatis passibilē esse naturā. Item alia expositio: Dominus maiestatis carne patitur, carne crucifigitur, carne moritur: substantia autē deitatis impassibilis est. Et simili modo etiā apostolus Petrus testatur in epistola sua, Christum pro nobis in carne passum dicens: Qui peccata nostra ipse portauit in corpore suo super lignū. Itē alio loco: Christo igitur passo in carne.

1.Pet. 2.d

m ¶ *Sed sicut scriptum est.*] Memoratorū scilicet principū mēs hæc uidere nō potuit: quia credere noluerūt. Quidam sanè dicunt, oculus non uidit uirginem peperisse, nec auris audiuit. Tunc iusti sicut sol fulgebunt. Qui habet aures, inquit, audiendi, audiat, & in cor hominis non ascendit, homines cohæredes Christi futuros.

C Matt. 13.f

n ¶ *Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum.*] Nobis qui fide meruimus spiritum dei accipere, qui nobis uoluntatem eius ostēdit. o ¶ *Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda dei.*] Etiam quæ in secreto dei consilio conquiescunt. p ¶ *Quis enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus, etc.*] Quæ cogitatiōes uersentur in homine. Itē alia expositio. Præclarum hoc aduersus hæreticos qui creaturā spiritum sanctum dicunt. Vnde hic ostenditur non solum creaturam nō esse, uerum etiam quod ipse solus interiora dei & profunda rimetur: quippe ut eiusdē naturæ atq; substantiæ sit cum Christo. q ¶ *Nos autem non huius mūdi spiritum accepimus, etc.*] Quicunq; mundana sapit, non spiritum dei uidetur habere, sed mundi.

D r ¶ *Vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis.*] Vt scianus quanta nobis à deo collata sunt per Christi aduentū. s ¶ *Quæ & loquimur nō in doctis humanæ eloquentiæ uerbis.*] Quæ etiam uobis annunciamus non à philosophis uel grammaticis, sed à dei spiritu eruditi. t ¶ *Spiritualibus spiritualia comparantes.*] Illis ea dicentes qui possunt audire: non enim possunt nisi à sibi cognitis & similibus comprehendi. u ¶ *Animalis autem homo non percipit ea.*] Qui spiritum dei non habet, animalis est: quia animalium ritu uersatur, qui putat nihil esse post mortem. Et ideo ut animal uētri libidinicq; committit se, æterna morte periturus. x ¶ *Stultitia est enim illi, & non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur.*] Stultitia illi uidet primo quod ille qui & passus & mortuus est & resurrexit: totius creaturæ dominus prædicetur. Secundo contemnere propria bona, alteri prębere maxillā, & cætera his similia Christi mandata. y ¶ *Spiritualis autem iudicat omnia.*] Iudicat uana esse, in quibus carnales homines delectantur. Et ipse ita se agit ut à nemine iudicetur. Siue omnia spiritualis discernit & intelligit, & sensus illius ab homine non intelligitur animali. Item alia expositio: Omnia dicit quæ sunt spiritualia. Non enim artes & disciplinas huius mūdi, animalis homo nisi spiritualiter intelligat, scire potest. z ¶ *Quis enim, etc.*] Sensum dñi qui est in uiris spiritualibus, sine spiritu dei nemo cognouit. Itē sensus, hic intelligētiam significat. a ¶ *Nos aūt.*] Qui spiritū sanctū accepimus.

Et ego

Et egō in infirmitate & timore & tremore multo fui apud uos, & sermo mēus & prædicatio mea nōn in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis: sed in ostensione spiritus & uirtutis, ut fidēs uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute dei. Sapiēntiam autem loquimur inter perfectos. Sapiēntiam uero non huius seculi, neq; principum huius seculi, qui destruuntur: sed loquīmur dei sapientiā in mysterio quæ abscondita est, quam prædestinauit deus ante secula in gloriam nostram: quā nēmo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Sicūt scriptum est: Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus his qui diligunt illum. Nobis autēm reuelauit deus per spiritum suum. Spiritūs enim omnia scrutatur, etiā profunda dei. Quis enim scit hominūm quæ sint hominis, nisi spiritus hominis qui in ipsō est? Ita & quę dei sunt nemo cognouit nisi spiritus dei. Nōs autem non spiritum huius mundi accepimus: sed spiritum qui ex deo est: ut sciamūs quæ à deo donata sunt nobis: quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ uerbis, sed in doctrina spiritus, spiritūalibus spiritualia comparantes. Animalis autēm homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. Spiritūalis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur: sicut scriptum est. Quis ēnim cognouit sensum domini, aut quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.

A Caput III

ET ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.] Modo timens ne putent hoc solum habere sensum domini, quod ipsi ut paruuli audierant, nō, inquit, in me sensus domini defecit: sed uobis uirtus defuit audiēdi. Item alia expositio. Arguit Apostolus Corinthios q̄ gratiā quam in principio credentes acceperant, perdiderint. Videtur autē hoc loco uniuersos in commune increpare. Cū hi reprehendantur q̄ non iuxta fidem conuersantur. b ¶ *Tanquā paruulis in Christo.*] Nō ætate carnali, sed in Christo. c ¶ *Lac uobis potum dedi.*] Hoc & beatus Petrus ait: Deponētes igitur omnem malicia & simulationem tanquā modo geniti infantes rationabiles & sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. Si ergo adhuc illi paruuli sunt qui omnem maliciam abiecerunt, & qui non

B dum in uirtute perfecti, quid de illis censendum est, quibus omnis malicia dominatur? d ¶ *Cum enim sit inter uos zelus.*] Ecce de quibus uitijs carnales iudicātur: quæ non proprie per carnē fiunt, sed de carnali sensu talia descendunt. e ¶ *Et secundum hominem ambulatis.*] Qui nihil amplius habet quàm cæteri homines: secundum hominem dicitur ambulare: sed in hoc loco ob defensionem singulorum hominum, homines appellantur. f ¶ *Cum enim quis dicat.*] Vult nos plus esse quàm homines. g ¶ *Quid igitur est Apollo, quid uero Paulus?*] Si nos nihil sumus quos ministros ipse constituit, quanto magis illi qui in carnalibus gloriantur? h ¶ *Et unicuiq; sicut deus dedit.*] Hoc ipsum nō ex nobis est, sed dei donum est, ut per manus meas signa fierēt quæ uos excitarent ad fidem: & Apollo sua uos doctrina firmaret: quia sicut planta sine aqua, sic fides sine doctrina marcescit. Si ergo & plātatio & fons dei est, quid nobis asscribitis quasi aliquid nostra uirtute fecerimus? i ¶ *Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus.*] Nisi enim deus incrementum dederit, sine causa laboramus. Nos mercenarij sumus in alieno agro. Alienis utimur ferramentis: nihil habemus proprium, nisi mercedem nostri laboris. k ¶ *Dei enim sumus aiutores, dei agricultura estis, dei ædificatio estis.*] Non in potentia, sed in uerbo adiuuamus coli dei agrum, & extrui templum. l ¶ *Secundum gratiam dei, quæ data est mihi, etc.*] Non secundum meam uirtutem. Siue ponendi fundamentum gratiam accepit, ut ibi prædicarem, ubi Christus non fuerat nunciatus. m ¶ *Vt sapiens architectus fundamentum posui.*] Non potest imperitus architectus ponere fundamentum. n ¶ *Alius autem superædificat.*] Alius doctor instituit supra fidem quam ego fundaui. o ¶ *Vnusquisq; autem uideat quomodo superædificet.*] Sollicitus quàm fortia & recta parietum latera consurgant. p ¶ *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere.*] Non est alius Christus quem possit uobis aliquis prædicare, præter Iesum cui fide firmissima credidistis. Hoc solum agitur, ne per doctorum negligentiam, obnoxij incipiatis esse gehennæ.

C

Cap. III

ET egō fratres non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruūlis in Christo: lac uōbis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed nec nunc quidē potestis: adhuc enim carnales estis. Cūm enim sit inter uos zelus & contētio: nónne carnales estis, & secūndum hominem ambulatis? Cūm enim quis dicat, ego quidē sum Pauli: alius autem, ego Apollo: nónne homines estis? Quid igitūr est Apollo? quid uero Paulus? Ministri eius cui credidistis: Et unicuiq; sicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus nunc incrementum dedit. Itaq; nèque qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Qui autem plantat et qui rigat unum sunt. Vnusquisq; autem propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. Dei ēnim sumus adiutores: dei agricultura estis: dei ædificatio estis. Secūndum gratiam dei quæ data est mihi, ut sapiēns architectus fundamentum posui: aliūs autem superædificat. Vnusquisq; autēm uideat quomodo superædificet. Fundamēntū enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est: quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurūm, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscuiusq; opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit: quia in igne reuelabitur, & uniuscūiusquisque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus māserit, quod superædificauit, mercedem accipiet

D per his qui probati fuerunt, mercedem retributionis accipient: in illis uero quos ignis exurit, damno afficientur: quia in uacuum laborauerunt. Iidem autem magistri in iudicium uenientes, salui fient, si tamē ipsi causa non fuerint perditorum. Quod autem ait: Si cuius opus arserit, damno affectus erit. Non hic ut quidam putant in igne flammæ arsura sint opera, sed homines qui ita operati sunt, ut mereantur incēdio deputari. Si autem opera, id est crimina puniētur, saluo eo qui perpetrauerat, nōn erit ei damnū, sed lucrum. Vnde manifeste ostenditur, sicut suprà comprehensum est, homines esse aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulā. Quia acceptis institutionibus magistrorum uel obseruant præcepta, uel negligunt. r ¶ *Aurū, argentum, etc.*] In ecclesia tria genera sunt bonorum. Est bonum, & melius, & optimū. Quod autem primo aurum posuit, ut sermo melius texeretur, siue ad fortitudinem non ad speciem comparauit. Quia argentū fortius est auro, ideo meliori ponitur loco. Tria sunt econtrario genera malorum: Malum, peius, & pessimum. Quæ lignis, fœno, & stipulæ compatantur. s ¶ *Et uniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit.*] Aurum & argētum non solum non ardent, sed per ignem splendidiora radiabunt. Ligna uero & cæteta cremabuntur. Siue exāminationem iudicij, igni uoluit comparare: iuxta consuetudinem

Universidad de Sevilla Biblioteca

A suetudinem scripturarum. *a ¶ Si cuius opus arserit, detrimetum patietur.*] Si quis negligenter aut uerbo docuerit, aut exemplo, perdet laborẽ suum. Quia opus aridum infirmũq; perfecit. *b ¶ Ipse autem saluus erit.*] In propria iustitia. *c ¶ Sic tamen quasi per ignem.*] Quod si ille non nisi per ignẽ saluus erit qui iustus ex proprio est, quia negligẽter ædificauit discipulos: quid de illis fiet qui & sermone non ædificant, & insuper scandalizant exemplo? *d ¶ Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis.*] Nescitis cuius fitis templum, siue in singulis, siue in uniuersa ecclesia? *e ¶ Si quis autem tẽplum dei uiolauerit: disperdet illum deus. Templum dei estis.*] Siue suũ corpus peccando, siue ecclesiam ad prauam doctrinã reducendo: uel certe exemplo proprio destruendo. Solent hũc locum Nouatiani opponere ad pœnitentiam excludendam.

Quibus respondendum est, ad quid hoc ipsum scribitur: Spẽ B ueniæ non habebũt. *f ¶ Nemo uos seducat.*] Propria uel aliena adulatione deceptus. *g ¶ Si quis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat ut sit sapiens.*] Hic proprie mũdi increpat sapiẽtes, quos humana sapientia non permittebat sentire diuina. Aliter: Si quis ad reddendum uicem iniuriæ, si eadem fecerit, putet se esse sapiẽtem, stultus fiat. In hoc enim seculo stultus est qui euangelica uoluerit implere præcepta. Qui enim percutiẽti alteram præbet maxillam, uoluntate stultus est, non natura. *h ¶ Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud deum.*] Nihil stultius est quàm ut uelit se, qui non potest uindicare, & deo suam non reseruat iniuriam. Et ita de contumelia uindictam apud deum perdet, & de patientia mercedẽ. *i ¶ Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum.*] Ad effugiendam manum dei, nulla suffragatur astutia. *k ¶ Et iterum: Dominus nouit cogitationes sapientium, quoniam uanæ sunt.*] Nihil utilitatis conferunt ad salutem. *l ¶ Nemo ìtaque glorietur in hominibus.*] In falsis scilicet apostolis, humana tantum sapientibus, cum nec in nobis quidem, sed in eo cuius & ipsi sumus sit gloriandum. *n ¶ Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, etc.*] Omnia creata sunt propter sanctos, qui cum nihil habeãt, possident cuncta. Possumus autem hæc ad libertatem referre arbitrij, ut quod uelint eligant, siue mortem, siue uitam. *n ¶ Siue præsentia, siue futura. Omnia enim uestra sunt.*] Quod sanctis tam præsentia quàm futura diuinitus sint attributa: item Christi uitam mortemq; significat. C Quoniam propter nos & mortuus est & resurrexit. *o ¶ Vos autem Christi.*] Sic est Christus dei, sicut alibi deus dicitur Christi, & hoc si de diuinitate uelis intelligi. Cæterum hic de assumpti hominis forma tractatur, secundũ quam & dicitur unctus. *p ¶ Christus autem dei.*] Quasi homo.

accipiet. Si cuiús opus arserit, detrimetum patietur: ipse aũtem saluus erit, sic tamẽn quasi per ignem. Nẽscitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Si qũis autem templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Nemõ uos seducat. Si qũis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens. Sapiẽtia enim huius mundi, stultitia est apud deum. Scriptũm est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterũm: Dominus nouit cogitationes sapientium: quoniam uanæ sunt. Nemõ itaque glorietur in hominibus. Omniã enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siuẽ præsentia, siue futura. Omnia enim uestra sunt, uõs autem Christi, Christũs autem dei.

Caput IIII

Sic nos exístimet homo, ut minístros Christi & dispensatores minísteriorum dei. Hic iãm quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Mihi aũtem pro minimo est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi cõnscius sum, sed non in hoc iũstificatus sum. Qui aũtem iudicat me dominus est. Itaq; fratrẽs nolite ante tempus iudicare quousque ueniat dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tũnc laus erit unicuique à deo. Hæc aũtem fratres transfiguraui in me & Apollo: propter uos, ũt in nobis discatis, ne supra quàm scriptũ est, unus aduersus alterum infletur pro alio. Qũid enim te discernit? Qũid autem habes quod non accepisti? Si autẽm accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Iãm saturati estis, iam diuites facti estis. Sinẽ nobis regnatis. Et utinãm regnetis, ut & nos uobiscum regnemus. Putõ enim quod deus nos apostolos nouissimos ostẽdit, tanquã morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo & angelis & hominibus. Nõs stulti propter Christum, uos autem prudentes in Christo. Nos infirmi, uos autẽ fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles. Vsqũe in hanc horam & esurimus, & sitimũs, & nudi simus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramũs operantes manibus nostris. Maledicimũr, & benedicimus. Persecutionem patimur, & sustinemus. Blasphemamur, & obsecramus. Tanquãm purgamenta huius mundi facti sumus, omniũm peripsema usque adhuc. Nõn ut confundam uos hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nãm si decem milia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nãm in Christo Iesu per euãgelium ego uos genui. Rogo ergõ uos imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ideo misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, qũi uos commonefaciat uias meas quæ sunt in Christo Iesu, sicũt ubique in omni ecclesia doceo. Tanquãm non uenturus sim ad uos, sic inflãti sunt quidam. Veniam autem ad uos cito, si dominus uoluerit, & cognoscãm nõ sermonem eorum qui inflati sunt, sed uirtutem. Nõn enim in sermone est regnum dei, sed in uirtute. Qũid uultis? in uirgã ueniam ad uos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?

Caput V

Omninõ auditur inter uõs fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et uos inflãti estis, & non magis luctum habuistis, ũt tollatur de medio uestrum qui hoc opus

A nullo dideceris: uel dei dono minime consecutus es. *a ¶ Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?*] Quasi in proprio gloriaris. *b ¶ Iam saturati estis, iam diuites facti estis.*] Hoc increpatiuo modo legẽdum uel pronunciandum est. *c ¶ Sine nobis regnatis.*] In nullo nostri indigentes. *d ¶ Et utinam regnetis ut & nos uobiscum regnemus, etc.*] Vtinam non essẽtis falsa gloriatione decepti, forsitan simul regnaremus. *e ¶ Puto enim quod deus nos apostolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos.*] Nos omnium ultimos ad gẽtes tanquam ad mortem direxit. *f ¶ Quia spectaculum facti sumus huic mundo, & angelis & hominibus.*] Omnes nostras publicè spectãt iniurias, siue uerè angeli & homines, siue sancti homines & peccatores. *g ¶ Nos stulti propter Christum, uos autẽ prudentes in Christo: nos infirmi, uos autem fortes.*] Nos tanquam stulti propter Christum omnia sustinemus: uos aũt ita uultis esse Christiani, ut B prudentiam seculi teneatis. Nos infirmi, quia uicem reddere nolumus: uos autem reddendo, fortes uos esse gloriamini. Nos nihil habentes uoluntaria paupertate delecti: uos uobis etiam nobilitatem terreni generis uendicatis. *h ¶ Vsq; in hanc horam, etc.*] Ab initio prædicationis nostræ usque in præsens tempus. *i ¶ Et esurimus, & sitimus, et nudi sumus, & colaphis cædimur, etc.*] Non stamus in sedibus certis, ubiq; euangelij necessitate iactamur. *k ¶ Et laboramus operantes.*] Sic tamen operabantur ut doctrinæ officium magis impleret. *l ¶ Maledicimur, & benedicimus.*] Rogamus deum pro his qui nos blasphemant. *m ¶ Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus.*] Sicut scriptũ est: Iustus immundus est apud malos. *n ¶ Omnium peripsema usque, etc.*] Omnium humillimi atq; subiecti. *o ¶ Non ut confundam uos hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo, & cæt.*] Poterant confundi de sua gloria, si eos non reuocaret. Non enim ruborem illorum cupiebat, sed profectum. *p ¶ Nam si decem milia pædagogorum habeatis in Christo, sed nõ multos patres.*] Omnes qui ab alio iã genitis ministrant, patres dici non possunt. *q ¶ Nam in Christo Iesu per euangelium ego uos genui, & cæt.*] In nouam uitam mentium prædicante, reformatos uos esse meministis. *r ¶ Rogo ergo uos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi.*] Bonorum filiorum est, in omnibus bonos imitari parentes. *s ¶ Ideo misi ad uos Timotheum qui est filius meus charissimus, & c.*] Quanto fidelior est cæteris, tanto charior cunctis. *t ¶ Qui uos commonefaciat uias meas quæ sunt in Christo Iesu.*] Qui uos & meis literis & suo commoneret exemplo: aliud enim sine alio prodesse non poterat. *u ¶ Sicut ubiq; in omni ecclesia doceo.*] Quomodo semper & ubiq; meum exemplum cum doctrina concordat. *x ¶ Tanquam non uenturus sim ad uos.*] Hic incipit causam fornicationis arguere. *y ¶ Sic inflati sunt quidam. Veniam autem cito ad uos, si dominus uoluerit.*] Tam diu aliquis de scientia falsa se iactat, usquequo ueræ scientiæ prædicator aduenit. *z ¶ Et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed uirtutem, & c.*] Examinabo non eloquentiæ pompam, sed conuersationis effectum, ubi uirtus fidei esse probatur. *a ¶ Non enim in sermone est regnũ dei, sed in uirtute, & c.*] Hic ostẽdit nihil prodesse doctrinam absque iustitiæ operib, ei qui non faciat quæ facienda persuadet. *b ¶ Quid uultis, & c.*] Benignus magister disciplulorum correctionem in corũ potestate dimittit: ut si pœnitere uelint, clementissimus consolator adesset. Si autem nollent, durus ultor assisteret peccatorum. *c ¶ In uirga ueniam ad uos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?*] Quali uirga uenit Petrus ad Ananiam & Sapphiram, & ipse Paulus ad magum. *Act. 5* *Ibid. 13.b*

Caput V

Omninõ auditur, & c.] Ostendit quare superiora minatus sit. *c ¶ Inter uos fornicatio qualis nec inter gentes: ita ut uxorem patris sui, & c.*] In ecclesia cui uos præesse uidemini. *f ¶ Et uos inflati estis, & c.*] Vana scientia inflamini & curam de his qui pereunt non habetis: ut aut corrigantur, aut ab ecclesia separentur. Cum bonos pastores semper legamus populi deflesse peccata: ut Hieremiam, qui ait: Quis dabit capiti meo aquã, *Hier. 9.d* & oculis meis fontem lachrymarum? ut ostenderet sibi non affectum doloris, sed lachrymas defecisse. *g ¶ Vt tollatur de medio uestrum, & c.*] Siue homo qui peccauit tollatur, siue satanas eiiciat dum nõ habet per quem operetur

retur. a ¶ *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu iam iudicaui ut præsens.*] Præsentem se esse dicit in spiritu, ne ex solo auditu absentem damnasse putaretur: secun-
4. Reg. 5. g dum illud Elisei dicentis ad Giezi: Nónne spiritus meus tecum erat in uia? *ne domini nostri Iesu Christi congregatis uobis & meo spiritu cum uirtute domini Iesu.*] Qui pro me erat præsens, siue in literarũ mearum autoritate, per quam domini quoq; uirtus asistit. c ¶ *Tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis.*] Vt arripiendi illum corporaliter habeat potestatem. Quod dũ uiderit se nec carnis hic, nec in futuro spiritus requiem habiturum, de facto pœniteat ut saluetur. Siue sic quisq; pro meritis suis de ecclesia pellitur, & satanæ traditur potestati: ut dum caro eius per pœnitentiam afflicta quẽdam interitum patitur, spiritus conseruetur. Habet enim consuetudinem scriptura, ut hominem in parte totũ
B intelligat. Siue ita, qa & hic scripturæ mos est, ut in carne carnales affectus interire, in spiritu uero spiritualis conuersatio salua fieri demõstretur. Item hic ostendit ejectum extra ecclesiam rabido ore dæmonũ lacerandũ, si permanserit nolens carnis uitia mortificare, ut possit uiram sanctam recuperare.

d ¶ *Vt spiritus saluus sit, &c.*] Quoniam in spiritum satanas accipere non potest potestatem, ut domini iudicio reseruetur. e ¶ *Non est bona gloriatio uestra: nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?*] Ignoratis quia malo exemplo possunt plurimi interire. Sed & per unius delictum in omnem populum Iudæorum iram dei legimus aduenisse. f ¶ *Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis & azymi.*] Nihil in uobis conuersationis pristinæ relinquatis, quod synceritatem possit naturæ corrumpere. g ¶ *Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaq; epulemur, non in fermento ueteri, neq; in fermento maliciæ & nequitiæ, sed in azymis.*] Non figura, sed ueritas. Et Iudæi quidem septem diebus azyma comedebant. Nos uero semper, si simpliciter & pure uersemur. Quia in septem diebus mũdus est factus: qui semper in suo ordine reuoluitur. Et quotidie nobis agnus occiditur, & pascha quotidie celebramus: si fermentum maliciæ & nequitiæ nõ habemus. Quid est est enim aliud nisi corruptio naturæ, fermentũ: quod & ipsum prius à naturali dulcedine recedens adulterino acore corruptum est? h ¶ *Scripsi uobis in epistola, etc.*] Hoc ipsum in hac epistola ita scripsi, non ut à gẽtibus, C sed ab his qui peccãt in ecclesia separemini, sin autem, mori debueratis: quos idcirco præcipue uiuere interim deus uoluit, quo cohabitatione uestra proficerent infideles. i ¶ *Alioquin debueratis de hoc mundo exisse, etc.*] Siue ita: sin autẽ, melius uobis fuerat de hac luce migrasse, q̃ indigere per commonitionem à gentium consortio separari. k ¶ *Nunc autem scripsi uobis non commisceri.*] Sed magis quod scripsi, ne talibus cõiungamini. l ¶ *Si is qui frater nominatur inter uos fornicator est, aut auarus, aut idolis seruiens, &c.*] Non ex sola opinione uitandus est. Sed si quis frater solo nomine appellatur, cũ fornicator detegatur aut fur, ab hoc separari iubemur: sicut scriptum est: Qui se iungit fornicarijs, nequã est: putredo & uermes hæreditabunt eum. *Eccĕs. 19.d*
m ¶ *Cum huiusmodi nec cibum sumere.*] Nec communem quidem cibum cum talibus participandũ D esse concesit. n ¶ *Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare?*] Hoc est, de infidelibus. o ¶ *Nõne de his qui intus sunt uos iudicatis?*] Nunquid non uos de his solis qui sunt intra ecclesiam iudicatis? p ¶ *Auferte malũ ex uobis ipsis.*] Quo facilius eos possitis docere qui foris sunt.

opus fecit. Egô quidem absens corpore, præsens autem spiritu: iam iudicaui ut præsens, eũm qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi: congregatis uobis & meo spiritu cum uirtute domini Iesu, tradere hũ huiusmodi satanæ in interitum carnis: ut spiritũs saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Nõn est bona gloriatio uestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermẽto maliciæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & ueritatis. Scripsi uobis in epistola, ne commisceamini fornicarijs. Non utique fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi uobis non commisceri. Si is qui frater nominatur, inter uos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiẽs, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cũm huiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nónnẽ de his qui intus sunt, uos iudicatis? Nam eos qui foris sunt, deus iudicabit. Auferte malum ex uobisipsis.

Cap. VI

A Vdẽt aliquis uestrum habens negocium aduersus alterum, iudicãri apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in uobis iudicabitur mundus: indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniã angelos iudicabimus: quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia

Caput VI

A Vdet aliquis uestrum habens negocium aduersus alterum.] Audet aliquis contra præceptum domini uenire, dicentis: Si quis uult tecum iudicio contendere, & cætera. Notandum quod aliquando apostolus in medio causæ quam agit, quosdam sensus inserat, & de latere iaceret, quibus explicitis, rursus reuertatur ad causam. r ¶ *Iudicari apud iniquos.*] Hic probatur Christianos tunc iudices non fuisse: quia iniqui dicuntur. *Matt. 5.f*
s ¶ *An nescitis, quoniam sancti.*] Quod dominus repromisit discipulis, dicens: Sedebitis & uos iudicantes duodecim tribus Israel: etiam omnibus hoc promittẽs, qui eos fuerint imitati. nam ex ipsis unus periit, cuius loco alius successit: cui nihil fuerat repromissũ. Paulus quoque & Barnabas apostoli sunt ordinati à sancto spiritu. *Matt. 19.d*
t ¶ *Et si in uobis, &c.*] Siue per uos, uel uestro exemplo.
u ¶ *Indigni estis, etc.*] Ergo indigni sunt de rebus exiguis iudicare, qui & mundũ totũ & angelos iudicabũt. Illos angelos qui cum carnem nõ habuerint, peccare uoluerunt, hi qui in carne sancti esse uoluerunt, iudicabunt.
x ¶ *Secularia igitur, etc.*] Quæ de rebus seculi oriuntur.

A a ¶ *Contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum.*] Possunt de his etiam illi qui minimi sunt in ecclesia iudicare. Item contẽptibiles in ecclesia eos iudices dicit, quos appellat in inferioribus infideles. b ¶ *Ad uerecundiam uestram dico. Sic non est inter uos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrẽ suum.*] Erubescere debetis, eo quòd nemo sit inter uos tam sapiens qui nouerit causas inter fratres discernere, ut nõ necesse sit publicè litigare. c ¶ *Sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles.*] Duplex peccatum est, & quod iudicio cõtenditis, & quia apud infideles uos ad iurgia prouocatis. d ¶ *Iam quidem omnino delictũ est in uobis.*] Iam hoc solum delictũ est quod contra præceptum facitis Christi. e ¶ *Quod iudicia habetis inter uos.*] Qui semper pacẽ habere deberetis, etiam cum rerum temporalium detrimento seruatam. f ¶ *Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem*
B *patimini? sed uobis iniuriam facitis & fraudatis.*] Cum illata secũdum euãgelij præceptũ, & domini exemplũ patienter sustinere debetis: uos econtrario non solũ non suffertis, sed etiam non sapientibus irrogatis.
g ¶ *Et hoc fratribus.*] Quod nec inimicis reddere deberetis, fratribus facere non timetis. h ¶ *An nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt.*] Quod regnũ dei non possidebunt, nisi omnia peccata baptismi gratia diluantur. i ¶ *Nolite errare, neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum dei possidebunt.*] Nolite errare, putantes uobis solam fidem sufficere ad salutem, cum omne peccatum
Gal. 5.d permanens, excludat à regno, sicut ad Galatas ait: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundiciæ, contentiones, iræ, & his similia, quæ prædico uobis: quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Ideo autem addidit, & his similia ne quis negaret præter hæc alia esse peccata, quæ regnum dei prohiberent intrare. k ¶ *Et hæc aliquando quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis.*] Nolite de præteritis timere peccatis, tantum ne post baptismum delinquatis. Aut qui ut assolet præuentus fuerit, ad pœnitentiam conuertatur. Item omnia peccata, baptismi gratia diluuntur. Item alia expositio. Hoc contra hæreticos dicit, qui Christum & spiritum sanctum à deo patre separare conantur. Hic enim ostenditur, quoniam sicut pater, ita & Christus & spiritus sanctus peccata

dicia si habueritis, contẽmptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad uerecundiã uestram dico. Sic non est inter uos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum, sed frãter cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles. Iã quidem omnino delictũ est in uobis, quòd iudicia habetis inter uos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed uos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnum dei non possidebũt? Nolite errare, neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum dei possidebunt. Et hæc aliquando quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Omniã mihi licent, sed non omnia expediunt. Omniã mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca uentri, & uenter escis: deus autem hunc & hanc destruet. Cõrpus autem non fornicationi, sed domino, & dominus corpori. Deus uerò & dominum suscitauit, & nos suscitabit per uirtutem suam. Nescitis quoniam corpora uestra, membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim, inquit, duo in carne una. Qui aũtem adhæret deo, unus spiritus est. Fugite fornicationem. Omnẽ enim peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: qui autẽ fornicatur, in corpus suum peccat.

An nescitis, quoniam membra uestra templum sunt spiritus sancti, qui in uobis est, quem habetis à deo, & non estis uestri? Empti enim estis pretio magno. Glorificate & portate deum in corpore uestro.

b ¶ *Ad uerecundiam uestram dico. Sic non est inter uos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrẽ suum.*] Erubescere debetis, eo quòd nemo sit inter uos tam sapiens qui nouerit causas inter fratres discernere, ut nõ necesse sit publicè litigare. c ¶ *Sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles.*] Duplex peccatum est, & quod iudicio cõtenditis, & quia apud infideles uos ad iurgia prouocatis. d ¶ *Iam quidem omnino delictũ est in uobis.*] Iam hoc solum delictũ est quod contra præceptum facitis Christi. e ¶ *Quod iudicia habetis inter uos.*] Qui semper pacẽ habere deberetis, etiam cum rerum temporalium detrimento seruatam. f ¶ *Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem*
B *patimini? sed uobis iniuriam facitis & fraudatis.*] Cum illata secũdum euãgelij præceptũ, & domini exemplũ patienter sustinere debetis: uos econtrario non solũ non sufferetis, sed etiam non sapientibus irrogatis.
g ¶ *Et hoc fratribus.*] Quod nec inimicis reddere deberetis, fratribus facere non timetis. h ¶ *An nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt.*] Quod regnũ dei non possidebunt, nisi omnia peccata baptismi gratia diluantur. i ¶ *Nolite errare, neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum dei possidebunt.*] Nolite errare, putantes uobis solam fidem sufficere ad salutem, cum omne peccatum
Gal. 5.d permanens, excludat à regno, sicut ad Galatas ait: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundiciæ, contentiones, iræ, & his similia, quæ prædico uobis: quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Ideo autem addidit, & his similia ne quis negaret præter hæc alia esse peccata, quæ regnum dei prohiberent intrare. k ¶ *Et hæc aliquando quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis.*] Nolite de præteritis timere peccatis, tantum ne post baptismum delinquatis. Aut qui ut assolet præuentus fuerit, ad pœnitentiam conuertatur. Item omnia peccata, baptismi gratia diluuntur. Item alia expositio. Hoc contra hæreticos dicit, qui Christum & spiritum sanctum à deo patre separare conantur. Hic enim ostenditur, quoniam sicut pater, ita & Christus & spiritus sanctus peccata

abluit, iustificat atq; sanctificat. l ¶ *In nomine domini nostri Iesu Christi & spiritu dei nostri.*] Abluti in nomine Christi, sanctificati per spiritum dei. m ¶ *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.*] Qui de fornicatione tractabat, uoluit gulam & intemperantiam, materiam fornicationis ostendere & simul destruere. Item hoc dicit, quia liberi sum arbitrij, & licet mihi agere quod uelim: nõ tamen debeo ipse alicui peccato esse subiectus. n ¶ *Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca uentri, & uenter escis.*] Licet nobis manducare & bibere, sed si nimium uentri subditi fuerimus, ipsum licitum trahit nos ad illicita: hoc est, ad fornicationem: ita & de omnibus intelligendum, quæ cum peccatum non sint, occasiones tamen possunt capere delictorum. o ¶ *Deus autẽ hunc & hanc destruet.*] Et hæc duo: id est, escam & uentrem, & hominẽ his subditum & uoluptatibus seruiẽtem. Item in resurrectione mor D tuorum non destruetur uentris substantia, sed esus ciborum, & uentris opera cessabunt. Quoniam regnum cœlorum sicut idem Apostolus ad Romanos dicit: neq; esca neq; potus est. *Rom. 14.c*
p ¶ *Corpus autem nõ fornicationi sed domino, &*

dominus corpori.] Non fornicationi, sed domino exhibeatur, & dominus corpori copulabitur. Dominus enim nobiscum est quamdiu fuerimus cum illo, si dereliquerimus eum, & ille nos derelinquet. q ¶ *Deus uerò & dominum suscitauit, & nos suscitabit per uirtutem suam.*] Quia caput nostrum suscitauit, & nos suscitabit, si tamen eius membra per sanctitatem esse mereamur. r ¶ *Nescitis, quoniam corpora uestra membra sunt Christi?*] Omnis ecclesia, corpus Christi est, singuli autem membra.
s ¶ *Tollens ergo membra Christi.*] Tollit Christi membra, id est, abscindit se à corpore Christi, qui iunctus est meretrici. t ¶ *Faciam membra meretricis? Absit.*] Non dixit, fornicatoris, ut ostenderet eum eiusdem & criminis esse & nominis, cuius illa est: Apud homines enim minus uidetur uiri quàm mulieris admissum. u ¶ *An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur?*] Quomodo cum uxore licitè, ita & illicitè cum meretrice una caro efficitur per amorem. x ¶ *Qui autem adhæret deo, unus spiritus est.*] Quomodo per carnis operã caro fit ita per opera dei, spiritus efficitur. y ¶ *Fugite fornicationem.*] Cuius crimen uideris esse grauissimum. z ¶ *Omne enim peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, etc.*] Omne peccatum

A potest & ab uno cõmitti, qui membrũ dici potest, non tamen corpus. In fornicatione autem duo pereunt, etiam corpus. Grauius ergo malum est, in quo duæ animæ moriuntur. Grauat fornicationis causam, quæ illis per consuetudinem leuissima uidebatur. Item alia expositio: De his q sunt in coniugio constituti, Apostolus sumit exemplum. Quomodo, inquit, scriptũ est:

Gen.2.d Erunt duo in carne una: id est, uir & uxor, unũ corpus efficitur? Vnde si aliquis ipsorum fuerit fornicatus, peccat in aliũ, quasi in propriũ corpus. Reliqua autem peccata, specialia uniuscuiusq; sunt, nec alterum cõdemnant.

a ¶ An nescitis, quoniam membra nostra templum sunt spiritus sancti, qui in uobis est? quem habetis à deo.] Cui grauissimã iniuriam facitis fornicando. *b ¶ Et non estis uestri, empti enim estis precio magno.*] Qui non est suus, non debet suæ uoluntati seruire, sed illius à quo emptus est, secũdum

Luc.9 ipsius iussum dicentis: Qui uult post me uenire abneget semetipsum sibi. Si enim homo à seruo pauca pecunia comparato, continuam exigit seruitutem, quanto magis ille qui nos sua morte redemit? Sicut ait Petrus:

1.Pet.1.d Scientes quod non corruptibilibus, argento uel auro

B redempti estis de uana uestra cõuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine, quasi agni immaculati & incontaminati Christi. Aliter: Rescindit emptionis pactum quisquis inculcauerit ius testamenti: & à seruili cõditione alienus est, qui libertate suæ uolũtatis non impeditur. *c ¶ Glorificate & portate deũ in corpore uestro.*] Glorificate deum actibus uestris, & portate eum, eius

1.Cor.15 imaginẽ conseruando, sicut ait alibi: Sicut portauimus imaginem terreni, ita portemus imaginem cœlestis.

Caput VII

De quibus autem scripsistis mihi.] Incipit de coniugijs, ante enim expugnauit illicita quàm de licitis loqueretur. *e ¶ Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem, etc.*] Bonũ fuerat illud quod uobis in primordio prædicaui, hoc est, secundum coniugij usum, non tangere mulierem. Sed quoniam multos incõtinentes huic doctrinæ scripsistis refragari, cõcedatur remedium, ne fornicando moriant. Ergo hoc Apostoli exemplo in primis uirginitas & continentia prædicat. Et si quis se incontinentẽ non erubuerit confiteri, in languorem incontinentiæ recidenti, non denegetur remedium nuptiarum. Quomodo si peritus medicus inquieto ægro, & neganti se posse à pomis omnibus abstinere: cõcedat aliquantũ, ne ille perniciosa præsumat. Incontinentiæ reuera usus, & tempore, & ætate, & loco, & infirmitate prohibetur. Castitas uerò potest iugiter custoditi. Illud ergo debemus appetere, quod facilius custodire sine impedimento ullo possumus & in perpetuo possidere. Sed obijcere amatores luxuriæ solent: Vt quid ergo prima dei benedictio, crescere & multiplicare concessit? Vt terra scilicet repleretur: quæ iam impleta, debemus ab incõtinentia temperare. Sed potuit, inquiunt, omnes homines de terra formare, si semper illi usus cõiugij non fuerat placiturus. Sed non quæritur quod potuit, sed quid fecit, cui omnia possibilia sunt. Ipsam denique Euam noluit de terra facere, sed de costa. Si autẽ putas nobis antiqua tempora in omnibus conuenire: imitare Adam, qui filiam (ut ita dixerim) suam accepit uxorem. Cain similiter, si non pudet & cæteros, qui proprias in matrimoniũ accepere sorores. Quod si fieri non debet, omnia dominum secundum præscientiam suis temporibus ordinasse credamus: ut qui tũc terram implere uoluit, modo plus diligat castitatẽ, cui & grande præmium repromittit. Illud etiam dicendum est, quod nec secundum uetus testamentũ, quosdã uxores habuisse uidemus. Quia ibi uxores liberorũ causa habere permissum est: non propter nimiam libidinẽ exercẽdam, qui in hoc etiam animalibus deteriores esse noscũtur: quo necando filios, probant se non filiorum causa nupsisse. Qui autẽ ea sola causa coniungitur, statim se abstinet post cõceptum. Et cessante iam per ætatem partu, cessat & usus.

f ¶ Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir: etc.] Corpus dicitur omne quod iungitur. Sicut ergo mulier corpus dicitur uiri: ita & uir, corpus mulieris appellatur. Ideo neq; si uoluerit mulier contraire, in corpore suo, id est, in uxore, uir poterit dominari. Dubiũ autem non est, multo magis nolente uiro, neq; in uirum mulierẽ posse præualere. Quoniam ergo de duobus incontinentibus dicit, concedit ex necessitate Apostolus, ut in idipsum: quia utriq; incontinentes sunt, reuertantur: ne intercedente quacunq; dissensionis causa, ambo fornicationis crimen admittant, quia utriq; sunt incontinentes. Cæterũ autẽ si unus è duobus considerans præmiũ castitatis, uoluerit continere, incõtinenti assentire non debet, sed ita agere, ut uidendo continentiam illius, uocetur incontinens, quia luxuria ad cõtinentiã transire debet, non ad luxuriã continentia declinare, quam uis plurimæ mulieres castitati contradicant. Ita illũ qui uoluerit continere, agere debere, ut incontinentia assentiat in idipsum, ne dum ille continet, illa peccet. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Nec enim seruituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi. Neq; enim uocauit nos deus in immundicia, sed in sanctificatione. Aliter: quia uoluit uiro esse subiectam, solam sibi abstulit libertatem.

g ¶ Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex cõsensu ad tempus, etc.] Negare uidet incontinentes orationi posse uacare, quæ in eo utiq; minor est cõmunione, quia catechumeni & pœnitentes orant, qui cõmunicare non possunt: Non solum hoc in nouo, sed etiã in ueteri testamento sanctificantur à muliere, ut descendenti domino in montem, assistere mereantur. Hic probatur quid possit perpetua continentia, si tantum ualuit triduana. Vnde in Regnorũ libro panẽ sacerdotalẽ non nisi continentes accipiunt. Quam ob causam necessitas legem soluere uenialiter potuit suffragio charitatis. Vnde & Petrus hortat nostras orationes minimè impediri debere.

1.Reg.21.b

1.Pet.3.b

h Ne tentet uos satanas, etc.] Notandum quod ad duos respiciens incõtinentes, uni non præiudicet continenti. Item ne uno se retrahente, alius fornicet.

i ¶ Hoc autem dico secundum indulgentiam, etc.] Hoc ut paruulis indulgeo

A dulgeo, non præcipio ut perfectis: nam omnes homines cupio mihi similes inueniri. Noui enim quanta castitas mercede pensetur. Nunquam hoc uoluisset Apostolus, si fieri omnino non posset.

a ¶ Sed unusquisque proprium donum habet ex deo: alius quidem sic, alius uero sic, etc.] Hoc est, propriæ uoluntatis accepit donatiuum.

b ¶ Dico autem non nuptis et uiduis.] Incipit aliam causam de innuptis.

c ¶ Bonum est illis, si sic permanserint, sicut & ego, etc.] Magnopere appetendum est, quod à tanto doctore laudatur.

d ¶ Quod si se non continent, nubant.] Notandum quod incontinentibus nuptiæ concedantur.

e ¶ Melius est enim nubere quàm uri.] Malo fornicationis melius est, quod igne puniturisicut lu-

Gen.38.f das in Geneſi de sua nuru pronunciat.

f ¶ His autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio.] Item de coniugijs minime causa aliqua dimittendis.

g ¶ Præcipio non ego, sed dominus, uxorem à uiro non discedere, &c.]

B Prohibet dimitti quacunque ex causa, nec alijs coniungantur secundum consuetudinem ludæorũ, quam dominus interdixit,

Matt.19.b dicens: Quicunque dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur.

Aliter: Præcipio non ego, sed dominus, uxorem à uiro non discedere. Non quia in se non habebat Christum loquentem, hæc dicit: sed ut ostendat, quia ipse dominus per semetipsum de hoc in euangelio dixit.

h ¶ Quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari, & uir uxorem non dimittat.] Si ob aliquam causam discesserit, alij non nubat: aut suo uiro si uoluerit, reconcilietur: quia hoc quàm alteri nubere melius esse manifestum est.

i ¶ Nam cæteris dico ego, non dominus, &c.] Consilium do quod mihi utile esse uidetur.

k ¶ Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam: & si qua mulier fidelis habet uirum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat uirum.] Si quis solus crediderit è duobus, non quo permiserit fidelem infideli coniungi. Non enim dixit: si quis ducit: sed si quis habet infidelem.

k ¶ Sanctificatus est enim uir infidelis per mulierem fidelem: & sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem.] Exemplum refert, quia sæpe contigerit, ut lucrifieret uir per mulierẽ. Vnde & beatus Pe-

1.Pet.3.a trus ait: Vt si qui non credunt uerbo, per mulierũ conuersationem sine uerbo lucrifiant: id est, cum uiderint eas in melius commutatas, cognoscant omnes dei legem ita consuetudine inueterata potuisse mutari. Item ideo uir & uxor inuicem sanctificantur: quia ex traditione dei, sanctæ sunt nuptiæ.

m ¶ Alioquin filij uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.] Si non ita esset ut dico, filij uestri adhuc infideles permanerent: sæpe enim contingeret, ut filij illos parentes qui crediderãt, sequerentur. Sub qua specie credi uoluit, alterum saluari posse, tam liberorum exemplo, quàm coniugis.

n ¶ Quod si infidelis discedit, discedat.] Maritus enim uel uxor nõ sunt domino præferendi.

o ¶ Non enim seruituti subiectus est frater in huiusmodi.] Nõ enim ita ligatus est in huiusmodi causa, quasi uere illi seruire necesse sit, & propter alterum interire.

p ¶ In pace autem uocauit uos deus.] Cæterum non ad dissidium sumus uocati: ultro ergo discedere non debemus.

q ¶ Vnde enim scis mulier, si uirũ saluum facies?] In dubiũ quidẽ posuit, sed semper ambigua in melius euenire credenda sunt. Simul quærendum, quomodo D superius sanctificatus dicatur, nisi secundũ hunc quem exposuimus intellectum.

r ¶ Aut unde scis uir, si mulierem saluam facies?] Si per te credat, & salua sit.

s ¶ Nisi unicuiq; sicut diuisit dominus. Vnumquemq; sicut uocauit deus, ita ambulet: & sicut in omnibus ecclesijs doceo.] Vel cum infideli coniuge, uel etiam cum fideli: siue in præputio, siue circumcisus, seruus aut liber.

t ¶ Circumcisus aliquis uocatus est, non adducat præputium: in præputio autem aliquis uocatus est, non circumcidatur.] Non puret se superflue circũcisum, nec de hoc pœniteat: fuit enim suo tempore necessariũ. Siue hoc modo: nõ adducat præputium, quo sine legis cerimonijs uiuat, quia tunc quibusdam apostoli permittebant opera legalia custodire, ne subito à lege retracti, scandalum paterentur. Item alia expositio: Euidens est hoc loco, non hic de circumcisione carnis aut præputio Apostolum loqui: neq; enim fieri potest, circumcisum aliquem posse præputium adducere: sed ad eos sermo est qui sunt in coniugio constituti, hoc enim dicit: Si quis ad fidem dei accesserit, uxorem non habens, positmodum gentilem coniugem non debet accipere. Si autem in tali copula constitutus, ad fidem fuerit uocatus, nõ debere eum coniugale uinculum accipere.

u ¶ Circumcisio nihil est.] Hoc tempore nec prodesse poterit, nec obesse.

x ¶ Vnusquisq;, etc.] Christianæ religioni conditio non potest obesse seruilis: ne dicas ergo, quomodo deo possum placere, q seruus sum? Deus enim non conditionem aspicit, sed uoluntatem quærit & mẽtem.

¶ Sed &

Universidad de Bibliotecas

A a ¶ *Sed & si potes fieri liber, magis utere.*] Vsqueadeo non prodest libertas, nec seruitus nocet. Itē similiter ad eos qui matrimonio iuncti sunt, Apostolus loquitur, dicens: Sed & si potes liber fieri, magis utere: si tamen tibi deo pudice uolenti seruire, non fuerit molesta, quando forte tuo consortio, etiam ipsa ad deum possit conuerti. b ¶ *Qui enim in domino uocatus est seruus, libertus est domini: similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi.*] Qui hominis seruus est, liber est deo: & qui hominib. liber est, seruus est Christi. Ambo ergo unum sunt. Non est enim personarum acceptio apud deum. c ¶ *Precio empti estis, nolite fieri serui hominum, unusquisq; ergo in quo uocatus est frater, in hoc permaneat apud deum.*] Precio empti estis: hoc est, Christi sanguine comparati: nihil ergo propter homines faciatis, si-
Ephe. 6.a cut alibi ait: Non ad oculū seruientes, quasi hominibus placētes, sed quasi serui Christi, facientes uoluntā
B dei ex animo, &c. d ¶ *De uirginibus aūt.*] Et de hoc consulue-rant, ubi esset præcepta uirginitas. e ¶ *Præceptū domini nō habeo.*] Quod sub præcepto est, si non impleatur, punit: Impletum morte tantum carer, quia nihil ex se dat: sed quod debet, exoluit. f ¶ *Consilium autem do.*] Consilium est autem saluatoris dicen-
Matth. 19.b tis: Sunt qui se castrauerunt propter regnū cœlorum. g ¶ *Tanquam misericordiam consequutus à domino.*] Suo exemplo docet, non nisi in domino gloriandum. h ¶ *Vt sim fidelis.*] Domini mei semper seruitio occupatus. i ¶ *Existimo ergo hoc bonum esse.*] Hic existimo, non pro dubio posuit, sed pro certo, sicut & illud: Puto enim quod & ego spiritum dei habeo. k ¶ *Propter instantem necessitatem.*] Id est, præsentis uitæ sollicitudinem, quæ multum potest obesse iustitiæ: & qua præcipuè iuncti matrimo-nijs implicantur. l ¶ *Quoniam bonum est homini sic esse.*] Duplex bonum est: & sollicitudinibus mundi carere & uirginitatis præmium expectare. m ¶ *Alligatus es uxori, noli quærere solutionem: solutus es ab uxore, noli quærere uxorem.*] Ita uult solutos non ligari, quomodo nec solui dissidio ligatos admittit. n ¶ *Si autem acceperis uxorem, non peccasti, etc.*] Quia liberæ uoluntatis es, si non uis esse maior, esto uel minor. Nuptiæ enim peccatum non sunt, sed per sollicitudinem mundi qui nubunt, legem seruare uix possunt. Aliter: Illos dicit non peccare si nubāt, qui nondum deo uouerint castitatem. Cæterum qui uel in corde suo promisit: si aliud fecerit, habet damnationē, quia primam fidem irritam fecit. Quod enim erat licitum, per uotum sibi fecit illicitum: sicut Ananiæ & Sap-
Act. 5 phiræ, quibus de precio possessionis suæ retinere nihil licuit: Ob quam causam & subita morte prostrati sunt.

si pōtes fieri liber, magis utere. Qui enim in domino uocatus est seruus, libertus est domini. Similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi. Prēcio empti estis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisque ergo in quo uocatus est frater, in hoc permaneat apud deum. Dē uirginibus autem præceptum dōmini non habeo, cōsilium aūt do tanquam misericordiam consequutus à domino, ut sim fidēlis. Existimō ergo hoc bonum esse propter instantē necessitatem, quōniam bonum est homini sic esse. Alligātus es uxori, noli quærere solutionē. Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Si aūtem acceperis uxorem, nō peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Egō aūt uobis parco. Hōc itaq; dico fratres. Tempus breue est. Reliquum est, ut & qui habent uxores, tanquā non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. Prætērit enim figura huius mundi. Volo aūtē uos sine sollicitudine esse. Qui sine uxorē est, sollicitus est quæ dñi sunt, quō placeat deo. Qui autē cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quō placeat uxori, & diuisus est. Et mulier innupta & uirgo, cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu. Quæ aūtem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro.

o ¶ *Tribulationē tamen, etc.*] Maledictioni se Euæ subiicientes, siue sollicitudinem secularis tribulationis & tristitiæ patientur. p ¶ *Ego autem uobis parco.*] Vobis uirginibus, ut minori labore maiorem possitis implere iustitiam. q ¶ *Hoc itaq; dico fratres.*] Hic omni intentione etiam habentes uxores ad continentiam cohortatur, ut multo magis suadeat nō nubere non habentes.

r ¶ *Tēpus breue est, etc.*] Tempus uitæ nostræ modicū asserit: ut doceat uoluptatem, quæ cito finitur, non magnopere appetendam, sed magis concupiscendum esse æternū præmium castitatis.

s ¶ *Et qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudēt tanquam non gaudētes, & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur.*] Quia & istud in breui transibit: tempus enim omnis rei sub sole, tempus plangendi, & cætera. t ¶ *Prætērit enim figura huius mūdi.*] Hoc seculū, quasi umbra pertranlit. Nolite ergo de eo multum esse
D solliciti, ne huius possessione perdatis æternam, & figurā quę rentes incipiatis amittere ueritatem. Hic enim mundus, imago futuri est. Si ergo talis est imago, ipsa ueritas qualis est? Vnde si hoc tam impense diligitis, quanto magis illud impensius amare debetis? u Nam seculum hoc nos dimissuros, quotidiana morientium exempla testant. An forte nos solos credimus immortales, quasi non simus ex hominibus generati? Vnde sapiens semper aliorum
Eccl. 7.d casibus emendatur, dicente scriptura: Cor sapientis in domo luctus. Hic enim finis omni homini: & cui uult, dabit bonum in corde suo. u ¶ *Volo autem uos sine sollicitudine esse.*] Debemus & nos uelle, quod Apostolus uelle se dicit: ne incontinentes, contra eius uideamur facere uoluntatē. x ¶ *Qui sine uxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo: qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi.*] Multū nobis expedit sollicitudine carere mundana, ne fortè spinæ suffocent semen, & dicere incipia-
Luc. 14.d mus: Villam comparaui, boues emi, uxorem duxi, ad cœnā uenire non possum. y ¶ *Quomodo placeat uxori.*] Quale est uxori magis uelle placere quàm deo. z ¶ *Et diuisus est.*] Quod diuisum est, unū non potest esse, quia unitas diuisionem omnino non accipit. a ¶ *Et innupta & uirgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu.*] Corpore, ab usu coniugali: spiritu, à rerū mundanarū sollicitudine, dum tota diuino seruitio mancipatur. b ¶ *Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, etc.*] Nuptam uiro placere asserit cogitando quæ mundi sunt: innuptā uerò deo quod illi nulla cura sit seculi. Quæ ergo uirū non habet, & tamē quæ mundi sunt, cogitat, cui placere desiderat? Nōne incipiet illi nupta pręponi, quę cogitando

A gitando mundana, complacet uel marito: cum hæc nec marito quē non habet, possit placere nec deo. a ¶ *Porrò hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis injiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat, sine impedimento dominum obsecrandi.*] Necessitatem illis uidetur imponere: Dicit se illis quid expediat cōmonere eos. Simul accende, quia si hoc illis utile erat quod Apostolus suadebat, illud minus utile erat, quod illi uolebant. b ¶ *Si quis autem turpem se uideri existimet super uirgine sua, quod sit superadulta.*] Turpis uideri poterit, si cupientem uirginem suam, nubere non permittat: & illa fuerit fornicata. Item hoc loco non parentes dicit uirginum filiarum, neq; enim potestatis illorū potest esse propositum alienæ continentiæ, sed unumquenq; habere propriæ carnis arbitrium, eam incorruptam seruare. c ¶ *Et ita oportet fieri, quod uult faciat, non peccat, si nubat.*] Si ita necesse fue-
B rit propter filiæ uoluntatem, nam parentes quidem usq; ad legitimam ætatem cuiq; dire debent & docere, quod melius est: si autem illa noluerit, fiat quod necesse est.

do placeat uiro. Pōrrò hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueū uobis injiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obsecrandi. Si quis autēm turpem se uideri existimat super uirgine sua, quod sit superadulta: & ità oportet fieri, quod uult faciat: non peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatē: potestatem autem habens suæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruare uirginē suam, benefacit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginē suam, benefacit: & qui non iungit, melius facit. Mulier alligata est legi, quanto tempore uir eius uiuit. Quōd si dormierit uir eius, liberata est à lege. Cui aūtē uult, nubat, tantū in domino. Beatiōr autem erit, si sic permanserit secundum meum cōsilium. Putò autem quod & ego spiritum dei habeam.

Caput VIII

De his aūtem quæ idolis sacrificantur, scimus, quia omnes scientiā habemus. Scientiā inflat, chāritas uerò ædificat. Si quis aūtē se existimat scire aliquid, nondum cognouit, quemadmodum oporteat eum scire. Si quis autem diligit deum, hic cognitus est ab eo. Dē escis autem quæ idolis immolantur, scimus, quia nihil est idolum in mundo: & quod nullus est deus, nisi unus. Nām & si sunt qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra: siquidem sunt dij multi & domini multi: nobis tāmen unus est deus pater, ex quō omnia, & nos in illo, & unus dominus

d ¶ *Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem: potestatem autem habens suæ uoluntatis: & hoc iudicauit in corde suo, seruare uirginem suam, benefacit.*] Ille firmus statuit, cuius puellæ consensus, patris firmauerit uoluntatem. Et non illum compellit filiæ necessitas facere quod nolebat, sicut illum de quo supra loquutus est. e ¶ *Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit.*] Ita concludit uirginum causam, ut eas faciat in omnibus mēliores. Vnde prudentibus semper meliora & perfectiora sectanda sunt, quia nec in secularibus & caducis norunt mediocribus esse contenti. f ¶ *Mulier alligata est legi, quanto tempore uir eius uiuit.*] Hic incipit de bigamis & uiduis. g ¶ *Quod si dormierit uir eius, liberata est à lege, etc.*] Secundum legem libera facta est à uinculo coniugali. Quod si nec tunc continere uoluerit, conceduntur illi etiam secundæ nuptiæ, tantum ut infidelium ritu non nubat. h ¶ *Beatior autem erit, etc.*] Beata habens maritum, si custodiat castitatē. Beatior uidua, quia minore labore maiorem inuenier castitatem. Beatissima uirgo, quæ sine labore ad summū præmiū possit peruenire. i ¶ *Puto autem quod & ego spiritum dei habeam.*] Ne meum consiliū tanq̄ humanū contemnatis.

Caput VIII

De his autem quæ idolis sacrificantur.] Incipit de idolothytis, de quibus etiam dixerat: Quia quidam in templis edebant, idolū nihil esse dicentes, & creatura dei se debere uti, & errabāt ueri similis ratione de-

C cepti. hoc increpandum Apostolus dicit ad eos qui habent scientiam dijudicandi, nihil esse quod idolis immolatur. Hoc ergo ait: k ¶ *Scimus, etc.*] Id est, non omnibus est notitia. Et nos omnes nouimus sicut uos, sed sunt aliqui qui ignorant. m ¶ *Scientia inflat.*] Illa scientia quæ ex sensu proprio & humano descendit, eos qui præter eam diuinam non habuerint, inflat: & quæ coniecturis magis nititur, quam exemplis. Cæterum si diuina inflat, ut quidā putāt, quare illos amplius uult docēdo inflare? Et in principio ipsius epistolæ, gratias se dicit deo agere, quod omni scientia sint repleti, suū quoq; alibi proponit exemplum, dicens: Et si im- 2.Cor.11
peritus sermone, sed non scientia. Sæpe etiam arguit ignorantes: Et ignorantiā tenebris comparauit. Galatas æque stultitiæ notat: necnon Ephesiis lumen sapientiæ suppliciter deprecatur. n ¶ *Charitas uerò ædificat.*] Quia non quærit quæ sua sunt, sed quæ ædificent fra-
D tres. o ¶ *Si quis autem se existimat scire aliquid, nondū cognouit, etc.*] Si quis sibi uidetur sapiens, stultus est: qui enim uerè sapiēs est, insipientiorem se omnibus arbitratur. Vnde Salomon ait: Vidi uirum qui sibi sapiens esse uidebatur, & spem Eccēt 10
habuit insipiens magis quàm ille. p ¶ *Si quis autem diligit deum, hic cognitus est ab eo.*] Ille diligit deum, qui ædificat fratres, sicut dicit Petro: Si amas me, pasce oues meas. Ioan. 21.c
q ¶ *De escis autem quæ idolis immolantur, etc.*] Repetit quod superius dixerat se scire, & quid sit, euidentius ostendit.
r ¶ *Nam & si sunt qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra: sicut dem sunt dij multi, & domini multi.*] In cœlo, angeli, & sancti, in terra, de quibus dicitur: Ego dixi dij estis. & domini Psal. 81.b
sunt sancti eorum, quos iudicabunt, de quibus dicitur: Iudicabunt nationes, & dominabunt populis. s ¶ *Nobis tamen unus est deus pater.*] Cuius uirtute ex nihilo omnia sunt creata. Item hunc locum hæretici ita accipiunt, personam patris filijq; separantes, ut dicant unū deum & patrem, ex quo omnia: & dicūt domino, id est, Christo esse maiorem, per quem omnia. Hæc autem. & filio sicut patri esse cōmunia, idem Apostolus ad Rom. do- Rom. 11.d
cet, dicens: Quis enim cognouit sensum domini: id est, Christi, non dei patris, sicut ille dicit & infert, dicens: Quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Item per quem, etiam deo patri asscribit, idem Apostolus in hac eadem epistola dicens: Fidelis deus per quem uo- 1.Cor.1.b
cati estis in cōmunionē filij eius Iesu Christi domini nostri. t ¶ *Ex quo omnia, & nos in illo, & unus dominus Iesus Christus.*] Calumniam ex hoc loco cōmouent Ariani: quod quum unus tantum deus dicitur pater, filius à deitate

seiunctus

Universidad de Deusto Biblioteca

A seiunctus sit. Quibus respondendum: si ideo non est filius deus, quia unus est deus pater, Ergo & pater non erit dominus, quia unus est dominus Christus. Si autem pater non excludit à dominatione, nec filius à deitate, sed utrunq; utriq; cõmune est. d ¶ *Per quem omnia, & nos per ipsum.*] Per filiũ oĩa facta sunt, sed & nos per ipsum sumus saluati. b ¶ *Sed non in omnibus est scientia.*] Non omnes sciunt, quia per contemptum idolorũ, & non magis uenerationis gratia manducetis.

c ¶ *Quidam autem cum conscientia usq; nunc idoli, quasi idolothytum manducant, & conscientia ipsorum cum sit infirma, polluitur.*] Quidam ignari sic habẽt: adhuc in conscientia sua quomodo antequã crederent, manducabant.

d ¶ *Esca autẽ nos non cõmendat deo.*] Sicut dicit Aggæus propheta: Et si manducastis & bibistis, nónne uobis manducastis & bibistis? e ¶ *Neq; enim si manducauerimus, abundabimus: neq; si non manducauerimus, deficiemus.*] Cui enim dubiũ est, nullum neq; manducando abundare, neque non manducando egere: cũ econtrario illis magis formidanda inopia sit, qui gulam retinere non norunt. Sed quia magnitudini fidei suæ quæ idolis immolata sunt uesci, asscribebãt: ideo Apostolus neq; in illis edendis fidei abundantiã, neq; in non edendis inopiam esse testatur. f ¶ *Videte autem ne forte hæc licentia uestra.*] Videte ne quod uobis sufficere minus creditis, alijs oblit. Potest & illis dici qui destruunt exemplo quod ædificant uerbo. g ¶ *Offendiculum fiat infirmis.*] Ne per uos offendant & cadant. h ¶ *Si enim quis uiderit eum, etc.*] Quicunq; scandalizauerit unum de pusillis istis, expedit ei ut mola asinaria suspendatur collo eius, & mittatur in profundũ maris. Quanto grauior pœna illos expectat, ut ad comparationem illius, hoc quod grauissimũ est, leue putetur. Et notandum q̃ in Christo peccare dixerit, qui in membro peccauerit Christi. i ¶ *Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, etc.*] Non solum esca, sed omnia quæ scandalizare poterunt fratrẽ.

Aggei 1.b

B

Caput IX

Non sum liber, non sum apostolus.] Sicut alij: Nunquid nõ sum, suam illis replicat formam: quod etiam licita contempserit, ne alij eius infirmarentẽ exemplo. l ¶ *Nónne Christum Iesum dominum nostrum uidi? Nónne opus meum uos estis in domino? Et si alijs non sum apostolus, sed tamẽ uobis sum.*] Ad quos non sum directus à domino, id est, ad Iudæos. m ¶ *Nam signaculum apostolatus mei uos estis in domino.*] Indicium apostolatus mei est, quod per me domino credidistis, signis & uirtutibus prouocati. n ¶ *Mea defensio apud eos.*] Inde apostolus esse defendor. o ¶ *Qui me interrogant, hæc est.*] In Græco habet, iudicant. p ¶ *Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi?*] Habemus potestatem cõcessam à domino de sumptu uestro uiuendi, sine nostro labore. q ¶ *Nunquid non habemus potestatem sororem mulierculam circumducendi.*] Nõ dixit, mulieres ducẽdi, ne de uxoribus dicere putaretur: sed circumducendi, inquit, per prouincias, quæ necessaria de suis facultatibus ministrarent. r ¶ *Sicut & cæteri apostoli & fratres domini & Cephas? Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi?*] Non illos condemnat, sed suũ dat exemplum. Illi enim fidelioribus prædicabant: & apud Iudæos antiqua hæc erat consuetudo, ut necessaria doctoribus à discipulis præberẽtur, quod gentes adhuc rudes poterat scandalizare. s ¶ *Quis militat.*] Alijs etiam exemplis probat sibi debitum hoc fuisse. t ¶ *Suis stipendijs unquam.*] Suis, & non publicis, uel eorum pro quibus militat. u ¶ *Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit: quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?*] Per comparationem uineæ & gregis, populũ uult intelligi, sicut ibi: Vineam de Aegypto transtulisti. Et iterum: Dabo uobis pastores secundum cor meum, & pascent uos cum disciplina. x ¶ *Nunquid secundum hominem hæc dico?*] Id est, nunquid proprio tantum sensu loquor? y ¶ *An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os boui trituranti: Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos utiq; hæc dicit? Nam propter nos utiq; scripta sunt.*] Quomodo ergo dei de pecoribus cura est? Et ad Ionam de Niniue dicitur, in qua sunt homines & pecora multa? Sed de ipsis propter hominẽ cui creata sunt, cura est: nam deficiente homine, & ista deficiunt: non tamen propriè dei curam merentur. z ¶ *Quoniam debet in spe qui arat arare: & qui triturat in spe fructus percipiendi.*] Debet fructũ sui laboris percipere, & qui triturat, debet de ipsa

C

D

Psal. 79.b

Hier. 3.c

Deut. 25.d

A de ipsa area manducare. a ¶ *Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnũ est, si nos carnalia uestra metamus.*] Si uobis spiritualia & diuina seminauimus, nunquid grauabimus uos, si à uobis quæ carni opus sunt, uelimus accipere. b ¶ *Si alij potestatis, etc.*] Si illi à uobis acceperũt, quibus minimè debebatur, pseudoapostoli scilicet, quos nihil uobis certum est contulisse: quãto magis nos accipere poterimus, si uobis esse utile sentiremus. c ¶ *Sed non usi sumus hac potestate, etc.*] Hoc est, famem & sitim, nuditatem libentissimè toleramus, ne per nos aduersarijs occasione accepta deuorantibus offendantis. Aut ne cui prædicatio nostra in aliquo reprehẽsibilis uideatur, auariciæ suspicione maculata. d ¶ *Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & qui altario deseruiunt, cum altario participãt?*] Apud Iudæos secundum cõsuetudinẽ ueteris testamenti, etiã hoc exemplum eadem repe

B tendo confirmat. e ¶ *Ita & dominus ordinauit his qui euangelium annunciant, de euangelio uiuere: ego autem nullo horum usus sum.*] Dicens: Dignus est operarius mercede sua. f ¶ *Non autem scripsi hæc, ut ita fiant in me.*] Nõ hæc idcirco scribo, ut uel modo fiat quod ante factum non sit, sed uobis exempla præbeo tam proprij, quàm alieni discriminis, saltem ab illicitis abstinere, cũ uideatis me aliorum causa salutis, debita non minus q̃m licita contempsisse. g ¶ *Bonum est enim mihi magis mori, quàm ut gloriam meam quis euacuet.*] Etiam si fame morerer, propositum meum, de quo ante deũ glorior, nunq̃ potest immutari. h ¶ *Nam & si euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit.*] Cum omnia feceritis præcepta, debita uos dicite persoluisse. Non enim aliquid amplius feceritis, unde gloriari possitis. i ¶ *Væ enim mihi est si non euangelizauero.*] Damnationem habeo. k ¶ *Si enim uolens hoc ago, mercedem habeo.*] Tunc magis uidebitur uoluntarium, si amore eius licita contemnantur. l ¶ *Quæ est ergo merces mea, etc.*] Quasi interroget, unde maiorem possit habere mercedem: & ipse respondet, si gratis annunciem, nec acceptam exerceam potestatem. m ¶ *Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruũ feci, etc.*] Cũ possem uti libertate mea, & de cæteris nõ curare, omnib. tamen compassus sum, ut eos lucrem saluos. n ¶ *Et factus sum Iudæis, etc.*] Quando se purificauit in templo, quod tempore gratiæ sciebat esse superfluum. o ¶ *His qui sub lege sunt, quasi sub lege essem.*] Ostendit quomodo fuerit cum ipsis & ipse Iudæus. Potest & ita intelligi, q̃ Samaritanos dixerit esse sub lege, qui legem tantũ Moysi uidentur accipere. p ¶ *Cum ipse non essem sub lege.*] Non est sub lege literæ, quæ peccatoribus data esse perscribitur. q ¶ *His qui sine lege erant, etc.*] Sine lege literæ, & à gẽtibus inprimis solã fidẽ quærebat, quasi non haberet præcepta legis Christi, quæ illos obseruare doceret: siue in eo quo illos ad fidei credulitatem non tam legalibus doctrinis q̃ rationabilibus argumentis prouocabat. Sicut Athenis fecisse perhibetur, philosophos & paganos per philosophiam & ararum titulũ exhortando, dum dicit: Circumiui aras uestras: & ut quidã uestrũ dixerunt. r ¶ *Cum sine lege dei non essem.*] Cõtra Arianos & Photinianos, quòd deus sit Christus. Etiã hoc notandũ quòd nouũ testamentũ, lex appellatur. s ¶ *Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem.*] Propter infirmos holera manducaui, cum securus possem carnibus uesci, ꝓmiscuis.

Act. 17

C

D

t ¶ *Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerẽ saluos.*] Non aliquid mihi, nec quærens quod mihi utile est, sed quod multis. Itẽ aliter, in his quæ supe

rius memorauimus, non ut quidam male existimant, illum etiam illicitis cõsensisse. u ¶ *Omnia autem facio propter euangeliũ, ut particeps eius efficiar.*] Vt in eo partẽ merear habere cum sanctis. x ¶ *Nescitis q, hi qui in stadio currunt, etc.*] Hic stadij cursum, iustitiæ uel fidei cõparauit: quia quõ illic cum omnes intra stadiũ currũt, non nisi qui bene cucurrerit, dignus præmio iudicatur: & hic quãuis intra fidei metas cũcti credẽtes cõtineant: soli tamen qui iustè uixerint, præmiũ cœleste percipient. Itẽ hoc loco inter eos qui in stadio currunt, unũ accipiẽtẽ palmã: significat omnẽ rectè fidẽ tenentẽ, & præcepta seruantẽ. y ¶ *Omnis enim, etc.*] Ab omnibus escis, quæ cursum eorũ impedire cõsueuerũt. z ¶ *Ego ig. etc.*] Nõ in uanum curro uel fingo certamen, sed castigo corpus meũ, & seruituti subiicio p abstinẽtiã & afflictionẽ atq; labores, sicut alibi ait: In ieiunijs multis, in uigilijs, in fame & siti, in frigore & nuditate, in laboribus, in carce-

2.Cor.11

A hus, etc. Sicut ad Hebræos prophetas, & alios sanctos patres multa talia, memorauit. a ¶ *Ne forte cum alijs prædicauerim, ipse, etc.*] Non faciendo quæ dico.

CAP. X

NOlo enim uos ignorare fratres.] Ne quis confidens in eo solū, quod baptizatus est: aut in esca spirituali uel potu, putet sibi deum parcere, si peccauerit: tale patrum proponit exemplū, quo ostendat tunc ista merito profutura, si præcepta seruentur. c ¶ *Et omnes in Moyse baptizati, etc.*] In Moyse, qui Christi typum gerebat. Item hæc in illo tempore quasi in umbra & typo fiebant, non in ueritate, postea uero præsentia Christi complentur. d ¶ *In nube & in mari, etc.*] Quia & nubis proprium humorem portat. e ¶ *Et omnes eandem, etc.*] Manna, figura corporis Christi fuit. f ¶ *Bibebant autem de spirituali, etc.*] Ostendit Apostolus, quoniam populus Israel quandiu in deserto fuit, per omne iter eorum sequebatur eos petra. Vnde populo cum omni substantia sua fluenta sufficerunt, donec peruenientes in terra Moab, puteum effoderunt aquarum, terra repromissionis in proximo constituta. g ¶ *Petra autē erat Christus, etc.*] Quia Christus erat postmodum secuturus, cuius figuram tunc petra gerebat. Idcirco pulchre dixit, consequente eos petra. h ¶ *Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo, etc.*] Ita ergo & uobis erit, si uolueritis peccando imitari. i ¶ *Hæc autem in figura facta sunt nostri, etc.*] Ipsis uere facta sunt, quæ in figura erant nostra, ut timeamus talia agere, ne talia incurramus. Omnia enim quæ in populo Israel illo tempore facta sunt in figura, nunc in nobis in ueritate celebrantur. Sicut enim illi per Moysen ex Aegypto liberati sunt, sic nos per quemlibet sacerdotem uel doctorem de seculo liberamur. Deinde Christiani facti, ducimur per deserta, ut per exercitium contemptus mundi & abstinentiæ, in oblitionem nobis eant Aegypti uoluptates, ita ut nesciamus ad seculum repedare. Cum uero baptismi mare transimus, tunc nobis diabolus cum suo exercitu tanquam Pharao demergitur. Deinde manna cibamur, & potum accipimus de Christi latere emanantem. Claritas quoq; scientiæ tanquam columna ignis, in nocte seculi demonstratur: & in tribulationis æstu, diuinæ consolationis nube protegimur. Post quæ omnia si peccauerimus, ista nobis sola suffragari non poterunt, sicut & ad Hebræos dicitur: Irritam quis faciens legem Moysi, duobus aut tribus testibus, sine ulla miseratione punitur. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, &c. C Heb. 10.c

non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerē uerbe rans. Sed castigo corpus meum, & in seruitutē redigo, ne forte cum ālijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

Cap. x

NOlō enim uos ignorare fratres, quoniā patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnēs in Moyse baptizati sunt in nubē & in mari: & omnēs eandem spiritalem escam manducaue runt: & omnes eundē potum spiritalem biberūt. Bibē bant autem de spirituali consequente eos petra: pētra au tem erat Christus. Sed nōn in pluribus eorum beneplacitū est deo. Nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura facta sunt nostri, ut nō simus concupiscētes malorum, sicut & illi concupierunt. Neq; idololatræ efficiā mini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodū scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neq; fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una die uigintitria milia. Nēq; tentemus Christū, sicut quidam eorum tentāuerunt, & à serpentibus perierūt. Neq; mūrmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierūt ab exterminatore. Hæc āutē omnia in figura cōtingebant illis: scripta sunt autem ad correptionē nostrā, in quōs fines seculorū deuenerunt. Itaque qui se existimāt stare, uideat ne cadat. Tentatio nōs nō apprehendat, nisi humana. Fidelis āutem deus est, qui non patietur uos tentari supra id quod potestis: sed faciet ētiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. Prōpter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor, uos ipsi iudicate quod dico. Calix bēnedictionis cui benedicimus, nōnne communicatio sanguinis Christi est? Et panis

k ¶ *Neq; idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, etc.*] In idolio recumbentium usquēadeo negocium agrauauit, ut illos idolatras fuisse definiat. l ¶ *Neq; fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt.*] Notandum quod non solum idolatræ perire dicuntur. m ¶ *Neq; tentemus Christum, etc.*] Et hic Christus deus ostenditur, quia deum dixisse legimus, tentauerunt me decies. n ¶ *Tentauerunt, & à serpentibus perierunt, etc.*] Dicentes nūquid potest deus parare mensam in deserto? o ¶ *Neq; murmuraueritis, sicut quidam, etc.*] In tribulationib. propter Christum. p ¶ *Hæc aūt omnia in figura, etc.*] Omnia quæ illis contigerunt, secundum facta sua quidem receperunt: sed tamen ideo scripta sunt, ne nos putemus impune peccare. Si enim adhuc paruulis & rudibus non pepercit, quanto magis nobis qui legem perfectionis accepimus, non parcet, si talia feceri mus? q ¶ *In quos fines seculorum, etc.*] In quos tota temporum perfectio decucurrit. q ¶ *Itaq; qui se existimat stare.*] Videat ne per hoc ipsum cadat: quod se stare firmiter gloriatur: siue uideat ne fallatur. s ¶ *Tentatio uos non apprehendat, etc.*] Non uobis uenit extrinsecus ista tentatio, quam uobis sponte generatis: quam etiam si tormentis cogeremini, admittere non deberetis. Hoc ideo dicit: quia spontanea uoluntate, immolata idolis manducabant. t ¶ *Fidelis autem deus est, qui non patietur uos tentari, etc.*] Qui se pollicitus est sui nominis causa tribulationem patientibus affuturum, ut ibi: Multæ tribulationes iustorum, & cætera. u ¶ *Sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere.*] Non ampliorem uobis tribulationem uenire patietur, quàm sustinere possitis. x ¶ *Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor, etc.*] Propter omnia quæ superius comprehendi. y ¶ *Calix benedictionis cui benedicimus.*] Ideo primum calicem nominauit, ut posset de pane latius disputare. z ¶ *Nonne communicatio sanguinis Christi est?*] Sicut ipse saluator dicit: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo.

Et panis

Num. 14.d

Psal. 77.c

D

A a ¶ *Et panis quem frangimus, nónne participatio corporis domini est?*] Ita & panis idololatriæ, dæmonū participatio esse monstratur. b ¶ *Omnes quidem de uno pane & de uno calice participamus.*] Ita si cum idololatris de uno pane comedimus, unum cum illis corpus efficimur. c ¶ *Videte Israel secundum carnem.*] Carnalis Israel, carnales hostias offerebat: sicut spiritualis, sacrificia spiritualia offert Christo. Item ideo secundum carnē quod iuxta literam non spiritualiter seruierunt. d ¶ *Nónne qui edunt hostias, participes sunt altaris?*] Sicut illi edentes hostias participes fiebant diuini altaris, ita isti similiter idolorū. e ¶ *Quid ergo dico, quod idolis immolatum sit aliquid, etc.*] Præuenit, ne quis diceret: Ergo dicis uim aliquam habere idolum, uel posse polluere: Non, inquit, idolū insensibile polluit, sed dæmones, qui templis præsidēt ad homines deprauandos, & suo seruitio mancipandos.

B f ¶ *Non potestis calicem domini bibere & calicem dæmoniorum?*] Non potestis & dei & dæmonum esse participes. g ¶ *An æmulamur dominum.*] Alij codices habent: Ipsi me zelauerunt in domino: hoc est, ad zelum prouocauerunt. h ¶ *Nūquid fortiores illo sumus.*] Qui ista non fecit: nam si scisset hinc fidem firmissimam cōprobari, in hoc quoq; dedisset exemplum. i ¶ *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.*] Omnia quæ à lege non prohibentur, licent: quia per se non habent peccatum, sed non semper expediunt: quia occasionem nonnunq; generant delinquendi. k ¶ *Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est, etc.*] Omne quod expedit, licet: non omne quod licet, expedit: sed nos Apostoli exemplo & Christi non debemus illa tantum considerare quæ licent, sed illa potius quæ nobis expediunt & ædificant fratres, ut non quæramus quæ nobis solis temporaliter prosint, & alijs fortè nocent. l ¶ *Omne quod in macello uænit, manducate: nihil interrogantes, etc.*] Si uultis manducare carnes, saltem de macello comparate, tantum ne in idolio comedatis: & nolite interrogare utrum immolatæ sint, ne cognoscentes uos, omnia immolata esse respondeant: & non possitis propter conscientiam manducare. m ¶ *Domini est terra & plenitudo eius.*] Si domini sunt, munda sunt omnia simpliciter utentibus. n ¶ *Si quis uocat uos infidelū ad cenā & uultis, etc.*] Cōcessit ire si uelint. Tūc sanè debet Christianus ad infidelem ire, si nouit esse profectū: sicut saluator qui ad hoc ibat, ut aut signa faceret, aut doceret: sicut apud pharisæū, primo ipsum docuit non diuites pascendos esse, sed debiles. Deinde simul discumbētes docuit humilitatē etiā in accubitu custodire. Postremo legispertos arguit arrogantiæ, eo q̄ p̄ nec ipsi redarguerent superbiā, nec alios paterentur. C

o ¶ *Conscientiam autem dico, etc.*] Ne quis putet illa uos quasi sancta comedere. p ¶ *Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia?*] Hoc est, ad quē profectum ita utor libertate mea ut me alius reprehendat. q ¶ *Si ego cum gratia participo, etc.*] Non ideo sub gratia sumus, ut sub libertatis specie, occasionē demus infidelibus blaspheman di. r ¶ *Siue ergo manducatis siue bibitis.*] Nihil magis agendum est Christiano q̄ ut in omni opere eius, dei gloria prædicet: nec aliquid faciat, unde Christi doctrina possit in aliquo reprehendi. s ¶ *Sine offensione estote Iudæis & gentibus, etc.*] Quia & Iudæi tanq̄ de idololatrijs scandalum patientes, credere nō audebāt: & gentes in colendis idolis firmabātur: & Christiani tali destrucbantur exemplo. t ¶ *Sicut & ego, etc.*] Ego sic me exhibeo, ut omnibus placeam ad profectū. Si quis me sine causa odisse uoluerit, ego non sum in culpa. Nunq̄ Apostolus ipse se laudat, non se ad extollentiā laudat, sed suo exemplo illos prouocat ad profectū. Vnde & nos ad hoc solum debemus uelle placere, ut sicut illius tantū deus nostrā nouerit conscientiā, quia non hoc propter fauorē, sed propter salutem hominum facimus.

pānis quem frangimus, nónne participatio corporis domini est? Quoniā unus panis & unum corpus multi sumus. Omnēs quidem de uno pane & de uno calice participamus. Videtē Israel secundum carnem. Nónnē qui edunt hostias, participes sunt altaris? Quid ergo? Dico quod idolis immolatum sit aliquid, aut quod idolum sit aliquid? Sed quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, & non deo. Nolo autem uos socios fieri dæmoniorum. Non potestis calicem domini bibere, & calicē dæmoniorum. Non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. An æmulamur dominum? Nūnquid fortiores illo sumus? Omniā mihi licent, sed non omnia expediunt. Omniā mihi licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suū est quærat, sed quod alterius. Omnē quod in macello uænit, manducate, nihil interrogantes propter cōscientiam. Domini est terrā & plenitudo eius. Si quis uocat uos infidelium ad cœnam, & uultis ire: omne quod uobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter cōscientiam. Si quis autem dixerit: hoc immolatū est idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. Cōscientiam autem dico non tuam, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si egō cū gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Siuē ergo māducatis siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Sinè offensione estote Iudæis & gentibus, & ecclesiæ dei: sicūt & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant.

Cap. xi

IMitatorès mei estote, sicut & ego Christi. Lāudo autem uos fratres, quòd per omnia mei memores estis: & sicūt tradidi uobis, præcepta mea tenetis. Vōlo autem uos scire, quòd ōmnis uiri caput, Christus est: caput

Mitatores, etc.] Christus nihil propter se fecit aut passus est, sed salutis causa multorū. Itē qui nō quærit ea quæ sibi soli expediant, sed & pluribus, ut salui fiant: ipse imitator est Christi, qui pro nobis & passus est, & mortuus. x ¶ *Laudo, etc.*] Incipit de uelamētis, & laudando ad rationē, uocat, qa in hac causa, autoritatē legis nō habet quā, pfert. Hæc irridēdo Aps dicit, q̄ eius præcepta minimè seruarēt. y ¶ *Et sicut, etc.*] Quasi legē præcepta mea tenetis, sciētes illū in me spiritū loqui, q in lege locutus est, pphetis. z ¶ *Volo, etc.*] Etiā in hoc uolo uos instruere, ut illi similiter teneatis. a ¶ *Quod om. etc.*]

Universidad de Bibliotec

A Vir nulli subiectus est nisi Christo, qui & homo & deus est. Mulier uerò, & Christo & uiro debet esse subiecta. *a ¶ Caput autem mulieris uir.*] Secundum ordinem naturalem. Cæterũ in Christo Iesu neq; masculus, neq; fœmina, sed uoluit eas esse subiectas. *b ¶ Caput uerò Christi, deus.*] Secundum assumpti hominis formam. Ité ideò caput Christi deus, quoniã susceptam incarnationem secundũ hominem, deitas quę in eo inerat, gubernabat, sicut idem Apostolus
2.Cor.5.d alibi dicit: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. *c ¶ Omnis uir orãs uel prophetans.*] Siue docẽs, siue futura prædicãs. *d ¶ Velato capite, deturpat caput, etc.*] Venit ad causam, quia & uiri comam nutriebãt: & mulieres nudo capite procedebant in ecclesiã, gloriantes in crinibus, quod non solũ inhonestũ erat, sed etiam cõcupiscentiæ fomenta præstabat. Vir ergo ut liber, non debet habere uelamẽ, cuius caput est
B Christus. Mulier uerò debet esse uelata, ut ostendat, quia debet esse humilis & subiecta. *e ¶ Omnis autem mulier orans aut prophetans non uelato, etc. uelet caput suum, etc.*] In suo sexu, aut in domo. *f ¶ Vir quidem non debet uelare caput suum.*] Ergo nec comã nutrire. *g ¶ Quoniam imago, etc.*] Vir ad imaginẽ dei factus est, & idcirco liber est. Mulier uerò ad uiri similitudinẽ est formata, unde iubetur esse subtecta. *h ¶ Non enim uir ex muliere est, sed mulier ex uiro.*] Ex costa scilicet uiri. *i ¶ Etenim non est, etc.*] Vir propter seipsum factus est: mulier uerò ad uiri adiutoriũ creata est. *k ¶ Ideo debet mulier uelamen habere, etc.*] Velamen signũ potestatis esse declarat. *l ¶ Et propter angelos.*] Ité hoc loco angelos, ecclesiis præsidentes dicit: sicut & Malachias propheta testat sacerdotẽ angelũ esse
Mal.3 dicens: Labia enim sacerdotis, custodiunt scientiã: Et legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituũ est: Siue uerè propter honorẽ angelorũ, qui ecclesiæ assistere perhibentur. *m ¶ Verumtamen neq; uir sine muliere, neq; mulier, etc.*] Consolatur illas, ne nimiũ eas grauasse uideatur: & nec uir sine muliere potest nasci, nec mulier sine uiro. *n ¶ Nam sicut mulier de uiro, etc.*] Hoc est, in principio. Potest & ita dici: Sicut Eua ex Adam, ita secundum hominem, Christus ex Maria. *o ¶ Omnia autem ex deo.*] Contra Manichæos, qui negant carnem factam à deo. *p ¶ Vosipsi iudicate: decet mulierem, etc.*] In ipsorum iudicio ponit, ut sua conscientia convincantur. *q ¶ Nec ipsa natura docet uos.*] Potest dici, si hoc natura est, quare non ab omnibus gentibus custoditur? quia illi à natura deciderunt: sicut ex multis alijs cõprobatur. Deniq; sine lege uiuunt, & si apud illos loquereC tur Apostolus alijs rationibus uteretur. *r ¶ Quod uir quidem si comam nutriat, etc.*] Nazaræi ut comam nutrirẽt, ex dei præcepto deuotissimè faciebant. *s ¶ Quoniam capilli pro uelamine dati sunt ei.*] Exposuit quod dixerat, si non uelatur & tondeatur. *t ¶ Si quis autem uidetur contentiosus esse.*] Præuenit illos, ne quis diceret: ubi scriptũ est, uel alijs argumentis huic resisteret ratiõi. *u ¶ Nos talem consuetudinem non habemus.*] Siue contendendi, siue talia faciendi. *x ¶ Neq; ecclesiæ dei.*] Quæ mansuetudini potius q̃ contentionibus studet. *y ¶ Hoc autẽ præcipio.*] Cõsiderandũ est quid audierit à domino ille seruus, qui solum accepitũ talentum custodiuit. Vnde nõ est laudandus qui non semper crescit in melius, quia fides eo perfectior esse debet quo senior. Miserum autẽ est, si semper infans lacte potetur: aut qui literis studet, hoc solũ habeat quod in primis rudiD mẽtis accepit. Quanto igitur magis ille sine spe est, qui non solum non proficit, sed etiam deficit: & illud ipsum penitus obliui scitur, quod accepit. *z ¶ Nõ laudans.*] Subaudit uitupero, quod in deterius proficitis. *a ¶ Primum quidem.*] Incipit de sacramẽtis. *b ¶ Audio scissuras esse, etc.*] Secũdũ quod mihi à dño reuelatum est: siue quia scio cõtentiosos uos esse. *c ¶ Nam oportet, etc.*] Quia tales cõtẽtiones habetis, necesse est uos etiã usq; ad hæreses peruenire. Sicut si dicas: ille qui tantũ bibit, necesse habet inebriari. Ité non hoc dicit Apostolus, quia debẽt esse hæreses, sed qa inter se scissuras habebant, ideo dicit: oportet hoc esse, & necesse est hæreses esse. *d ¶ Cõuenientibus, etc.*] Iam non est dominica, sed humana, quando unusquisq; tanquã cœnã propriã solus inuadit: & alij q non obtulerit, non impertit: ita ut magis propter saturitatẽ q̃ propter mysteriũ uideamini cõuenire. Cæterũ dñica cœna omnib. debet esse cõmunis, quia ille omnib. discipulis suis quiaderat, æqualiter tradidit sacramẽta. Cœna aũt ideo dicit, quia dñs in cœna tradidit sacramẽta. Ité hoc ideo dicit: quia in ecclesia cõuenientes oblationes suas separatim offerebãt: & post cõmunionẽ quæcũq; eis de sacrificijs superfuissent, illic in ecclesia cõmunẽ cœnã comedentes, pariter cõsumebant. *e ¶ Et alius quidẽ esurit, etc.*] Quicunq; non obtulisset, non cõmunicabat, quia omnia soli qui obtulerant, insumebant. Quidam hunc locum ad illos referunt, qui epulas in ecclesia faciebãt. Aliter: Quidam esurit, quidam ebrius est, ideo dicit, quia superuenientib. mediocribus & uolentibus sumere sacramenta

A cramenta, deerant: quoniã ab illis qui obtulerant oblationes in cõmuni conuiuio, fuerant cuncta cõsumpta. *a ¶ Nunquid domos non habetis, etc.*] Si uultis saturari, domi manducate. Sanctificatio enim etiã in paruo consistit. *b ¶ Aut ecclesiam dei contemnitis.*] Facientes eam tricliniũ epularũ. *c ¶ Et cõfunditis eos, etc.*] Confundebantur, ab omnibus denotati, cum ita debeant cõmunicare, ut eum qui obtulerit, nemo cognoscat. *d ¶ Quid dicã uobis? laudo uos, etc.*] Sicut alijs laudaui ubi laudabiliter egistis, in hoc omnino non laudo. *e ¶ Ego enim accepi à domino, quod & tradidi uobis*] Nõ est meũ quod uobis tradidi, sed à dño illud accepi, sicut & ipse alibi di
Gal.1.b cit: Non ab hominibus, sed omnia à deo didicisse. *f ¶ Quoniam dominus tesus.*] Iã hinc quasi oblitis cõmemorat, q̃ magnũ sit huius mysterij sacramentũ. *g ¶ In qua nocte tradebatur.*] Id est à Iuda. *h ¶ Accepit panẽ, & gratias agens, etc.*]
B Hoc est, benedicens etiam passurus, ultimam nobis cõmemorationẽ, siue memoriã dereliquit. Quem admodum si quis pegre proficiscens aliquod pignus ei quẽ diligit, derelinquat: ut quotienscũq; illud uiderit, possit eius beneficia & amicitias memorari: q̃ ille si perfecte dilexit, sine ingenti desiderio non potest uidere uel fletu. *i ¶ Hoc est corpus meum, etc.*] Qui manducat corpus meum, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Vnde agnoscere se debet, quisq; Christi aut corpus edit, aut sanguinem bibit, ne quid indignum ei faciat, cuius corpus effectus est. *k ¶ Hic calix nouum testamentum est.*] Quia uetus, hoc per sanguinem animalium portendebat. *l ¶ In meo sanguine hoc facite.*] Et uetus & nouum per sanguinem dedicatur, quia sine morte firmum esse non potest testamentum. *m ¶ Quotienscunq; bibetis, in meam cõmemorationem.*] Ideo hoc saluator tradidit sacramentũ, ut per hoc semper cõmemoremus, quia pro nobis est mortuus. Nã & ideo cum accipimus à sacerdotibus, cõmonemur: quia corpus & sanguis est Christi, ut beneficijs eius non existamus ingrati. *n ¶ Quotienscunq; enim manducabitis panem, etc.*] Siue ipsi mysterio nunciatis, siue in cordibus uestris agnoscitis. *o ¶ Donec ueniat.*] Tam diu memoria opus est, donec ipse uenire dignetur. *p ¶ Itaq; quicunq; manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indigne.*] Sicut scri-
Exod.20.d ptum est: Omnis mundus manducabit. Et iterum: Anima quæ manducauerit immunda, exterminabitur de
Matth.5 populo suo. Et ipse dominus ait: Si ante altare recordatus fueris, quia habet frater tuus aliqd aduersum te, relinque munus tuũ ante altare, & uade reconciliari fratri tuo. Prius ergo perscrutanda est cõscientia, si in nullo nos reprehẽdit: & sic aut offerre aut cõmunicare debemus. Quidã sanè dicũt, quia non indignũ, sed indigne accipientẽ reuocet à sancto. Si ergo etiã dignus indigne accedens retrahitur, quanto magis indignus qui nõ potest accipere dignè? Vnde oportet otiosum cessare à uirijs, ut sanctũ dñi corpus sancte p̃cipiat. *q ¶ Reus erit corporis & sanguinis domini.*] Quia tanu mysterij sacramentũ pro uili despexerit. *r ¶ Probet autem seipsum homo, etc.*] Si in linteum, uel uas sordidũ, nõ illud mittere audet, quãto magis in corde polluto, quam immunditiam deus super omnia execratur, & quæ sola iniuria eius est corporis? Nã & Ioseph Marc.15.d ille iustus propterea sindone mũda inuolutũ in sepulchro nouo corpus dñi sepeliuit, præfigurans corpus dñi accepturos, tam mundã mentem debere habere, q̃ nouam. *s ¶ Qui enim mãducat & bibit indigne, etc.*] Dupliciter reus effectus, præsumptionis scilicet & peccati. *t ¶ Non dijudicans corpus domini.*] Nõ discernens à cibo cõmuni. *u ¶ Ideo inter uos, etc.*] Erat præsens correptio, & nunc est: sed quia multi talia patiuntur, putamus consuetudinis esse quod culpæ est. Tribus sanè causis infirmitates aduenium corporales. Aut ex tentatione, sicut Iob & Tobiæ: aut ex peccato, sicut Asaph regi, & his qui in præsenti ab Apostolo arguuntur: aut ex aliqua intemperantia, ut Timotheo: & his qui iubent medicũ honorare. Huic tantũ causæ, humana potest succurrere medicina. Item significat Corinthios propter supradictũ peccatũ, ægrotatione & imbecillitate & morte à domino esse correptos. *x ¶ Dum iudicamur autem, à domino corripimur, etc.*] Correptio paterna est pietatis, ut pœniteamus, ne cum infidelibus mundi damnemur in æternum. *y ¶ Itaq; fratres mei cum conuenitis ad manducandum, inuicẽ expectate, etc.*] Quia nemo alium expectabat, ut cõmuniter offerretur. *z ¶ Vt non in iudicium conueniatis.*] Non in sanctificationem, sed ad iudicium conueniebant. *a ¶ Cætera aũt cum uenero disponam.*] Cætera de ipsius mysterij sacramento.

Caput XII

D E spiritualibus autẽ.] Incipit de spiritualibus sacramentis. Crescẽte fide, iam linguarũ gratia quam propter infideles acceperant, desinebat: hinc ergo plurimi cõtristati, adhuc etiam hanc gratiam habentibus inuidebant, omnibus donis hanc maiorem esse putantes. *c ¶ Nolo uos ignorare fratres.*] Nolo uos huius

Universidad de Sevilla Biblioteca

A mysterijs nescire rationem. *a* ¶ *Scitis autē quoniam cum gentes essetis ad simulacra muta.*] Hoc est, irrationabiles, secun
1. 134.d dum prophetam dicentem: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. *b* ¶ *Prout ducebamini euntes.*] A magis uel aruspicibus idolorū. *c* ¶ *Ideo notū uobis facio, quod nemo in spiritu dei loquens, dicit anathema Iesu.*] Vtinam irrationabiles mobilesq; non sitis, cum religione enim & mores mutare debetis, & nosse uestræ fidei rationem. *d* ¶ *Et nemo potest dicere: dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.*] Quomodo ergo operarios iniquitatis dominus cognoscet, si etiam uirtutes sint operati: & deus malis operibus deneg atur? Sed nemo potest in spiritu sancto dominum appellare, nisi qui eū & uerbis & operibus confitetur. Item docet Corinthios, nisi in spiritu sancto, hoc est, in bonis operibus conuersantes, dominum Iesum dicant, eis prodesse non posse: sicut
B & ipse dominus in eu
Matth. 7.c angelio dicit: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, introibit in regnum cœlorū, sed qui facit uoluntatem patris mei. *e* ¶ *Diuisiones uerò gratiarum sunt.*] Hic uult ostendere gratiæ spiritus sancti diuisiones esse, non ipsius. Et quamuis hic locus propriè contra Macedonios faciat, qui spiritum sanctum negant esse deum. Dicendo enim semper idem, omnia se dicere de spiritu sancto declarat: Sed & paulopost ait: Hæc autem omnia cooperatur unus atq; idem spiritus: ut eum & deum & dominum demonstraret: Tamen contra Arianos non mediocre est argumentum: qui de hoc calumniari solent, quod primo pater, secundo filius, tertio spiritus sanctus nominatur. Hic enim istum ordinē permutauit. Item manifesta prædicatio est, unius deitatis atq; substantiæ patrem & filium & spiritum sanctū esse, qui potestatem ut dominus & deus, singulis quibusq; ut uult gratiarum dona largitur. *f* ¶ *Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem.*] Vt appareat illum spiritum sanctum accepisse. *g* ¶ *Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ.*] Sapientiæ sermo est, sapienter & apte ac rationabiliter loqui, & posse disserere, uel docere qđ norit sanē. Qui ex dono habet sapientiā sine suo conatu loquitur & labore: & nemo illi sicut beato Stephano prævalet contraire. Ad utilitatem, & incredulorum, ut credant, & credentes ut firmentur. *h* ¶ *Alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum.*] Vt sciat legis mysteria exponere: uel ut præterita nouerit, & æstimet de futuris. *i* ¶ *Alteri fides in eodem spiritu.*] Hic fides, prodigia facien

da, quæ montes transferat. Abusiue em̄ posuit rem pro C
effectu. *k* ¶ *Alij gratia sanitatum in uno spiritu.*] Vt curet ægrotos. *l* ¶ *Alij operatio uirtutum.*] Opus uirtutis est, dæmonia eijcere, uel mortuos suscitare. *m* ¶ *Alij prophetia.*] Hoc est, ut futura prædicet. *n* ¶ *Alij discretio spirituū, etc.*] Vt qualis uel quo spiritu ueniat uel loquatur, intelligat. *o* ¶ *Alij interpretatio sermonum.*] Alius interpretari poterat, quæ alius loqueretur. *p* ¶ *Hæc autē omnia, etc.*] Si omnia unus spiritus operatur, quare contristaris, quod aliam gratiam accepisti: & alium quasi maiorem partem inuaserit, æmularis: cū hoc non in nostra, sed in donātis sit positū potestate. *q* ¶ *Diuidens singulis prout uult.*] Sic quoq; spiritū dominī dicit: dum non iussus sed uoluntarius operatur. *r* ¶ *Sicut enim corpus unū est, etc.*] Per comparationem corporis, ostendit non naturam membrorū sed officia esse diuersa: & neminem debere curare cuius sit officij, dū omnes uno eodemq; spiritu animentur. Sumit exemplū ex humano corpore, ut doceat ita esse ecclesias in Christo unum corpus, sicut sunt membra in corpore hominis, ne aduersum alterum, alter
D infletur. *s* ¶ *Ita & Christus.*] Notandum quod Christus per corpus suum dicatur ecclesia. *t* ¶ *Etenim in uno spiritu, etc.*] Vt unum corpus efficiamur in Christo. Quorum ergo spiritualia & cœlestia cōmunia sunt, debent terrena & carnalia cōmuniter possidere, secundū sententiam prophetæ: Nonne pater unus est omniū? Item *Malac. 2.b*
hic manifeste ostenditur: quoniā qui baptizant in nomine patris & filij & spiritus sancti, in una baptizantur substantia, quoniā trinitas deitatis non habet diuersitatem, dicente Apostolo: *u* ¶ *Et omnes, etc.*] Quasi potionati spiritu, quē accipiūt baptizati per manus impositionē. *x* ¶ *Nā & corpus.*] Reuertit ad exemplū. *y* ¶ *Nō est unū membrū, etc.*] Nō potest totū corpus, unū officium agere, sed unūquodq; membrorū id agit ad quod aptū est. *z* ¶ *Si dixerit pes.*] Pes ecclesiæ dici potest, qui ad intercedendum egreditur. *a* ¶ *Quonian, etc.*] Manus, est ille qui operatur. *b* ¶ *Non sum, etc.*] Dicebat enim non esse se de corpore, quia hanc quā alij acceperunt gratiā, non habebat. *c* ¶ *Si totum corpus, etc.*] Si omnes scientes, ubi sunt auditores? *d* ¶ *Si totū auditus, etc.*] Si oēs auditores, qs erit boni odoris mali ue discretor, ut unum corpus efficiamur in Christo. *e* ¶ *Nūc aūt, etc.*] Sicut in corpore aptè & ordinatè cōstituta sunt membra: ita & in ecclesia unusquisq; à deo ad id qđ aptus est, ordinat.

Quod

A *a* ¶ *Quod si essent omnia unum membrum.*] Si omnes unam gratiam haberent, reliqui ubi essent: nec corpus iam poterāt esse sed membra. *b* ¶ *Nunc aūt multa quidem membra, unum autem corpus.*] Hoc est, humanum: quod multa membra ostendit. *c* ¶ *Non potest autem oculus dicere manui, etc.*] Ideo inuicē indigemus, ut magis ac magis charitas cōfirmet. Nam si unus omnia haberet, ad uersus cæteros inflaretur. *d* ¶ *Aut iterū caput pedibus.*] Sacerdos est caput: infirmi pedes ecclesiæ. Si dixerit auricula, quæ sapiens auditor est: Nā auris inter cætera auferri dicitur à Iudæa per Esaiam prophetam: Non sum oculus, non sum ex corpore: non ideo non est de corpore. *e*
Nō estis mihi necessarij.] Oculus est qui intelligit, os ille qui docet uel loquitur linguis. *f* ¶ *Sed multo magis.*] Membra quæ sperniris in ecclesia, maioris utilitatis esse probantur: sicut in corpore sine manibus &
B pedibus uiuitur, sine intestinis omnino non uiuitur. *g*
Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis.] Non quo uerē sint talia. *h* ¶ *His honorem abundantiorem circundamus.*] Cum cautius uestimētis & diligentius conteguntur. *i*
Et quæ inhonesta sunt nostra abundantiorem honestatem habent.] Quæ per se pulchra sunt, nullius tegminis egent pulchritudine: ut est caput & manus. *k* ¶ *Sed deus temperauit corpus.*] Minoribus maiora dona concedens: ut qui honore minor erat, gratia abundaret. *l*
Vt non sit schisma in corpore.] Vt pro inuicē solliciti simus, dum alterutro indigemus, ne quis sequatur, & gratia & honore priuatum. *m* ¶ *Sed in idipsum pro inuicem sollicita sint membra.*] Sicut oculi uiam pedibus prævident, & manus pro toto corpore operantur, & omnia alterutrum membra deseruiunt. *n* ¶ *Et si quid patitur unum membrum.*] Si unum membrum dolet, totum corpus affligitur, & ad sanitatem eius membra omnia collaborant. *o* ¶ *Siue gloriatur unum membrum.*] Sicut ait Salo-
Prou. 14.b mon: Corde lætante, uultus floret. Nos aūt compassionem & congratulationē in contraria permutamus. *p*
Vos autem estis corpus Christi.] Hoc est, ecclesia de carne eius, & de ossibus eius: sicut ad Ephesios ait. *q* ¶ *Et membra de membro.*] Toti corpus: singuli, membra. *r* ¶ *Et quosdam quidem posuit deus.*] Modo ipsum uult membrorum ordinē demōstrare. *s* ¶ *In ecclesia primo apostolos.*] Non in synagoga, ne putemus eum de antiquis dixisse C
prophetis: sicut erat Agabus: cæterum patriarchas quo que debuerat nominare. *t* ¶ *Secundo prophetas, &c.*] Prophetæ sunt, qui explanant obscura prophetarum, & qui homines exhortantur, sicut alibi dicit: Nam qui propherat hominib. loquitur ad ædificationē, exhortationē, & consolationes. *u*
¶ *Deinde uirtutes, etc.*] Hic uirtutes, signa maiora significat. *x*
¶ *Opitulationes.*] Hoc est, adiutoria. Vnde Paulo in usu dicitur
Act. 16.b à uiro Macedone: Veni adiuua nos. *y*
¶ *Gubernationes, &c.*] Qui sciunt singulos, prout apti sunt gubernare. *z* ¶ *Numquid omnes apostoli?*] Hoc est quod superius dixerat: Si essent unum membrū, ubi corpus. *a* ¶ *Aemulamini autem charismata meliora.*] Hoc est, secta mini prophetas. *b*
Et adhuc excellentiorē.] In Græco habet, super modū. *c* ¶ *Viā uobis demonstro.*] Charitatē per quam peruenitur ad deū: Vult D
nos magis illa quærere quę ex nobis sunt, quàm signa quæ non sunt in nostra potestate posita.

Cap. XIII

Si linguis, etc.] Nō solum omnium hominū, sed etiā si quæ sunt angelorū. *c* ¶ *Charitatem, &c.*] Quod non ex se, sed ab alio impulsum solum sonitum reddit, & delectat auditum. Charitas uero ex nobis est, & omnē possidet fructum. *f* ¶ *Et si habuero prophetiam, &c.*] Hic futura prædicare, mysteriorum cognitio est & omnium secretorum. Scientia uero, nosse omnia quæ fuerunt & sunt. Si ista omnia tam magna sine charitate nihil sunt: quato magis si ne abstinentia, ieiunio, & his similibus: in quibus sibi plerique relicta charitate gloriantur. *g* ¶ *Et omnem scientiam.*] Et hic scientia magna: quia cum his computatur, etiam si minor sit charitate. *h* ¶ *Et si habuero.*] Hic intelligitur magna fides esse, quæ in euangelio grano sinapis comparatur: quæ non propter modicitatē, sed propter integritatē uel uigorē apposita est. Notandum sanē quod inter cætera etiā omnis fides quę mōtes transferat, sine charitate non prosit. *i* ¶ *Et si distribuero in cibos pauperum.*] Apostolus de summo charitatis bono tractans, magnis eam proculdubio rebus prætulisse credendus est: neque enim potuerunt rei summæ comparari non magnæ, quod ex ipsis speciebus agnoscitur. Nam linguis hominum loqui & angelorum, &

habere prophetiã, & omnia mysteria nosse, omnemq; A
sciẽtiam possidere, & habere omnẽ fidem, & ignibus se
cremandum tradere, magna esse quis nesciat? His etiã
mundi cõtẽptus annectitur: qui si magnus non esset,
nec rei summæ, id est charitati cõpararet, nec inter ma-
gna utiq; poneretur:
quod illorũ sententiã
destruit qui renũcian-
dum rebus seculi cer-
to tẽpore, persecutio-
ne cogẽte uolunt esse
præceptũ: ut et aposto-
lis gloriam tollant, q̃
non uoluntarie fece-
rint, sed inuiti, & no-
stri æui perfectos, ua-
nos constituãt, qui rẽ
alterius tẽporis, frus-
tra nunc uoluerunt
exercere. Itẽ aliter: no
tandum q̃ contẽptus
mundi, martyrio cõ-
paret, contra eos qui
illud de euangelio ua
rijs argumẽtis nitunt
exoluere, ubi dicitur
Luc. 18.d ad diuitẽ: Vade, uẽde
omnia quæ habes, &
da pauperibus. a
Et si tradidero corpus.]
Non propter deum,
sed propter gloriam
humanã. Vel certe si
quis in ipso martyrio
B aduersum fratrẽ reti-
neat iram, contẽnens
eũ qui iusit nos ma-
liciam proximi obli-
uisci, & in ipsa etiam
morte præuaricator
existens. b ¶ *Charitas patiens est.*]
Semper bene uolens. Mo
do describit omnia
mẽbra & species cha-
ritatis. Parentes quia
multũ diligũt filios,
eorũ etiã libenter pa-
tiuntur iniurias. c
Charitas non æmulatur.]
Nemo illi quẽ uerẽ amat inuidet, cuiusuis eũ esse con-
spiciat gloriæ uel honoris, sed omnem eius felicitatem,
quasi suam libenter amplectitur. d ¶ *Non est ambitiosa.*]
Maior esse alijs non ambit, & super fratres non cu-
pit dominari. e ¶ *Non quærit quæ sua sunt.*]
Non quæ-
rit quod sibi tantum sit utile, sed quod multis. f ¶ Nõ
irritatur.]
Non incitatur ad iurgia ab illo quem diligit.
g ¶ *Non cogitat malum.*]
Non solum non facit, sed ne co-
gitat quidem. h ¶ *Non gaudet super iniquitate.*]
Contri-
statur si quem iniquum aliquid uel fecisse, uel passum
esse conspexerit. i ¶ *Congaudet autem ueritati.*]
Id est bo
nis operibus, uel fidei charitati. k ¶ *Omnia sperat, omnia sustinet.*]
Suffert iniurias, satisfacienti credit, sperat
eius emendationem, & donec corrigat patienter expe-
ctat. l ¶ *Charitas nunquam excidit.*]
Hoc est, ipsa sola per
manet in futuro. Aut certè quæ uera est non finitur.
m ¶ *Siue prophetiæ euacuabuntur.*]
Non omnia scimus,
nec omnia prophetamus. Et ista ut in maius proficia-
mus, destruentur: per ista enim ad perfecta uenimus.

pauperũ omnes facultates meas, & si trãdidero corpus
meum ita ut ardeam: charitatem autem non habuero,
nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Cha
ritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur:
nõn est ambitiosa, nõn quærit quæ sua sunt: nõn irrita-
tur, nõn cogitat malum, nõn gaudet super iniquitate:
congaudet autem ueritati. Omnia suffert, omnia credit,
omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam exci-
dit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabũt,
siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, &
ex parte prophetamus. Cũm autem uenerit quod perfe-
ctum est, euacuabitur quod ex parte est. Cũm essem par
uulus, loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus, cogi
tabam ut paruulus. Quando aũtem factus sum uir, eua-
cuaui quæ erant paruuli. Videmus nunc per speculum
in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cogno-
sco ex parte: tunc aũt cognoscam sicut & cognitus sum.
Nunc autem manent fides, spes charitas, tria hæc: maior
autem horum est charitas. Cap. XIIII

SEctamini charitatem, æmulamini spiritualia, magis
autem prophetetis. Qui ẽnim loquitur lingua, non
hominibus loquitur, sed deo. Nemo enim audit. Spiri-
tus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, ho-
minibus loquitur ad ædificationem & exhortationem
& consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum
ædificat: qui autem prophetat, ecclesiam dei ædificat.
Volo autẽm omnes uos loqui linguis, magis autem pro
phetare. Nam maior est qui prophetat q̃ qui loquitur
linguis: nisi forte interpretet, ut ecclesia ædificationem
accipiat. Nunc autẽm fratres si uenero ad uos, linguis lo
quẽs: quid uobis prodero, nisi uobis loquar: aut in reue-
latione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina.
Tamen

n ¶ *Cum autem uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.*] Quod sanctis promissum est in futuro. C
o ¶ *Cum essem paruulus, etc.*] Exemplo carnalis incrementi uult spiritualem demonstrare profectum. p ¶ *Quando factus sum uir.*] Exposuit qualiter euacuentur, quæ superius memorauit.
q ¶ *Videmus nunc, etc.*] Quasi paruuli q non possunt serena cordis luce, perfectè lumen perspicere ueritatis. r ¶ *Per speculũ in ænigmate.*]
Id est, in præsentia. t ¶ *Nũc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut cognitus sum.*]
Sicut me perfecte deus cognouit, & ego quæ sunt diuina cognoscam. u
¶ *Nunc autem manet fides.*]
In præsenti tria hæc, in futuro sola dei charitas & angelorũ & sanctorum omniũ permanebit. Maius ergo est quod semper erit, q̃ quod aliquãdo cessabit. Item in patre & filio & spiritu sancto fides stabilis est, additamento enim opus nõ habet. Spem aũt eam manere dicit, quæ nõ est eo D
rum quæ uidemus. Charitas uero ideo maior est omnibus, quia qui diligit & credit & sperat. x ¶ *Spes, charitas, etc.*]
Omne quod speramus credimus, nõ omne qđ credimus speramus.
Cap. XIIII

SEctamini charitatẽ]
Omni conatu ipsam sequamini, quia in uestra est potestate. z ¶ *Æmulamini spiritualia, magis autem prophetetis.*]
Et spiritualia dona æmulari uos ac quærere non prohibeo, sed ut magis proficiatis exhortor. a ¶ *Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur.*]
Nemo per auditum aurium de his quæ dicuntur accipit intellectum nisi deus, & qui interpretandi donum accepit, uel qui eiusdem est linguæ.
b ¶ *Spiritus autem, &c.*]
Iterum linguam significat. c
¶ *Nam qui prophetat, &c.*]
Notandũ quoniã prophetiã doctrinã dicit, exposuit quot modis intelligẽda sit prophetia. Quicunq; hanc habet, propheta esse censendus est. d ¶ *Volo autem omnes uos loqui.*]
Hoc quidem uolo, sed illud malo: hoc non prohibeo, illud exhortor.
e ¶ *Nam maior est.*]
Quia & hoc magnum opus est charitatis per quod multi proficiunt. f ¶ *Quãm qui loquitur linguis.*]
Quod uos præcipuum existimatis. Nisi forte ut ecclesia ædificationẽ accipiat. Si interpretet, æqualis esse poterit propheranti. g ¶ *Nunc aũt fratres.*]
Suũ illis proponit exemplum: erit uobis sola admiratio nõ profectus, nisi uobis aut interpreter & plana faciã legis

occulta

occulta quæ noui, aut prophetias exponã, aũt uos mo A
ralibus doceam institutis. a ¶ *Tamen ea quæ sine anima sunt.*]
Cum hæc inanimantia nisi distinctionem habeãt non possunt reddere cantilenã, & ut superflua respuuntur, quanto magis uobis qui spirituales estis, suauitas non aures debet mulcere, sed mentes. b
¶ *Etenim si incertam.*]
Si uox tubæ incerta fuerit, utrum solennitatis an belli sit, nemo pugnabit: ita ergo & uester intelligẽdus est sermo, ut possit ad spirituale prælium Christi milites præparare. c ¶ *Eritis enim in aera.*]
Etiam si tam multa loquamini, ut genera sunt linguarum: quid proderit cum omnia in aera soluantur, & nulli proficiant? d ¶ *Et nihil sine uoce.*]
Nihil sine uoce linguam habens. e ¶ *Si ergo nescio.*]
Omnis sermo qui non intelligitur, barbarus iudicatur.
f ¶ *Et qui loquitur mihi, barbarus. Sic & uos quoniam.*]
Quoniam spiritualia dona sectami
B ni, illa magis quærite quæ ædificent auditores. g ¶ *Et ideo qui loquitur lingua, oret ut interpretetur.*]
Oratio hoc loco oris elocutio intelligitur. Sic ergo loquatur, ut gratiæ uerba quæ dicit, possint intelligi: siue oret, ut illi interpretandi gratia donctur. b ¶ *Nam & si orem lingua, spiritus meus orat.*]
Hoc dicit: quoniam si quis incognitis alijs linguis loquatur, mens eius nõ ipsi efficiẽ sine fructu, sed audienti: quicquid enim dicitur ignorat.
Item si lingua dicam,
non ego loquor, sed spiritus qui in me est. Si autem ad
orationem requiratur spiritus, sermo non intelligendus est, qui nonnunquam mente alia cogitante precatur. i ¶ *Mens autem mea sine fructu est.*]
Qui non intelligo quod loquor. k ¶ *Orabo spiritu, etc.*]
Qui enim interpretatur, necesse est ut ante intelligat quod alijs est dicturus. Item sic est loquendum, ut alij intelligant.
l ¶ *Cæterum si benedixeris spiritu.*]
Benedicit omne quod uerè & secundum deum dicitur. m ¶ *Quis supplet locum idiotæ.*]
Laicũ significat qui nullo gradu ecclesiastico fungitur. Aliter: Inanitatem scientiæ in corde ignari quis implet? n ¶ *Quomodo dicit amen, &c.*]
Quomodo tuæ perhibet benedictioni testimoniũ uel consensum.

Tamẽn quæ sine anima sunt, uocem dantia: siue tibia si
ue cithara: nisi distinctionem sonituum dederint: quo-
modo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur?
Etẽnim si incertã uocem det tuba, quis parabit se ad bel-
lum? Ita & uos per linguam nisi manifestum sermonem
dederitis: quomodo scietur id quod dicitur? Eritis ẽnim
in aera loquẽtes. Tam multa ut puta genera linguarum
sunt in hoc mundo: & nihil sine uõce est. Si ergõ nescie-
ro uirtutem uocis: ero ei cui loquar barbarus: & q̃i lo-
quitur mihi, barbarus. Sic & uos quoniam æmulatores
estis spirituũ ad ædificationem ecclesiæ quærite ut abun
detis. Et ideo q̃i loquitur lingua, oret ut interpretetur.
Nam si orem lingua, spiritus meus orat: mens aũtẽ mea
sine fructu est. Quid ergo? Orabo spiritũ, orabo & men
te. Psallam spiritu, psallam & mente. Cæterũm si benedi-
xeris spiritu, q̃is supplet locum idiotæ? qũomodo dicet
amen super tuam benedictionem? Quoniam quid di-
cas, nescit. Nam tũ quidem bene gratias agis, sed alter nõ
ædificatur. Gratiãs ago deo meo quod omniũ uestrum
lingua loquor. Sed in ecclesia uolo quinque uerba sen-
su meo loqui, ut & alios instruam, quam decem milia
uerborum in lingua. Fratres nolite pueri effici sensibus:
sed malicia paruuli estote, sensibus autem perfecti esto-
te. In legẽ enim scriptum est: Quoniam in alijs linguis &
in alijs labijs loquar populo huic, & nec sic exaudiẽt me,
dicit dominus. Itaq̃ linguæ in signum sunt, non fideli-
bus, sed infidelibus: prophetiæ aũtem non infidelibus,
sed fidelibus. Si ergo cõueniat uniuersa ecclesia in unũ,
& omnes linguis loquantur, intrent aũtem idiotæ aut in
fideles, nónne dicẽt, quid insanitis? Si aũtẽ omnes pro-
phetent, intret autem quis infidelis uel idiota, conuinci-
tur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus. Occulta enim
cordis eius manifesta fiunt, & itã cadẽs in faciẽ adorabit
deũ, pronũcians quod uere deus in uobis sit. Quid ergo
est fratres? Cũ cõuenitis, unusquisq; uestrũ psalmũ ha-
bet, doctrinã habet, apõcalypsim habet, linguam habet,
interpreta-
tionem habet. Omnia Idiotæ nuper credẽtes dicunt hoc loco.

o ¶ *Nam tu quidem bene gratias agis.*]
Quod superius dixe C
rat, omni benedicas, hic ipsum exponit. p ¶ *Gratias ago deo, quod omnium uestrum linguis loquor.*]
Ne putetis me hanc quoq; gratiam non habere, & uos ideo prohibere, & idcirco non loqui. q ¶ *Sed in ecclesia uolo.*]
Sed malo perpauca ad p
fectum loqui, quam multa quæ nulli proficiant. Quidam sanè quærunt, quæ sunt quinq; uerba: à quibus econtrario, quæ sint decem milia est quærendũ. r ¶ *Vt alios instruam.*]
Id est, proprio intellectu & simplici ratione.
s ¶ *Fratres nolite.*]
Scire debetis quamdiu futuræ sunt linguæ, uel quare sint datæ.
t ¶ *Sed malicia paruuli estote.*]
Malicia debetis paruuli esse, non sensu: simul ostendit neminem nisi paruulum malicia, sensu esse perfectum. Quia in *Sap. 1.d*
maliuolam animam non introibit spiritus sapientiæ. u ¶ *In lege scriptum est, &c.*]
Etiam hoc signum dabo ut per sanctos meos inusitato sermone D
loquar, & nec sic eloquentem intelligent.
x ¶ *Itaq; linguæ in signũ sunt, &c.*]
Hic ostenditur crescente fide, signa cessasse, quando infidelium causa danda esse prædicebatur.
y ¶ *Sed infidelibus, etc.*]
Vt eius saltem admiratione monerentur.
z ¶ *Prophetiæ autem nõ infidelibus, &c.*]
Maior est ergo & utilior quę fidelibus prodest, & semper est opus. a
¶ *Si ergo conueniat.*]
Hoc est, si fieri potest ut concederet uobis qui oẽs hoc uultis.
b ¶ *Intret & idiota.*]
Idiotæ nuper credẽtes dicunt hoc loco. c ¶ *Nonne dicẽt.*]
Sicut Iudæi de apostolis dixerũt: Hi pleni sunt mu *Act. 2.b*
sto. Aliter: sicut initio apostoli quãdo acceperũt spiritũ sanctũ uisi sunt quasi ebrij. d ¶ *Si aũt omnes prophetẽt.*]
Quando eius pulsatur conscientia per doctrinam.
e ¶ *Et ita cadens in faciem adorabit, &c.*]
Sicut Nabuchodonosor adorauit Danielem: Verè deus uester ipse est de- *Dan. 2.c*
us: postquam somniũ quod oblitus fuerat & interpretationem eius audisset. f ¶ *Quid est ergo fratres.*]
Quid ergo est faciendum, uel quid definiemus esse tenendũ.
g ¶ *Cum conuenitis, &c.*]
Hoc est, intelligit psalmum.
h ¶ *Apocalypsim habet, linguam habet, &c.*]
Reuelationem aliquam mysteriorum, quod intelligitur reuelatio.

Omnia

Universidad de Navarra Biblioteca

A a ¶ *Omnia ad ædificationem fiant.*] Nihil sit in uobis quod non uos alterutrum ædificet. b ¶ *Siue lingua quis loquitur secundum duos.*] Hoc est uicissim prophetãtes dicant, & unus paulatim interpretur. c ¶ *Si autem non fuerit interpres.*] Sua conscientia & dei teneat eum gratiã hanc habere. d *Prophetæ autem duo aut tres dicant.*] Nõ stantibus, sed prophetis sedentibus. e ¶ *Et spiritus prophetarum.*] Siue gratia spiritus alteri prophetæ consensit ut alterutrũ sibi cedant: siue spiritũ humilitatis & charitatis debent habere prophetę. Quia deus qui in ipsis est, nõ est deus dissensionis neque superbiæ. Itẽ hoc ait: quia in quo est spiritus prophetiæ, ipse alijs prophetis per societatem gratiæ subiectus est: in qua nõ æmulat alterũ prophetare cum ei fuerit reuelatũ. f ¶ *Sicut & in omnibus.*] Sic est ubiq; ne noui aliquid me uobis imperare putetis. g ¶ *Mulieres.*] Quia contra ordinem est naturæ uel

B legis, ut in conuentu uirorum fœminæ loquantur. Quærit ergo quomodo alibi dicat, mulieres docere prudentiã & castitatẽ debere. Sed hoc in sexu suo: sed & hic designat locũ, ubi taceãt, alibi eis permisit, sicut & lex dicit. h ¶ *Si quid autem uolunt discere.*] Quia & uir primus factus est, & Sara dominum uocabat Abraham. i ¶ *Domi uiros suos interrogent.*] Ne uideret eas etiã discere uetuisse, domi illas hoc quod publicè nõ decebat, facere debere præcepit. k ¶ *An à uobis sermo dei processit, &c.*] Nunquid doctrina Christi aut ex uobis est, aut apud uos remãsit. De scientia similiter est dicendum. l ¶ *Si quis uidetur propheta.*] Hoc probatis uerum prophetam, si ista cognouerit domini mãdata esse quæ dico: si quis autem ignorat hæc, ignorabitur & à nobis, & à domino dicente eis: qui se in eius nomine prophetasse dicebant, nescio uos.

m ¶ Itaque fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere.] Illud sectamini, hoc prohibere nolite. n ¶ *Omnia autem honeste & secundum ordinem fiant, & cætera.* Nihil peruerso ordine, aut per contentionem, uel inanem gloriam faciatis.

Caput XV

Notum autem uobis.] Incipit causa resurrectionis. Inter cætera, quidam Corinthiorũ etiam resurrectionẽ carnis ausi fuerant ex ueteris scientiæ præsumptione negare: qui hic ab Apostolo arguuntur.

p ¶ *Quod & accepistis.*] Ne illi hoc non credidisse uiderentur: uel omnes creditũ respuisse. q ¶ *In quo statis.*] In cuius doctrina statis, & per quod salutẽ speratis, & in præsenti de diuersis infirmitatibus sæpe saluamini.

r ¶ *Qua ratione prædicauerim.*] Tota ratio prædicationis nostræ hæc est, ut resurrectionem credatis: hoc est enim

C interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant. siue lingua quis loquitur secundum duos, aut ut multũ tres, & per partes & unus interpretetur. Si autem nõ fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi autẽ loquatur & deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri dijudicẽt. Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare, ut omnes discant & omnes exhortentur. Et spiritus prophetarũ prophetis subiectus est. Non est enim dissensionis deus, sed pacis: sicut & in omnibus ecclesijs sanctorũ doceo. Mũlieres in ecclesijs taceant. Non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse: sicut & lex dicit. Si quid autem uolunt discere, domi uiros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. An à uobis uerbum dei processit, aut in uos solos peruenit? Si quis uidet propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo uobis, quia domini sunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Itaq; fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honeste et secundũ ordinem fiant in uobis.

Caput XV

NOtum autem uobis facio fratres euangeliũ quod prædicaui uobis, quod & accepistis, in quo statis, per quod & saluamini: qua ratione prædicauerim uobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Trãdidi enim uobis in primis quod & accepi: quoniã Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas: & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, & quia uisus est Cephæ, & post hoc undecim. Deinde uisus est plus quam quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent usq; adhuc: quidam aũt dormierunt.

Deinde

D apostolis prædicantibus & multa uirtutũ signa facientibus haberi fides, esse ipsum Christum quẽ euangelizant: sed ut maiore beatus Apostolus autoritate firmaret hunc esse Christũ salu-

uatorem mundi, quem Moyses & prophetæ annunciauerunt: ideo secundum scripturas prædictum esse commemorat: sicut inter cætera Esaias propheta dicit: Sicut ouis ad occisionem ducitur, & quasi agnus coram tondente se obmutescit. Item infra idem propheta: Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua. Similiter Osee propheta, tertia die resurrectionẽ Christi futuram annunciat, dicens: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & uiuemus in conspectu eius. y ¶ *Et quia resurrexit tertia die secundum scripturas.*] Sicut Osee dicit: Viuificabit nos in biduo, & die tertia resurgemus. z ¶ *Et quia uisus est Cephæ.*] Quod in euangelio dicitur: Apparuit Simoni. a ¶ *Et post hæc undecim.*] Iterum Petro & reliquis decem. b ¶ *Deinde uisus est plus quàm quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent usq; adhuc.*] Vides quia in euangelio non omnes scriptę sunt uisiones nisi quæ sufficerẽt ad fidem. Hic aũt quoniam de apostolis dixerat, etiã hoc addidit, ne apostoli tanquã intimi eius putarentur esse mentiti. Et ut maior fides multitudini testium haberetur: etiam multi uiuere dicunt, qui possint interrogati dicere quæ uiderunt.

Deinde

Esa. 53.c

Osee. 6.d

Luc. 24.c

A a ¶ *Deinde uisus est Iacobo.*] Iacobo seorsum apparuit. b ¶ *Deinde apostolis omnibus.*] Siue iterum, siue apostolis quos extra duodecim ad prædicandum misit. c ¶ *Nouissime autem omnium.*] Ne putarent eum audita potius quã uisa narrare. d ¶ *Tanquam omnium abortiuo.*] De cuius uita desperatum est.

e ¶ *Visus est mihi.*] In uita scilicet uel in templo. f ¶ *Ego enim sum minimus apostolorum.*] Eccl. 12.a Minimus tẽpore nõ labore. g ¶ *Qui non sum dignus, etc.*] Fili pecasti, ne adijcias iterũ sed & de pristinis deEsa. 43.d precare. Vnde & per Esaiam dominus dicit: Ego sum q deleo iniqtates tuas, & non memorabor, tu autẽ memorare. Melius est enim dimissa recordari peccata, quam detẽta obliuisci. h ¶ *Gratia dei sum, etc.*] Nõ fuit sine fructu, sicut ille q Matt. 25.c talentum domini defodit in terram. i ¶ *Sed abundantius illis omnibus laboraui.*] Quia illis diutius. k ¶ *Nõ ego autem, etc.*] Non ex me, sed gratia dei. nec se sine gratia dicit in

B euangelio laborasse, ne contra illud quod superius dixerat sibi aliquid dare uideret: nec gratiã sine se, ut liberũ seruaret arbitrium. l ¶ *Siue enim ego, etc.*] Vnde igitur & nos sic prædicauimus & uos similiter credidistis: quia Christus idcirco surrexit primus, ut uiam resurrectionis aperiret: hoc illis commemorat, ut illi quod consequens est negare non possint. m ¶ *Si autem, etc.*] Quæ consequentia rationis. Iã enim hoc ipsum resurrectio est quod Christus à mortuis resurrexit. n ¶ *Quomodo, etc.*] Alterum ex altero pendet: aut utrunq; negare aut utrunq; necesse est confiteri. o ¶ *Neq; Christus resurrexit.*] Cæterum rei non futuræ exemplum dare non debuit. p ¶ *Si autem Christus non resurrexit, inanis non est prædicatio nostra, etc.*] Ergo & nos sine causa hæc prædicauimus si uere non resurrexit, & uos in illum frustra credidistis. Quidam hæretici animæ resurrectionem uolunt assignare, non carnis, sed resurgere non dicitur nisi quod cecidit & resurgit: ergo neq; anima morte cecidit, neque semper iacuit corpus: alioquin surgere magis quàm resurgere diceretur. q ¶ *Inuenimur autem & falsi testes dei, etc.*] Nõ solum uani sed etiam falsi contra deum inuenimur extitisse: si quidem mortui non resurgunt. r ¶ *Nam si mortui, etc.*] Sed quoniam de illo nemo dubitat, & de nobis nemo dubitet. s ¶ *Quod si Christus non resurrexit, etc.*] Si mentitus est se post triduum resurrecturum, mentitus est etiam si peccata dimittere. Aut ita: omnes in resurrectione eius baptizamur ut nostra peccata diluantur: Si ergo non re-

C surrexit, nec nobis remissa sunt peccata. t ¶ *Ergo & qui dormierunt, etc.*] Maxime de his dicit, qui pro Christo sunt mortui: sine causa enim hanc uitam perdiderũt si aliam non habebunt. u ¶ *Si in hac uita tantum, etc.*] Illi enim uel in præsenti gloriantur: nos autem hic tribulationes quotidie sustinemus. x ¶ *Nunc autem Christus, etc.*] Qđ apud omnes est certum: quia in primis probatũ est. y ¶ *Primitiæ dormientium.*] Quia primus in incorruptione surrexit. Si ergo caput resurrexit, necesse est etiam ut cætera membra sequantur. z ¶ *Quoniam quidem, etc.*] Sicut per Adam mors intrauit, quia primus ipse est mortuus: ita per Christũ resurrectio, quia primus resurrexit. Et sicut ille moriẽtium forma est, ita & iste resurgentium. Alter: ipsem resurrectionis uolens ostendere hoc dicit: sicut in Adã mortales sumus: sic & in Christo immortales erimus. a ¶ *Et sicut in Adam, etc.*] Omnes quidem resurgẽt, D sed soli hi uiuificabũtur in Christo, qui Christi merebuntur copulari corpore. Itẽ de communi morte & de communi resurrectione dicit. b ¶ *Vnusquisq; autem, etc.*] Tẽporis uel honoris. c ¶ *Primitiæ, etc.*] Tunc erit finis omnium etiam mortis, cum uniuersi resurgent. d ¶ *Cum tradet, etc.*] Regnum scilicet humani generis, secundum Petri epistolam & Apocalypsim Ioannis, patri tradendũ asserit esse per filium: ut ibi regnet deus per gloriam, ubi per uitia diabolus ante regnabat. Deo & patri. Deo secundum humanitatem, patri secundũ deitatem. Hoc loco calumniari solent Ariani dicentes minorem esse filiũ. Si enim tradet, inquiunt, patri regnum, ipse utiq; iam regnare desinet. Quibus primo dicendum est: quia hic non de trinitatis substantia, sed de resurrectione tractabat, quam Christi resurrectione confirmat. Ergo secundũ substantiã eius loquitur qui à mortuis resurrexit. Si tamen ideo Christus non regnabit: quia regnũ traditurus est patri: ergo nec pater regnarat antecq; ei tradat à filio. Si aũt pater non tunc primũ regnauit, quamuis tũc suscipiat regnũ, nec filius illud quãuis tunc tradere uideat amittit. Aliter. In hoc deo patri Christus regnũ tradit: quoniam nemo potest ad patrẽ uenire nisi credi derit in Christo, sicut ipse in euangelio dicit: Nemo uenit ad patrem nisi per me. e ¶ *Cum euacuauerit, etc.*] Euacuatis peccatis, euacuabunt à nobis oẽs contrariæ potestates: ab eo quod nobis se sequẽtib. principat potestate quã nos uicerãt. Virtus em̃ eorũ nostra peccata sunt.

Iohan. 14.d

¶ *Oportet*

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A a ¶ *Oportet enim illum regnare donec ponat.*] Cum omnibus scilicet suis. Donec, non semper finem significat: sicut est illud: Ego deus uester donec senescatis, & cætera talia. Aliter: Oportet, inquit, regnare omnibus Christum, donec inimicos & patri. Non est autē una subiectio: nam iustos ad sē fide & credulitate uenientes subiecit. Infideles autem & impios destruens, subiugabit æterno supplicio deputandos. b ¶ *Omnes inimicos sub pedibus eius.*] Quando alij uolunt, alij erunt necessitate subiecti. c ¶ *Nouissima autem inimica destruetur mors.*] Diabolus qui in Apocalypsi peccatum & mors appellatur: quia autor est peccati & mortis. d ¶ *Præter eum qui subiecit omnia.*] Cautē Apostolus dicit filio qui deo patri subiecit omnia, cūcta esse subiecta: ne & ipsum simul cum omnibus quę subiecta sunt, credamus esse subiectū: quoniam à dextris patris sedet, æquali potestate cū patre iudicaturus. e ¶ *Cum autem subiecta fuerint illi omnia.*] Hic quoq; Ariani ita calumniantur, ut dicāt, quia post resurrectionem omnium & finem erit filius patri subiectus, ut minor scilicet maiori. Quibus respondendum est: Subiectionē non semper ad diminutionē honoris pertinere, sed etiam ad charitatis officiū: maxime cum & spiritus prophetarū prophetis dicat esse subiectus:

Luc. 2.g ut non sit deus ibi dissensionis sed pacis. Et ipse dñs Ioseph ac Marię describitur fuisse subiectus. Multi sanē de hoc capitulo diuersa senserūt. Nam quidam dicunt, sicut in suis esurientibus esurit uel cibatur, ita & in ecclesia quæ est corpus eius ipse subijcitur. Alij aiunt q̄ ipsa humana natura quam induit, in gratiarū actionē semper sit subiecta diuinitati. Multi etiam alia & diuersa dicunt, quæ inserere & enumerare, prolixum est. f ¶ *Vt sit deus omnia in omnibus.*] Tunc deus omnia in omnibus erit, cum euacuata morte, & omni malicia uel errore destructo, solus regnabit in cunctis. g ¶ *Alioquin quid facient, etc.*] Quicūq; baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus: id est, iam quasi commortui cum illo sumus. Quid ergo prodest nos huic mundo mori, si contemptum uoluptatum uita non sequitur ęternæ? Item hoc est quod dicit: quia non solum propter remissionem peccatorum baptizantur, sed & propter resurrectionem carnis nostrę. Carnem autem nostram mortuam appellat, quoniam hac morte anima nō moritur. Vnde increpando ait: Aut quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgūt, id est, quid baptizari opus est carnem, si non resurgat? h ¶ *Si omnino mortui non resurgunt, ut quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos, etc.*] Si nihil esset in futuro, non etamus tam stulti, ut tantas tribulationes pro illis paterē mur. i ¶ *Quotidie morior.*] Semper paratus ad mortē, & quotidie expecto me pro uestra gloria moriturum. k ¶ *Per gloriam uestram fratres, etc.*] Per, non semper significatio iuramenti est. Nam si dicam, per puerum misi, non statim per puerum iurasse rectę putabor. l ¶ *Quam habeo in Christo Iesu domino nostro.*] Ego habeo mercedem laborū in uobis: etiam si uos proficere nolueritis. m ¶ *Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest.*] Si nihil remunerationis à deo pro hoc certamine spero, quare pugnaui, ut hominibus fortè placerē? Aliter: Hic bestias eos commemorat qui Ephesi seditionem aduersus eum mouerāt populārem propter Dianę idolum, cuius cultūram prædicatione apostolica destruebat. Quod autem manifeste constet, bestias cū quibus pugnauit Apostolus, aduersarios homines debere intelligi: idem in alia epistola memorat, dicēs: Et liberatus sum de ore leonis. In quo ostendit se fœuitiā Neronis euasisse, quando prima uice Romā uinctus deductus est. Dicēs uero, quid mihi prodest, si mortui non resurgūt? illorum dogma destruit, qui dicunt ante corpora animas in cœlo factas, actum quendam propriæ conuersationis habuisse. Aliter: Multa dicuntur in epistolis, quæ in actibus nō continentur, & multa in actibus, quæ in epistolis non scribuntur. Per allegoriam autem bestiæ possunt intelligi aduersariæ potestates: sicut ait in psalmo: Ne tradas bestijs animas confitētes tibi: ad quas hic dicit se pugnasse. n ¶ *Manducemus & bibamus.*] Increpat exēplo prophetæ gulæ deditos, desperatione futurorum, cuius rei crimen negatur eis remitti quoadusq; moriantur.

o ¶ *Nolite seduci.*] Ab his qui talia loquuntur. p ¶ *Corrumpunt mores bonos colloquia prava.*] Ne dicerent, ergo tales nos iudicas qui facile seducamur? nō, inquit, de uobis timeo, sed de illorū cōuersatione formido: sed quomodo mala colloquia bonos mores corrumpūt, ita e contrario bona colloquia malos mores ædificant.

r ¶ *Ignorantiam enim.*] Ignorant uirtutem dei, qui eum putant suscitare non posse, potētiam eius ex sola imbecillitate censentes. s ¶ *Ad reuerentiam.*] Vt erubescatis uos his sermonibus tāquam adhuc paruulos eruditi.

t ¶ *Sed dicet.*] Ipse sibi ex contradicentiū persona proponit. Aliter: Præclarum hoc loco Apostolus de resurrectione carnis, frumentorum sumit exemplum: quorum semen cum nudum seratur, non ita ut terræ mandatur renascitur, sed sicut in principio secundum ordinem unicuiq; seminum quale corpus deus esse præcepit, & quemadmodum iusserit terram producere ordinatione suā, durat & permanet: ita & unicuiq; hominū carnem quam unicuiq; initio nascendi specialiter tribuit, in resurrectione restituet. Dicendo aūt, dat illi corpus sicut uoluit & nō sicut uult, ostēdit à principio constitutionem dei immutabilem permanere. u ¶ *Quomodo resurgent mortui.*] Multi solēt proponere utrum debilia corpora ut sunt defuncta resurgant. Quib. respondendum est, in resurrectione non debilitatis uitiū, sed integritatem

A integritatem reparari naturæ. Nunquam enim tam debile est corpus quàm cum fuerit in puluerem resolutū. Qui ergo creditur totum reddere cur ex parte reparare dubitetur: hoc est, uerbi gratia, cur non reddat oculos qui totum restituet corpus. a ¶ *Insipiens tu quod seminas, etc.*] Qui etiam naturalibus exemplis edoceri debueras, adhuc diuinis promissionibus infidelis existis. b ¶ *Et quod seminas non corpus, etc.*] Sicut de grano resurgit fœcundior cum granis arista: ita & corruptibile corpus in gloria resurgit cum augmento. c ¶ *Deus autem dat illi corpus prout uoluit.*] Sicut ab initio disposuit, ut omnia semina cum putruerint in amplius reformentur. d ¶ *Et unicuiq; seminum proprium corpus.*] Attēde quia proprium corpus dixerit non alienum. e ¶ *Non omnis caro eadem caro, etc.*] Cuius iussu in principio terra, tāta & tam diuersa corpora animata quæ non acceperat dedit, quid mirum si eius iussu hominem restituat quem accepit? f ¶ *Alia uolucrum, etc.*] Similiter & de aquis intellige quæ tantam diuersitatem uolucrū & piscium ediderunt. g ¶ *Et corpora cœlestia, etc.*] Qui talia fecit corpora elementorum, cur non possit exiguum corpus humanum reficere? h ¶ *Sed alia quidem cœlestium, etc.*] Tota comparationis huius diuersitas ad hoc facit, ut credas unum genus reparare facile posse qui tanta fecit ex nihilo. i ¶ *Stella enim à stella differt in claritate, etc.*] Stellarum diuersitati, iustorum differentiam comparat: quos gradus uirtutum in gloria, non peccata facient esse diuersos. Nam peccatorum diuersitas in cœlo nō erit sed in pœna. k ¶ *Seminatur in corruptione.*] Vt nec febres iam nec cætera corruptibilitatis genera patiantur. Aliter. Sanctis & peccatoribus resurrectio carnis communis est: sed sanctorum corpora æterna gloria uestientur cum incorruptione & immortalitate. l ¶ *Seminatur in ignobilitate.*] Quid tam ignobile quàm cadauer? m ¶ *Surget in gloria.*] In gloria splendoris ut sol. n ¶ *Seminatur in infirmitate.*] Imbecillitatis humanæ. o ¶ *Surget in uirtute.*] In uirtute æternitatis. p ¶ *Seminatur corpus, etc.*] Hic animale est corpus, quia non semper habet spiritum sanctum. Tunc uero semper manebit in sanctis. Item seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale. Aliter. Animale corpus dicit quod conditum terræ corrumpitur. Spirituale uero quod in corruptum resurgit, ut possit aera penetrare festinans ad cœlos. Primus Adam ad hoc factus est, tantum ut uiueret. Nouissimus Adam, id est Christus, ideo susceptus hominem, ut uiuificaret. q ¶ *Factus est primus homo Adam in animam uiuentem, nouissimus Adam, etc.*] Notādum quod cum duos Adam dicit, eiusdem naturæ utrosq; demonstrat. Quod contra Manichæos & Apollinaristas facit: qui negant à deo uerbo perfectum hominem esse susceptum. r ¶ *Sed nō prius quod spirituale est, sed quod animale, etc. Primus homo de terra terrenus, etc.*] Cœlestis dicitur, quia nō humanæ fragilitatis ritu, sed diuinæ maiestatis nutu & conceptus est & enixus: nam usq; adeo naturam nostrum habuit, ut secundus Adam dicatur & homo. Aliter. Hic primū & secundum hominem, iuxta operam terrestrem & cœlestē dicit: Nam & Christus secundum carnem, ex nostra massa fuit. s ¶ *Et qualis cœlestis, tales & cœlestes.*] Si ideo ut hæretici uolunt, nostri generis assumptus homo nō fuerit, quia cœlestis dicitur: ergo nec isti naturæ nostræ sunt, qui cœlestes appellantur. Si uero de his nemo dubitat, nec de illis est ambigendum. t ¶ *Igitur sicut portauimus imaginem, etc.*] Pecator, Adę imaginem portat: iustus uero imaginem Christi. Ergo sicut portauimus ueterem hominē ante baptismum, ita post baptismum portemus nouum. u ¶ *Hoc autem dico fratres, etc.*] Frequenter scriptura carnem pro operibus nominat carnis, ut ibi: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Aliter. Caro sicut est, regnum dei non possidebit, nisi immortalitate uestita. x ¶ *Ecce mysterium, etc.*] Obscuritatem significat nominando mysteriū. y ¶ *Omnes quidem, etc.*] Omnes homines resurgent: sed soli qui regnaturi sunt in gloria, mutabūtur. Siue ita, resurgemus omnes qui in aduentu Christi mortui inueniemur. Non omnes immutabunt qui in corpore sint reperti, quia sancti soli beatitudinis gloriā consequent. Aliter in quibusdā Græcis codicib. habetur. Omnes enim dormiemus: non omnes immutabimur. In alijs aūt: Omnes enim nō dormiemus: oēs aūt immutabimur, quod quadrat magis ad sensum Apostoli: quia hic sermo non de omnib. generaliter dicitur, sed de solis sanctis. z ¶ *In momento, in ictu oculi.*] Per ictū oculi, nimiā breuitatē uult significare momenti, ut quanta sit dei potētia ex resurrectionis celeritate cognoscas. a ¶ *In nouissima tuba, etc.*] Nouissima tuba, nouissimus aduentus intelligit Christi: mortui aūt uel peccatores intelligēdi sunt: qui etiā uiuentes mortui esse dicunt ut ad pœnā aut immortales aut absq; aliqua mēbrorū diminutione resurgāt: uel certe simpliciter oēs mortuos resurgere dicit: & solos sanctos cū his qui uiui iusti in

Universidad de Navarra Biblioteca

a uenti fuerint in gloriam immutari. a ¶ *Oportet enim corruptibile hoc.*] Necesse est fieri quod promissum est. b ¶ *Induer- incorruptelã, etc.*] Est quod induit, & est similiter indumentum. c ¶ *Cum autem mortale hoc, etc. Absorpta est mors in victoria.*] Vt euacuatis caulis mortis per diuinam uictoriam, sibi absorpta non appareat. d ¶ *Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus?*] Propheta ex persona iustorum loquitur insultãtium morti. e ¶ *Stimulus autem mortis peccatum est.*] Sagittæ mortis peccatum, per quod animæ iugulant. f ¶ *Virtus uero peccati lex.*] Dum fortius & magis fit per scientiam peccatum. g ¶ *Deo autem gratiæ qui dedit nobis victoriam, etc.*] Victoriam illius peccati in quo lex per carnalem nostram uoluntatem fuerat infirmata, quã Christus cruce & exemplo destruxit. h ¶ *Itaq; fratres mei dilecti.*] Reddita resurrectionis ratione de qua hæsitabant: hortatur eos in dei opere
B permanere iam certos de retributione futura. i ¶ *Stabiles estote & immobiles abundantes in opere domini, etc.*] Nemo uos de gradu spei futuræ ultra permoueat.

CAP. XVI

De collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui ecclesijs Galatiæ: ita & uos facite.] De sumptibus dicit, qui per singulas ecclesias colligi, Hierosolymã sanctis pauperibus mittebantur. l ¶ *Per unã sabbati.*] Vna sabbati dominica dies est: sicut in euangelio dicitur, dominum una sabbati surrexisse. m ¶ *Vnusquisq; uestrum apud se reponat, recondens quod ei bene placuerit, etc.*] Vt paulatim reseruantes, non una hora grauari se putent: ut hilares datores diligãtur à deo.

mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in uictoria. Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est: uirtus uero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Itaq; fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles: abundantes in omni opere domini, semper scientes quod labor uester non est inanis in domino.

Cap. XVI

De collectis autem quæ fiunt in sanctos: sicut ordinaui ecclesijs Galatiæ: ita & uos facite per unam sabbati. Vnusquisq; uestrum apud se reponat, recondẽs quod ei bene placuerit, ut non cum uenero tunc collectæ fiant. Cum autem præsens fuero, quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam uestram in Hierusalem. Quod si dignum fuerit ut ego eam, mecũ ibunt. Veniam autem ad uos, cum Macedoniam pertransiero. Nam Macedoniã pertransibo. Apud uos aũt forsitã manebo: uel etiã hyemabo: ut uos me deducatis quocunq; iero. Nolo enim uos modo in trãsitu uidere. Spero eñ me aliquãtulũ tẽporis manere apud uos: si dominus permiserit. Permanẽbo aũt Ephesi usq; ad pentecosten. Ostium enim mihi apertũ est magnũ & euidens, & aduersarij multi. Si aũtẽ uenerit Timotheus, uidete ut sine timore sit apud uos. Opus enim domini operatur, sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat. Deducite autẽ illum in pace, ut ueniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus. Dẽ Apollo autem fratre uobis notũ facio, quoniam multũ rogaui eum, ut ueniret ad uos cum fratribus, & utiq; non fuit uoluntas eius, ut nunc ueniret. Veniet autẽ cum ei uacuũ fuerit. Vigilate, state in fide, uiriliter ãgite & cõfortamini, omnia enim uestra in charitate fiant. Obsecrõ autẽ uos fratres, nostis domũ Stephanæ & Fortunati & Achaici: quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministeriũ sanctorũ ordinauerunt seipsos, ut & uos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti & laboranti. Gaudeo autẽ in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniã id quod uobis deerat, ipsi suppleuerunt. Rẽfecerunt enim & meũ spiritũ & uestrum. Cõgnoscite ergo qui eiusmodi sunt. Sãlutant uos ecclesiæ Asiæ

Multa enim sunt quæ corrigantur in uobis: sicut medicus ibi moram habet, ubi plures ægrotant. o ¶ *Permanebo autem Ephesi usq; ad pentecosten: ostium enim mihi, etc.*] Ideo ibi permanebo, quia cum mihi euidens datus sit aditus prædicandi, sunt plurimi qui resistant. p ¶ *Si autem uenerit Timotheus, uidete ut sine timore sit, etc.*] Sine tribulationis formidine, uel etiam uestri contemptu. q ¶ *Deducite autẽ illum in pace ut ueniat ad me. Expecto enim illum cum fratrib.*] Nihil admittentes, quod ad animæ eius faciat læsionem. r ¶ *De Apollo autem fratre uobis notum facio quoniam multum rogaui eum ut ueniret ad uos cum fratribus, & utiq; non fuit uoluntas, ut nunc ueniret. Veniet autem cum ei uacuum, etc.*] Vigilate mentis oculis ad diaboli astutias præcauendas. State, quia stantibus difficile somnus obrepit. s ¶ *Viriliter agite.*] Muliebris enim omnis inconstantia & uarietas indicatur. t ¶ *Et confortamini, omnia enim uestra in charitate fiant.*] D
Vt sit in uestra uirtute profectus, omnia nõ inanis gloriæ causa, sed charitatis gratia facere festinate. u ¶ *Obsecro autem uos fratres, nostis domum Stephanæ & Fortunati & Achaici quoniam sunt primitiæ Achaiæ & in ministerium sanctorũ ordinauerunt se ipsos: ut & uos subditi sitis eiusmodi & omni cooperanti, etc.*] Quia præsentes sunt apud uos, & in illis magnum potestis habere profectum. Siue quia mihi uenerunt pro uobis ministrare officium charitatis. x ¶ *Refecerunt enim & meum spiritum & uestrum.*] Meum spiritum charitate pro uobis, uestrũ pro mea lætitia, refecerunt. y ¶ *Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt.*] Vnde & alibi ait: Cognoscite eos qui ita ambulant, ut habetis formam nostram. Hos cognoscite, honorate cognoscentes eorum studium uel laborem. z ¶ *Salutant uos ecclesiæ Asiæ. Salutant uos in domino multum Aquila, etc.*] Domesticam congregationem fraternitatis

Phil. 3. d

n ¶ *Dum autem præsens fuero, etc. Veniam autem ad uos cum Macedoniam pertransiero, etc.*] Quia ita se agunt Macedones, ut non sit necesse mihi apud eos diutius demorari: apud uos autem necesse est ut maneam uel hyemem.

A pitatis, ecclesiam nominauit. a ¶ *Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christũ sit anathema.*] Sicut illis qui eum amant redemptio uenturus est Christus: Ita & qui eum non amant anathema sit, id est ut illos abominetur & perdat. q ¶ *Maranatha.*] Magis Syrum est quàm Hebræum, tametsi ex cõfinio utrarumq; linguarum aliquid Hebræum sonet. Et interpretatur dominus noster uenit.

Asiæ. Salutant uos in domino multum Aquila & Prisca: cum domestica sua ecclesia, apud quos & hospitor. Salutant uos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. Sãlutatio mea, manu Pauli. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christũ, sit anathema Mãranatha. Grãtia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Chãritas mea cum omnibus uobis in Christõ Iesu. Amẽn.

c ¶ *Gratia domini uobiscum.*] Propriæ manus consueta subscriptio. d ¶ *Claritas mea cum omnibus uobis.*] Vt quomodo uos ego diligo, ita & in Christo inuicem diligatis. e ¶ *In Christo Iesu.*] Non secundum seculi charitatem. f ¶ *Amen.*] Confirmatio est benedictionis hic sermo, sicut superius ipse demonstrat: quomodo inquiens, dicit amen super tuam benedictionem.

COMMENTARIA IN SECVNDAM epistolam ad Corinthios.

Paulus apostolus Iesu Christi.] Quæritur cur in omnibus epistolis contra usum epistolarum, primum suum nomen ponat, quàm eorum ad quos literæ destinantur. Sed hoc ex autoritate apostolici ordinis, quia minoribus scripsit: ut etiam seculi iudices solent ad eos quos regunt, scripta dirigere. Per uoluntatem dei, id est non hominum. uoluntate. Simul uult ostẽdere non sine uoluntate patris se missum à Christo. b
B ¶ *Et Timotheus frater, etc.*] Non dixit Paulus & Timotheus, quia non ambo apostoli. ad Philippenses uero ubi nõ erat tanta autoritas necessaria, serui ambo ponũ tur. i ¶ *Cum omnibus sanctis qui, etc.*] Hic sancti possunt accipi sacerdotes, qui in prima ponuntur inuocantes dominum, & ad Philippenses cum episcopis & diaconis. Ideo autem postea nominantur, ne parum intelligentes, eos prætermissos esse putarent. Cum sint in ecclesia comprehensi Achaiæ, cuius est metropolis Corinthus. k ¶ *Gratia uobis & pax à deo patre, etc.*] Hæc est solita salutatio. Hic gratias agit deo gaudens se ideo consolari ut ipse alios consoletur. l ¶ *Benedictus deus pater domini nostri Iesu pater, etc.*] Quia ex ipso est omnis misericordia. m ¶ *Et deus totius consolationis, qui cõsolatur nos.*] Id est perfectæ consolationis, quia non est minus tribulatione solatium. n ¶ *In omni tribulatione nostra.*] Id est, non in aliquibus, sed in omnibus. o ¶ *Vt possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt: per exhortationem qua exhortamur & ipsi à deo.*] Id est propterea liberamur, ut & nos alios consolari & de tristitia liberare possimus. Aut ita formam dat nobis alios consolandi, ut per exhortationem qua ipsi à deo consolamur agnoscamus quod deus timentium se neminem derelinquat, & multo magis in futuro remuneret, quos etiam in præsenti non deserit. p ¶ *Quoniam sicut abundant passiones Christi in uobis.*] Id est, pro nomine Christi. q ¶ *Ita & per Christum abundat cõsolatio nostra.*] Vt Petrus est de carcere liberatus, & Paulus missione domini & uoce confirmatus in templo. r ¶ *Siue autem tribulamur pro uestra exhortatione & salute.*] Quia uos ad salutem hortamur: uel ut uobis exemplum tolerantiæ præbeamus. s ¶ *Quæ operatur sufferentiam earundem passionum quas & nos patimur: ut spes nostra firma sit pro uobis.*] Id est ideo liberamur ut ipsa re confirmemini non pertimescere passiões, uel ut uos hortemur patienter ferre illa quæ ad præsentem consolationem pertinent & futuram. t ¶ *Scientes quoniam sicut socij passionum estis, simul & consolationũ eritis.*] Id est, hęc est spes nostra firma pro uobis. u ¶ *Non enim uolumus uos ignorare fratres de tribulatione nostra quæ facta est in Asia.*] Narrat suas passiones, ut illi se ad illa rum comparationem parua pati cognoscant, maxime cum illi talia patiantur, qui uice Christi fuerant destinati. Sicut si quis discipulus doleat super iniuria sua, cum audierit magistrum maiora perpessum, consolatione accepta dolere desinit. x ¶ *Quoniam supra modum grauati sumus.*] Supra uirtutem grauati pondere passionum. y ¶ *Ita ut tæderet nos uiuere, etc.*] Ita ut mori omni desiderio cuperemus. z ¶ *Sed ipsi in nobis responsum mortis habuimus: ut non simus fidentes in nobis, etc.*] Hoc est in nostra prudentia uel cautela. a ¶ *Sed in deo qui suscitauit mortuos, etc.*] Ipsa mors docuit nos, omne humanum auxilium defecisse, & ab illo solo sperandum esse remedium; cui etiam possibile est mortuos suscitare.

SECVNDA EPISTOLA AD CORINTHIOS.

Paulus apõstolus Iesu Christi, per uoluntatem dei, & Timothẽus frater ecclesiæ dei quæ est Corinthi, cũ omnibus sanctis qui sunt in uniuersa Achaia. Grãtia uobis et pax à deo patre nostro & dño Iesu Christo. Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi pater misericordiarũ, & deus totius consolãtionis, qui cõsolatur nos in omni tribulatiõne nostra, ut possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationem qua exhortamur & ipsi à deo. Quoniãm sicut abundant passiones Christi in nobis: ità & per Christũ abundat cõsolatio nostra. Siuẽ aũt tribulamur pro uestra exhortatione & salute: siue cõsolamur pro uestra cõsolatione: siue exhortamur pro uestra exhortatione & salute, quę operatur tolerantiã earundẽ passionũ quas & nos patimur: ut spes nostra firma sit pro uobis. Sciẽtes qm̃ sicut socij passionũ estis: sic eritis & consolationis: nõ ẽnim uolumus ignorare uos fratres de tribulatione nostra quę facta est in Asia: qm̃ supr̃ modũ grauati sumus supra uirtutẽ: ità ut tæderet nos etiã uiuere. Sẽd ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus: ut nõ simus fidẽtes in nobis: sẽd in deo

Universidad de Sevilla Biblioteca

A a ¶ *Qui de tantis periculis eripuit nos & eruit adhuc in quem speramus, quoniam liberabit nos.*] Scit se adhuc multa passurum qui sperat se liberandum. b ¶ *Adiuuantibus uobis.*] Nisi laborans non dicitur ab alio iuuari. c ¶ *Per orationem pro nobis.*] Multum ualet oratio totius ecclesiæ quæ Petrum de carcere liberauit. d ¶ *Vt ex multorum personis faciem eius quæ in nobis est donationis per multos gratiæ agantur deo pro nobis.*] Id est ut ex multorum conuentu pro eo quod uobis donamur, domino gratiæ referantur: uel quia multis donati sumus, plures conuertentes, per nos gratiã agunt. e ¶ *Nã gloria nostra hæc est.*] Ideo in ipsis passionibus gloriamur quoniam conscientia nos minime reprehendit, eo quod gloriæ uel lucri causa docere uideamur. f ¶ *Testimonium conscientiæ nostræ.*] Id est beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. g ¶ *Quod in simplicitate & synceritate dei non est.*] Quomodo
B deus simplex est & syncerus. h ¶ *Non in sapientia carnali sed in gratia dei conuersati sumus in mundo.*] Hoc non subdole uel astute docentes, ut sapientia carnalis quæ mercede distrahitur sed gratis, sicut à deo accepimus, uel dei solius causa docemus. i ¶ *Abundantius autem ad uos.*] A quibus nec uictum qui nobis iure debetur accepimus. k ¶ *Non enim alia scribimus uobis.*] Non confundor, quia uos nostis certum esse quod dico. l ¶ *Quam quæ legistis & cognouistis.*] Id est, quæ legistis in epistola, cognouistis in conscientia. m ¶ *Spero autem quod usq; in finem cognoscetis.*] Id est, certus sum meum propositũ non mutari. n ¶ *Sicut & cognouistis ex parte nos.*] Quia nondum finis est, cum autem uenerit ex integro cognoscetis. o ¶ *Quia gloria uestra nos sumus sicut & uos nostra.*] Sic gloriantur discipuli de bono doctore, quomodo & magister in bonis discipulis gloriatur. p ¶ *In die domini nostri Iesu Christi.*] Quando & ueri magistri & boni discipuli probabuntur. q ¶ *Et hac confidentia,* etc.] Id est, quod nihil aliud uestrum quæsiui quàm salutem. r ¶ *Vt secundam gratiam haberetis,* etc.] Quia primam in primo habuistis aduentu: uel ut grattiam secundam præsentiæ meæ post literas haberetis. s ¶ *Cum ergo hoc uoluissem,* etc.] Quia promissum non impleuerat, ne leuitatis accusaretur se excusat. t ¶ *Aut quæ cogito secundum carnem cogito.*] Id est, secundum carnalem uoluntatem. carnale enim est aliquem nulla maiore causa existente non facere quæ promisit. u ¶ *Vt sit apud me est & non.*] Ideo non cogito secundum carnem ut non mendax uel duplex inueniar. x ¶ *Fidelis autem deus.*] Ita & nos per quos ipse loquitur, dum eum imitamur non sumus infideles. y ¶ *Quia sermo noster qui fuit apud uos* etc.] Nulla in eo ambiguitas, nec nos uobis sumus aliquando mentiti. z ¶ *Dei enim filius iesus,* etc.] Quare cum promisisset ire se ad centurionis puerum non perrexit? Sed affuit spiritualis gratia qui non affuit præsentia corporali. Sed est in illo fuit id est immutabilis ueritas, ut ad Moysen dicit. Qui est misit me. Exod. 3.d
Ille enim uere est, qui semper idem est. a ¶ *Quotquot enim promissiones dei sunt,* etc.] Omnis ueritas promissionis in Christo est: quæ per nos ad dei gloriam prædicatur. b ¶ *Qui autem confirmat nos uobiscũ in Christo.*] Gratia & doctrina. Et quia dixerat per nos, modo ostendit deum totum facere, qui in eis ista omnia operatus est. c ¶ *Et qui unxit nos deus.*] Spiritu sancto uel chrismate. d ¶ *Et qui signauit nos.*] Illud significatur, quod aliquid intrinsecus cõtinet pretiosum. e ¶ *Et dedit pignus spiritus,* etc.] Id est pro arra, spiritus gratiam: omnis autem arra pro magnitudine pretij dari solet. Quantum ergo precium est, cuius tanta est arra? f ¶ *Ego autem testem inuoco.*] Reddit causam non impleti promissi, hoc non suæ leuitati, sed illorum infirmitati asserit deputandum. g ¶ *In animam meam.*] Cuius secreta solus agnoscit. h ¶ *Quod parcens uobis,* etc.] Ne in uobis acrius uindicarem. i ¶ *Non quia dominamur fidei uestræ,* etc.] Noti quod ideo crediderit is ut uobis dominemur, sicut in lege sacerdotes, & ideo uos terremus, sed omnia ad uestram facimus emendationem, ut hic in conscientia & in perpetuo gaudeatis, ne ipsa libertate usi fueritis in peius. k ¶ *Nã fide statis.*] Fide non lege, id est credendo Christo stare cœpistis.

Cap. II

S Tatui aũtem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia uenirem ad uos. Si enim ego contristo uos, & quis

CAPVT II

S *Tatui autem hoc ipsum apud me,* etc.] Cogitaui uel disposui, ne in tristitia secundo uenirẽ. Qui cum primum credidistis, apud uos in gaudio fui. m ¶ *Sietiam* etc.] Propterea id facio ut possim gaudere de uobis.

¶ *Nisi*

A a ¶ *Nisi qui contristatur ex me.*] Qui enim contristatur, intelligit se peccasse: sicut æger qui dolorem sentit, potest percipere sanitatem, & ad medici læticiam pertinere. b ¶ *Et hoc ipsum scripsi uobis.*] Modo enim ideo scribo uel ante scripsi, ut literis emendati, præsentem me gaudere faciatis. c ¶ *Vt non cũ uenero tristitiam super tristitiam habeam.*] Tristitiam habeo quia peccastis: quæ magis augebitur, si uos nõ per fecte uidero emẽdasse. d ¶ *De quibus oportuerat me gaudere.*] De quibus semper gaudere debueram, uel de emendatione gratulari. e ¶ *Confidens in omnibus uobis: etc.*] Id est, confido uos intelligere, quia tunc sit uerum gaudium uestrũ si ego gaudeam. Siue confido quod me taliter diligatis, ut meum gaudium uestrũ esse dicatis. f ¶ *Scripsi uobis per multas lachrymas.*] Primam epistolam qua uos corripui, & hinc intelligendum quàm fuerit de salute omnium sollicitus. g ¶ *Non ut cõ*
B *tristemini: etc.*] Non ideo commemoro ut iterum cõtristemini: sed ut sciatis me omnia in charitate fecisse. h ¶ *Abundantius in uobis.*] Ex maiori sollicitudine, abundantiorẽ cognoscite charitatẽ. i ¶ *Si quis autem contristauit.*] Quia per illius peccatum uos etiam correpti, amplius profecistis. Siue qui me emendauit, non me penitus contristauit. k ¶ *Sed ex parte.*] Id est, ex ea solum parte qua nocuit sibi, dum illi necesse est pœnitere. l ¶ *Vt non onerem omnes uos.*] Ideo scribo eum recipi, ut non oneremini si per uestram duritiam desperauerit de salute. m ¶ *Sufficit illi qui,* etc.] Ideo scribo eum recipi, ut non oneremini si per uestram duritiam desperauerit de salute. m ¶ *Sufficit illi qui,* etc.] Id est, sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: ita ut ecõtrario magis donetis & consolẽmini, nẽ forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est. Propter quõd obsecro uos, ut confirmetis in illum charitatem. Ideõ enim & scripsi uobis ut cognoscam experimentum uestrum an in omnibus obedientes sitis. Cũi autem aliquid donatis, & ego. Nam & ego quod donaui: si quid donaui propter uos in personã Christi, ut nõn circunueniamur à satana. Non enim ignoramus cogitationes eius. Cum uenissem ãutem Troadem propter euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino, non habui requiem spiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrem meum. Sed uãle faciens eis, profectus sum in Macẽdoniã. Deo autẽm gratias qui semper triumphat nos in Christo Iesu: & õdorem noticiæ suę manifestat per nos in omni loco: quia Christi bõ nus odor sumus deo in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Alijs quidẽ odor mortis in mortẽ, alijs autẽ odor uitæ in uitam. Et ãd hæc quis tam idoneus? Nõn enim sumus sicut plurimi adulterantes uerbum dei: sed ex syn ceritate sicut ex dẽo coràm deo in Christo loquimur.

Incipimus

ita & dono uobiscum. t ¶ *Nam & ego quod donaui.*] Nõ in mea persona, sed in Christi qui dixit: Quæcunq; solueritis in terra, erunt & in cœlo soluta. u ¶ *Si quid donaui propter uos.*] Ne uos grauemini uel contristemini. x ¶ *In persona Christi.*] Quia uice fungimur Christi. y ¶ *Vt nõ circumueniamur,* etc.] Nec enim eius ignoramus uersutias. Idem similiter circunuenit per nimiam duritiam peccatores, ut pereant desperando: quomodo nimia remissione minime corrigendo. Vnde Salomon ait: Non declines in dexteram neq; sinistram. Quamuis ergo tota epistola cõtra Nouatum sit, tamen hic euidentissime ostenditur à diabolo circũuentos pœnitentiam denegare: cuius ista uersutia est: ut sub specie iustitiæ fallat incautos. z ¶ *Cum uenissem aũt Troadem,* etc.] Modo illis uult probare, quanto amplius eos diligat: quorum causa tãtum sollicitus est ut cum essent illi omnia prosperata, nullam requiẽ habuerit, quia Titum quem ad eos uidendos miserat, nõ inuenit, timens iam, ne minime eos correxisset, quia nondum ei quicquam renunciauerat Titus. a ¶ *Sed uale faciens,* etc.] Citõ inde egressus sum: quamuis occasionẽ habuerim prædicandi. b ¶ *In Macedoniam.*] Per quam à uobis Titus erat uticq; rediturus. Vicinior est enim Macedonia Achaiæ cũ Troade: deindeque cum ibi esset, dicit Titum postea aduenisse. c ¶ *Deo autem,* etc.] Triumphare facit nos per Christũ, uel in nobis ipse triumphat. d ¶ *Et odorem,* etc.] Odor noticiæ dei, per doctrinam manifestat & signa. Odor autẽ ideo dicitur, quia sentitur potius cũ uidetur, & quia primo credentes, aliquid tanc̃ per modicũ odorem sentire ualebant. e ¶ *Quia Christi,* etc.] Quidã ita dicunt, noster labor deo semper est gratus, quia omnib. prædicamus seu uelint credere seu nolint: sed hic proprie de illis dicit̃, qui uel sanabant̃ per ipsos, uel in quibus uindicta fiebat. Bonus ergo odor in utrisq; quia iustus. f ¶ *Et ad hæc,* etc.] Ad hæc facienda quis potest tam idoneus esse cũ nos qui ad hoc sumus electi? g ¶ *Non enim* etc.] Pseudoapostolos tãgit humanum sensum diuinæ prædicatiõi miscẽtes. Vnde Esa. ait: Cauponestui miscẽt uino aquã, id est, meræ doctrinæ adulatiõis mollia uerba, quib. homines nõ tã inebriati ferueãt cũ delectati tabescãt. h ¶ *Sed,* etc.] Ex deo processit doctrina quam scimus ipso præsente in persona dicere Christi, id est, sicut

Ezech. 18.f & 33.c

Esa. 1.f

A ipse prædicauit. CAP. III

Incipimus iterum nosmetipsos commendare.] Non ut commendemus nos uobis ista dicendo, laudare nos uolumus: sed hæc ne ab alijs seducamini cogimur commemorare. *b* ¶ *Aut nunquid egemus sicut quidã, etc.*] Quos non commendat gratia uirtutum, illos digne commendant epistolæ amicorum. *c* ¶ *Epistola nostra uos estis.*] Per uestram fidem omnibus commendamur, sicut alibi dicit: Signaculum apostolatus mei uos estis. *d* ¶ *Scripta in cordibus, etc.*] In conscientijs nostris, & uos nobis prædicantib. credidisse, uel in corde nostro est prædicatio per quam epistola nostra estis facti, quæ cognoscitur & quæ legitur ab omnibus hominibus & manifestatur. *e* ¶ *Quoniam epistola estis, etc.*] Omnibus manifestum est, Christo uos per nostram credidisse doctrinam, confirmante uirtutẽ spiritu sancto. Siue uere hinc cognoscimini Christi esse, quod eius spiritum accepistis. *f* ¶ *Ministrata à nobis.*] Hoc est spiritu sancto præparata. *g* ¶ *Et scripta: non atramento: sed, etc.*] Hic differentiam inducit legis & gratiæ. Iudæi in dura materia legem acceperunt, significante duritiam mentis eorum, sicut & uelamen faciei Moysi, cordis eorum uelamen ignorantiæ portendebat. Nos uero quamuis legem Christi scriptam in euangelijs habeamus: tamen in primis non quasi absentes tabulis scriptis, sed præsentes per auditum domini uerba corde suscepimus. Euangelia uero post modum scripta sunt, ad memoriam posterorum. Si ergo inexcusabiles sunt qui legem in lapidibus acceperunt: quanto magis nos qui uerba Christi suscepimus si peccemus: Heb.2.b ut ad Hebræos scribitur? Si enim illi non effugerunt super terram loquente illis, & reliqua. *h* ¶ *Fiduciam autẽ talem, etc.*] Quia nouimus uos per nos credidisse: uel quod nos non humana epistola sed gratia diuina commendat. *i* ¶ *Non quod, etc.*] Vult ostendere se nihil sua prudentia facere uel uirtute, quia pauci homines rustici, nunquam sine dei gratia totum mũdum saluare potuissent. *k* ¶ *Sed sufficientia, etc.*] Ideo hoc præmisit, quia dicturus erat tanto maius se quàm Moysen mysterium suscepisse: quanto maius est nouum testamentum lege, ut eos à falsis apostolis sibi detrahentibus reuocaret. *l* ¶ *Qui & idoneos nos, etc.*] Dum ad hoc idonei adimplẽdum non essemus. *m* ¶ *Non literæ, etc.*] Non literæ legis sed spiritui gratiæ ministrantes. *n* ¶ *Litera enim, etc.*] Quomodo alibi dicit legem esse spiritualem spiritualibus. Rom.7.c Cæterum peccatores occidit. gratia autem uiuificat impium conuertentem. Quidam dicunt quod historicus intellectus occidat: nescientes quod nec ubiq; historia, neq; ubiq; possit allegoria seruari: nam sicut quædam in figura dicta sunt, ita si præcepta uelis allegorice intelligere, omnem uirtutem eorum euacuans, omnibus aperuisti uiam delinquendi. Sed ille uerus spiritualis intellectus est qui non uerisimilibus coloribus pulchrum mendaciũ pingit, sed uirtute rerum ipsam rem exprimit ueritatis. *o* ¶ *Quod si ministratio, etc.*] Quæ mortificat peccatores: cæterum ipse eam sanctam & iustam & bonam alibi dicit. *p* ¶ *Ita ut non possent, etc.*] Id est contra Manichæos. Nunquam enim Apostolus posset contrario comparare, id est, maiorem ministrorum noui testamẽti quàm Moysi gloriam dicere, si inter eos non uideretur esse commu-nio. *q* ¶ *Propter gloriam uultus eius quæ euacuatur.*] Gloria legis per gloriam euangelij euacuatur: sed ita euacuatur ut proficiat: sicut infantem ipse dicit euacuari in uiri perfecti ætatem. Semen quoq; euacuatur in fructum, melior fructus semine, sed sine eo esse non potest. Fructus non perit, sed multiplicabitur semen in fructu & ita euacuatur sicut prophetia & scientia destruentur. *r* ¶ *Quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria.*] In gloria nostra quæ ut perfecta nõ potest euacuari. *s* ¶ *Nam si ministratio damnationis in gloria est.*] Exposuit quod superius dixerat: literam occidere, ministrationem esse mortis iam damnando peccantes. *t* ¶ *Multo magis abundat, etc.*] Quod ministrat iustitiam admittendo peccata. *u* ¶ *Nam nec glorificatum est, etc.*] In comparatione gloriæ euangelicæ obumbratur gloria legis: ut orto sole lumen obtunditur lunæ cum tamen suo tempore magnum habeat fulgorem: hoc ostendit etiam dominus cum ascendens montem solus, splendore solis uisus est radiasse: cum tamen Moyses & Helias uisi in gloria, referantur, & ideo nox desuper patris ipsum solum præcepit audiri. *x* ¶ *Si enim quod euacuatur per gloriam est, etc.*] Si euacuandum per gloriam datum est testamentum, quanto magis erit quod permanet gloriosum? *y* ¶ *Habentes igitur talem spem.*] Talem spem gloriæ, quia spe salui facti sumus. *z* ¶ *Multa fiducia utimur.*] In deo qui fecit nos idoneos. *a* ¶ *Et non sicut Moyses ponebat uelamen super faciem suam.*] Non ita facimus, quia iam omnes Christiani uident gloriam domini sancto spiritu reuelante. *b* ¶ *Vt non intenderent filij Israel, etc.*] Vsq; in finem eius: id est, usq; in finem uitæ eius: ita & lex non intelligitur usq; dum in finem eius, id est, dum Christo credatur. *c* ¶ *Quod euacuatur.*] Velamen nunc euacuatur in Christo. *d* ¶ *Sed obtusi sunt sensus eorum, usq; in hodiernum diem.*] Nisi enim crediderint, intelligere secundum prophetam omnino non possunt.

¶ *Idipsum*

A *a* ¶ *Idipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet non reuelatum.*] Cuius figuram ille gestabat in facie. *b* ¶ *Quod in Christo euacuatur.*] Qui finis est legis. *c* ¶ *Sed usq; in hodiernum diem cum legitur Moyses, uelamen, etc.*] Ignorantiæ, super cor eorum quibus legitur Moyses: id est Iudæorum. *d* ¶ *Cum autem conuersus fuerit, etc.*] Cum conuersus fuerit Iudæus sicut Moyses conuertebatur ad dominum audiendum. *e* ¶ *Dominus autem spiritus est.*] Nihil in illo obscurum uel uelatum. *f* ¶ *Vbi autem spiritus domini, ibi libertas.*] Liber est spiritus, & idcirco nõ potest uelamen accipere, cum magis ipse omnia reuelet, quia qui spiritum dei habet, omnia illi nuda sunt & aperta, quia spiritus omnia scrutatur. *g* ¶ *Nos uero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes.*] Euidenter & clare domini gloriam contemplamur. *h* ¶ *In eandem imaginem transformamur.*] Quam dominus ostendit in monte, B sicut alibi dicit: Qui transfigurauit corpus humilitatis nostræ, cõforme corpori claritatis suæ: Sic ue transformamur quotidie & nitimur transformari. *i* ¶ *A gloria in gloriam tanquam à domini spiritu.*] Id est, ab hac gloria in futuram proficimus, spiritu domini operãte.

Cap. IIII

Ideo habentes hanc administrationẽ.] Quia per nos, idonei tã to officio non eramus. *l* ¶ *Non deficimus.*] In omnibus tribulationibus nostris. *m* ¶ *Sed abdic. etc.*] Id est occulta uitiorum. Dedecus est enim delinquere Christianum. *n* ¶ *Non, etc.*] Non turpis lucri gratia prædicãtes. *o* ¶ *Neq; adulterantes, etc.*] Per adulationem excusando peccata, ut aliqui causa lætificandi cor hominis uerbo dei sermonem uilem admiscerit, & per terrã repunt. *p* ¶ *Sed, etc.*] Sed ita manifestum est apud homines uerum esse quod dicimus, ut eorum conscientia testimonium perhibeat nobis, qui resistant. *q* ¶ *Corã deo.*] Non hominibus, id est, non propter ipsos eis nos cõmendamus. *r* ¶ *Quod si etiam, etc.*] Quasi aliquis illi obiecisset, quod hanc non omnes intelligant ueritatem, sed non credentes, inquit, uel subdoli non fideles, etiam plurimi Iudæorũ ignorabant. *s* ¶ *In quibus deus huius seculi, etc.*] Deus seculi potest ita accipi quomodo princeps mũdi, qa ipse sibi in infidelibus uẽdicat principatum: sed propter calumniã hæreticorum ita intelligendum est, ut dicamus deum mentes infideliũ huius seculi merito infidelitatis excæcasse, sicut ait saluator: In iudicium ueni in hunc mundum, ut qui non uident uideant, & qui uident cæci fiãt. Et ipse Apostolus alibi ait: Ioan.9.g Quia non crediderunt ueritati, sed cõsenserũt iniquita- 2.Cor.2.6 ti: misit illis deus spiritum erroris: hoc est dari permittit, qa credere noluerũt: quasi si medicus inobediẽtem ægrum deserat, ipse ægritudinẽ dicit prolõgasse, cũ tota illius culpa sit, quia audire cõtempsit. Tamẽ si rursus roget & obtẽperet, potest recipere sanitatem. *t* ¶ *Qui est imago.*] Imago expressa substantiæ dei, sicut scriptum est ad Hebræos. *u* ¶ *Non enim, etc.*] Qui cẽ cõmoda propria quærit, nõ Christum, sed semetipsum prædicat sicut qui suo uẽtri seruiunt. *x* ¶ *Nos, etc.*] Quia uestræ utilitati omnia procuramus exẽplo Christi, q formã serui accepit, non gloriæ, nec auaritiæ causa docemus. *y* ¶ *Quoniam, etc.*] Hoc contra omnes inimicos ueteris testamenti, quia à patre Christi est datum. *z* ¶ *Ipse illuxit, etc.*] Illuxit primus in cordibus nostris per Iesum Christum, ut nos alios illuminare possimus. *a* ¶ *In, etc.*] Quę claritas est in facie Christi maior q̃ Moysi: uel in persona Christi nos homines scientia illuminamus. *b* ¶ *Habemus autẽ.*] Hic incipit pseudoapostoli derrahebãt. *c* ¶ *Thesaurũ, etc.*] Thesaurum grãtiæ spiritualis in fragili corpore baiulamus, in quo etiã cũ alios sanemus, ipsi aliquotiẽs infirmamur, ut quod facimus nõ nostræ uirtutis, sed dei esse noscat. *d* ¶ *In omnibus.*] Persecutionẽ quidẽ patimur, sed per sõlatiũ futuræ spei, nõ angustiamur, sed amplius delectamur. *e* ¶ *Aporiamur, etc.*] Et cæde & opprobrijs, sed diu no nõ desolamur auxilio. *f* ¶ *Deijcimur, etc.*] Vsq; ad desperationem uitæ uenimus, sed nõ morimur: sed & si morimur, nõ perimus. *g* ¶ *Semper, etc.*] Per tribulatiõnẽ sicut alibi ait: Quotidie morimur p uestrã gloriã: et- 1.Cor.15.d go si cõmorimur inquit, & conuiuemus. Illi aũt qui nolũt cõmori, nec cõuiuent. *b* ¶ *Semper, etc.*] Quãdiu sumus in corpore. *i* ¶ *Propter Iesum, etc.*] Non propter opera mala, sed propter corpus eius, id est, ecclesiã patimur, quod passus est ille pro nobis, ut uita eius, hoc est æterna manifestet in carne nostra mortali, ut possit

Universidad de Sevilla Biblioteca

A fieri immortalis. Nondum enim apparuit in nobis qd
1.Ioan.3.a erimus. a ¶ *Ergo mors, etc.*] Nũquid in nobis semper
erit mors, & in uobis uita & futura & præsens: b ¶ *Ha-*
bentes autem, etc.] Increpat eos qui falsis apostolis credi-
derunt: ideirco Paulum passionibus subiacere, quia fi-
dei minoris sit. Si er-
go per fidem tribula-
ri non possit, econtra-
rio ostẽdit se propter
fidem talia sustinere:
illos uero causas odij
non habere per adu-
lationẽ atq; dissidiũ.
Vnde ad Galatas ait:
Gal.6.c Qui uolunt in carne
placere tantũ, ut cru-
cis Christi persecutio-
nem minime patian-
tur. c ¶ *Credidi pro-*
pter, etc.] Hoc testimo
nio credere se ꝓbat.
Si enim ille ideo quia
credidit loquebatur:
nemo enim sanæ mẽ-
tis alteri affirmat qđ
ipse non credit: ergo
& nos qui loquimur,
inquit, credimus: qui
etiam propterea tri-
bulamur. d ¶ *Scien-*
tes quoniam.] Firmiter
tenentes hanc fidem,
à qua nec morte diuel-
limur. e ¶ *Et nos cum*
B *Iesu, etc.*] Sicut illũ su-
scitauit, & nos, si pro
eo morimur. f ¶ *O-*
mnia propter uos.] Om
nia ideo patimur, qa
fideliter uestram salu
tẽ quærimus & opta-
mus. g ¶ *Vt gratia*
abundans, etc.] Hũc sen
sum habet, ut permul
titudinem credentiũ
propter gratiam abũ
dantem, & gratiarũ
actio abundet in glo-
ria dei. h ¶ *Propter quod non.*] Propter uos & propter
gloriam dei in omnibus tribulatiõibus & opprobrijs
non cessamus. i ¶ *Sed licet is, etc.*] Licet corpus passio
num iniurijs corrumpatur, anima tamen spe futurorũ
quotidie cõfirmatur ad omnia sustinenda. k ¶ *Nam*
id quod, etc.] Præsens tribulatio quantolibet tẽpore per
seuerans, ad cõparationem immensæ gloriæ æternæ
Rom.8 breuis & facilis est, sicut ad Romanos ait: Existimo e-
nim quod non sunt condignæ passiones huius tempo
ris ad futuram gloriam. l ¶ *Supra modum in sublimitate.*]
Quia nulla cõparatio potest esse. m ¶ *Aeternum glo-*
riæ pondus, etc.] Quia illud leue dixerat, ideo posuit hic
pondus, seruans metaphoram statheræ: uel quod tri-
bulationum pondus quæ supra modum sunt in præ-
senti, sublimitatem gloriæ æternæ perficiant. n ¶ *Non*
contemplantibus nobis, etc.] De uisibilibus nec bonis mo-
uemur, nec malis, quia utraq; finiuntur.

Caput V.

Scimus enim quoniam sit terrestris domus nostra, etc.] Quasi
aliquis ei dixisset, quando istud erit cum sciam me
esse mortalẽ: ideo resurrectionẽ gloriæ induxit. Do
mus nostra, inqt, terrenũ corpus, in quo in hoc seculo C
adhuc corporaliter habitamus: si ante aduentũ domi-
ni uel passionibus uel cõditione naturæ fuerit dissolu-
tũ, cœlestem incorruptionẽ ex deo corpore reuiuiscen-
te sumemus. p ¶ *Domum, etc.*] Quia animale corpus
quod ei quodammo
do manu dicitur esse
plasmatũ, hoc ipsum
spirituale fiet, per spi-
ritum. q ¶ *Nam &*
in hoc ingemiscimus.]
Gemitus hic pro la-
bore accipit, quia cũ
gemitu laboratur, si-
cut & partus pro la-
bore ponit. Ad hocer
go laboramus, ut illa
supindui mereamur.
r ¶ *Si tamen uestiti.*] A
fide uel opere pieta-
tis. s ¶ *Nam & qui su-*
mus, etc.] Nam qui ui
ui inueniẽtur, hoc la-
borabunt, ut non ex
polientur ab igne cũ
peccatoribus, cũ om
nia cœperint elemen
ta cõsumi: sed ut cum
iustis immortalitate
superindui mereanť.
t ¶ *Vt absorbeatur.*]
Quod absorbeť non
apparet cum sit, sicut
ferrũ si mittať in ignẽ
manẽte eius materia,
totũ fit ignis: nam & D
splendorem & calorẽ
ipsius ignis assumit.
u ¶ *Qui autem efficit.*]
Deum hoc dicit face
re, ne cui impossibile
uideretur. x ¶ *Qui*
dedit nobis pignus spiri-
tus.] Qui nobis de-
dit pignus spiritus, ut
sciamus quia templũ
sui spiritus perire nõ
patitur. y ¶ *Auden-*
tes, etc.] Ideo hoc audemus petere, quia quãdiu in cor-
pore sumus in hac uita, incertis iactamur euentibus, fi
nem nostri exitus nescientes. Cum autem excesserimus
è corpore, tũc scimus nos domino propinquare, quo
niam aduersis & incertis sumus seculi molestijs libera
ti. z ¶ *Quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à do-*
mino, etc.] Peregrinamur, quia adhuc non sumus in hæ
reditate paterna. Vt peregrini ergo nõ debemus de hu
ius seculi rebus magnopere curare, sed necessarijs con
tenti, desiderium omne & studium perueniendi ad pa
triam habeamus, quia fide adhuc speramus, & nondũ
specie possidemus. Audemus autem & consentimus, &
prorsus hoc audenter legimus, sicut alibi ait: Dissolui
& cum Christo esse multo magis melius. a ¶ *Magis* Philip.1.c
per. etc.] Bene ait, peregrinari à corpore, quia ad id su-
mus iterum regressuri. b ¶ *Et, etc.*] Quanquam crea
tori suo nulla creatura sit absens: sed nos quodammo-
do tunc illi magis præsentes erimus, ut etiam perfecti,
quum à carnis fuerimus fragilitate seiuncti. Siue quod
secundum nos deo præsentes erimus, quia secundum
illum absentes esse nunquam possumus.

¶ *Et*

A a ¶ *Et ideo contendimus siue absentes, siue præsentes placere illi.*]
Iã modo tales esse actu conamur, quales futuri sumus
in regno, natura incorruptibili sine dubio & perfecti.
Hoc dicit: quandiu in mũdo positi peregrinamur à do
mino, conuersatione bona id agamus, ut ei in futuro
placere possimus, nõ
ut quidam putant,
quia postea q̃ exceſſe
rimus è corpore, ibi
aliquid operãtes deũ
promereamur. b
¶ *Omnes enim nos mani-*
festari oportet ante tribu-
nal Christi.] Pro mag
nitudine potentiæ se
dẽtis, magnitudo tri
bunalis, & terror iu
dicij æstimanda sunt.
c ¶ *Vt referat unusquisq;*
propria corporis prout
gessit, siue bonum siue ma-
lum.] Quia de resurre
ctionis tempore fece
rat mentionem: uult
ostendere animã om
nia per corpus opera
tam, siue bonum, si-
ue malum. Venite ad
Matt.25.c me benedicti. Et: Di-
scedite à me maledi-
cti. d ¶ *Scientes ergo*
timorem domini homini-
bus suademus.] Scientes
quantus metus sit di
B uini iudicij, homini-
bus suademus ut ca-
ueant: deõ autem ma
nifesti sumus, si non
& nos formidamus.
e ¶ *Spero autem & in cõ-*
scientijs uestris manifestos nos esse.] Quãuis male uobis sug
gestum sit de nobis: puto tamen quod non recipiat cõ
scientia uestra de nobis aliud suspicari quàm nouit: nec
possit alijs magis fidem accommodate quàm sibi. f
¶ *Non iterum commendamus, etc.*] Quia superius dixerat:
incipimus nosmetipsos commendare. g ¶ *Sed occasio*
nem damus uobis gloriandi, etc.] Contra pseudoapostolos,
qui primum per detractionem odium eis uolebant in
ferre, ut eis fides facilius haberetur. h ¶ *Vt habeatis*
ad eos qui in facie gloriantur, & non corde.] Vt habeatis ad
eos qui in carnalibus, & inuisibilibus, & non in con-
scientijs gloriantur. Quid respondere potestis contra
ea quæ de nostra obtrectatione confingunt, ut etiam
sui cordis testimonio reuincantur. i ¶ *Siue enim men-*
te excedimus deo.] Si, inquit, sensu proprio, recta peruer
timus in uitia, ipsi à deo excidimus, atq; alienamur ab
eo. Si autẽ integre sentimus & sobrij, uobis sufficit no-
stra prædicatio. Dicebant enim de illis, si eorũ esset me
moria coram deo, nũquam talia paterentur. Quidam
aliter dicunt: Siue in ecstasi sumus, deo: siue nostro sen
su loquimur, uobis. k ¶ *Siue sobrij sumus, uobis.*] Siue
abstinentes propter uos. l ¶ *Charitas enim Christi urget*
nos.] Necesse est nobis uel aliquatenus uicem eius repẽ
dere charitati: id est, ut pro eius corpore patiamur, qui
mori pro nobis morte dignatus est. m ¶ *Aestimantes*
hoc quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui
sunt, & pro omnibus, etc.] Solus inuentus est, qui ut imma
culata hostia pro omnibus qui erant in peccatis mor-
tui offerretur. n ¶ *Vt & qui uiuunt, iam non sibi uiuant.*] Et
debemus uitam nostram, qui illã in omnibus sua mor C
te seruauit. Si quis ergo suam potius quàm dei uolun-
tatem facit, sibi uiuit, non illi. Vnde ipse dominus ait: Si
quis uult post me uenire, abneget semetipsum sibi, &c. Matt.16.d
o ¶ *Sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.*] Propter ea
lumniã, semper mor
tis resurrectionem ad
iungit. De abolitione
ueterũ, & renouatio-
ne creaturæ, & recon
ciliatione nostra ad
deum per dominum
nostrum Iesum Chri
stum. p ¶ *Itaq; nos*
ex hoc neminem nouimus
secundum carnem.] Id
est carnaliter circun-
cisum, & carnales ce-
remonias seruãtem,
& nullius ueterũ imi
tamur exemplum. q
¶ *Et si cognouimus secun-*
dum carnem.] Cogno-
uimus, inquit, secun
dum carnẽ Christũ,
quando maledictum
factus, patibulũ cru-
cis pro nostra salute
susceperit. Nunc autem
nõ ita cognoscimus,
nõ enim est iam pas-
surus pro nobis, qui
semel pro omnibus
& mortuus est & re-
surrexit. Aliter: Etsi D
cognouimus Chri-
stum, cum adhuc esse
mus secundum car-
nẽ, sed nunc iam non
nouimus. Quia eis ex-
xempla ueterum proponebat: ait Christum carnaliter
circunciſum cum Iudæis omnia celebrasse. Sed nũc iã
ista nõ nouimus, quia post resurrectionẽ eius nouũ est
testamentũ. Aliter: Qui infirmi sunt, carnaliter credunt
Christo: perfecti uero intelligũt iam post resurrectionẽ
nihil imbecillitatis in eo esse carnalis. r ¶ *Si qua ergo in*
Christo, etc.] Si quis credit in Christo, noua est creatura: ꝓ
intelligẽs uetera, suo tẽpore fuisse disiuncta, & amodo
nouo more uiuendũ. s ¶ *Omnia, etc.*] Quia etiam præ
cepta innouata sunt, tamen & noua & uetera ab uno
deo pro diuersitate temporum sunt dispensata. t ¶ *Qui*
nos, etc.] Quia peccãdo fueramus ab eo auersi. u ¶ *Per*
Christum.] Per Christi doctrinam, pariter & exemplũ.
x ¶ *Et dedit, etc.*] Vt & nos alios reconciliare possimus.
y ¶ *Quoniam quidem deus erat in Christo, etc.*] Tribus modis
inesse deum legimus: Secundum infinitatẽ omni crea-
turæ: sicut ipse dicit per prophetam: Nonne cœlum &
terram ego impleo? Secundum sanctificationem & pe
cũlarem inhabitationem in sanctis, iuxta illud: Et inha
bitabo in illis. Secundum plenitudinem diuinitatis in Leuit.26.b
Christo, dicente alibi Apostolo: Quia in ipso habitat Coloss.2.b
omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, mundũ re-
cõcilians sibi. z ¶ *Non reputans illis delicta ipsorum.*] Hoc
est, per solam fidem cognoscens. a ¶ *Et posuit in nobis*
uerbum recon. etc.] Vt pro Christo nos reconciliemus ho
mines deo, cuius Christi uice, legati sumus dei. b ¶ *Tã-*
quam deo exhortante per nos.] Id est non ex nobis loq̃mur,
sed ex deo. c ¶ *Obsecramus pro Christo, reconciliam. etc.*]
Quod dicit, hoc est: non inquit, nos pro Christo depre

camur

camur,sed propter id quod pro nobis passus est,ut credentes in ipsum,reconciliemini deo:hoc est, uice Christi. *a* ¶ *Eum qui non nouerat peccatum,etc.*] Secundum illud:Christus qui absq; peccato erat, pro nobis dicitur factus peccatum, quia pro peccatis nostris mortuus est: Pater pro nobis Christum, qui peccatum nesciebat, peccatum fecit, hoc est, sicut hostia pro peccato oblata, peccatū uocabatur in lege, ut in Leuitico scriptū est: *Leuit. 1 et 3.* Et imponet manū super caput peccati sui: ita & Christus ,p peccatis nostris oblatus, peccati nomen accepit. *b* ¶ *Vt nos efficeremur,etc.*] Nō nostra, nec nobis.

Cap. VI.

Diuuantes aūt.] Verbo uos adiuuantes. *d* ¶ *Ne inuacuum,etc.*] In uacuum gratiam dei recipit, qui in nouo testamento non nouus est, hoc est, nihil in illo ,pficit. *e* ¶ *Ait enim : Tempore accepto ex.etc.*] Acceptū tempus ad exaudiendū, B & ad salutem miserādum,in hac uita præsenti est,sicut ait saluator:Ambulate dū lucem habetis,ne uos tenebræ comprehendant. *f* ¶ *Ecce nunc tempus acceptabile.*] Sicut alibi:Dum tempus habemus,ait,operemur quod bonum est. Dies autem ideo dicitur hæc uita,quia ad operandum est apta:& cōcluditur nocte iudicij , quæ dies tenebræ erunt peccatoribus,non lux in qua iam nemo poterit operari. Aestati quoq; assimilatur hoc tempus,in cuius comparatiōe, formica dicitur hyemem sperare uenturam. *g* ¶ *Ecce nunc,etc.*] Modo solam possumus inuenire salutē, quia iuxta prophetæ testimonium,in inferno nemo confitebitur. *h* ¶ *Nemini dantes ullam offensionem, etc.*] Nemo à nostro offendatur exemplo,ne non tam nostrū uitium putetur esse cp̄ legis. *i* ¶ *Sed in omnibus.*] Nō in aliquātis. *k* ¶ *Exhibeamus nosmetipsos.*] Omnes autem huius causæ in nostra sunt potestate. *l* ¶ *Sicut dei ministros.*] Dei ministri,deum debent, prout possibile est imitari, ut ex actu cognoscamur dei esse cultores. Vnde alibi *1.Cor.6.d* ait:Portate deum in corpore uestro:sicut ille se ab omnibus patitur blasphemari,& tamen in præsenti uita ingratis etiam sua beneficia non denegat. *m* ¶ *In multa patientia,in tribulationibus.*] Omnis læsio, tribulatio est. *n* ¶ *In necessitatibus.*] Omne quod necesse est, feramus ut necesse est. *o* ¶ *In angustijs.*] Angustia, est omnis egentia. *p* ¶ *In plagis,in carceribus, in seditionibus , in laboribus.*] Manuum,uel discursuum. *q* ¶ *In uigilijs .*] Non minus mentis quàm corporis. *r* ¶ *In ieiunijs.*] Notandum ieiunia cum uirtutibus numerari. *s* ¶ *In castitate .*] Illa est uera castitas , quæ nec mente polluitur. *t* ¶ *In scientia.*] Notandum quod scientia sit inter species uirtutum. *u* ¶ *In longanimitate.*] Id est sustinentia longa. *x* ¶ *In suauitate .*] Vt nulli uerbis nostris amaritudinem generemus,& dicatur de nobis:Fauces eius C dulcedines,& totum desiderium. *y* ¶ *In spiritu sancto.*] Dum dignum ei nos habitaculum præparamus. *z* ¶ *In charitate non ficta.*] Omnia quæ nobis uolumus facere,alijs faciamus,ut non diligamus uerbo,sed opere & ueritate. *a* ¶ *In uerbo ueritatis .*] Id est, in uerbo Christi, si apte proferatur & uere,ne fiat de ueritate mendacium. *b* ¶ *In uirtute dei.*] In uirtute dei, siue legis , contra diabolum dimicemus. *c* ¶ *A dextris & à,etc.*] Ne prosperis eleuemur , nec frangamur aduersis. *d* ¶ *Per gloriam & ignobilitatem.*] Gloriam uirtutum, & ignobilitatem carceris. *e* ¶ *Per infamiam & bonam famam.*] Ab alijs ut ueraces laudamur:ut seductores ab alijs infamamur : sicut & ipse saluator appellatus est à Iudæis seductor, quæ omnia æqualiter ferimus , ne extollāt nos laudantes,nec deijciant detrahentes,quia necesse est utrāq; partem aliquando mentiri. Vnde ad conscientiam redeuntes , non debemus alijs magis fidem accommodare quàm nobis. *f* ¶ *Sicut qui ignoti & cogniti.*] Ignoti perfidis & ingratis, & cogniti à fidelibus & iustis. *g* ¶ *Quasi morientes,etc.*] Hoc est, usq; ad mortē peruenientes:sicut quando lapidatus est,& mortuus æstimatus,surgens docebat in Lystris. *h* ¶ *Vt castigati,etc.*] Castigans castigauit me dominus, & morti non tradidit me. *i* ¶ *Quasi,etc.*] Tristes seueritate uultus:corde uero etiam in tribulatione gaudentes. *k* ¶ *Sicut egentes,multos autem locupletantes.*] In hoc ipso quo nobis egemus,alijs abundamus,dum per nos eleemosynæ fiunt:siue terrenis egentes , alios bonis cœlestibus facimus locupletes.Simul attendendum,quomodo omnia quasi pati se dicit:non tamen pati,ut ostendat ista esse,quasi imagines passionum, ad comparationē præmij sempiterni. *l* ¶ *Tanquam nihil habentes,etc.*] Sicut ait Salomon eius,qui fidelis est totus mundus diuitiarū. Nam excepto quod omnia nostra dei sunt:nemo plus habet,quàm qui nullius indiget: Ille uero nihil eget , q̄ præter necessaria nihil requirit. De separatione fidelīū ab infidelibus, & quod omnes sancti templū sint dei. *m* ¶ *Os nostrum patet ad uos ò Corinthij , cor , etc .*] Ita sumus uestro profectu prouocati, ut tacere penitus non possimus.Profectus em̄ discipuli , aperit os magistri . Et cor dilatat atque amplificat,id est,facit sensibus abundare. sicut de Salomone scriptum est: Quia dedit illi deus latitudinem cordis,sicut arenam maris. *n* ¶ *Non angustiamini in nobis , angustiamini autem in uisceribus uestris, etc.*] Non ex nobis sermonis angustia,sed quia ualidiorem uos non potestis audire doctrinam : ideo ex uobis causa procedit angustiæ. *o* ¶ *Eandem autem habentes rem , etc.*] Si eundem sustinueritis labōrem. Aut certe

A sitatum,quantum dicere possumus capiatis. *a* ¶ *Tam quam filijs dico,etc.*] Quasi filij meo exemplo dilatamini, ut maiora recipiatis. Siue sacerdotes in doctrina exemplo suo præcipit dilatari. *b* ¶ *Nolite iugum ducere cum infidelibus.*] Nolite illis coniungi,uel æquari,quia iugum simul non trahūt,nisi pares, id est, nolite pseudoapostolis sociari, uel his qui in idolio recumbebant. *c* ¶ *Quæ enim participatio iustitiæ,etc.*] Nulla, sicut nec cum tenebris luci. Simul ostendit neminē posse esse iustum & iniustum, ualde cōtraria exempla proponens. *d* ¶ *Quæ autem conuentio Christi ad Belial ? aut quæ pars fideli cum infideli?*] Penitus illi nō potest conuenire . In Belial autem diabolum, sicut antichristū in uocabulo idoli nominauit. *e* ¶ *Qui autem consensus templo dei cum idolis,uos enim,etc.*] Idola ipsos homines dicit, qui idola colūt, quia tēpla sunt dæmonū:sicut iusti templum dei sunt. *f* ¶ *Sicut dicit* B *deus,quoniam inhabitabo in illis.*] Cum ubiq; sit deus,tamē in illis ,pprie habitare se dicit, qui eius gratia pfruūtur: & qui mundū ei præparant sui cordis hospitium. *g* ¶ *Et inter eos ambulabo.*] Omnes eorum sensus obtinebo, uel percurram. *h* ¶ *Et ero illorum deus.*] Deus enim natura omnium est, uoluntate paucorū, non em̄ est deus mortuorum,sed uiuorū. *i* ¶ *Et ipsi erunt mihi populus.*] Qui uoluntate serui sunt,non natura tantum. *k* ¶ *Propter quod exite.*] Actu uel conuersatione,uel familiaritate,nō loco. *l* ¶ *Et immundum ne tetigeritis.*] Omnis qui peccat,immūdus est:immundus enim apud deum omnis iniquus. *m* ¶ *Et ego recipiam uos.*] Si uos illi eiecerint. *n* ¶ *Et ero uobis in patrem,& uos eritis mihi in filios & filias.*] Si uos parētes abdicauerint infideles,me patrem habebitis sempiternum. *o* ¶ *Dicit dominus omnipotens.*] Addidit omni potens,ne cui impossibile uideretur.

habentes remunerationem:tanquam filijs dico,dilatamini & uos.Nolite iugū ducere cū infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate:aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templo dei cum idolis? Vos enim estis templum dei uiui, sicut dicit deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos,& erō illorum deus , & ipsi erunt mihi populus.Propter quod exite de medio eorū , & separamini,dicit dominus:& immundū ne tetigeritis, & egō recipiā uos,& erō uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios et filias,dicit dominus omnipotēs.

Caput VII.

HAs ergō habentes promissiones charissimi,mundemus nos ab omni inquinamēto carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timorē dei.Capitē nos. Neminē læsimus,neminē corrupimus,neminē circūuenimus.Nō ad condemnationē uestram dico.Prædixi mus enim quod in cordibus nostris estis ad cōmoriendū & ad cōuiuendum.Multa mihi fiducia est apud uos, multa mihi gloriatio pro uobis.Repletus sum cōsolatione,superabūdo gaudio, in omni tribulatione uestra. Nam & cum uenissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus.Foris pugnæ,intus timores.Sed qui consolatur humiles,consolatus est nos deus, in aduentu Titi. Non solum autem in aduentu eius,sed etiam in consolatione,in qua consolatus est in uobis, referens nobis uestrum desiderium, uestrum fletū, uestrā æmulationem pro me,ita ut magis gauderem. Quoniā & si contristaui uos in epistola,nō me pœnitet.Et si pœniteret,uidens quod epistola illa & si ad horam uos contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Mundi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundum deum contristari quantam in uobis operatum est solicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed uindictam? In omnibus exhibuistis uos incontaminatos esse negotio. Igitur etsi scripsi uobis, non propter eum qui iniuriam fecit, neque propter eum qui passus est iniuriam, sed propter manifestandam solicitudinem nostram quæ est pro uobis apud deum. Ideo consolati sumus. In consolatione autem nostra abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia requiem dedit spiritus eius uobis omnibus. Et si quid illi de uobis gloriatus sum, non confusus sum. Sed sicut omnia uobis in ueritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titum, ueritas facta est. Et uiscera eius abundantius sunt in uobis, recordantis omnium uestrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepistis illum. Gaudeo quod in omnibus confidam in uobis. Notam autem uobis facimus fratres gratiam dei quæ data est in ecclesijs Macedoniæ, quod in multa tribulationis experimento abundantia gaudij ipsorum, & profunda paupertas illorum exuberauit in diuitias simplicitatis eorum. Quia secundum uirtutem testimonium illis perhibeo, & supra uirtutem, uoluntarij. Cum multa deprecatione exorantes nos gratiam & communionem ministerij quod fit in sanctos. Et non sicut speraueramus, sed semetipsos dederunt primum domino, deinde & nobis per uoluntatem dei. Ita ut rogaremus Titum, ut quemadmodum cœpit, ita & consummet in uobis & gratiam istam. Sed sicut in omnibus abundatis fide & uerbo & scientia & omni solicitudine, insuper & dilectione uestra in nos, ut & in hac gratia abundetis. Non quasi imperans dico, sed per aliorum solicitudinem & uestræ dilectionis germanitatem probans. Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos egenus factus est cum esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis. Et consilium in hoc do. Hoc enim uobis utile est, qui non solum facere cœpistis, sed & uelle ab anno priore. Nunc autem & factum perficite, ut quemadmodum prompta uoluntas uelle, ita & perficere ex eo quod habetis. Si enim uoluntas prompta est, secundum ea quæ habet quis accepta est, non secundum ea quæ non habet. Non enim ut aliis sit remissio, uobis autem tribulatio, sed ex æquo. In præsenti tempore uestra abundantia illorum inopiam sublevante, ut & illorum abundantia uestram inopiam sublevet, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est: Qui multum, non abundauit, & qui modicum, non minorauit. Gratia autem deo qui dedit eandem solicitudinem pro uobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidem suscepit, sed cum solicitudinem haberet multam, sponte profectus est ad uos. Misimus autem cum illo fratrem cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias, non solum autem, sed & ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ cum hac gratia quæ ministratur a nobis ad gloriam ipsius domini & destinatam uoluntatem nostram, deuitantes hoc ne quis nos uituperet in hac plenitudine quæ ministratur a nobis. Prouidemus enim bona non solum coram deo sed & coram hominibus. Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem multoties experti sumus in multis solicitum esse, nunc autem multo solicitiorem, confidentia multa in uos, siue pro Tito, socius meus & in uos adiutor, siue fratres nostri, apostoli ecclesiarum, gloria Christi. Ostensionem ergo dilectionis uestræ & nostræ gloriationis pro uobis in illos ostendite in facie ecclesiarum. Et de abundantia quidem mihi scribere uobis de ministerio quod fit in sanctos, superflua est enim mihi uestra deuotio, quam de uobis gloriatus sum Macedonibus, quia Achaia parata fuit ab anno retro, & æmulatio uestra prouocauit plurimos. Misi autem fratres, ne gloriatio nostra quæ est pro uobis, euacuetur in hac parte, ut quemadmodum dixi, parati sitis, ne forte si uenerint mecum Macedones & inuenerint uos imparatos, erubescamus nos, ut non dicamus uos in hac substantia gloriationis. Necessarium ergo existimaui rogare fratres ut prouenirent ad uos & præoccuparent benedictionem uestram repromissam, ut hæc sic parata sit quasi benedictio & non quasi auaritia. Hoc autem dico, qui parce seminat parce & metet, & qui seminat in benedictionibus de benedictionibus & metet. Vnusquisq; prout destinauit in corde suo non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Potens autem deus omnem gratiam abundare facere in uobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminanti & panem ad manducandum, administret & multiplicet semen uestrum & augeat incrementa frugum iustitiæ uestræ, ut in omnibus locupletati in omnem simplicitatem quæ operatur per nos gratiarum actionem deo. Quoniam administratio officij huius non solum supplet ea quæ desunt sanctorum, sed & exuberat per multas gratiarum actiones deo, per probationem ministerij huius clarificantes deum in obedientia confessionis uestræ in euangelium Christi & in simplicitate communionis in illos & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro uobis desiderantium uos propter eminentem gratiam dei in uobis. Gratias deo super inenarrabili dono eius.

Caput VIII.

Has ergo habentes promissiones charissimi.] Tantas & tales promissiones habentibus,quāto studio mūdanda est domus talem hospitem receptura : & dei filij quomodo debent patrem in omnibus iustitiæ operibus imitari. *q* ¶ *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus.*] Inquinamentū carnis est, qd̄ per carnem admittitur. Spiritus uero , quod sola cogitatione peccatur. *r* ¶ *Perficientes sanctificationem.*] Tūc erit perfecta sanctificatio,si utraq; munda seruentur. *s* ¶ *In timore dei.*] Non in laude hominum uel timore. *t* ¶ *Capite nos,etc.*] Accipite quod dicimus , siue qd̄ uiuimus, ut exemplum nostrū teneatis. *u* ¶ *Neminem corrupimus.*] Mala doctrina. *x* ¶ *Neminem circumuenimus.*] Vt eius aliquid tolleremus. *y* ¶ *Non ad condemnationem , etc.*] Nō me excusando,uos taxo : nō enim possum de uobis hoc sentire quos diligo, ut superius commoraui. *z* ¶ *Multa mihi fiducia est ap . etc.*] Multam mihi fiduciā dedistis loquendi,qa in omnib . obedistis, siue quia multū me à uobis diligi nō ignoro. *a* ¶ *Multa mihi gloriatio pro uobis.*] Apud alias ecclesias, de uestra emendatione mihi applaudo. *b* ¶ *Repletus sum consolatione.*] Post multā tristitiam . Siue sermo mihi suppeditat consolationē, uestro pro D uocatus exemplo & profectu. *c* ¶ *Super abundo , etc .*] In omni tribulatione uestra tām gaudeo,ut obliuiscar omnium pressurarum. *d* ¶ *Nam & cum uenissemus in Macedoniam,etc.*] Ostendere illis uult quantā pressuram magnitudo gaudij superarit. *e* ¶ *Sed omnem tribulationem passi sumus.*] Nullum genus tribulationis experti non sumus. *f* ¶ *Foris pugnæ,intus timores .*] Pugnæ contra infideles,& timor de fratribus falsis : siue timebamus ne scandalizarentur infirmi. *g* ¶ *Sed qui cōsolatur humiles , etc .*] Hoc est humiliatos passionibus & afflictos. *h* ¶ *In aduentu Titi. Non solum autem in aduentu eius.etc.*] Non solum quia desideratus aduenit, sed etiam quia illa nunciauit:propter quæ eius maxime expectabamus aduentum. *i* ¶ *In qua consolatus est in uobis.*] Post luctum quem pro uobis nobiscum habebat. *k* ¶ *Referens nobis uestrum desiderium,uestrum,etc.*] Pro nostra contristatione,& quorundam peccatis. *l* ¶ *Vestram æmulationem pro me.*] Quia uice mea æmulati estis dei æmulatione peccātes.siue triplex est æmulatio,aut imitationis,aut inuidiæ,aut de qua agitur in præsenti. *m* ¶ *Ita ut magis gauderem.*] Quia non modo correxistis uos,sed etiā amplius profecistis. *n* ¶ *Quoniam & ,etc.*] Et si me pœnituisset,eo quod uos durius corripuerim, tamen

A tamen uester facit profectus, ut non me pœniteat: quasi si dicat medicus, etiam si doluisset mihi tam ardenti me usum esse cauterio: sed nūc gaudeo, nō quia doluistis, sed quia dolor ille uobis profuit ad salutē. *a ¶ Contristati enim estis secundum deum.*] Non secundum seculum. *b ¶ Vt in nullo detrimentū patiamini, etc.*] Aut nostra negligentia. Aut ut ueniētes aliquem uestrum damnare/mus. *c ¶ Quæ enim secūdum deum tristitia est, pœniten. etc.*] Est enim pœnitentia diabolica aduersa saluti, si quis de bono opere pœniteat. Stabilem operatur, stabilem salutem, siue permanentē pœnitentiam. De propriatu enim peccatorum, non debemus esse sine metu. *d ¶ Seculi autem, etc.*] Seculi tristitia est, aut de amissis reb. propriis, aut de alienis non inuasis dolere, uel de alterius felicitate torqueri. Secundum deum uero tristitia est, siue sua, siue aliena lugere commissa. *e ¶ Ecce enim hoc ipsum secundum deum contristari uos, quantam in uobis operatur sollicitudinem.*] Hoc ipsum quod modo factum est, potest uos docere: quid sit inter utrāq; tristitiā. *f ¶ Sed defensionem.*] Quidam habent, sed excusationem: in græco aūt ἀπολογίαν, id est, satisfactionē præcepti scilicet dicit. Quidam dicunt, hoc loco, sed præpositionem in latino esse superfluam. Apud Græcos uero consequentiam, structuræ esse sermonis. *g ¶ Sed indignationem.*] Contra peccantes, non negligentiam. *h ¶ Sed timorem.*] Timorem domini, non securitatem. *i ¶ Sed desiderium.*] Non fastidium, sed desiderium nostrum. *k ¶ Sed æmulationem.*] Contra peccantes, ne ultra peccarent, non remissionem. *l ¶ Sed uindictam.*] Non ueniam nociuam, sed uindictam salutarem. *m ¶ In omnibus exhibuistis uos incontaminatos esse negocio.*] Probastis uos immunes à culpa: contaminatus enim autoritatem non habet uindicandi. *n ¶ Igitur & scripsi uobis non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est.*] Non propter eum qui patri fecit iniuriam tantum, nec propter ipsum solummodo parrem scripsi. Potest & ita dici. Non propter eum qui excommunicauit: neque propter eum qui eiectus est scripsi: neque enim per me hæc sola emendata uel correpta est causa. *o ¶ Sed ad manifestandam sollicitudinem.*] Ne putetis nos aliquid posse latere, dum pro uobis sumus nimia cura solliciti. *p ¶ Ideo quoque consolati sumus.*] Quia uos castos probatis esse in negocio. *q ¶ In consolatione, etc.*] In hoc aūtē amplius gratulati sumus, qđ ita à uobis Titi spiritus est refectus, ut nunquā de eius mente possitis recedere. Profectus quippe discipulorū, spiritualia gaudia sunt magistrorum. *r ¶ Et si quid apud, etc.*] Quasi peritus medicus agit, qui uulnus iam prope sanatū, blandis unctionibus fouet, ut facilius cauterij ustura sanetur. *s ¶ Non sum confusus, etc.*] Cōfusionem non habet gloria de profectu. *t ¶ Ita & gloriatio nostra, etc.*] De rebus iustis, non uanitatis, sed ueritatis est gloriatio. *u ¶ Et uiscera eius abundantius in uobis, etc.*] Omnia uos affectuū eius membra desiderant, ut oculi præsentiam, aures sermonem, os colloquiū expectet. *x ¶ Quomodo cum timore, etc.*] Obedientiam fidelem descripsit: qui eū ex charitate obedit, timet contristare quē diligit. *y ¶ Gaudeo quod in omnibus confido in uobis.*] Fecistis me gaudere, quia de obedientia uestra nū quam potui hęsitare, & de ministerio in sanctos.

estis ad pœnitentiam. Contristāti enim estis secundum deum, ut in nullo detrimentū patiamini ex nobis. Quæ enim secundum deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: seculi aūt tristitia, mortem operatur. Eccē enim hoc ipsum secundum deum cōtristari uos, quantam in uobis operatur sollicitudinem, sed dēfensionem, sed indignātionem, sed timōrem, sed dēsiderium, sed æmulationem, sed uindictam. In ōmnibus exhibuistis uos incontaminatos esse negocio. Igitūr & si scripsi uobis, non propter eum qui fecit iniuriā, nec propter eum qui passus est: sed ad mānifestandam sollicitudinem nostram quam habemus pro uobis coram deo. Ideō quoq; consolati sumus. In cōsolatione autem nostra abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius ab omnibus uobis. Et si quid apud illum de uobis gloriatus sum, nōn confusus sum, sed sicut omnia uobis in ueritate locuti sumus, ita & glōriatio nostra quæ fuit ad Titum, ueritas facta est. Et uiscēra eius abundantius in uobis sunt, reminiscentis omniū uestrū obedientiā, quōmodo cum timore & tremore excepistis illū. Gaudeō quod in omnibus confido in uobis.

Cap. VIII

NOtām autem facimus uobis fratres gratiam dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniæ, & quod in mūlto experimēto tribulationis abundātia gaudij ipsorum fuit, & ālticima paupertas eorū abundauit in diuitias simplicitatis eorū. Quia secundum uirtutem, testimoniū illis reddo, & supra uirtutē uolūtarij fuerunt, cū multā exhortatione obsecrātes nos gratiā & cōmunicationē ministerij qđ fit in sanctos. Et nō sicūt sperauim⁹, sed semetipsos dederūt primū domino deant iam fecisse. *a ¶ Quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit.*] Tunc maxime gaudent, quando fuerint tribulati, scientes Apostolos cum tumeliam in concilio passos pro nomine Christi, publica lætitia fuisse gauisos. *b ¶ Et altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum.*] Multum quidē in terrena facultate sunt pauperes, sed in magna simplicitate sunt diuites, plus cupientes dare quàm habent: ac propterea deus animū magis probat, quàm quod dextera porrigit: qui enim quantum potest facit, totum fecit: similiter diues & pauper, quamuis diues amplius dare uideatur. *c ¶ Quia secundum uirtutem testimonium illis reddo.*] Verbis præposteris hoc dicit. Testimonium illis reddo, quod secundum uires facientes, supra uirtutem uoluntarij fuerunt. *d ¶ Cum multa exhortatione, etc.*] Multum suadentes, nos rogauerunt, ut gratanter quæ offerebant susciperemus in ministeriū sanctorum. *e ¶ Et non sicut spe. etc.*] Amplius quàm spēramus fecerunt: non contenti sua dare, sed seipsos primo dño tradiderunt, deinde nobis: hoc est, deus uidet uoluntatem eorum, nos effectum. *a ¶ Per uoluntatē, etc.*] Non ut nobis placerent sine domini uolūtate. *b ¶ Ita ut rogaremus Titum, etc.*] Illorum deuotione accēsi sumus mittere cum ad uos, ut doctrina & dispositiōe sua, etiā hoc in uobis perficiat, ne quid minus cæteris habeatis. De collaudatione Corinthiorum & æqualitate, prout quisque habuit, & de ministerio qđ fit in sanctos agit. *c ¶ Sed sicut in omnibus abundatis, etc.*] Nota cum fide scientiam esse laudabilem. *d ¶ Vt & in hac gratia abundetis.*] Ne cum in alijs uincatis, in hoc ab alijs superemini. *e ¶ Non quasi imperans dico, etc.*] Non impero nec exigo, sed consilium do, ut sicut in multis formam alijs præbetis, ita & in isto opere faciatis. Est cīm uobis sic ingenita pietas, ut ab alijs eam discere minime egeatis. *f ¶ Scitis enim gratiā domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos egenus factus est, cum esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis. Et consilium in hoc do. Hoc enim, etc.*] Non ignoratis dei filiū propter uos pauperem factum: qui uniuersorū erat conditor & dominus, ut eius exēplo bonis cœlestib. ditaremini. Si ergo ille propter uos temporalia uniuersa contempsit: quanto magis uos dare debetis parua, non uestra, imò sua ei redderē? Ipsi enim datur, quicqd eius causa porrigitur. Simul & cōtra Photinū facit, quod prius ex pauper fieret Christus, diues erat, quia habitabat in patre. *g ¶ Qui non solum facere, sed & uelle cœpistis ab anno priore.*] Ostendit quosdam posse facere non uolentes, cum aut importunitas petentis, aut autoritas præcipientis exigeret. *h ¶ Nunc uero & facto perficite, ut quemadmodum prōptus est animus uoluntatis, ita sit perficiendi ex eo quod habetis.*] Quod uolūtarie incœpistis, implete. Omnis enim boni operis finis est expetendus. Quia sicut factum inutiti, acceptum non est: ita uoluntas infructuosa est, habētibus eam sine facto. *i ¶ Si enim uoluntas prompta est secundum id quod habet, etc.*] Ne putetis me aliquem supra uires cogere, aut tantum in hac causa à paupere quantū à diuite expetere. Omnes æqualiter dabunt, si unusquisq; tantū dederit, quantum potest, non secundum quod nō habet. Hoc & Tobias dicebat ad filium: Prout habueris fili fac eleemosynam. *k ¶ Non enim ut alijs sit remissio, etc.*] Non dico ut uobis nihil seruetis, sed quod quidem utrisq; sufficiat. *l ¶ Vestra abundantia, illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia, etc.*] Dare illis carnalia, ut & illi uacantes, possint uobis reddere spiritualia. Isti enim duo gradus sine alterutro esse nō possunt: nam enim ille perfectus non erit de carnalibus cogitādo, quamuis misericors, cum non habet cui dare, uel quomodo dare doceatur. *m ¶ Qui multum habuit, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.*] De manna hoc dicit, quod accepit populus in deserto, cuius exemplo docemur, quod omnis superabundantia generet uermes. Simul & ostē ditur quæ deus dat, omnibus æqualia esse debere. Et propter huius testimonij autoritatem, uult nobis Apostolus præsentia omnia esse cōmunia, ut & perfecti doctrinam non abscōdant, & habentes substantiam mundi, non denegēt eis uictum. Dignus est enim operarius cibo suo. *n ¶ Gratias autem ago, etc.*] Gratia quidem exhortationis, & uoluntate propria festinauit, ut mercedem haberet: nō in uitus quasi ei fit credita dispensatio. *o ¶ Misimus, etc.*] Hoc de Luca intelligi, quia laudem in euangelio cōscribendo uidet habere præ cæteris: qui etiam actus apostolorum præter euangelia scripsit. *p ¶ Non solum autem, sed ordinatus est ab, etc.*] Testimonio ecclesiarum idoneum eum & probatum fuisse, demonstrat. *q ¶ Ad domini gloriam, & destinatam uoluntatem nostram. (Propositam siue paratam.) Deuitantes hoc, ne quis nos uituperet in hac plenitudine, etc.*] Ne quis dicat, quomodo Christus legem impleuit, cum uideamus Christianos, non tantam eleemosynam facere, quantam fieri in lege præceptum est. *r ¶ Prouidens enim bona, etc.*] Nihil enim propter humanam gloriam facimus: sed tamen nolumus ut per nos aliquis scandalum merito patiatur: sed ut omnes uidentes opera nostra bona, magnificent patrem nostrum. *s ¶ Misimus autem, etc.*] Quidam hoc de Apollo asserunt dictum. *t ¶ Quem probauimus in multis, etc.*] Testimoniū illi dat, ut facilius audiat. *u ¶ Nunc autem, etc.*] Multo nunc sollicitiorem compro

domino: deinde nobis per uoluntatem dei, ita ut rōgaremus Titum, ut quemadmodū cœpit, ita & perficiat in uobis etiam gratiam istam. Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone & scientia, & in omni sollicitudine, insuper & charitate uestra in nos, ut & in hac gratia abūdetis. Nōn quasi imperans dico, sed per aliorum sollicitudinem etiam uestræ charitatis ingenium bonū comprobans. Scitis ēnim gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos egenus factus est quum esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis, & consilium in hoc do. Hoc enim uobis utile est, qūi non solum facere, sed & uelle cœpistis ab anno priore. Nūnc uero & facto perficite, ut quemadmodum promptus est animus uoluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si ēnim uoluntas prompta est secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. Nōn enim ut alijs sit remissio, uobis autem tribulatio: sed ex æqualitate in præsenti tempore, uestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut illorum abūdantia uestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est: Qūi multū habuit non abundauit, & qui modicum non minorauit. Grātias autem ago deo qui dedit eandem sollicitudinem pro uobis in corde Titi, quoniā exhortationem quidem suscepit: sed quum sollicitior esset sua uoluntate profectus est ad uos. Misimūs autem cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in euāgelio per omnes ecclesias. Nōn solum autem, sed & ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ in hanc gratiam quæ ministratur à nobis ad dōmini gloriam, & destinatam uoluntatē nostram. Deuitantes hoc, ne quis nos uituperet in hac plenitudine quæ ministrāt à nobis in domini gloriā. Prouidemus enim bona, non solum coram deo, sed etiā coram hominibus. Misimus aūtem cum illis & fratrem nostrū, qūem probauimus in multis sæpe sollicitū esse: Nūnc aūt multo sollicitiorem confidentia multa

B Matt. 10.b

C D

Universidad de Sevilla Biblioteca

A bamus eum propter uos, quia uestra obediẽtia prouocatur, siue quia adiuti à Tito, siue quia per seipsum cõprobauit. a ¶ *Siue pro Tito qui est socius meus & in uobis adiutor: siue fratres nostri, etc.*] Quod dicit, hoc est. Tam Titi causa qui eorum obedientiam collaudauerat quàm eorũ qui ad ipsum fuerant pariter destinati, ita se exhiberent, ut & charitatis syncerita tem & apostolicę pro ipsis gloriæ ueritatẽ, in conspectu omniũ comprobarent. b ¶ *Ostensionem ergo quæ est charitatis uestræ & nostræ gloriæ, etc.*] Vt uideant uerũ esse quod dicit in omnibus ecclesijs de uestro profectu. Siue aliter: ostendite charitatẽ uestrã, de qua coram omnibus ecclesijs gloriamur. Cap. IX.

NAm de ministerio quod fit in sanctos, ex abu. etc.] Mutare uidetur sanctos hic sensum, & ideo quidam dicunt eum superius de laicis dixisse, hic uero de sacerdotibus sanB ctis. Alij uero aũt eũ de eleemosynis huc usq; tractasse, modo autem de ministerio uerbi commonere, quod sanctificatis p baptismum exhibet. Hi uero duo sensus usq; ad finem causæ diligenter utriq; sunt colligendi. c ¶ *Quoniam & Achaia parata est ab anno præterito.*] Tota prouincia cuius caput estis, per nos ad hoc ministerium prouocata est. d ¶ *Et uestra æmulatio prouocauit plurimos.*] Hic æmulatio pro imitatione ponitur. e ¶ *Misimus autem fratres, ut ne quod gloriamur de uobis, euacuetur in hac parte.*] Superius memoratur: Qui uos commoneant ne aliter inueniant: in parte doctrinæ, siue ministerij quã putabam. f ¶ *Vt quemadmodum dixi parati sitis, ne quum uenerint Macedones mecum & inuenerint uos imparatos, erubescamus nos, etc.*] Si nos erubuerimus quasi falso gloriãtes: quanto magis uos & pro uestra negligentia, & pro nostro rubore? Multa enim confusio est, si quis pro eo qui eum diligit erubescat. g ¶ *Necessarium ergo existimaui rogare fratres, ut præueniant ad uos, & præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse, etc.*] Siue à benedicendo, siue quia per humanitatem eorum benedictio nascitur dei. h ¶ *Sic quasi benedictionem, non quasi au. etc.*] Benedictio erit si grato animo tribuatur. i ¶ *Hilarem enim datorem diligit deus.*] Auarus aũt hilariter dare nõ uult implere quem cœpit. Vnde dominus neminem in uia salutare præcepit, hoc est, nulli transitorie uerbum annũciare salutis. Hoc est aũt qui parce seminat, parce & metet. Contra Iouinianũ etiam hic locus facit, ubi meritorum gradus esse monstrãtur. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Ecõtrario ergo in maledictione seminans, inde & metet, sicut scriptum est. Non semines mala in sulcis iniuriæ, & non metes ea septuplũ. Vnusquisq; prout destinauit in corde suo, id est uolũtarius non coactus, non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit deus, secundum sapientiam Salomonis. Et in omni dato, hilarẽ fac uultum tuum. Si autem de scientia intelligitur, hilarẽ in labore suo uult esse doctorem, sicut de se alibi dicit. Si enim uolens hoc ago, mercedẽ habeo, & reliqua. k ¶ *Potens est autem deus.*] Sive ne inopiam formidarent, siue gratuitũ donum sapientiæ. l ¶ *Omnem gratiam, etc.*] Gratiam nascentiæ, quia exinde per opera uestra, deo gratiæ referuntur. A fructu enim frumenti, uini & olei sui multiplicati sunt. m ¶ *Vt in omnibus, etc.*] Ita ut tã carnalium misericordia rum quàm spiritualium, id est, doctrinarum opus bonũ possetis implere sicut scriptum est. n ¶ *Dispersit, dedit pauperibus.*] Sive sensu pauperibus siue substantia, sicut superius ait, illorum abundantia, uestræ inopiæ sit supplementum. o ¶ *Iustitia eius manet in æternum.*] Rebus temporalibus æterna iustitia comparatur. p ¶ *Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandũ præstabit.*] Hoc ait: Quod deus qui uelle eis præstitit, etiam facere perficiat in uobis. Hoc est, deus qui tibi dedit unde dispenses, esurientem minime patietur. Si autem ad semen uerbi referas: Qui dedit officium docendi, præstabit & escam tibi, modo ad hoc solum uacare uelis. q ¶ *Et semen uestrum.*] Humilitatis uel sermonis. r ¶ *Et augebit incrementa frugum iusticiæ uestræ.*] Fruges iustitiæ, sunt facultates, quum de eis fit iusticia. Cum uero aut inique congregantur, aut ad auaritiam uel superbiam possidentur, fruges iniquitatis fiunt. Pretio enim grauans triticum in populo maledicitur: siue fruges iustitiæ, sermones sunt dei. De fructu enim laborum suorum satiabitur sapiens. s ¶ *Vt in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem deo.*] Vt sine discretione omnibus simpliciter indigentibus tribuatis. Non quærentes cui, sed quare detis.

C Ecc. 7.d

D Psal. 4.b

Sap. 3.d

Quoniam

A a ¶ *Quoniam ministerium, etc.*] Duplicem potestis habere mercedem, & perfectionem sanctorum, & gratiarũ in domino actiones. Aliter: Non solum docet sanctos, sed domino gratias agit, qui nos tanta sapientia erudiuit. b ¶ *Per probationem ministerij huius.*] Per hoc ministerium esse probamini Christiani, magnificantes deum per operũ confessionem, sicut econtrario alij factis negare dicunt. Aliter, perfecte docetis & ostenditis diuinum esse, in quo deũ per obedientiam magnificatis. c ¶ *Et simplicitate.*] In omnes simpliciter tribuentes siue docentes bona, quæ cõmunicatis potius q̃ donatis, certi uos cum multiplici ea fœnore recepturos. Hæc omnia operatur administratio huius officij quæ etiã in hoc abundat. d ¶ *Desiderantium uos propter eminentẽ gratiam dei in uobis.*] Quis autem non desideret talem propter gratiam siue scientiæ, siue misericordiæ cæteris eminentem. e

B ¶ *Gratias deo super inenarrabili dono, etc.*] Qui tantam nobis gratiã pietate sua cõferre dignatus est. De armis carnalibus & spiritualibus, & de Apostoli potestate, & de his q seipsos cõmẽdare conantur. Cap. X

IPse autẽm ego Paulus, obsecro uos per mansuetudinem & modestiã Christi, q̃ii in facie quidem humilis sum inter uos: absens autem confido in uobis. Rõgo autem uos ne præsens audeam pẽr eam confidentiam qua existimor audere in quosdam, q̃ui arbitrantur nos tãquam secundum carnem ambulemus. In carnẽ enim ambulantes, non tamen secundum carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia deo, ad destructiõnem munitionũ consilia destruentes: & omnẽm altitudinem extollentẽ se aduersus scientiam dei: & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequiũ Christi, & in prõmptu habentes ulcisci omnem inobedientiã, cum impleta fuerit uestra obedientia. Quæ secundum faciem sunt uidete. Si quis confidit Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se: quia sicut & ipse Christi est, ita & nos. Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra quam dedit nobis dominus in ædificationem, & nõn in destructionem uestram, non erubescam. Vt aũtem non existimer tanquam terrere uos per epistolas, quoniã quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis: hoc cogitet q̃ii eiusmodi est, quia quales sumus uerbo per epistolas absentes, tales & pręsentes in facto. Nõn enim audemus

C

D

Quoniam ministerium huius officij non solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed euã abundat per multas gratiarum actiones in domino, pẽr probationem ministerij huius, glorificantes deum in obedientia confessionis uestræ, in euangelio Christi & simplicitate cõmunicationis uestræ in illos, & in omnes, & ipsorum obsecratione pro uobis, desiderantium uos propter eminentẽ gratiam dei in uobis. Gratias ago dẽo super inenarrabili dono eius. Cap. X

IPse autẽm ego Paulus, obsecro uos per mansuetudinem & modestiã Christi, q̃ii in facie quidem humilis sum inter uos: absens autem confido in uobis. Rõgo autem uos ne præsens audeam pẽr eam confidentiam qua existimor audere in quosdam, q̃ui arbitrantur nos tãquam secundum carnem ambulemus. In carnẽ enim ambulantes, non tamen secundum carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia deo, ad destructiõnem munitionũ consilia destruentes: & omnẽm altitudinem extollentẽ se aduersus scientiam dei: & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequiũ Christi, & in prõmptu habentes ulcisci omnem inobedientiã, cum impleta fuerit uestra obedientia. Quæ secundum faciem sunt uidete. Si q̃is confidit Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se: quia sicut & ipse Christi est, ita & nos. Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra quam dedit nobis dominus in ædificationem, & nõn in destructionem uestram, non erubescam. Vt aũtem non existimer tanquam terrere uos per epistolas, quoniã quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis: hoc cogitet q̃ii eiusmodi est, quia quales sumus uerbo per epistolas absentes, tales & pręsentes in facto. Nõn enim audemus

c ¶ *Et simplicitate.*] In omnes simpliciter tribuentes siue docentes bona, quæ cõmunicatis potius q̃ donatis, certi uos cum multiplici ea fœnore recepturos. Hæc omnia operatur administratio huius officij quæ etiã in hoc abundat. d ¶ *Desiderantium uos propter eminentẽ gratiam dei in uobis.*] Quis autem non desideret talem propter gratiam siue scientiæ, siue misericordiæ cæteris eminentem. e

B ¶ *Gratias deo super inenarrabili dono, etc.*] Qui tantam nobis gratiã pietate sua cõferre dignatus est. De armis carnalibus & spiritualibus, & de Apostoli potestate, & de his q seipsos cõmẽdare conantur. Cap. X

IPse autem, etc.] Ea uos mãsuetudine rogo qua Christus, cum se posset de iniuriosis ulcisci, noluit, ut uel sero se corrigerent. p ¶ *Qui in facie quidem humilis sum inter uos, absens autem confido in uobis.*] Semper sanctorum præsentia, per nimiam humilitatem, minus intelligentibus potest esse contemptui. Absentes uero si necesse fuerit, confidenter suam indicant potestatem. Qui præsentes, sic sunt quasi nihil possint habere uirtutum, si tamen nihil delicti repererint in subiectis. h ¶ *Rogo autem uos, ne præsens audeam.*] Ita agite, ne mihi necesse sit manifestare uirtutem. i ¶ *Per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam.*] Nam omnis existimatio facta est, sicut est. Puto autem quod & ego spiritum dei habeam. k ¶ *Qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus.*] Qui putant nos nihil amplius cæteris hominibus habere uirtutis. l ¶ *In carne enim ambulantes, non tamen secundum carnem militamus. Nam arma, etc.*] In corpore uidemur incedere, sed ut dei ministri spiritualiter militamus. Arma quippe militiæ nostræ non sunt facta de ferro, nec manu hominis fabricata sunt, sed potentia dei, qua plus uel uerbo agas, quàm alij homines carnalibus armis. m ¶ *Ad desi. etc.*] Muniunt enim & circũdant doctrinam suam falsi doctores astutiæ argumentis, quas aereas potestates Apostolus destruit uirtute gratiæ spiritualis: sicut illum Magum uias domini peruersis disputationib. subuertẽtem, Paulus uerbo cæcauit. Itẽ cogitatiões aduersariæ quæ aduersus Christum suggeruntur destruendas dicit. n ¶ *Et omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei.*] Quid tã superbum quàm diuinis contraire doctrinis? o ¶ *Et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in, etc.*] Illos destruimus qui sub nomine obsequij Christi, omnem intellectũ sentẽtiæ cupiũt captiuare. p ¶ *Et in promptu habentes ulcisci omnem, etc.*] Parati ad ulciscendum oẽm inobedientiam cum impleta fuerit obedientia. Hoc dicit Apostolus, modo paratũ se esse ulcisci omnem in obedientiam cum ea quæ præcipiũtur impleuerint. Item cum iam uestra p nos obedientia fuerit impleta, illi non audiantur potestatẽ se uindicandi accepisse à domino, quia mentiuntur. q ¶ *Quæ secundum carnem sunt uidete.*] Hoc est ab illis qui in facie gloriantur cauete. Tã manifesta est rei probatio, ut facillima sit intellectu. Siue ab his hypocritis uobis cauete, qui in præsentia gloriant. r ¶ *Si quis confidit Christi esse, etc.*] Nemo tam stultus est q̃i qui se solum Christi esse gloriatur. s ¶ *Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, etc.*] Nam & si me magis potestatem à Christo accepisse dixero quàm cæteros ut Apostolus; non erubescam, quia uerum dico, & non gloriæ, sed ædificationis causa compulsus hæc facio.

t ¶ *Et non in destructionem uestram, non erubescam.*] Nam illi & usurpatam, & in destructionem exercere cupiunt potestatem. u ¶ *Vt non existimer quasi uos terrere per epistolas, etc.*] Hoc ideo dico, ne quis me putet illa comminari quæ implere non possum, ut de me iactant deceptores. x ¶ *Hoc cogitet qui eiusmodi est, etc.*] Qui putat hoc, sciat omnia me posse facere, si necesse sit quæ promitto. Nam obedientibus per humilitatem infirmus, & peccantibus per seueritatem fortis existo. y ¶ *Non enim, etc.*] Id est, non debemus ita deum contemnere ut coæquemur aliquibus, qui suis laudibus malunt q̃ dei

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

A gratia commendari: nec de nobis possumus maiora iactare quam sumus. *a* ¶ *Sed & ipsi in nobis, etc.*] Nō excedimus mensuræ nostræ terminos. *b* ¶ *Et comparantes nosmetipsos nobis.*] Non minoribus: sicut cum illi nihil sint, apostolis se non modo æquales faciunt, sed etiā anteponunt. *c* ¶ *Nos autē, etc.*] Nihil supra mensuram humanā facimus, sed in apostolatus gratia, quantum nobis dominus donare dignatus est, per quam uobis Corinthij prædicamus, nec enim hoc usurpatione fecimus sed precepto. *d* ¶ *Vsque ad uos, etc.*] Non nostro, ut illi qui prædicādo se, suum euangelium faciunt. *e* ¶ *Non in im. etc.*] Immensum est in alienis laboribus gloriari. Illi autē semp ad fideles ibāt, q signa minime quærebant. *f* ¶ *Spem autem, etc.*] Qui non munera à uobis, sed mercedem à deo uestræ fidei expectamus. *g* ¶ *In abūdantia illa, etc.*] Id est, non enim usq; ad uos sufficit peruenire: sed cum uestra fides creuerit, aliò transiemus. *h* ¶ *Non in aliena regula, etc.*] Sicut illi de præparatis iam ab alijs impudenter gloriantur. *i* ¶ *Qui autem gloriatur, etc.*] Iā gloriari in domino exhortatur, cuius uirtutes in eo operatæ sunt. *k* ¶ *Non, etc.*] Seipsum commēdat qui ipse laudat se: Illū uero dominus commendat, qui signorū uirtutibus commendatur. Cap. XI

V*Tinam sustineretis modicum, etc.*] Sustinete me qui multum sustinere consueuistis imprudentiam. Ideo insipientem se dicit, quia illi necesse erat aliqua de se dicere, licet uera, ut ostendat quām uere insipientes sunt qui falso se laudant. Sed & supportate me. *m* ¶ *Aemulor enim uos dei æmulatione. Despondi enim uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo.*] Id est, non stimulo liuoris inflāmor, sed uos tanquam pater diuina æmulatione custodio, ut possim uos immaculatos Christo coniungere, tanto maiore studio conuersatos, quanto meliori estis sponso iungendi. *n* ¶ *Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia, etc.*] Serpens Euam de deo mentiendo seduxit, affirmans solam deum cōminatum esse mortē, nec esse tam illaturum. Ita & pseudapostoli asserebant ideo euāgelij præcepta addita, ut uel sic lex antiqua seruaretur, & eam solam sufficere custoditam perquirunt æmulatores. Iam nunc serpens similiter quosdam seducit, gehennā propter solum terrorem asserentes nominari, quam aut penitus non esse, aut æternam non esse affirmāt, contra autoritatem omnium scripturarum. *o* ¶ *Et excid. etc.*] Quia dei uerbum simpliciter credere, nō est hominum peruersorū. *p* ¶ *Quæ est in Christo Iesu.*] Castus sensus q uni uiro coniungitur Christo, & solius illi semel promissa sufficiunt. *q* ¶ *Nam si is qui, etc.*] Si uobis amplius aliquid gratiæ prædicaretur cp̄ per nos accepistis, recte eos nobis præponi forsitan pateremini. *r* ¶ *Existimo enim nihil me minus fecisse.*] Memini nus fecisse istis qui nihil sunt ne putetis. *s* ¶ *A magnis apostolis.*] Quāto magis Petrus & cæteri prædicāt minus aliquid accepisse. *t* ¶ *Nam & si imperitus sum, etc.*] Non sicut isti qui cum sint sciētia imperiti, in sermone tumido gloriātur. *u* ¶ *In omnibus autem, etc.*] Ostendit integritatem suam, qua per deum omnia fecerit, cum nec auaritiā, nec gulam nec gloriā ab eis aliquādo quæreret. *x* ¶ *Aut nūquid peccatum feci.*] Si forte hoc solū peccaui qui propter uos etiam licita & concessa contempsi. *y* ¶ *Quoniam gratis euangelium, etc.*] Qui neq; panē quotidianum, quem ordinauit dominus accepimus. *z* ¶ *Alias ecclesias expoliaui accipiens stipendium ad ministerium uestrum.*] Cum uobis prædicarem, mihi Macedones ministrabant. *a* ¶ *Cum essem apud uos, & egerem, etc.*] Hoc fuit ex ueritate infirmitatem portare paruulorum, ut nec tunc quidem uellet accipere cum egeret. *b* ¶ *Nam quod mihi deerat suppleuerunt fratres qui uenerunt de Macedonia.*] Qui non occurrebant, manibus adorando fratres quos nouerunt falsos: nec pseudapostolos susceperant, quinimo uincebant. *c* ¶ *Et in omnibus sine onere me uobis seruaui & seruabo.*] Quando infirmos uos habueritis. *d* ¶ *Est ueritas Christi in me.*] Sicut Christus semel statuit, nec negauit, necesse est ut aliquando non mentitus ita faciam. *e* ¶ *Quoniam hæc, etc.*] Gloriationē, propter deum concessam contēnit, præcipue si inopiā patiatur. *f* ¶ *Quare? Quia non diligo.etc.*] Ipse nouit utrū uos diligā an non. Imo

mus inferere aut comparare nos quibusdā qui seipsos cōmendant: sed & ipsi in nobis nosmētipsos metiētes, et cōparātes nosmetipsos nobis. Nos aūt non immensum gloriabimur, sed secūdū mensurā regulæ qua mēsus est nobis deus mensurā pertingēdi usq; ad uos. Non enim quasi non pertingentes, ad uos superextendimus nos. Vsq; ad uōs enim peruenimus in euāgelio Christi, nōn in immensum gloriantes in alienis laboribus. Spēm aūt habentes crescentis fidei uestræ in uobis magnificari secundū regulam nostram in abundāntia: etiā in illa quæ ultra uos sunt euāgelizare, nō in āliena regula in his quæ præparata sunt gloriari. Qui autē gloriatur, in dño glorietur. Nō em̄ qui seipsum cōmendat, ille probatus est, sed quem deus cōmendat. Cap. XI

V Tinām sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed & supportate me. Aemūlor em̄ uos dei æmulatione. Despondi enim uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. Timeō autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo Iesu. Nā si is qui uenit alium Christum prædicat quem non prædicauimus: aut alium spiritum accipitis quem non accepistis: aut aliud euangelium quod non recepistis, recte pateremini. Existimō enim nihil me minus fecisse à māgnis apostolis. Nām & si imperitus sermone, sed nō scientia. In ōmnibus autem manifestus sum uobis. Aut nūnquid peccatum feci meipsum humilians, ut uos exaltemini? Quoniam gratis euangelium dei euangelizaui uobis: aliās ecclesias expoliaui, accipiens stipendium ad ministerium uestrum. Et cum essem apūd uos, & egerē, nulli onerosus fui. Nam quōd mihi deerat, suppleuerūt fratres qui uenerunt de Macedonia: & in ōmnibus sine onere me uobis seruaui & seruabo. Est ueritas Christi in me, quoniām hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quāre? Quia non diligo uos: Deus

A Imō ideo à uobis nō accipio, quia multum uos diligo. *a* ¶ *Quod autem facio & faciam.*] Hic reddit causam, quare ipse non acceperit, & aduersarij cur docerent gulam, auaritiamq; sectarentur, quærentes perpaucum aditum inuenire lucrandi, ut hic uel panē acciperet, illi aurum licentius exigerent. Ideo tollit occasionē Apostolus, ut in hoc appareant qui propter deum docerent, si à discipulis nihil expeterent. *b* ¶ *Nam eiusmodi pseudoapostoli sunt.*] Dicentes: Hæc dicit dominus, cum ipse non miserit eos, & uisiones à corde suo loquuntur. *c* ¶ *Operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi.*] Subdolus est qui aliud fingit, cum aliud agit, ut sub contemplatione euangelicæ prædicationis cōtegat rapacitatem. Tales enim prædicatores, ut hominib. placeant, necesse est adulari, ut adulando placeant, & placendo accipiant, ea quæ commendantur dicunt, non ea quę ædificent
B audientem. Plerique eorum non tam pecuniam desiderant cp̄ honorem, arbitrātes se summis opib. esse ditatos, si ab oīibus collaudentur: sed nec pecunias ideo spernūt, quia nō habent, sed quia in recōditis habēt. Veri autem & simplices magistri apostolos imitant̄, dicentes: Neq; enim fuimus in sermone adulationis aliquādo, nec in occasione auaritię: neq; quærētes ab omnibus gloriam nec à uobis. *d* ¶ *Et non mirum.*] Non tam facile somnijs, aut aliquibus quasi angelis lucis, fides habenda: ne forte transfiguret se satanas in angelū lucis, & decipiat ac fallat incautos. *e* ¶ *Non est ergo magnum, si ministri, etc.*] Non mirum si ministri satanæ, auaritiæ, id est gloriæ causa fingant se iustitiam prædicare. *f* ¶ *Quorum finis erit secundum opera ipsorum.*] Mala opera, malus finis expectat. *g* ¶ *Iterum dico, ne quis putet me insipientem esse, etc.*] Iam superius dixit: Sustinete modicum quid insipiētiæ meæ: & reddiderat rationem, quia zelo dei eos zelaret, non gloriæ desiderio esset de se aliquid dicturus, ne eius in odium uersi, falsos apostolos sequerentur. Si ergo insipientia eius tam sapiens est, cp̄ sapiens erit ipsa sapientia? Simul notandum, quia mirum esse non debet si ad tempus falsa doctrina præualeat, cuius autoribus in fine uindicta promittitur. *b* ¶ *Quod loquor, non loquor.*] Si hic necessitate populi compulsus, negat se secundum deum gloriari, quid de illis sentiendum est, qui sola iactantia gloriantur substantię gloriæ? Est enim alia uera substantia gloriandi. *i* ¶ *Quoniam multi gloriantur secundum carnem.*] Quoniam in nobiltate terreni generis gloriari, carnale est. *k* ¶ *Libenter enim sufferti insipientes, cum sitis ipsi sapientes.*] Video enim uos cum edocti sitis, nullius momenti insipientibus facile concessisse. *l* ¶ *Sustinetis enim si quis uos in seruitutem redigit.*] Legis uel pharisæorum qui dominarum in populum exercebant. *m* ¶ *Si quis deuorat, si quis accipit.*] Conuiuia uel munera. Si qs accipit pecuniam. *n* ¶ *Si quis extollitur.*] Iudaica superbia, uel de scientia, uel de generis qualitate. *o* ¶ *Si quis in faciem uos cædit.*] Si quis etiā præsentes obiurgat. *p* ¶ *Secundum nobilitatem dico.*] Ignobilitas enim maxima est, si quis filius dei, de terrena nobilitate se iactet. *q* ¶ *Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.*] Ab illis minus aliquid habeamus. *r* ¶ *In quo quis audet, in insipientia dico.*] Hic se apostolis comparat laborum suorū contemplatione. Item notandum quod quasi temerarium dixerit audere. *s* ¶ *Audeo & ego, etc.*] Possum audere si uolo. *t* ¶ *Hebræi sunt, & ego: Israelitæ sunt, & ego, etc.*] Si in hoc gloriantur, & ego huius sum gentis. *u* ¶ *Ministri Christi sunt, & ego.*] Notandū quod si quis de Christi solum ministerio glorietur, non sapienter hoc facit. *x* ¶ *Vt minus sapiens dico, &c.*] Quinq; uicibus tricenas & nouenas quasi transgressor legis accepit. Hæc autem in Actibus apostolorum non omnia reperiuntur, quia nec in epistolis omnia quæ ibi scripta sunt continentur. *y* ¶ *Ter naufragiū feci, nocte ac die in profundo maris fui.*] In ultimo periculo, cum nauim in profunda tēpestate deductam, in horas fluctu operiri putaremus. *z* ¶ *In itineribus sæpe, periculis fluminum, &c.*] Qui explorare subintroierunt nostram libertatem. *a* ¶ *In labore & ærumna, in uigilijs multis, in fame & siti, &c.*] Fames necessitatis est, ieiunium uoluntatis. *b* ¶ *Præter illa quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana.*] Præter illa quæ per mansuetudinem leuiora esse uidentur. *c* ¶ *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, etc.*] Non dixit, scādalizor, quia in fide scandalizat̄. Cum infirmātibus infirmor,

Deus scit. Quōd autem facio & faciam, ut amputem occasionem eorum qui uolunt occasionem, ut in quo gloriantur, inueniātur sicut & nos. Nām eiusmodi pseudoapostoli sunt, operārij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Et nōn mirum: Ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis. Nōn ergo est magnum si ministri eius transfigurētur uelut ministri iustitię, quorūm finis erit secundū opera eorum. Iterūm dico ne quis putet me insipientem esse. Alioquin uelut insipientem accipite me, ut & ego modicū quid glorier. Quod loquōr non loquor secundum deum, sed quasi in insipientia in hac substantia gloriæ, quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Libēnter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapiētes. Sustinētis enim si quis uos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem uos cædit. Secundum ignobilitatē dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet, in insipientia dico, audeo & ego. Hebræi sunt, & egō: Israelitæ sunt, & ego. Semē Abrahæ sunt, & ego. Ministri Christi sunt, & egō. Vt minūs sapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi. Ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, tēr naufragium feci, nocte ac die in profundo maris fui. In itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In laborē & ærūna, in uigilijs multis, in fame & in siti, in ieiunijs multis. In frigore & nuditate, prēter illa quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego nō uror? Si

Universidad de Sevilla Biblioteca

A cum pereuntibus perire me credo: sic enim uror tristitia, ut animo ardere me sentiam. a ¶ *Si gloriari oportet, etc.*] Nam si gloriari necesse est, non in his quæ ad lętitiam, sed quæ ad mœrorem pertinent gloriabor. b ¶ *Quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.*] Manifeste infirmitates suas Apostolus, tentationes quas sustinebat, persecutiones q; significat. Item omnes superiores necessitates, uno infirmitatis nomine definiuit, eo quod humanas imbecillitates ista; prævaleant. c ¶ *Deus & pater domini nostri Iesu scit qui est benedictus in secula, quod non mentior.*] Rem quasi difficilem dicturus, quod Iudæi contra eum etiam principes gentium conciassent, ante implorat testimonium dei, ne ueræ hoc iactantiæ imputaretur, quod aduersus eum etiam regna surrexerint, & nihil potuerint prævalere. Hæc autem idcirco enumerat, ut ostendat quid interfit inter ueros & falsos apostolos. d ¶ *Damasci præpositus gentis Aretæ regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum.*] Præpositus gentis illius erat, cui impetabat Areta rex.

Si gloriâri oportet, quæ infirmitatis mẽæ sunt gloriabor. Deũs & pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mentior. Damãsci præpositus gentis Aretæ regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, ut me comprehenderet. Et per fenestram in sporta dimissus sum per murũ, & sic effugi manus eius.

Caput XII

SI gloriâri oportet, non expedit quidem. Vẽniam autem ad uisiones & reuelationes domini. Sciõ hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore nescio: siue extra corpus, nescio, deus scit: raptũ huiuscemodi usq; ad tertium cœlum. Et sciõ huiuscemodi hominẽ, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit: quoniam raptus est in paradisum, & audiuit arcana uerba quæ nõ licet homini loqui. Pro hũiuscemodi gloriabor: pro me autem nihil, nisi in infirmitãtibus meis. Nam & si uoluero gloriari, nõ ero insipiens, ueritatem enim dicam. Parco aũtem ne quis me existimet supra id quod uidet in me, aut audit aliquid ex me. Et nẽ magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ qui mẽ colaphizet. Prõpter quod ter dominũ rogaui ut discederet à me. Et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Libentẽr igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necẽssitatibus: in persecũtionibus, in angustijs pro Christo. Cum enim infirmor, tunc potens sum. Factus sum insipiens, uos me coegistis. Ego enim à uobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his qui sunt supra modum apostoli. Tametsi nihil sum, signa tamen apostolatus mei facta sunt super uos in omni patientia, in signis & prodigijs & uirtutibus. Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesijs, nisi quod ego ipse nõ grauaui uos? Donate mihi hãc iniuriã. Ecce tertiõ hoc paratus sum

Si gloriari oportet, non expedit quidem.] Non mihi expedit, qui necessitate cõpellor. f ¶ *Veniam autem ad uisiones & reuelationes domini.*] Sibi infirmitates, domino uisiones ascribit. g ¶ *Scio hominem in Christo.*] Siue humilitatis causa de se in alterius persona loquitur, siue de alio, uerum potest utrunq; constare. h ¶ *Ante annos quatuordecim, etc.*] Quia iterum repetit, ostendit aliã fuisse uisionem. Vide quanta necessitas fuit, ut quod annis quatuordecim celauerat, prodere cogeretur. i ¶ *Et scio huiusmodi.*] Iterando Apostolus hunc talem hominem, ostendit secundo esse raptum, semel usq; ad tertium cœlum, ubi uidit uisiones, & semel in paradisum, ubi reuelata sunt ei ineffabilia uerba. k ¶ *Et audiuit arcana uerba quæ non licet, etc.*] Siue quæ nulli dicere fas est, siue quæ impossibile est humanam enarrare naturam. Hocontra Arianos. l ¶ *Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil.*] Visione uel homine, pro me aũt nõ gloriabor in mea uirtute, quia nõ est reuelatio mea sed dei. m ¶ *Nisi in infirmitatibus meis. Nam & si uoluero gloriari, non ero insipiens.*] Hic uidetur ostendere, cum de alio dicat, etiã si dicat, causam gloriandi habere nolle. n ¶ *Parco autem, etc.*] Sufficiunt manifesta, etiam si celentur occulta. o ¶ *Et ne magnitudo reuelationum extollat me, etc.*] Quãta putatis esse quę celo, ut merito mihi esset stimulus necessarius, qui me hominẽ esse semper mihi demonstraret. Stimulum carnis, angelum satanæ, tentationes persecutionum, apostolus se sustinuisse significat. p ¶ *Vt me colaphizet.*] Aut tribulationes suscitando, aut dolores. Quidam enim dicunt cũ frequenter dolore capitis laborasse. q ¶ *Propter quod ter dominum rogaui, ut discederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea.*] Hic intelligimus etiam sanctos ignoranter non nunquam alia inimpetrabilia postulasse: simul etiam discimus quod importuna petitio uel responsum mereatur, si nõ meretur effectum. r ¶ *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, etc.*] Postquam cognoui prodesse, quod nocere putabam. s ¶ *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs.*] Non in honoribus. t ¶ *In necẽssitatibus.*] Non in otio, non in diuitijs. u ¶ *In persecutionibus, in angustijs pro Christo.*] Non pro crimine, unde saluator docuit, ut sola causa iustitiæ patiamur: Petrõ similiter id attestante. x ¶ *Cum enim infirmor, tũc potens sum.*] Maxima potentia est infirmari pro Christo, & magnæ diuitiæ indigere. y ¶ *Factus sum insipiens.*] Insipientem esse dicit, aliquem se in laboribus iactare uel uirtutibus. z ¶ *Vos me coegistis, ego enim à uobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his qui sunt, etc.*] Sed hoc uos coegistis, qui cum alijs de me satisfacere deberetis quod nihil minus fuerim à magnis apostolis, iterum opus habetis ut uos denuo cõmendemus. a ¶ *Tametsi nihil sum, signa tamen, etc.*] Ego quidem nihil sum ut homo, sed apostolatus sua in uobis signa monstrauit: hoc est patientiam in moribus, & prodigia in signis. b ¶ *Quid est enim quod minus habuistis, etc.*] Quibus alij apostoli prædicarunt. De integritate apostoli, & seueritate acceptæ potestatis à domino in eos qui pœnitentiam negarunt agit. c ¶ *Ecce tertio hoc, etc.*] Salutem uestram desidero, non munera.

Nec

A a ¶ *Nec enim debent filij parentibus thesaurizare: sed parentes filijs.*] Ego magis si haberem, uobis dare deberem. b ¶ *Ego autem libentissime impendam, etc.*] Quod habeo labore nimio, impendo, & plusquam possum impendam. Perfecta enim dilectio non solum totum quod habet gratis impendit, sed etiam ipsa libenter super impenditur si necesse est. c ¶ *Sed esto: ego uos nõ grauaui, etc.*] Per omnia se purgat, ipsorum semper conscientiam testem inuocans: simul, & quomodo se ab illis possint cauere demonstrans. d ¶ *Rogaui Titum & misi cum illo fratrem, etc.*] Nunquid aliquid uobis abstulit ad me perferendum? e ¶ *Nonne eodem spiritu? etc.*] Nõne uno spiritu omnia gerimus? f ¶ *Olim putatis quod excusemus nos apud uos.*] Non sicut superius dixi placemus nobis, sed ne nobis cum uenerimus necesse sit acrius uindicare. g ¶ *Coram deo in Christo loquimur, etc.*] Quem fallere impossibile est.

sum uenire ad uos, & non ero grauis uobis. Non enim quæro quæ uestra sunt, sed uos. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. Egõ autem libentissime impendam, & super impendar egoipse pro animabus uestris abundantius: licet plus uos diligens, minus diligar. Sed esto. Ego uos non grauaui: sed cũ essem astutus dolo uos cepi. Nunquid per aliquem eorũ quos misi ad uos, circumueni uos? Rõgaui Titũ, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus uos circumuenit? Nõnne eodem spiritu ambulauimus? Nonne eisdem uestigijs? Olim pũtatis quod excusemus nos apud uos. Coram deo in Christo loquimur. Omnia autẽ charissimi propter ædificationem uestram. Timẽo enim ne forte cum uenero, non quales uolo inueniam uos, & ego inueniar à uobis qualem non uultis: ne fortè contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter uos. Ne iterum cum uenero humiliet me deus apud uos: & lũgeã multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immundicia & fornicãtione, & impudicitia quam gesserunt.

B *h* ¶ *Timeo enim ne, etc.*] Timeo si uos nõ inuenero iustos, & ego uobis seuerus inueniar. Blandimentis minas iungit. i ¶ *Ne forte cõtentiones, æmulationes, etc.*] Propter hæc se dicebat seuerissime uindicare. Quid faceret si nostris temporibus adinueniret, quibus ad comparationem aliorum criminum, ista ne putantur quidem esse peccata. k ¶ *Et lugeã multos, etc.*] Hoc est contra Nouatianos pœnitentiæ negatores: si enim luget pœnitentiam non agentes: utique de agentibus gaudet. l ¶ *Fornicatione, etc.*] Impudicitia grauior est fornicatione: quasi monstruosa turpitudo: sicut ille fecit qui uxorem patris accepit.

Cap. XIII

ECce tertio hoc ueniõ ad uos, ut in ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum. Prædixi enim & prædicõ, ut præsens uobis & nunc absens his qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus: quoniã si uenero, iterum non parcã. An experimentũ quæritis eius qui in me lõquitur Christus? Qũi in uobis non infirmatur, sed põtens est in uobis. Nãm & si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei. Nam & nõs infirmi sumus in illo, sed uiuemus cum eo ex uirtute dei in uobis. Vosmẽt ipsos tentate si estis in fide, ipsi uos probate. An non cognõscitis uosmetipsos, quia Christus Iesus in uobis est? Nisi forte reprobi estis. Spẽro autem quod cognoscitis, quia nos non sumus reprobi. Oramũs autem deum ut nihil mali faciatis, non ut nos probati pereamus, sed ut uos quod bonum est faciatis, nos autem ut reprobi sumus. Nõn possumus enim aliquid aduersus ueritatem, sed pro ueritate. Gãudemus enim quoniam nos infirmi sumus, uos autẽ potentes estis. Hoc & oramus uestram consummationem. Ideo ẽnim hęc absens scribo, ut non præsens durius agam secundum potestatem quam dominus dedit mihi in ædificãtionem & non in destrũctionem

Ecce tertio hoc ueniõ ad uos: ut in ore duorum uel trium, etc.] Secundum legem contra Manichæos. n ¶ *Prædixi & prædico ut præsentibus & nunc absens, etc.*] Qui post documenta priorum peccauerint, non ipsis parcere formident. e ¶ *Et non in destructionem.*] Ad quam sibi pseudoapostoli potestatem usurpant.

A a ¶ *De cætero autẽ fratres gaudete: perfecti estote, exhortamini.*] Notandum quod toti ecclesiæ scribẽs, dicit eos omnes debere esse perfectos, & quod laicos iubet seinuicem exhortari. b ¶ *Idipsum sapite. Pacem habete, & deus pacis etc.*] Alioquin autor dissensionis & odij contrarius erit uobiscum, & uos cum illo permanebitis in æternum, si ille hic uobiscum manse-

rit semper. c ¶ *Salutate inuicem, etc.*] Non honorati aut diuites. d ¶ *Gratia domini nostri Iesu Christi & charitas dei & cõmunicatio sancti spiritus.*] Contra Arianos, qui ideo patrem maiorẽ esse contendũt: quia plerunque primus nominatur in ordine. e ¶ *Sit cum omnib. uobis, Amẽ.*] Non aliquantis: siue quod omnes in his donis uelit esse perfectos.

ctionem. De cæterò fratres gaudete: perfecti estote, exhortamini: idipsum sapitẽ. Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit uobiscum. Salutáte inuicem in osculo sancto. Salutant uos omnes sancti. Grátia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei & cõmunicatio sancti spiritus sit cũm omnibus uobis, Amen.

COMMENTARIA IN EPIstolam ad Galatas.

Aulus apostolus non ab hominibus neq; per hominem.] Sicut sacrarum scripturarum testatur autoritas: Neminem uenire ad patrẽ nisi per filium & spiritum sanctum. Item neminem uenire ad filium, nisi quem uocauerit pater & spiritus sanctus: ita & hoc loco manifeste ostenditur Paulum apostolũ in euangelij prædicationem per Iesum Christum & deum patrem uocatũ esse à sancto spiritu: quemadmodũ liber apostolicorũ actuum docet, dicens:

B Ministrantibus autẽ illis domino, & ieiunantibus dixit spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam, & Saulum in opus ad quod assumpsi eos. Act. 13

Iõ & infra in eodem loco: Et ipsi quidem missi à spiritu sancto abierunt Seleuciam. Quod autem hic Iesum Christum primo lóco ponit, & ita demum patrem, & alibi indifferenter deum patrem anteponit, frequenter etiam spiritum sanctum, hoc ostendit: quoniam in patre & filio & spiritu sancto, non ordo, nõ maior aut minor, sed una est gloria eadẽq; substantia. Quod uerò dicit, neq; per hominem, sed per Iesum Christum: hic personam deitatis ostendit. Quod autẽ ait: qui suscitauit eum à mortuis: assumpti hominis significat incarnationẽ. Aliter: Non humana præsumptione, ut illi dicunt: neq; per apostolos alios, ut Aaron per Moysen, sed per ipsum dominum, ut Moyses & omnes apostoli uel prophetæ. sed plerũq; ab hominibus ordinantur, cum indigne fauore populi patientiam domini contemnentes, diuino sacerdotio contra meritum ordinantur. g ¶ *Sed per Iesum Christum.*] Qui Petrum & cæteros apostolos in ministerium apostolatus elegit. h ¶ *Et deum patrem.*] Ostendit unam esse patris & filij operationem. i ¶ *Qui suscitauit, etc.*] Secundum quod mori potuit, secundum carnem scilicet. k ¶ *Et qui mecum sunt, etc.*] Ne solus indigne ferre putaretur, suam conculcari doctrinã, Apostolus obiurgaturus Galatas propter conuersationẽ suã, non tantũ ex sua persona scribit ad eos, sed ex omniũ fratrũ qui in consortio secum erant: quos in epistola ad Corinthios apostolos uocat, dicens: Siue fratres nostri apostoli ecclesiam gloriæ Christi. 1.Cor.15 l ¶ *Gratia uobis.*] Qua sola estis fide saluati. m ¶ *Et pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.*] Qua remissis delictis omnibus reconciliati fuerant deo. n ¶ *Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris.*] Ostendit beneficia Christi, quib. existebant ingrati, in lege quæ peccatorib. data est, uiuere cupientes, cũ illis omnia essent peccata dimissa. o ¶ *Vt eriperet nos de præsenti seculo nequã*] Non quòd seculum nequam sit, sed quòd mala sint, quæ agunt in seculo: sicut & dominus in euangelio dicit: Sufficit diei malicia sua. Matth. 6.d Nõ quia dies mala sit, sed propter illa, quæ in eius tempore aguntur uel bona uel mala dicitur. Item mala seculi opera dicuntur quæ cõmittuntur in ipso. D p ¶ *Secundum uoluntatẽ dei & patris nostri.*] Non secundum meritа nostra. q ¶ *Cui est gloria in secula seculorum amen.*] Infinitis beneficijs infinita gloria debetur. r ¶ *Miror quòd sic tam cito transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiam Christi, in aliud euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, etc.*] Manifestatis beneficijs, mirari se dicit quod ab illo potuerint separari. s ¶ *Nisi sunt aliqui qui uos conturbant, & uolunt etc.* Nam euangelium uerum aliud esse non potest, nisi Christi. t ¶ *Et uolunt conuertere euangeliũ Christi. Sed licet etc.*] Dum lex ad euangelium profecerit, illi peruerso ordine euangelium ad legem prouocare nituntur. u ¶ *Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet uobis præterquam quod euangelizauimus uobis.*] Breuiter omni uoluit præiudicare personæ, quando nec Apostolos contra id quod primum prædicauerat, nec uocem de cœlo loquentis angeli permisit audire. Facit autem sententiam contra omnes hæreticos, qui traditiones apostolicas mutare conantur. x ¶ *Anathema sit.*] Hoc est, abominabilis uobis sit. y ¶ *Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit.*] Repetitum fortius commendatur. z ¶ *Modo enim hominibus suadeo, an deo? An quæro, etc.*] Nunquid propter homines uobis suadeo, sicut propter Iudæorum traditiones ante faciebam? Ostendere uult odia hominum se non timentem, libere defendere ueritatem.

AD GALATAS.

Aulus apóstolus non ab hominibus, neq; per hominem: sed pẽr Iesum Christum & dẽum patrem: qui suscitauit eum à mortuis, & qui mẽcum sunt omnes fratres, ecclesijs Galatiæ. Grátia uobis & pãx à deo patre nostro & domino Iesu Christo: qui dẽdit semetipsum pro peccatis nostris, ut ẽriperet nos de præsenti seculo nequã, secundũ uõluntatẽ dei & patris nostri, cũi est gloria in secula seculorũ amen. Miror q͛ sic tam cito transferimini ab eo q͛ uos uocauit in gratiã Christi, in aliud euãgelium, quod non est aliud, nisi sunt aliq͛i qui uos cõturbãt, & uolunt cõuertere euangelium Christi. Sed licẽt nos aut angelus de cœlo euãgelizet uobis præterq͛ quod euangelizauimus uobis, anathẽma sit. Sicũt prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Modo ẽnim hominibus

A a ¶ *An quæro hominibus placere?*] Vbicunq; sine additamento aliquo homines nominãtur, in malam partem accipitur in scripturis. Vt est illud: Omnis homo mendax. Et: Quem dicunt homines esse? Et: Nonne homines estis? Et: Secundum hominem ambulatis. Igitur quicunq; talibus placere uoluerit: necesse est ut eorũ faciat uoluntatem. Sancti autem deo tantum & deum amantibus placent: qui plus quàm homines esse meruerunt. b ¶ *Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.*] Nam ideo me oderũt quia seruus sum Christi. Psal. 115 1.Cor. 3.a

c ¶ *Notum enim uobis facio fratres euangeliũ, quod euangelizatum est à me.*] Vult purgare usurpationis & humanæ traditionis infamiam.

d ¶ *Quia non est secundum hominem: neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi.*] Neq; à me confinxi, neq; ab alio homine accepi, neque à quoquam didici quod gẽtes sola fide saluarentur. B e ¶ *Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo.*] Nec uos credo latere quod dico. Ostendere uult quàm firmiter tenuerit Iudaismum, & quàm fideliter pro traditionibus patrũ expugnarit ecclesiã: ut intelligamus eum non potuisse inde humano consilio, nisi reuelatione separari diuina. f ¶ *Quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.*] Nõ supra omnes, ne iactabundus putaretur. g ¶ *Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ.*] Hic præscientiam dei, ad dilectionem Apostoli antequam nascerẽtur, ostendit. Item qui me in præscientia ab utero segregauit: quando uoluit, fecit quod sciebat esse futurum.

bus suadeo, an deo? An quàro hominibus placere? Si adhũc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Nõtum enim uobis facio fratres euangeliũ quod euangelizatum est à me: qũia non est secundum hominem. Neq; enim ego ab homine accepi illud neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Aũdistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo: quoniãm supra modum persequebar ecclesiam dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, & uocãuit per gratiam suam, ut reuẽlaret filium suum in me, ut euangelizarem illum in gentibus: cõtinuo non acquieui carni & sanguini. Nẽq; ueni Hierosolymã ad antecessores meos apostolos, sed abij in Arabiam, & iterũ reuersus sum Damascum. Dẽinde post annos tres uẽni Hierosolymam uidẽre Petrum, & mãnsi apud eum diebus quindecim. Alium aũtem apostolorum uidi neminem, nisi Iãcobum fratrem domini. Quæ autem scribo uobis, ecce coram deo: quia non mentior. Dẽinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesijs Iudææ, quæ erãnt in Christo. Tantum autem auditum habebant: quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem quam aliquando expugnabat, & in me clarificant deum. Cap. II

DEindẽ post annos quatuordecim iterum ãscendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascẽndi autem secũdum reuelationem, & cõtuli cum illis euangelium quod prædico in gentibus. Sẽorsum autem his qui uidebantur aliquid esse, nẽ forte inuacuum currerem aut cucurrissem. Sẽd neq; Titus qui mecum erat, cum esset gentilis compulsus est circũcidi: sed propter

f ¶ *Vt reuelaret filium suum in me, ut euangelizarem illum in gentibus.*] Vt filium suum per me gentibus reuelaret. h ¶ *Continuo non acquieui carni & sanguini.*] Hoc dicit: quoniam secundum mysterium reuelationis, commissam sibi prædicationem euangelij exercuerit: neq; tunc carnis & sanguinis uocem audiuit, sed dei. i ¶ *Neque ueni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos, sed abij in Arabiam, & iterum reuersus Damascum.*] Nõ quod mihi necesse fuit, ut ab illis aliquid edocerer: sed de Damasco in Arabiam protinus ibam, ut docerem quod mihi à deo reuelatum fuerat. m ¶ *Deinde post annos tres.*] Ostendit se non indiguisse doceri, qui tribus iam annis alijs prædicarat. n ¶ *Veni Hierosolymam.*] Quando se discipulis iungere attentabat. o ¶ *Videre Petrum.*] Et susceptum se ab illo in charitate demonstrat, & in tam breui tempore nihil discere potuisse. p ¶ *Et mansi apud eum diebus quindecim.*] Videndi gratia, non discendi. q ¶ *Alium autem apostolorum uidi neminẽ.*] Ne uel ab illis didicisse uidereтur. r ¶ *Nisi Iacobum fratrem domini, etc.*] Quatuor modis fratres appellari quis dubitat? Primo, naturæ: secundo, cognatione: tertio, gente: quarto, affectu. Vnde Iacobus secundum cognationem frater domini dicitur: quoniam de Maria Cleophæ sorore matris domini, natus esse monstratur. s ¶ *Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ: eram autem ignotus facie ecclesiæ Iudææ.*] Notandum quia per triennium D ecclesijs Iudææ erat ignotus. t ¶ *Quæ erant in Christo, etc.*] Seorsum qui ex Iudæis erant, ecclesia habebantur: nec his qui erant ex gentibus miscebantur. u ¶ *Et in me clarificabant deum.*] De re difficili, maxima nascitur admiratio, & laudabatur deus qui hoc solus posset efficere. De fallis fratribus, & de Petro in circuncisione: Paulo uero in gentibus

ordinatis. CAP. II

DEinde post annos quatuordecim.] Quando de oneribus legis quæstio mouebatur. y ¶ *Iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito.*] Nõ uoluntate mea, sed imperij diuini necessitate. z ¶ *Ascendi autem secundum, etc.*] Hoc ait Apostolus: Cum uenirem inquit, Hierosolymam secundum reuelationem dei, cõgregationi fratrum per ædificationem meã reddidi rationem, seorsum & apostolis: nõ ut ab illis in aliquo instruerer, quippe qui plenam fuerã gratiam cõsecutus: sed ut manifestarem eis recto ordine me Christi euangelium prædicare. a ¶ *Et contuli cum, etc.*] Non didici, sed contuli euangelium, per quod gentes sola fide saluantur. b ¶ *Seorsum autem his, etc.*] Ne illos discipuli de euangelio dubitare putarent. c ¶ *Ne forte inuacuum, etc.*] Hoc non est dubitantis, sed potius confirmantis. d ¶ *Sed neq; Titus qui mecum, etc.*] Inuacuum cucurrit.

¶ *Sed*

Universidad de Navarra Biblioteca

A *a ¶ Sed propter subintroductos falsos fratres.*] Reddit causas cur circuncidit Titum: non quia illi circuncisio prodesset, sed ut scandalum imminens uitaretur. *b ¶ Qui subintroierunt explorare libertatem, etc.*] Qui absoluti sumus à iugo legis. *c ¶ Quibus neq; ad horam cessimus, etc.*] Vt periculum uitaremus, & essent in nobis qui ueritatem euangelij confirmarent. *d ¶ Ab his autem qui uidebantur esse aliquid.*] Hic eos significat, qui Galatas Iudaizare compulerant: qui aliquando insignes inter discipulos Apostolorum fuerant: quicq; præsenti tempore à fide Christiana ad obseruationem Iudaicam conuertebant.

c ¶ Quales aliquando fuerint, nihil mea interest, etc.] Non mihi cura est, quia cum domino ambulauerunt: quia nec tempus præiudicat fidei, nec persona labori. *f ¶ Mihi autem qui uidebātur esse aliquid, etc. quod creditum est mihi euangelium præputij.*] Vt prædicem in gentibus, sicut illi

B Iudæis. *g ¶ Sicut & Petro circuncisionis: qui enim operatus est Petro in apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes, etc.*] In nullo sum illo inferior: quia ab uno deo sumus in ministerio ordinati. *h ¶ Iacobus & Cephas & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse.*] Super quas erat ecclesia confirmata. *i ¶ Dextras dederunt.*] Ita nos docere debere. *k ¶ Mihi & Barnabæ societatis, etc.*] Ambo enim missi erant simul, ut gentibus prædicarent. *l ¶ Vt pauperum memores essemus.*] Qui omnia sua distribuentes, ad apostolorum pedes precia deponebant: Vel quorum bona fuerant à Iudæis inuasa: sicut legimus ad Hebræos. *m ¶ Quod etiam solicitus fui hoc ipsum facere.*] Hoc est, quod in omni pene scribit epistola. *n ¶ Cum autem uenisset Cephas Antiochiam, etc.*] Galatarum infirmitas compellit eum narrare: quod nec ipsi apostolorum principi Petro peperceret, ueritatem euangelij non libere defendenti: sicut etiam ad profectum Corinthiorum manifestat: uisionem quam annis quatuordecim celauerat. Hoc autem totum ait, ut ostendat se nunquam circuncisionis fuisse fautorem, quod de illo falsi apostoli confingebant.

Gal.5.b Vnde & alibi dicit: Ego autem fratres, si circūcisionem

A turam esse prædixit. *a ¶ Vt deo uiuam.*] Quia legem suam innouauit. *b ¶ Christo confixus sum.*] Omnibus peccatis quibus lex est data, sum mortuus: ergo lex mihi minime est necessaria. *c ¶ Viuo autem iam non ego.*] Vetus homo. *d ¶ Viuit uero in me Christus.*] In illo uiuit Christus in quo Christus uegetat actus & uitam. *e ¶ Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei.*] In sola fide: quia nihil debeo legi antiquæ. *f ¶ Qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me.*] Non pecuniam, nō aliquod aliud precium, sed se. *g ¶ Non abijcio gratiam dei.*] Non debeo illi esse ingratus: qui me tātum dilexit, ut pro me etiam moreretur. Abiecta enim est gratia, si mihi sola non sufficit. *h Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus, etc.*] Si lex poterat iustificare, superflue mortuus est Christus.

CAP. III

O Insensati Galatæ.] Nō est cōtrarium salutoris uerbo, quo fratrem fatuum uocari prohibuit: non enim hic dicitur sine causa.

B *k ¶ Quis uos fascinauit?*] Per uulgi uerbum, inuidiam significauit: sicut ait Salomon: Fascinatio nugacitatis obscurat bona. *l ¶ Ante quorū oculos Christus Iesus proscriptus est.*] Quibus per meam prædicationem ita manifestata est passio eius, ut ipsum ante uos pendere putaretis. Proscriptus est, sententiam damnationis accepit. *m ¶ Et in uobis crucifixus.*] Quasi apud uos omnia facta sint. Siue sic, quem uere pro damnato & mortuo etiam nunc uilem habetis, dum putatis eum uobis non sufficere ad salutem. *n ¶ Hoc solum à uobis uolo discere.*] Hoc unum uos interrogo. *o ¶ Ex operibus legis spiritum, etc.*] Si ex merito fidei spiritum accepistis, quid nobis lex amplius poterit dare? *p ¶ Sic stulti estis ut cum spiritu cœperitis, etc.*] Cum nec Iudæi aliter spiritum accipiant, quām per fidem Christi, uos econtrario putatis uobis spiritum sufficere sine lege. *q ¶ Tanta passi estis sine causa.*] Ostendit quia in Galatia constituti, pro Christi fide passi sunt persecutionem. Item tanta sine causa pro Christo toleraſtis, si non iterum pro Christo corrigatis. Siue quod hic, si tamen, non dubitantis sermo sit, sed potius confirmantis, secundum illud: si tamen iustum est apud deum retribuere, qui nos tribulant tribulationem. *r ¶ Qui ergo tribuit uobis spiritum, etc.*] Spiritum sanctum sola fide accepistis: qui non nisi à iustis accipitur: iustos autem sine legis oneribus esse uos constat. *s ¶ Abraham credidit deo, & reputatum est illi ad iustitiam.*] Ita & uobis ad iustitiam sola sufficit fides. *t ¶ Cognoscite ergo: quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ.*] Siue C Iudæi, siue Græci, non carnaliter circuncisi. *n ¶ Prouidens autem scriptura, etc. quia benedicuntur in te omnes gentes.*] Non una gens Iudaica: sed omnes quæ ex operibus legis sunt. *x ¶ Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.*] Nō enim circuncisæ sunt gentes, ut possint ex operibus benedici. *y ¶ Quicunq; enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt, etc.*] Quia ita prævaluit consuetudo peccandi, ut nemo iam perficiat legem. *z ¶ Maledictus omnis qui non permanserit in omnib. quæ scripta sunt in libro, etc.*] Hoc est, qui non omnia usq; ad finem legis mandata seruauerit. Quæritur sanè hoc loco, si fides sola sufficiat Christiano, & utrū non sit maledictus, qui euangelica præcepta contemnet. Sed fides ad hoc proficit: ut in primitijs credulitatis accedentes ad deum iustificet: si desinceps in iustificatione permaneant, cæterum sine operibus fi D dei, non legis, mortua est fides. Qui enim non credit mandatis, & eos qui euangelij præcepta cōtemnunt, maledictos esse & saluator edocuit, dicēs: Discedite à me maledicti in ignem æternum. & Iacobus apostolus, unius man Matt.10.b dati transgressorem, omnium reum esse demonstrauit.

a ¶ Quoniam autem in lege, etc.] Quia nemo illam seruat: ideo dictum est, quod sola fide iustificandi essent credentes. Item uult ostendere: quia ex operib. legis Moysi, iustificari homo nō possit, nisi habuerit & fidem quæ ueniam dat credenti in deo. Non enim qui credunt in Christo, sine lege uiuere possunt. *b ¶ Quia iustus, etc.*] Perfecta fides est: non solum Christum, sed & Christo credere. *c ¶ Lex autem non est ex fide.*] Non iustificat sola fides. *d ¶ Sed qui fecerit ea, uiuet, etc.*] Suo labore conquirat iustitiam, & uiuet in æternum. *e ¶ Christus nos redemit, etc.*] Qui sub maledicto nō erat: quia per omnia legē impleuit. Et ideo indebito maledicto eius, nostrū debitū compensatū est, ut liberet transeuntes ad fidem. *f ¶ Maledictus omnis, etc.*] Sic est scriptū: Si cui fuerit iudiciū mortis, suspēdetis eū in ligno. Nō ideo maledictus, quia pendet: sed ideo pēdet, quia maledictus. Christus ergo cui nō erat iudiciū mortis, nec causa subeūdæ crucis & maledicti reatus, pro nobis maledictum suscepit, quia omnes maledicti eramus, & debiti ligno, & ideo maledicti, quia nō permansimus in omnibus quæ scripta erant in lege. *g ¶ Vt in, etc.*] Vt sola fide, gentes benedicerentⁿ in Christo, sicut promissum fuerat Abrahæ.

¶ Vt

Universidad de Sevilla Biblioteca

A a ¶ *Vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.*] Quę per Ioelem prophetam omni carni promissa est: id est, uniuerso genere hominum. b ¶ *Fratres, secundum hominem dico: tamen hominis confirmatum testamentum.*] Humano utor exemplo: comparari enim humana diuinis, propter euidentiorem intellectum possunt: æquari non possunt. c ¶ *Nemo spernit aut superordinat, etc.*] Quia post tantum temporis data est lex. d ¶ *Hoc autem dico testamentum confirmatū à deo.*] In Christo Iesu. e ¶ *Quæ post quadringentos, etc.*] Ne quis putet esse contrarium: quoniam in libro Geneseos ad Abraham à deo dicitur: Scito prænoscēs, quod peregrinum futurum sit semē tuum in terra non sua, & subjcient eos seruituti, & affligent quadringentos annos, & hic apostolus triginta annos amplius ponat. Quod autem dicit, hoc est, septuagesimo quinto ætatis suæ anno, Abraham accepit à deo repromissionem: à quo tempore usq; ad initium legis Mosaicæ quadringenti & triginta anni, hac ratione complentur: Ex tempore repromissionis usq; ad centesimum annum Abrahæ: quando Isaac filius ei natus fuit, uigintiquinq; anni numerātur. Postea quinto ætatis anno, Isaac paruulus, ab Ismaele cœpit affligi: sicut idē Apostolus in hac ipsa epistola scribit: Euidenter ergo monstratur secundum sermonem dei ad Abraham factum, post centum triginta annos repromissionis, semen eius persecutionibus laborare cœpisse. f ¶ *Nam si ex lege hæreditas, iam non ex promissione: Abrahæ, etc.*] Non per legem, quæ necdum erat. g ¶ *Quid igitur lex?*] Quare ergo data est lex c h ¶ *Propter transgressionem posita est donec ueniret semen cui promiserat.*] Propterea data est, ut nos non transgredi, uel cogeret, uel doceret, usq; dum Christus ueniret. i ¶ *Ordinata per angelos.*] Hoc loco Moses, dei & Hebræorum mediatorem significat, legem per angelum domini accepisse: sicut in libro Actuum apostolorū Stephanus dicit: Hic est Moses, qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina. Item legimus angelos per legem sæpe populo affuisse. k ¶ *In manu mediatoris.*] Siue Mosi (ut quidam putant) siue Christi. Nam & Moses, aiunt, inter deum & populum medius fuit. l ¶ *Mediator autem unius non est.*] Id est, unius partis. m ¶ *Deus autem unus est.*] Hoc ideo addidit, ne quis putaret Christum ab unitate diuinæ naturæ penitus esse diuisum: quia mediatoris susceptisset officium. n ¶ *Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, etc.*] Sicut ad Romanos ait: Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur, scilicet, quæ à nemine seruabatur. o ¶ *Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: ut promissio ex fide Iesu Christi, etc.*] Adueniente Christo, qui sub lege Mosi erant, conclusi sunt peccato, si ultra in legis obseruatione pmanere uoluerint: Quia maledicti qui umbræ legis deseruiunt, ueritate præsente. Item ostendit, quoniam non potuit inueniri, qui daretur credentibus: ut necesse esset sola fide saluari credentes. p ¶ *Priusquam autē ueniret fides.*] Priusquam ueniret, cui crederemus. q ¶ *Sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat.*] Seruabamur à lege, huic fidei quæ erat suo tempore reuelanda. r ¶ *Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur.*] Ad disciplinam nos arctius retentans: perfectam doctrinam uero magistro seruabat. s ¶ *Vbi uenit fides, iam non sumus sub pædagogo.*] Perfectæ ætatis discipuli, non indigent pędagogo. t ¶ *Omnes enim filij dei estis per fidē, quæ est in Christo Iesu.*] Aequaliter & Iudæi & gentes per solam fidem filij dei estis, qua credidistis Christo. u ¶ *Quicunq; enim in Christo Iesu baptizati estis, Christum induistis.*] Filiū dei induti, & toti membra eius effecti, filij dei sitis, necesse est: ut quid ergo uobis lex quæ seruis & peccatoribus data est, quibus per baptismum peccata remissa sunt? x ¶ *Non est Iudæus neq; Græcus: non est seruus neq; liber: non est masculus, neq; fœmina: omnes enim uos unum estis in Christo Iesu.*] Ante enim non solum inter Iudæum & Græcum, sed etiam inter tribum & tribum erat magna diuersitas. y ¶ *Si autem uos Christi, ergo semen Abrahæ estis.*] Si omnes unum corpus estis Christi, Abrahæ semen estis, & ueri hæredes: non ex carnali semine, sed ex diuina promissione generati.

dictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. Frātres secundū hominē dico: tamen hominis confirmatū testamentum nēmo spernit aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit, & seminibus, quasi in multis: sed quasi in uno, & semini tuo qui est Christus. Hōc autem dico testamentum confirmatum à deo, qūę post quadringentos & triginta annos, facta est lex: non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nām si ex lege hæreditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per promissionem donauit deus. Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est, donec ueniret semen cui promiserat: ordinata per angelos in mānu mediatoris. Mediator autem unius non est, deus autem unus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, uere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Priūs autem quam ueniret fides, sub lēge custodiebamur: conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. At ubi uēnit fides, iam non sumus sub pædagogo. Omnēs enim filij dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Quicūnq; enim in Christo Iesu baptizati estis, Christum induistis. Nōn est Iudæus, neq; Græcus: non est seruus, neq; liber: non est masculus neq; fœmina. Omnes enim uos unum estis in Christo Iesu. Si aūtem uos Christi, ergo semen Abrahæ estis secundum promissionem hæredes.

Cap. IIII

Dico āutem: Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo: cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est usq; ad præfinitum tempus

Dico autem, etc. sub tutoribus, etc.] Quia dominatum quondam sacerdotes & principes exercebant: quos tutores & actores appellat. Modo autem non dominari, sed formam præbere iubentur: quia sacerdotale genus sumus, & omnia cōmuniter habemus: quamuis

A quamuis per illos percipiamus sacramenta. a ¶ *Ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes.*] Dierum uidelicet & temporum, quæ fuerant eorum infirmitati necessaria, pro temporis qualitate. b ¶ *At ubi uenit plenitudo temporis, misit deus filium.*] Impletum iam erat tempus, quando legem per malā consuetudinē nemo poterat custodire. c ¶ *Factum ex muliere.*] Dicens factum ex muliere, sexum significat, non corruptionem. Cæterum ut manifestē ostenderet natum ex uirgine, ait: ex muliere, non per mulierem. In eo autem quod dicit, ex muliere, monstrat nō more solito ex conuentu uiri & fœminę, sed per spiritum sanctum, ex matre tantum Christum incarnationem hominis susceptisse. Nam idem 1.Cor.7.b Apostolus ad Corinthios scribens ait: Sicut mulier ex uiro, ita & uir per mulierem. Vnde sicut in principio generationis, mulier ex uiro sumpta

B est: ita & Christus secundum carnem, ex matre tantum est. Omnis autem residua humana generatio, non est ex muliere, secundum Apostoli dictum, sed per mulierem: ut clareat generatio hominum ex uiro per mulierem creari. d ¶ *Factum sub lege: ut eos qui sub lege erant, redimeret.*] Christus sub lege factus est: ut peccatum in carne uincens, credentes in se, à legis uinculis liberaret. Ipse autem sub lege tamdiu fuit, donec baptizatus, noui testamenti inciperet euangelium prędicare. Item si sub lege factus non esset, Iudæos saluare non poterat: gentes uero poterat positus sub lege redimere. e ¶ *Vt adoptionem filiorum reciperemus.*] Non enim omnes recepissemus adoptionem, si factus sub lege non esset. f ¶ *Quoniam autem estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda uestra clamantem, abba pater.*] Ex hoc nos probat filios esse dei, quoniam spiritum Christi accepimus. g ¶ *Itaq; iam non est seruus, sed filius, quod si filius, & hæres per deum.*] Quid uis iterum seruus esse, qui iam filius & hæres es? Item hic manifeste ostendit: quia totus populus, unus filius uocatur. h ¶ *Sed tunc quidem ignorantes deum, his qui natura non sunt dij, seruiebatis.*] Conuertit se ad illos, qui ex gentibus crediderant, & arguit illos: quia dies festos & tempora Iudæorum obseruare uellent, sicut antea idolis fecerant. Nam Iudæis isti dies idcirco concessi sunt, ne eos amore festiuitatis, idolis exhiberent. i ¶ *Nunc autem cum cognoueritis deum, imò cogniti sitis à deo.*] Ante ignorabamini ab illo, quia non nouit iniquos, & non uos illum quæsistis, sed ille uos perditos requisiuit. k ¶ *Quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, etc.*] Euidenter ostendit Apostolus Galatas post acceptam fidem Christi, ad idolorum iterum rediisse culturam. l ¶ *Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.*] Nos non similiter obseruamus: non enim Calendas colimus, nec dies festos, sicut illi in luxuria & epulis, sed in synceritate azyma epulamur. m ¶ *Timeo forte ne sine, etc.*] Nihil enim prodest Christianos uos factos, si ista iterum obseruetis. n ¶ *Estote sicut ego: quia & ego sicut uos.*] Hoc est quod dicit: me imitamini gentiliter uiuentem: quia & ego gentiliter uiuo, Iudaica obseruatione depositā: sicut Apostolus in hac eadem epistola Petro apostolo dicit: Si tu cum sis Iudæus, gentiliter uiuis, quomodo cogis gentes Iudaizare? o ¶ *Fratres obsecro uos, nihil me læsistis.*] Vt merito putetis me inimicitiarum & non salutis uestræ causa moueri. p ¶ *Scitis autē quia per infirmitatem, etc.*] Vel per passionem, uel etiam per naturalem infirmitatē: quia thesaurum gratiæ in uasis fictilibus baiulabat. q ¶ *Et tentationem uestram in carne mea non spreuistis.*] Increpando hoc apostolus dicit: quia cum fidem Christi apud Galatas prædicaret, persecutionem ab incredulis ciuibus eorum passus est, & nihilominus ipsi tentationi & uarijs iniurijs permiserunt Apostolum subiacere. Item grandis tentatio est, si uir sanctus aut infirmetur, aut impune læditur. Sed ideo ista pati permittitur à deo, ut uirtutem per infirmitatem perficiat: & ut corruptionem hanc sentientes, incorruptam uitam, maiori studio & amore perquirant. r ¶ *Sed sicut angelum dei excepistis me.*] Cum se angelis comparatum gaudet, probat angelos hominibus esse maiores. s ¶ *Sicut Christum Iesum.*] Non solum ut angelum. t ¶ *Vbi est ergo beatitudo uestra?*] Quam nunc taliter susceptistis. u ¶ *Testimonium enim perhibeo uobis, etc.*] Ostendit quanta cum charitate dilexerint, & quomodo se totos eius doctrinæ tradiderint. Vtiq; charissima corporis sui membra eidem tradere cupierant, hanc solam euangelico lumini dignam esse uicissitudinem arbitrantes, si sua lumina ei reddidissent. x ¶ *Ergo inimicus uobis factus sum, etc.*] Hæc est conditio ueritatis, ut eam semper inimicitiæ sequantur: sicut per adulationem pernicioſam, amicitiæ conquiruntur. Libenter enim quod delectat, auditur, & offendit omne quod nolumus. Ita enim & hi diligere cœperant sabbati ocia, & dierum festorum epulas prædicantes contra Apostolum: qui omnem continentiam suo illis exemplo monstrabat. y ¶ *Aemulantur uos non bene, sed excludere, etc.*] Aemulus & imitator, potest & inimicus intelligi. Sic non bene æmulatur, qui ut alium deficiat, non ut ipse proficiat, æmulatur. Aemulamini autem meliora charismata. z ¶ *Bonum autem æmulamini in, etc.*] Nolite illos æmulari, sed bonum semper æmulamini: non in præsentia

A mea tantum. a ¶ *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis.*] Euidenter hoc aduersus hæreticos ualet: qui post baptisma peccantibus, pœnitentiam non dant. Item in illo uere Christus formatur, qui uirtutem fidei eius intelligit, & in quo omnis conuersatio eius exprimitur atq; depingitur. b ¶ *Vellem autem esse apud uos modo.*] Quia quanta uos audire meremini, scribere tanta non possum. c ¶ *Et mutare uocem meam.*] Vocem blandientis patris, in rigorem magistri ueteris mutare.

d ¶ *Quoniam confundor in uobis.*] Detrimentum discipulorum, confusio est magistri: sicut profectus eorum, est gloria præceptoris. Confunditur autem: quia iam filij facti, rursum serui esse cupiebant. e ¶ *Dicite mihi qui sub lege uultis esse, etc. quoniam Abrahã duos filios habuit, etc.*] Ismael, carnis: Isaac, fidei. Illum enim Abraham secundum carnalem usum genuit: istum cõtra naturam promissione susc epit.

B f ¶ *Quæ sunt per allegoriam dicta.*] Quæ quidem sunt per allegoriam dicta, hoc est, alia ex alijs figurata. Dedit autem regulam hoc loco Apostolus intelligendi allegoricas rationes, scilicet ut manente historiæ ueritate, figuras ueteris testamenti exportamus. Nam cum dixisset, Abraham duas uxores ueris sime habuisse: postea quid præfigurauerint, demonstrauit: & hoc ipsum ibi fecit, ubi aliqua sanctorum honesta gesta referuntur, non ubi peccata notantur. Cæterum delicta dicere per mysteria, aut impossibilitatis, aut ignorãtiæ deum est criminari: qui aut aliter sua monstrare non potuerit sacramenta: aut certe putans sibi quorundam peccata necessaria, prius illa generaliter condemnet: sed & postea reprehendendo atq; uindicando ostendat, illa non propter sua mysteria fieri uoluisse: præcepta uero difficile inueniet Apostoli, taliter exponentis, ne eorum uitam uideretur eneruare. g ¶ *Hæc enim sunt duo testamenta.*] Vetus & nouum, singulos populos generantia.

h ¶ *Vnum quidem in monte Sina, etc.*] Iudæi metu præsentium cogebantur, ut feræ: nos uero præmijs inuitamur, ut liberi. & illi quasi serui præter moralia præcepta, etiam diuersis operibus premebantur: nobis autẽ quasi filijs, moralibus monitis adimpletis, seruilia onera auferuntur: sed illi sacerdotibus suis ex debito seruientes, tributa etiam reddere cogebantur: nos præter charitatem nihil debentes, antistites nostros uoluntarie honoramus. i ¶ *Quæ est Agar.*] Cuius typum habuit synagoga. k ¶ *Sina enim mons est in Arabia, etc.*] Ex qualitatib. locorum, uult intelligi diuersitatem testamentorum.

l ¶ *Et seruit cum filijs suis.*] Cum filijs Hierusalem, gentibus seruit. m ¶ *Illa autem quæ sursum est Hierusalem, etc.*] Recte dicit Apostolus, Hierusalem cœlestem sterilẽ esse generatione filiorum: quia non illic generat filios: sed hic per fidem renatos in Christo postea susc ipit, & eorum quos susceperit, mater efficitur. Hoc autem ualet contra dogma eorum, qui dicunt animas de cœlo propter peccatum, in terras demitti, & nascentibus corporibus infundi. Quod autem: Multi filij desertæ magis quàm quæ habet uirum: Filios desertæ, significat ecclesiæ populos ex gentibus congregatos. Habentem autem uirum, synagogam Iudæorum testatur: sicut Osee propheta monstrat: Iudicate matrem uestram, iudicate: quia ipsa non uxor mea, & ego non uir eius. Item ecclesia mater est tam gentilium credẽtium, quàm etiam Iudæorum: cuius filij, serui esse nõ possunt. Et ideo & mediator noui testamẽti de cœlo aduenit pontifex, & euangelium non in uno loco, sed in toto mundo est prædicatum. n ¶ *Lætare sterilis quæ non paris.*] Prophetico testimonio probat melioré nos, quàm Iudæos matrem habere. o ¶ *Erumpe & clama quæ non parturis.*] Clamor, pro prophetia ponitur in hoc loco. p ¶ *Quia multi filij desertæ magis.*] Hoc præfigurabat Anna, quæ dixit: Sterilis quæ peperit septem, & fœtosa in filijs infirmata est. q ¶ *Quàm eius quæ habet uirum.*] Quæ uirum habere putans, de fœcunditate gloriatur. Aut quia habebat uirũ antequam ejiceretur cum filio suo. r ¶ *Nos autem fratres secundum Isaac, etc.*] Quomodo de Isaac, ita & de nobis est Abrahæ repromissum, quod scilicet in eo benedicẽdæ essent omnes gentes. s ¶ *Sed quomodo tunc is qui, etc.*] Semper carnales homines: eos qui spirituales sunt persequuntur. Vnde mirum non est, si modo carnei & seculares, homines sanctos tribulent & affligant: imò inde cognoscendi sunt iusti esse, si à talibus opprimantur. t ¶ *Persequebatur eum qui secundum spiritum.*] In Genesi quidẽ hoc scriptum est: Quia illuserat Isaac Ismael. Sed Apostolus ostendit non simplicem lusum fuisse, quem persecutionem appellat. Quia scurrilem eum & leuem sicut ipse erat, facere cupiebat: ne illi possit in hæreditate præferri. Ideo Abraham deijciendo eum, uocem Saræ iubet audire. u ¶ *Ita & nunc.*] Ita & isti seruos suos sibi similes facere nituntur: x ¶ *Sed quid dicit scriptura? etc.*] Quantumuis se extollat iniquitas, ancilla est, & subijcienda sanctis: sicut & Iudæi: quamuis Abrahæ filios se iactent, quamdiu filij ancillæ fuerint, nobiscum hæreditatẽ habere non possunt. y ¶ *Itaq; fratres, non sumus ancillæ filij, etc.*] Non debemus ancillam sequi, matre relicta: quæ licet eiusdem uiri fuerit uxor tamen ad tempus: quia Saræ tempus nondum uenerat generandi.

Recte dicit Apostolus, Hierusalem cœlestem sterilẽ esse C generatione filiorum: quia non illic generat filios: sed hic per fidem renatos in Christo postea susc ipit, & eorum quos susceperit, mater efficitur. Hoc autem ualet contra dogma eorum, qui dicunt animas de cœlo propter peccatum, in terras demitti, & nascentibus corporibus infundi. Quod autem: Multi filij desertæ magis quàm quæ habet uirum: Filios desertæ, significat ecclesiæ populos ex gentibus congregatos. Habentem autem uirum, synagogam Iudæorum testatur: sicut Osee propheta monstrat: Iudicate matrem uestram, iudicate: quia ipsa non uxor mea, & ego non uir eius. Item ecclesia mater est tam gentilium credẽtium, quàm etiam Iudæorum: cuius filij, serui esse nõ possunt. Et ideo & mediator noui testamẽti de cœlo aduenit pontifex, & euangelium non in uno loco, sed in toto mundo est prædicatum. n ¶ *Lætare sterilis quæ non paris.*] Prophetico testimonio probat melioré nos, quàm Iudæos matrem habere. o ¶ *Erumpe & clama quæ non parturis.*] Clamor, pro prophetia ponitur in hoc loco. p ¶ *Quia multi filij desertæ magis.*] Hoc præfigurabat Anna, quæ dixit: Sterilis quæ peperit septem, & fœtosa in filijs infirmata est. q ¶ *Quàm eius quæ habet uirum.*] Quæ uirum habere putans, de fœcunditate gloriatur. Aut quia habebat uirũ antequam ejiceretur cum filio suo. r ¶ *Nos autem fratres secundum Isaac, etc.*] Quomodo de Isaac, ita & de nobis est Abrahæ repromissum, quod scilicet in eo benedicẽdæ essent omnes gentes. s ¶ *Sed quomodo tunc is qui, etc.*] Semper carnales homines: eos qui spirituales sunt persequuntur. Vnde mirum non est, si modo carnei & seculares, homines sanctos tribulent & affligant: imò inde cognoscendi sunt iusti esse, si à talibus opprimantur. t ¶ *Persequebatur eum qui secundum spiritum.*] In Genesi quidẽ hoc scriptum est: Quia illuserat Isaac Ismael. Sed Apostolus ostendit non simplicem lusum fuisse, quem persecutionem appellat. Quia scurrilem eum & leuem sicut ipse erat, facere cupiebat: ne illi possit in hæreditate præferri. Ideo Abraham deijciendo eum, uocem Saræ iubet audire. u ¶ *Ita & nunc.*] Ita & isti seruos suos sibi similes facere nituntur: x ¶ *Sed quid dicit scriptura? etc.*] Quantumuis se extollat iniquitas, ancilla est, & subijcienda sanctis: sicut & Iudæi: quamuis Abrahæ filios se iactent, quamdiu filij ancillæ fuerint, nobiscum hæreditatẽ habere non possunt. y ¶ *Itaq; fratres, non sumus ancillæ filij, etc.*] Non debemus ancillam sequi, matre relicta: quæ licet eiusdem uiri fuerit uxor tamen ad tempus: quia Saræ tempus nondum uenerat generandi.

Osee 2.d

Esa. 54.d

1. Reg. 2.d

Gen. 21.d

State

A CAP. V

State & nolite iterum iugo seruitutis contineri.] State in fide euangelij: iam enim tempus legis effluxit: nolite iugum cũ Iudæis trahere, quod nec ipsi ferre possunt. b ¶ *Ecce ego Paulus dico uobis.*] Ego uobis audenter dico, neminem pertimescens. c ¶ *Quoniam si circuncidamini, Christus uobis nihil proderit.*] Quia solum illum ad salutem uobis sufficere non putatis. d ¶ *Testificor autem rursus omni homini, etc.*] Qui caput operum legis susc epit, necesse est ut cætera membra sustineat, ne maledicto subiaceat. e ¶ *Euacuati estis à Christo: qui in lege iustificamini, à gratia excidistis.*] Si in lege spem ponitis, & iustificare posse uos creditis, infirmam Christi gratiam iudicatis, & quod tã gratis consecuti estis, tanquam non habentes, proprijs uultis laboribus adipisci. f ¶ *Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus.*] Spiritualiter conuersatione perfectæ fidei, speramus nos iustitiæ immortalem accepturos esse mercedem. g ¶ *Nam in Christo Iesu neq; circuncisio aliquid ualet, neque præputium.*] Neq; circuncisio prodest, nec præputiũ nocet temporibus Christianis.

B h ¶ *Sed fides quæ per charitatem operatur.*] Ergo & fides operatur per charitatem, non per timorem: qui enim credit deo, attendit mandatis: nam qui credit futuris, amplius operatur, quàm qui præsentem metuit pœnam. i ¶ *Currebatis bene.*] Fidei gressibus, & moralibus disciplinis. k ¶ *Quis uos impediuit, etc.*] Quis ille fuit qui legis operibus implicauit, ut cursum ueritæ fidei impediret? l ¶ *Neminí consenseritis: persuasio, etc.*] Nec illis nec mihi, sine uerbis dei consentire debetis: qui uos iterum ad pœnitentiam uocat. m ¶ *Modicum fermentum, totam massam corrumpit.*] Ne quis diceret: Cur omnes corripis, dum nõ omnes errauerunt? Ostendit quod modicum maliciæ fermentum, totam possit ecclesiam, & massam suam à ueritate corrumpere. n ¶ *Ego confido in uobis in domino, etc.*] Quam habet ueritas Christi. o ¶ *Qui autem conturbat uos, etc.*] Ab euangelij ueritate. p ¶ *Ego autem fratres si circuncisionem adhuc prædico, etc.*] Quod de me uobis mentiti sunt deceptores, ita me alijs prædicare. Quid persecutionem patior, si ipsius circuncisionis non inimicus sum ut affirmatur. q ¶ *Ergo euacuatum est scandalum crucis?*] Ideo scandalum patiuntur: quia in sola fide crucis dico ẽsse salutem. r ¶ *Vtinam abscindantur qui uos conturbant.*] Si putant sibi hoc prodesse: non solum circuncidantur, sed etiam abscindantur: si enim expoliatio membri proficit, multo magis abolitio. Quidam dicunt: Vtinam errore abscisi, ueritatis radicibus inserantur. s ¶ *Vos enim in libertatem, etc.*] Tantum ne per occasionem circuncisionis, ad legis seruitium redeatis. t ¶ *Sed per charitatem spiritus seruite inuicem.*] Non superbiam per speciem libertatis insinuo: sed spontaneum esse uolo seruitium, non coactum. u ¶ *Omnis enim lex, etc.*] Legis etiam ipsa moralia quæcunq; sunt uno possunt sermone concludi, & in uno hoc præcepto compleri. x ¶ *Diliges proximum tuum.*] Dilectio uel charitas in quatuor modis consistit: hoc est, in dei dilectione, quæ prima est: secunda si nosmetipsos secundum deum amemus: tertia, proximos: quarta, etiam inimicos. Deum ergo plus quàm nos diligere debemus: proximum sicut nos: inimicum ut proximum. Proximus diligebatur in lege, & nisi deũ primo dilexerimus, nos minime possumus non peccando diligere, & nos diligamus ad quam formam proximos diligimus, quod si proximos non amamus, quando inimicum amare poterimus? c Si ergo uolumus dilectionem habere, pri

C CAP. V

STate & nolite iterum iugo seruitutis contineri: Ecce egõ Paulus dico uobis: quoniam si circuncidamini Christus uobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circuncidenti se: quoniam debitor est uniuersæ legis faciendæ. Euacuati estis à Christo: qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. Nam in Christo Iesu, neque circuncisio aliquid ualet, neq; præputium, sed fidẽs quæ per charitatem operatur. Currebatis bene: quis uos impediuit ueritati non obedire? Nemini consenseritis. Persuasio hæc non est ex eo qui uocat uos. Modicum fermentum, totam massam corrumpit. Egõ confido in uobis in domino, quod nihil aliud sapietis. Qui autem conturbat uos, portabit iudicium quicunque est ille. Ego autem fratres si circuncisionem adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior? Ergõ euacuatum est scandalum crucis? Vtinam abscindantur qui uos cõturbant. Vos enim in libertatem uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si inuicem mordetis & comeditis, uidete ne ab inuicem consumamini. Dico autem in Christo: Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur: ut non quæcunque uultis, illa faciatis. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Manifesta sunt autem opera carnis: quæ

mo deum plusquam nostras animas diligamus: quod inde probatur, si propter deũ etiam salutem nostram, & ipsas animas cõtemnamus. y ¶ *Sicut teipsum.*] Qui secum proximum diligit, utraq; complet genera mandatorum: id est, nec malum facit ulli, nec bonum non facit. z ¶ *Quod si inuicem, etc.*] Per contentiones singuli uos meliores alteris iudicando. a ¶ *Videte ne ab, etc.*] Dum alter alteri occasio perditionis extat. b ¶ *Dico autem in, etc.*] Spiritualibus actibus, quos infra describit. c ¶ *Et desideria, etc.*] Non quo caro sine anima concupiscat: sed quando ipsa anima carnalia cogitat, caro dicitur: quando uero spiritualia, unus cum deo fit spiritus. Quamdiu ergo duplex in nobis est desiderium uel uoluntas, non perficimus quæcunq; uolumus, uno ædificante in nobis, & alio destruente. d ¶ *Caro enim concupiscit, etc.*] Carnalis consuetudo aduersus spirituale desiderium. e ¶ *Hæc enim sibi inuicem aduersantur: ut non, etc.*] Hoc facit ratio, ut non uoluntatem sequatur effectus. f ¶ *Quod si spiritu ducimini non estis, etc.*] Si uos spiritualibus per omnia actibus occupetis, non est uobis lex necessaria, quæ carnalibus data est. g ¶ *Manifesta sunt autem, etc.*] Non est difficile discernere inter utraq; opera.

D

quæ sunt fornicatiõ, immundicia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prædico uobis sicut prædixi: quõniam qui talia agunt, regnũ dei non consequentur. Frũctus autem spiritus, est charitas, gãudium, pax, patientia, benignitãs, bonitas, longanimitãs, mansuetudo, fidẽs, mõdestia, cõtinentia, cãstitas. Adũersus huiusce modi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs.

CAP. VI

SI spiritũ uiuimus, spiritu & ambulemus. Nõn efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Frãtres, & si præoccupatus homo fuerit in aliquo delicto: uos qui spirituales estis, huiusce modi instruite in spiritu lenitatis: cõsiderans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum probet unusquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnusquisque enim onus suum portabit. Cõmunicet autem is qui catechizatur uerbo ei qui se catechizat in omnibus bonis. Nõlite errare, deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet, quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Bõnum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus

a ¶ *Quæ sunt fornicatio, immundicia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, etc.*] Inimicitias & cætera sequentia, carnalia dicit, quæ animæ sunt, non carnis, ne Manichæi eum substantiam carnis accusare putarent, sed omne malum carnale definiunt, omne bonum spirituale, quia cœleste.

b ¶ *Quæ prædico uobis sicut prædixi.*] Ex his cætera colligere poteram: quæ compendij gratia præmisi.

c ¶ *Quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur.*] Notãdum atq; plangendum qd contentiosos atq; dissidentes uel iracundos, cum idololatris, & ueneficis, & homicidis penitus exclusit à regno.

d ¶ *Fructus autem spiritus, est charitas.*] Omnium uirtutum prima est charitas, quam in quatuor partes diuisibilem annotauimus.

e ¶ *Gaudium.*] Spirituale.

f ¶ *Pax, patientia.*] Etiam cum odientibus pacem.

g ¶ *Benignitas, bonitas.*] Semper bene uelle facere.

h ¶ *Longanimitas.*] Illatas iniurias sustinere patienter.

i ¶ *Mansuetudo.*] Nulli iniuriam irrogare.

k ¶ *Fides.*] Vel debes credere, uel omnibus promissa complere.

l ¶ *Modestia.*] Nec læsus irasci.

m ¶ *Continentia.*] In coniugijs spiritualibus.

n ¶ *Castitas.*] In uirginibus intelligitur.

o ¶ *Aduersus huiusce modi non est lex.*] Nõ enim ista prohibuit: sed & qui nouum implet, non est sub ueteri testamento.

p ¶ *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs.*] Si omnia simul uitia crucifixa sunt, & caro quasi pendẽs in ligno, non concupiscit: ut quid nobis lex quæ data est ad uitia coercenda? Simul illud notandum quod eos dixerit Christi esse, qui carnem cum uitijs crucifixerũt. Hoc contra illos, qui sõlam fidem sufficere arbitrantur.

CAP. VI

Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus.] Si per spiritum uitam habemus, spiritualiter conuersemur, & non carnaliter legi seruiamus.

r ¶ *Non efficiamur inanis gloriæ, etc.*] Inanis gloriæ est cupidus, qui alterius quãuis ueram doctrinam euacuare conatur, ut plures uideatur habere discipulos: huiusmodi tamen se alterutrum ad iracundiam prouocare consueuerunt: quamdiu sibi inuicem inuidere non desinunt. Inanis aliter gloria est: si ex his quæ non percipiuntur in lege, omnes cogamus facere, quantum non facimus, & cum ipsi non poterimus, hæc superflua dicamus.

s ¶ *Inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.*] Si irridendo seductos ad iracundiam prouocetis, & illi uobis inuideant.

t ¶ *Fratres, & si præoccupatus homo fuerit in aliquo delicto, etc.*] Hoc illis dicit, qui non fuerant persuasi: ut præuentos corrigant mansuete. Sané in his præuenitur humana fragilitas: quæ leuiora sunt, & ex insperato contingunt: Cæterum non est præuentio, ubi aliquid cum consilio diu meditato committitur.

u ¶ *Considerans teipsum, etc.*] Quia & tu ipse homo cum sis, potes in aliquo præueniri, & adiutorio indigere, sicuti sani infirmos sustinent, & mortuos sepeliunt uiui: quia & ipsi infirmari & mori se posse credunt.

x ¶ *Alter alterius onera portate, & sic implebitis legẽ Christi.*] Lex Christi, charitas est: sicut ipse dicit: Mãdatum nouũ do uobis, ut uos inuicem diligatis, sicut & ego dilexi uos. Notandũ quod gratia, lex dicatur. Ioan. 13.d

y ¶ *Nam si quis existimat, etc.*] Qui se putat non posse tentari: siue qui plus de se laudanti quàm suæ conscientiæ credit.

z ¶ *Opus autem suũ probet unusquisq;.*] Testimonio conscientiæ. D

a ¶ *Et sic in semetipso, etc.*] In sua conscientia, & non in alterius adulatione: siue in sua iustitia, non alieno peccato. Nemo enim proficit ad alterius detrimentũ: nec ex illius delicto iustior quàm fuerit, apparebit.

b ¶ *Vnusquisq; enim onus suum portabit.*] Non enim onus eius aufert laus sectantis.

c ¶ *Communicet autem.*] Siue obedientiam uerbo, & actibus imitationem, siue substantiam uictus.

d ¶ *Nolite errare, etc.*] Homo potest à serpente, dei uindictam negante, irrideri, sicut Eua. Nam deus exhibet quod promittit: nam ut omnem eius astutiam excluderet: amplius primo peccantibus reddidit, quàm promisit, & uxori Lot etiam quod non dixerat, fecit.

e ¶ *Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet: quoniã qui seminat, etc.*] Qui spem habet in circuncisione carnali: uel qui uitia seminat, metet pœnam.

f ¶ *Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam.*] Qui in spirituali conuersatione seminat, uel fide.

g ¶ *Bonum autem facientes non deficiamus.*] Sicut Ecclesiasticus ait: Non impedias orare semper, & non uereris usq; ad mortem iustificari: quoniam merces domini manet in æternum. Indeficientem enim iustitiam, indeficiens præmium subsequitur: quia qui perseuerauerit usque in finem, saluus erit. Eccli. 18.c

h ¶ *Tempore enim suo metemus non deficientes.*] Nunc tempus seminandi est, non metendi.

i ¶ *Ergo dum tempus habemus.*] Vltimum sementis hoc tempus est: festinemus ergo campos omnes serere. sed magis eos qui sunt uberrimi, replcamus: ne incipiamus tempore messis

messis, alijs abundantibus esurire.

a ¶ *Operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei.*] Indigentibus Iudæis & Paganis, & omnibus Christianis, bonis malisq; misericordiam faciamus: nec alicui quod dominus communiter tribuit, denegemus: maxime tamen his qui peculiarem fidei exhibent famulatum.

b ¶ *Videte qualibus literis scripsi uobis mea manu.*] Intelligite quam non timeam, qui literas manu mea nuper scripsi.

c ¶ *Quicunq; enim uolunt placere, etc.*] Qui Iudæis carnalib. placere desiderant, crucis Christi persecutionem sustinere timentes.

d ¶ *Neq; enim qui circunciduntur, legem custodiunt.*] Si circuncisio legem faceret custodire, aliquid uideretur habere rationis ista persuasio.

e ¶ *Sed uolunt uos circunci di, ut in carne uestra glorientur.*] Vt de carne uestra apud Iudæos laudem habeant: siue quod discipulos ad se traxerint, glorientur.

f ¶ *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.*] Non in propria iustitia uel doctrina, sed in fide crucis: per quam mihi omnia peccata dimissa sunt: ut ego mundo

E morerer, & ille mihi.

g ¶ *In Christo enim Iesu neq; circuncisio aliquid ualet neq; præputium, sed noua creatura.*] Hoc tempore solum hoc prodest: si quis renatus in Christo, noua conuersatione utatur: ut propheta ait: Innouate uobis nouam messem, & ne seminaueritis inter spinas. Circuncidite uos deo uestro & circuncidite præputium cordis uestri.

h ¶ *Et quicunq; hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia.*] Quia in sola fide spes collocatur animarum.

i ¶ *Et super Israel dei.*] Dei est ergo Israel: Non enim omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ.

k ¶ *De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto.*] Nemo me amplius interroget, quasi dubitãs: quia omnem exposui ueritatem. Ego enim signa & characteres, non circuncisionis, sed crucis & passiõis in corpore meo circunfero.

l ¶ *Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fratres.*] Subscriptio talis est Apostoli. Optat autem ut gratia eos domini, non legis opera comitentur. Simul & attende: quia cum spiritu uestro dixerit, non cum carne: in cuius circuncisione gloriantur carnales, uos autem spiritualiter conuersamini, ut spiritualiter circuncisi. D

bemus, operemũr bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei. Vidẽte qualibus literis scripsi uobis mea manu. Qũicunq; enim uolunt placere in carne, hi cogunt uos circuncidi: tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur. Neq; enim qui circunciduntur, legem custodiunt: sed uõlunt uos circuncidi, ut in carne uestra glorientur. Mihi aũtem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christõ enim Iesu neq; circuncisio aliquid ualet, neq; præputium, sed noua creatura. Et quicũnq; hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia, & super Israël dei. De cætero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Grãtia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fratres. Amen.

COMMENTARII IN epistolam ad Ephesios.

Aulus apostolus Iesu Christi, per uoluntatem dei.] Non meis meritis.

n ¶ *Omnibus sanctis.*] Omnes sancti fideles, non omnes fideles sancti: Quia possunt etiam catechumeni ex eo quod Christo credũt fideles dici, nõ tamen sancti sunt: quia non per baptismum sanctificati. Siue sic intelligendum, quod scribat, fideliter seruantibus gratiam sanctificatis.

o ¶ *Qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu.*] Non omnibus Ephesijs, sed his qui credunt in Christo.

p ¶ *Gratia uobis et pax.*] Tunc uobis ualebit gratia, si ei non fitis ingrati: salutem uestram uestris meritis deputantes. Pacem uero reconciliationis obseruabimus, si nihil eius bonitati uel iustitiæ deinceps faciamus contrarium.

q ¶ *A deo patre nostro, & domino Iesu Christo.*] Vnum esse patrem & filium demonstrat, utiq; pariter operantes.

r ¶ *Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi.*] Laudat deum, eo quod donauerit infra scripta.

s ¶ *Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali.*] Non aliquantis, sed omnibus spiritualibus gratiæ benedictionibus: ut quomodo in nobis nihil deest ex illo, ita uoluntati eius nihil desit ex nobis.

t ¶ *In cœlestibus.*] Non in carnali prosperitate, nec in terrena abundantia.

u ¶ *In Christo.*] In capite omnia membra benedixit.

x ¶ *Sicut elegit nos in ipso ante mundi cõstitutionem, etc.*] Quia nihil nouum est ei apud quem omnia erant, antequam fierent. Non ut quidam hæretici somniant animas antea in cœlo fuisse segregatas.

y ¶ *In conspectu eius.*] Non hominum.

z ¶ *In charitate.*] Hoc fecit: siue immaculatos diligit deus.

a ¶ *Qui prædestinauit nos, etc.*] Hoc prædestinauit, ut haberent potestatem filij dei fieri homines, qui credere uoluissent: sicut scriptum est: Loquebantur uerbum cum fiducia omni uolenti credere.

b ¶ *Per Iesum Christum in ipsum.*] Vt membra eius simus.

c ¶ *Secundum propositum uoluntatis suæ.*] Non secundum merita nostra.

d ¶ *In laudem, etc.*] Vt laudemus gloriam gratiæ eius.

Universidad de Sevilla Biblioteca

in quâ gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem, per sanguinem eius in remissionē peccatorum, secundum diuitias gratiæ eius: quæ superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia: ut notum faceret nobis sacramentum uoluntatis suæ, secundum beneplacitum eius quod proposuit in eo in dispensationē plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis & quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam nos sorte uocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis suæ: ut simus in laudem gloriæ eius, nos qui ante sperauimus in Christo. In quo & uos cum audissetis uerbum ueritatis, euangelium salutis uestræ, in quo & crēdentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. Propterea & ego audiens fidem uestram, quæ est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos: non cesso gratias agens pro uobis memoriam uestri faciens in orationibus meis: ut deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ, det uobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis uestri: ut sciatis quæ sit spes uocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis. Et quæ sit supereminens magnitudo uirtutis eius in nos qui credimus secundum operationem potentiæ uirtutis eius, quam operatus est in Christo Iesu, suscitans illum à mortuis, & cōstituens ad dexteram suam in cœlestibus, super omnem principatū, & potestatē, & uirtutē, & dominationē, & omne nomen quod nominatur, nō solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, &

A a ¶ *In qua gratificauit nos in dilecto filio suo.*] In qua gratia gratos fecit nos sibi in Christo. b ¶ *In quo habemus redemptionem, etc.*] Non solum redemit, sed etiam peccata remisit: sine labore nostro, iustos nos fecit, secundum diuitias gloriæ eius. c ¶ *Quæ superabundauit in nobis, etc.*] Plusquam abundauit: ut non solum à morte redemptis gratis peccata dimitteret, sed etiam nobis tantam sapientiam donaret, ut uoluntatis eius occulta mysteria nosceremus. d ¶ *In dispensatione, etc.*] In nouissimis temporibus: quando iam omnis dispensatio temporum, legis & naturæ prophetarumq; trāsacta est. e ¶ *Instaurare, etc.*] Multi superhac re diuersa dixerunt. Nam quidam aiunt cœlos, animas: terram, corpora accipienda. Alij cœlos, Iudęos, quicœlestia præcepta habuerant: terram esse gentiles affirmant. Alij uero asserunt: nō angelos per cœlos significari, sed eorum scientiam: ex

B Christi enim tempore profecisse, qui tantam ignari interrogabant: Quis est iste rex gloriæ? Et docentur dominum cum esse uirtutū. Sed quoniam instaurari non dicitur, nisi lapsum: melius est si eorum gaudium in salute hominum instauratum esse dicamus: quod habuerāt antequam homines à iustitia penitus declinarent. In terra uero instauratum genus hominum per Christum nullus ignorat. f ¶ *In quo, etc.*] Nos qui ex Iudæis credimus. g ¶ *Prædestinati.*] Per fidem, siue præcogniti. h ¶ *Secundū propositum, etc.*] Proposuit omnia restaurare: sed primo oues perditas domus Israel. i ¶ *Qui operatur omnia.*] Omnium horum causa, uoluntas dei est: quam rationabilem esse non dubium est. k ¶ *Secundum consiliū, etc.*] Non secundum merita nostra. l ¶ *Vt simus, etc.*] Vt per conuersationem nostram, & signa quæ facimus, detur gloria deo. m ¶ *Nos qui, etc.*] Nos apostoli uel Iudæi, qui priores credimus Christo: siue ex lege expectauimus. n ¶ *In quo & nos, etc.*] In quo etiam uobis gentib. annunciata est salus. o ¶ *In quo & credentes.*] In quo euāgelio, siue Christo. p ¶ *Signati estis spiritu, etc.*] Hinc cognoscimini unum esse, quia eundem spiritum accepistis: cuius signa, arra sunt hæreditatis futuræ. Si ergo mortuos suscitare arra est, quanta erit ista possessio? Pignus uero promissis fidē operatur spiritu promissionis qui nō carni promissus est. q ¶ *In redemptionē, etc.*] Quos redimendo suo sanguine acquisiuit, ut etiam in hoc laudemus gloriam eius. r ¶ *Propterea & ego, etc.*] Quām firmiter teneatis fidem Iesu. s ¶ *Et dilectionē, etc.*] Hoc est, fidem operibus comprobatis, & omnes bonos sine exceptione personæ uel noticiæ diligitis. Cauete autem à pseudoprophetis, & non omni spiritui credere, & non ante probationem nobis iudicare præcipitur. t ¶ *Non cesso gratias agens, etc.*] Non ut quidam in iunditate conuiuij: mihi autem nihil oratione iucundius. u ¶ *Vt deus domini nostri, etc.*] Notādum quia fidem & charitatem habentibus, sapientia à domino prædicatur: noverat enim adiutricem esse uirtutum. x ¶ *In agnitionē eius.*] Quomodo optat ut agnoscant deum, quem usq; adeo nouerant: ut ei credētes, omnes propter ipsum diligerent sanctos? Sed hoc petit, ut perfecte agnoscāt magnitudinem eius atq; uirtutem, qua potest promissa præmia uel pœnas implere. Magnitudinem: qui cum ubiq; sit, nihil eū potest omnino latere: qui eū pro certo cognouerit, nullo poterit in loco peccare: nā qui humanum testimonium erubescit, multo magis diuinū poterit reuereri. Unde filij cum sacerdotes essent, deum nescisse dicuntur, quia præsentiam & potentiam eius minime timuerunt. Et Ioannes apostolus omnem qui peccat, deum non cognouisse confirmat. y ¶ *Illuminatos oculos cordis uestri.*] Spiritualia promissa non nisi spiritualibus oculis peruidentur. z ¶ *Vt sciatis quæ sit spes, etc.*] Si sciretis ad quantam spem uocati estis, omnem spem seculi facile contemneretis: & si diuitias hæreditatis dei uideretis, omnis terrena uobis horrebit hæreditas. Nemo enim regnum cum opibus suis sperans, curator esse, & mediocrem substantiam possidere dignatur. a ¶ *Et quæ sit supereminens magnitudo, etc.*] Omnis magnitudo uirtutum dei in natura uel lege supereminet, quia præstitit Christianis ut filio suo non parceret ut eum caput nostrum factum, ad suam dexteram in cœlestibus collocaret. b ¶ *Et constituens, etc.*] Hic dextera, pro honore ponitur: ne deus corporeus esse credatur. Nam & pater à dextris esse scribitur Christi. Dominus, inquit, à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges. Ambo ergo à dextris sunt: quia nihil est in diuinitate sinistrum. c ¶ *Super omnem principatum, etc.*] Quia unum est iam cum deo assumptus homo qui suscitatus est. d ¶ *Et omne nomen quod nominatur, etc.*] Si quod est aliud.

Psal. 109

Et

et omniā subiecit sub pedibus eius. Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius & plenitudo eius, qui ōmnia in omnibus adimpletur.

Caput II

ET uōs conuiuificauit cum essetis mortui delictis & peccatis uestris, in quibus āliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundū principē potestatis aeris huius spiritus qui nūnc operatur in filios diffidentiæ, in quibus & nōs omnes aliquando conuersati sumus in dēsiderijs carnis nostræ, facientes uoluntatem carnis & cogitationum: & erāmus natura filij iræ sicut & cęteri. Dēus autem qui diues est in misericordia, prōpter nimiam charitatē suam qua dilexit nos: & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratiā estis sāluati: & cōresuscitauit & cōsedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, ūt ostenderet in seculis superuenientibus ābundantes diuitias gratiæ suæ in bonitāte super nos in Christo Iesu. Grātia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis. Dēi enim donum est. nō ex operibus, ut ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factūra, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus ut in illis ambulemus. Prōpter quod memores estote, quod aliquando uos qui gentes eratis in carne, qui dicēbamini præputium ab ea quæ dicitur circuncisio in cārne manufacta, qui erātis illo in tempore sine Christo, alienāti à conuersatione Israel, & hōspites testamentorum, promissionis spēm non habentes, & sinē deo in hoc mundo. Nunc autēm in Christo Iesu uos qui aliquando eratis longe, facti estis propè in sanguinē Christi. Ipse enim est pāx nostra, qui fecit utraque unum: & mēdium parietem macerię soluēns inimicitias in carne sua, lēgem mandatorum decretis euacuans, ut duos

A a ¶ *Et omnia subiecit, etc.*] Ecclesia omnium plenitudo mēbrorum est. b ¶ *Qui omnia in omnibus adimpletur.*] Quādo omnes credent, tunc erit corpus eius effectus in omnibus membris. Totus enim in membris, non in singulis impletur, ne ulla sit diuersitas meritorum.

ET *uos conuiuificauit cum essetis mortui delictis & peccatis uestris.*] Incipit collata beneficia replicare, ut iuxta officiū mandatorum ex contemplatione donatæ indulgentiæ, auidius concitentur. Mortui enim erant peccatis facientibus, sicut Adam & Eua in delitijs uiuentes. d ¶ *In quibus aliquādo ambul.*] Notandum quod in peccatis ambulasse illos non ambulare dixerit. e ¶ *Secundum seculum mundi huius.*] Seculi hominibus similes, sequentes diabo-

B li uoluptatem. f ¶ *Secundum principem potestatis aeris huius spiritus.*] Secundum principem illius potestatis, qui huius aeris satellitibus suis ad decipiendos diuersis peccatis homines, diues erat potestate. g ¶ *Qui nunc operatur in filios diffidentiæ.*] Operatur suasione nō ui, in eos qui non credūt. Illi autem qui desperant atq; diffidunt de promissione dei, dicuntur filij diffidentiæ, sicut filij iræ, & gehennæ, & mortis. h ¶ *In quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus.*] Non solum uos gentes non credēdo, sed & nos Iudæi peccando. i ¶ *In desiderijs carnis, etc.*] Quando mens nostra rebus terrenis & carnalibus inhærebat: non solum desiderabant, sed & faciebant quæcunq; mala cogitatio suggessisset. k ¶ *Et eramus natura filij iræ, etc.*] Ita nos paternæ traditionis cōsuetudo possederat, ut omnes ad damnationem nasci uideremur. l ¶ *Deus autem qui diues est in misericordia.*] Misericors hominibus, quia omnia diligis quę creasti, nec enim odiens aliquid constituisti. m ¶ *Propter nimiam charitatem, etc.*] Nimia charitas est, rebelles seruos quasi filios diligere. Vnde considerandum est quantum diligit sanctos & perfectos, qui tantum dignatus est diligere peccatores. n ¶ *Et cum essemus mortui peccatis, etc.*] Sine peccato, sicut Christus per baptismum faciendo. o ¶ *Cuius gratia estis saluati.*] Propter usum, siue qui pro uobis gratis nullo uestro iustitiæ merito intercedente mortuus est, cum ipse reus non esset. p ¶ *Et conresuscitauit & consedere.*] Non possumus desperare q̄ nostra iā possi-

et quos ludæi peccando. i ¶ *In desiderijs carnis, etc.*] Quando mens nostra rebus terrenis & carnalibus inhærebat: non solum desiderabant, sed & faciebant quæcunq; mala cogitatio suggessisset. k ¶ *Et eramus natura filij iræ, etc.*] Ita nos paternæ traditionis cōsuetudo possederat, ut omnes ad damnationem nasci uideremur. l ¶ *Deus autem qui diues est in misericordia.*] Misericors hominibus, quia omnia diligis quę creasti, nec enim odiens aliquid constituisti. m ¶ *Propter nimiam charitatem, etc.*] Nimia charitas est, rebelles seruos quasi filios diligere. Vnde considerandum est quantum diligit sanctos & perfectos, qui tantum dignatus est diligere peccatores. n ¶ *Et cum essemus mortui peccatis, etc.*] Sine peccato, sicut Christus per baptismum faciendo. o ¶ *Cuius gratia estis saluati.*] Propter usum, siue qui pro uobis gratis nullo uestro iustitiæ merito intercedente mortuus est, cum ipse reus non esset. p ¶ *Et conresuscitauit & consedere.*] Non possumus desperare q̄ nostra iā possi-

det natura, quia ubi caput est, ibi erit & corpus, sicut ipse ait: Volo ubi ego sum, & isti sint mecum. q ¶ *Vt ostenderet in seculis superuenientibus, etc.*] Ante prædestinauit, quod erat his temporibus completurus. r ¶ *Abundantes diuitias gratiæ suæ.*] Vere abundans est gratia, quæ nō solum peccata donauit, sed etiam cū Christo resuscitans in dextera dei in cœlestibus collocauit. s ¶ *In bonitate super nos in Christo Iesu.*] Exemplo uel corpore Christi. t ¶ *Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis.*] Non meritis prioris uitæ, sed sola fide, sed tamen non sine fide. u ¶ *Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis glorietur.*] Quasi suis meritis aliquid in baptismo accepisset. x ¶ *Ipsius enim sumus factura creati in Christo Iesu in operibus etc.*] Quia nuper sumus in Christo renati, ut quæ in euangelijs sunt defensa. y ¶ *Propter quod memores estote, quod aliquando uos qui gentes eratis in car.*] Cōmemorat illa, ne de tanta ignobilitate qua ad summam regni perducti sunt dignitatē, sint ingrati beneficijs largitoris. z ¶ *Qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circuncisio.*] Gentes, præputium, Iudæi, circūcisio dicebantur. a ¶ *In carne manufacta.*] In manu humana, in carne, non in spiritu dei aut corde. b ¶ *Qui eratis illo in tempore sine Christo.*] Nescientes Christum, idola insensibilia colebatis. c ¶ *Alienati à conuersatione Israel, etc.*] Qui tunc erat populus dei. d ¶ *Et hospites testamentorum.*] Etiam si crediderit is, proselyti: hoc est, aduenæ habebamini. e ¶ *Promissionis spem non habentes.*] Quam deus promisit Abrahæ, illi soli sperare uidebantur. f ¶ *Et sine deo in hoc mundo.*] Multos enim falsos deos sequentes, unum amiserant uerum. g ¶ *Nunc autem in Christo Iesu uos qui aliquando eratis longe, etc.*] Ita ut Iudæos sequeremini qui cum deo erant. h ¶ *In sanguine Christi.*] Credendo uos esse sanguine eius & passione liberatos. i ¶ *Ipse enim, etc.*] Ipse est reconciliatio utriusq; populi ad inuicem ad deum. k ¶ *Et medium, etc.*] Medius paries, & sepis & maceries, onera legis erant, duos populos diuidētes: & ideo ipse paries inimicitiæ nominantur. l ¶ *Soluens, etc.*] Circuncisionis & cæterorum, quæ non tam dei uoluntas, quām temporis ratio, aut populi duritia exegerat. m ¶ *Legem mandato.*] Per solam fidem iustificans, moralia sola decernens.

Universidad de Sevilla Biblioteca

A a ¶ *Vt duos condat in semetipso.*] Iudæum & gentilẽ in suo corpore æqualiter coniungens. b ¶ *In uno nouo homine, etc.*] In unum populum Christianũ ex duobus effectum. c ¶ *Reconciliet ambos, etc.*] Quia ambo per peccatum fuerant inimici. d ¶ *Per crucem interficiens inimicitias, etc.*] Per solam fidem crucis, quæ nullum deterret: non ẽm grauis aut difficilis est, quã habere etiã latro potuit crucifixus. e ¶ *Et ueniens euangelizauit pacem, etc.*] Ad hoc uenit, ut dissidẽs humanum genus in semetipso & in deo ad recõciliatiõis gratiam reuocaret. f ¶ *Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu, etc.*] Nemo uenit ad patrem, nisi per me. In uno spiritu, unum corpus, unum spiritum habet, & signum pacis. g ¶ *Ergo iam non estis hospites.*] Iam non extranei & proselyti: nec enim separauit nos deus à populo suo, sicut Esa. 56.a dixit Esaias, sed ciues qui sunt eiusdem originis uel hospitij, & B habitationis. h ¶ *Superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum.*] Prophetarum noui testamenti, in quibus Agabus Act. 11.d fuit: Christus est etiã fundamentum, qui etiam lapis dicitur angularis, duos coniungens & continens parietes. Ideo autẽ fundamentum, & summus est, quia in ipso fundatur & consummatur ecclesia. i ¶ *Crescit in templum, etc.*] In templo sancto non possunt lapides nisi sancti poni, ad comparationẽ templi Hierusalem dixit extrui corpus Christi, id est, ecclesiam: & multo maiorem munditiam & sanctitatem habet ueritas quãm imago. k ¶ *In quo, etc.*] Vt cum apostolis & prophetis, sitis habitaculum dei spirituale, non manu factum.

Caput III

H Vius rei gratia.] Quã superius memorauit, quod filius dei & gentes saluauerit & Iudæos, & utrosque fecerit unum. m ¶ *Ego Paulus, etc.*] Siue catenis, siue Christi amore ligatus: non possum meã, nisi dñi facere uoluntatem. Sanè quomodo uinctũ se nominat, confirmat euangeliũ Christi. Ostendit quanta sit spes, pro quo talia pati libenter amplectitur, cũ posset apud Iudæos, ut legis doctor & magnis diuitijs abundare, & summo honore gaudere. n ¶ *Pro, etc.*] Secũdum euangeliũ, inimici propter uos, quia uos similes esse dicimus Iudæorũ. o ¶ *Si tamen, etc.*] Si tñ firmiter retinetis me in uobis dispensationem accepisse doctrinę. Matt. 24.d Quis enim fidelis seruus & prudẽs, quem cõstituit dominus super familiam suam, ut det illis escam in tẽpore. p ¶ *Quoniam secundum reuelationem.*] Non secũdum humanam doctrinam. q ¶ *Notum factum mihi est sacramentum sicut supra scripsi.*] Iudæos & gentes unum esse in Christo. r ¶ *In breui, prout potestis, etc.*] Non quantum poteram ego scribere, sed quantum uos assequi ualebatis. s ¶ *In ministerio Christi.*] Non eloquio seculari. t ¶ *Quod alijs generationibus non est agnitũ, etc.*] Sciebant quidẽ prophetæ priores. gẽtes esse uocandas: nõ tamen sciebant nullam inter ipsos & Iudæos discretionem futuram. u ¶ *In spiritu esse gentes cohæredes.*] Per spiritum mihi reuelatum, siue in spiritu illos sociatos esse non carnis circunci- sione. x ¶ *Et concorporales & comparticipes promissionis in Christo Iesu.*] Id est, unius corporis, non solum cohæredes, quod potuit diuersi generis esse, nec solum concorporales, quia possunt eiusdem generis filij, non eiusdem in hæ D reditate esse substantiæ. y ¶ *Per euangelium, cuius factus sum ego minister.*] Per meam prædicationẽ omnibus innotescet, quia hoc mihi peculiariter reuelatum. z ¶ *Secundum donum gratiæ dei.*] Non secundum meritum meum. a ¶ *Secundum operationem uirtutis eius.*] Cuius uirtus me confirmauit: siue cuius uirtutes meum confirmant euangelium. b ¶ *Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hæc.*] Minimo tempore, non labore. Notandum quod inter sanctos se humiliando fecerit gratum. c ¶ *In gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi.*] Annunciare futuras hæreditates, diuitias promissas, quas sensus humanus apprehendere non ualet, nisi per reuelationem. d ¶ *Et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti.*] Iudæis & gentibus huius sacramenti pãdere rationem. e ¶ *Abscondita à seculis in deo.*] Hoc est, quod in primis temporibus, soli deo confirmatũ erat. f ¶ *Qui omnia creauit.*] Et Iudæos & gentes, siue omnem creaturam, ut sensus contra Marcionem proficiat, & omnes hæreticos. g ¶ *Vt innotescat principatibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapiẽtia dei.*] Vt per me his qui rebus cœlestibus per omnem ecclesiã principantur multiformis sapientia innotescat. h ¶ *Secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro in quo habemus fiduciam, & accessum, etc.*] Quam præfiniunt & hoc tempore, quando iam homines aliter saluari non poterunt, nisi Christi fide saluentur.

A d ¶ *In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.*] Non per nostram iustitiam, sed per eum cuius fides peccata dimisit. b ¶ *Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra.*] Ne me audientes impunè lædi, ad deum non pertinere putetis, in quo magis gloriari debetis, intelligentes me tãta absq; certa spei fiducia sustinere non posse. c ¶ *Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, etc.*] Ex quo omnis paternitas nomen accepit. Siue ex quo omnis res pater nominatur. d ¶ *Vt det uobis secundum diuitias gloriæ suæ, etc.*] Vt uos per illuminationem scientiæ & diuitiarum fructũ confirmet. e ¶ *In interiori homine habitare Christum per fidem, etc.*] Vbi interior homo per fidem robustus est, ibi habitat Christus, nõ ubi exterior fingitur. f ¶ *In charitate radicati & fundati.*] Vt in eius amore firmiter staret, beneficiorum eius recordatur, ut eũ B cognitis eius beneficijs diligerent. g ¶ *Vt possitis comprehendere.*] Vt ex omni parte magnitudinem scientiæ adipisci ualeatis. h ¶ *Cum omnibus sanctis.*] Quære sapientiã apud malos, & non in Prou. 14.d uenies. Et alibi: In corde autẽ boni requiescit sapiẽtia. i ¶ *Quæ sit latitudo & longitudo & sublimitas & profundum.*] Quidam dicũt quod latitudo spacio sa uia intelligatur, lõgitudo uita æterna, altitudo cœlum, profundum infernus, ut scilicet horum omnium notitiam habentes, noluerint quid diligant, uel quid refutent. k ¶ *Scire etiam supereminentem.*] Supereminet fructus. l ¶ *Vt impleamini in omnem plenitudinem dei.*] Vt efficiamini pleni omnibus uirtutibus. m ¶ *Et autem qui potens est omnia facere super.etc.*] Frequenter maiora tribuit, non solum quãm petimus, sed etiam quãm petere intelligamus, quę operatur in nobis. n ¶ *Ipsi gloria, etc.*] Quia ueniẽs Christus sibimet ad dei gloriam ecclesiam congregauit. o ¶ *In omnes, etc.*] Immensa beneficia, immẽsis laudibus celebranda, non solum de his quę Christi temporibus contulit, sed etiam quæ ante fecit, faciet. Amen.

Caput IIII

O Bsecrõ itaq; uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum õmni humilitate & mansuetudine, cum patiẽtia supportantes inuicẽ in charitate, soliciti seruare unitatẽ spiritus in uinculo pacis. Vnũ cõrpus & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ. Vnus dominus, una fides, unum baptisma. Vnũs deus & pater omnium, qũi super omnes & per omnia, et in omnibus nobis. Vnicuique autẽ nostrum data est gratia secũdum mensurã donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altũ, captiuam duxit captiuitatem: dedit bona hominibus. Quod autem ascendit, quid est nisi quia & descendit primũ in inferiores partes terræ? Qũi descendit ipse est & qui ascẽdit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Et

quam fecit in Christo Iesu domino nostro, in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidẽ eius. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis, quę est gloria uestra. Hũius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, ut dẽt uobis secundum diuitias gloriæ suæ uirtutem corroborari per spiritum eius in intẽriori homine Christum habitare per fidem in cordibus uestris in charitatẽ radicati & fundati, ut põssitis comprehendere cum õmnibus sanctis, quæ sit latitudo & lõgitudo & sublimitas & profundũ. Scirẽ etiã supereminentẽ scientiæ charitatẽ Christi, ut impleãmini in omnem plenitudinẽ dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabũdanter q̃ petimus aut intelligimus secũdum uirtutem quæ operatur in nobis, ipsi gloriã in ecclesia & in Christo Iesu in õmnes generationes seculi seculorum. Amen.

Caput IIII

O Bsecrõ itaq; uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum õmni humilitate & mansuetudine, cum patiẽtia supportantes inuicẽ in charitate, soliciti seruare unitatẽ spiritus in uinculo pacis. Vnũ cõrpus & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ. Vnus dominus, una fides, unum baptisma. Vnũs deus & pater omnium, qũi super omnes & per omnia, et in omnibus nobis. Vnicuique autem nostrum data est gratia secũdum mensurã donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altũ, captiuam duxit captiuitatem: dedit bona hominibus. Quod autem ascendit, quid est nisi quia & descendit primũ in inferiores partes terræ? Qũi descendit ipse est & qui ascẽdit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Et

c ¶ *Cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia.*] Et mentis & corporis. Humilitas uera nihil sibi uendicat, mansuetus nulli nocet, patiẽs nulli uicem reddit iniuriæ. r ¶ *Supportantes inuicem in charitate.*] Sufferunt & philosophi, sed non in charitate. Nos uero non ut laudati, sed ut ille quem sustinemus proficiat diligentes, sustinere debemus. s ¶ *Soliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis.*] Per uinculũ pacis in uobis unitas spiritus cõtinetur. Multitudinis Act. 4.f enim credẽtium erat cor unũ & anima una. t ¶ *Vnum corpus & unus spiritus, etc.*] Vnum consensum deber habere in unocorpore omnium cõpago membrorũ, quæ ad unam spẽ sunt uocata salutis. Vnde dilt gentius legere debẽt hunc locum hi qui in seculi occupationib. ligati, putant sibi licere peccare, & alijs nõ licere: cum omnes in unum corpus baptizati, eundem spiritũ acceperint, & in una spe uocati sint dei. Si D uel sic si unum spiritũ habetis, & ex uno patre deo nati estis, nolite uobis de terrena nobilitate aliquid arrogare, ne uestrã gloriam amittatis. u ¶ *Vnus deus & pater omnium.*] Etiam eorũ qui ex gentibus crediderunt. x ¶ *Qui super omnes, & per omnia & in omnibus uobis.*] Super omnes uirtutes, ut potens, per omnia opera sua, qui im

Universidad de Sevilla Biblioteca

A uerum iam humanitas cum diuinitate unum effectū est. a ¶ *Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas.*] Contra Arianos, ut filij & patris una sit operatio. Nam ad Corinthios deum patrem dicit in ecclesia ordinasse: hic uero Christum hoc dixisse commorat. b ¶ *Alios uero euangelistas.*] Omnis apostolus euangelista, non omnis euangelista apostolus: sicut Philippus, qui unus erat ex septem. c ¶ *Alios autem pastores & doctores.*] Pastores uero omnes qui sunt idonei ad alios instruendos. Omnis ergo pastor doctor, non omnis qui doctor est & pastor. d ¶ *Ad consummationem sanct. etc.*] Vt perficiantur sancti, siue eorum numerus impleatur, omnes sunt constituti ad ædificandam ecclesiam, quæ corpus Christi est, ut oēs ad perfectionem fidei perducant. e ¶ *Donec occurramus omnes in unitate fidei.*] Hoc uotum etiā falsis doctoribus inest: id est, uolo omnes esse sicut me. f ¶ *Et agnitionis filij dei.*] Ille agnouit gratiam filij dei qui non peccat, quia omnis qui peccat, non uidet eū, nec cognouit eum. g ¶ *in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.*] Qui eīm dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulauit, ambulare: & non annorum eius ætatem, sed plenitudinem imitari. h ¶ *Vt iam non simus, etc.*] Vt nō simus ignorantes, nec dubij ac uacillantes, & more imperiti gubernatoris, omnis doctrinæ uento nostræ fidei uela appendētes, ne facile naufragemus, aut ad portum perfectionis nūquam peruenire possimus. i ¶ *In nequitia, etc.*] Nequitia hominum, astutis disputationibus à recto fidei cursu detorquet incautos. k ¶ *Ad circumuentionem erroris.*] Siue cum multi quoddam erroris sui remedium putent, si multos secum traxerint ad errorem: siue errantibus remedium sine labore promittes, permanere faciunt in errore. l ¶ *Veritatem, etc.*] Omnia in ueritate propter charitatem Christi, & nihil in hypocrisi facientes. m ¶ *Crescamus in, etc.*] In illius perfectione ex omni parte crescamus. n ¶ *Qui est caput, etc.*] Ex capite connexum corpus, per omnem sub iunctionem operationis crescit, dum se alterutrum mēbra ædificant diligendo, ita ut unumquodque membrum in sua mensura augeatur: hoc est, ut qui est per sapientiam oculus, in eorum numerum crescat, qui oculi officium gesturi sunt, & singula quæque membra proficiant. o ¶ *In mensuram uniuscuiusque membri augmentum corpus facit, etc.*] Dum singula membra crescunt, maius efficitur corpus. p ¶ *Hoc igitur dico & testificor in domino.*] Quos superius obsecrauerat, hic in domino obtestatione constringit. q ¶ *Vt iam non ambuletis sicut & gentes ambulant.*] Nolo, ait, solo uos nomine esse Christianos, & deum ore confitentes operibus denegare, sed quantum inter diabolum distat & deum, tanta differentia debēt filij dei à filijs diaboli in operibus discrepare. Ne deum labijs honorātes, cordis timore lōgius assistamus, & dicatur de nobis: Sine causa colunt me: hoc est, ex mea cultura nullos accipient fructus. r ¶ *In uanitate sensus sui.*] Vani sunt enim omnes homines quibus non est sapientia dei. s ¶ *Tenebris, etc.*] Sed ignorantia & mundanarū rerum solicitudine à caligine ac tenebris obscuratum. t ¶ *Alienati à uita dei.*] Illi ideo à uita alienati sunt dei, quia ignorant: uos autem quia cognouistis deum, sequi debetis. u ¶ *Per ignorantiam quæ est in illis.*] Notandum quia contemptus ignorantiam generauit. x ¶ *Propter cæcitatem cordis eorum, etc.*] Dicentium, non est deus. y ¶ *Qui desperantes, etc.*] Desperantes pœnam impiorum & præmium iustorum, necesse est ut præsentibus uoluptatibus adhæreāt, qui futura desperant. Venite & fruamur bonis quæ sunt, &c. z ¶ *In operatione immunditiæ, etc.*] Omnia crimina, immundiciæ & auaritiæ nomine comprehendit. a ¶ *Vos autem non didicistis Christum, etc.*] Et sicut ille, non gentili ritu uiuatis. Ille enim uere Christum audiuit, & ab ipso didicit, qui nullo similis uitio gentibus inuenitur. b ¶ *Sicut est ueritas in Iesu.*] Sicut ille uere mortuus est & surrexit, ut nos uere in nouitate ambulemus. c ¶ *Deponite uos secundum pristinam conuersationem ueterem hominem.*] Expositum quid sit uetus homo, & quomodo deponatur, scilicet ut pristinos errores abiiciat huius mūdi, & non membris corporis, sed mente & conuersatione mutetur. d ¶ *Quæ corrumpitur secundum desideria erroris.*] Faciens uoluntatem carnalium cogitationum. e ¶ *Renouamini autem spiritu mentis uestræ.*] Sicut Hieremias ait: Facite uobis cor nouum & spiritum nouum. f ¶ *Et induite nouum hominem.*] Ex ueteri intellige nouum. g ¶ *Qui secundū deū creatus est in iustitia et sanctitate ueritatis.*] Expositum quid sit hominem ad imaginem dei creatū, ut scilicet iustus & sanctus & uerax sit sicut deus, ut sanctitate ueritatis non uanitatis sit præditus: hoc est, quæ uanam hominum gloriam aucupatur, quum scriptum sit: Iuste quod iustum est persequeris. h ¶ *Propter quod deponentes mendacium, etc.*] Hic describuntur ipsæ species castitatis, quibus nouus homo cognoscitur.

¶ *Loquimini*

A a ¶ *Loquimini ueritatem unusquisq; cum proximo suo.*] Nemo suum circumueniat fratrem, quia unū corpus sumus, & non possunt alterutrum membra se fallere: nec enim manus illudit oculo, aut dentes lacerant membra, nisi forte ubi spiritus immundus inhabitat. b ¶ *Irascimini & nolite peccare.*] Ira non inebriet mentē, sed ueritas dispenset, nec tuam iniuriā, sed fratris animaduerte peccatū. c ¶ *Sol non occidat super iracundiam uestram.*] Ne scientiæ lumen in tua indignatione deficiat. d ¶ *Nolite locum dare diabolo.*] Irascendo, uel quolibet alio delicto. Porta eīm diaboli est peccatum: sicut homo iustus spiritus sancti porta est. e ¶ *Qui furabatur, etc. magis autem laboret.*] Alienos labores aliquando directos, nunc suo labore compenset, & operando tribuat indigētibus, qui multos furando fecit egentes. f ¶ *Operando manibus quod bonum est.*] Non quod malum, sunt enim multæ uel inhoneste, uel malæ artes, ut maleficia & omnia quæ nō ad naturæ necessitatem, sed ad concupiscentiarum proficiunt uoluptatem. g ¶ *Omnis sermo.*] Non unus, nec duo, sed omnes mali sermones, in hoc Christiano debent esse crucifixi. h ¶ *Sed si quis bonus est.*] Non silentium imposuit, sed qualitatem loquendi mōstrauit, ut omnis sermo fidem ædificet Christianam, & os nostrū solum apperat uerbum dei. Simul notādum, quia hoc uniuersæ ecclesiæ præcipitur. i ¶ *Vt det, etc.*] Hoc est quod alibi dicit. Sermo uester in gratia sit sale cōditus, & in sermone nostro gratiam accipiant audientes. k ¶ *Et nolite, etc.*] Hominibus loquens, comparationem inducit humanā, ut ex nobis intelligamus quantā spiritui sancto iniuriā facimus, cū domū eius in nobis aliqua peccati sorde polluimus. Et qa de hospitio suo nobis cōdolet: ideo sibi dolens tristis abscedit. Cæterū tristitia & ira & cætera huiusmodi in nobis passiōes sunt, qa passibiles sumus, in deo uero dispensationes nos illa inuiti patimur: ille uoluntate ad nostram emendatiōnē assumit. Et hæc est quæ assumit deū & hominē, harū conditionū diuersitas & natura. l ¶ *In, etc.*] Signaculū sancti spiritus in die baptismi accepistis, nouū signaculū habere cœpistis. m ¶ *Omnis, etc.*] In qua contristatur spiritus sanctus. Recte aūt posuit amaritudinē, quia ipsa est prouocatio. n ¶ *Et ira.*] Oēm aufert iram. o ¶ *Et indignatio.*] Indignatio ex superbia est, cum aliquem iudicamus indignū, ideo eum nolumus sustinere. p ¶ *Et clamor.*] Qui ex furore descendit, quem non habeant Christiani. Cæterū Esaias bene clamare iubetur. Sed & ipse Iesus clamabat in templo: Qui sitit, ueniat & bibat. q ¶ *Et blasphemia tollatur à uobis cum omni malitia.*] Quæ uel inimico potest uicem reddere. r ¶ *Estote autem inuicem benigni.*] Seruat ordinem legis, ut nō solum malitia tollatur, sed etiā benignitas inferatur. s ¶ *Misericordes.*] Id est, condolentes. t ¶ *Donantes inuicē, etc.*] Remittentes peccata, ne uobis dicatur: Seruequam, omne debitum dimisi tibi, oportuit & te dimittere conseruo tuo.

mendacium loquīmini ueritatem unusquisq; cum proximo suo, quoniā sumus inuicem membra. Irascimini, & nolite peccare. Sōl non occidat super iracundiam uestram. Nōlite locum dare diabolo. Qui furābatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis, quod bonū est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo mālus ex ore uestro non procedat, sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Et nolite cōtristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis. Omnis āmaritudo & irā & indignātio & clāmor & blāsphemia tollatur à uobis cum omni malitia. Estotē autem in uicem benigni, misericordes, dōnātes inuicem, sicut & deus in Christo donauit uobis.

Cap. V

ESTōte ergo imitatores dei, sicut filij charissimi, & āmbulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & trādidit semetipsum prō nobis oblātionē & hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatiō autē & omnis immundicia aut auaritia, nēc nominetur in uobis sicut decet sanctos. aut turpitudō, aut stultiloquium, aūt scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed māgis gratiarū actio. Hōc enim scitote, intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorū seruitus, nō habet hæreditatem in regno Christi & dei. Nēmo uos seducat inanibus uerbis: propter hæc enim uenit ira dei in filiōs diffidentiæ. Nōlite ergo effici participes eorum. Erātis enim aliquando tenebræ, nunc autem

Cap. V

Estote ergo imitatōres dei, etc.] Imitatiōe enim nō natura filij dei sumus sicut ait saluator: Vt sitis filij patris mei qui in cœlis est. x ¶ *Et ambulate in dilectione, sicut & Christus dil. etc.*] Vnde & Ioannes apostolus ait: In hoc cognouimus charitatē, quia ille animam suam pro nobis posuit. Debemus ergo & nos pro fratribus animas ponere. y ¶ *Et tradidit semetipsum.*] Voluntarie ipse se tradidit, non ab alio inuitus traditus est. z ¶ *Pro nobis.*] Pro peccatoribus, ut fierent iusti. a ¶ *Oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis.*] Suauissimus deo odor est charitas. b ¶ *Fornicatio autem & omnis immundicia & auaritia.*] Omnia crimina breuiter comprehendit, suorum criminum designando radices. c ¶ *Nec nom. etc.*] Considerandū scilicet nō licere fieri quod nō licet nominare. d ¶ *Aut, etc.*] Hoc etiam in filijs hominum reprehendit honestorū. e ¶ *Aut scurrilitas quæ, etc.*] Risum mouens qui grauitati non conuenit Christianæ, quia ad rem nō pertinet coelestem & diuinam. f ¶ *Sed magis gratiarum actio.*] Hoc magis semper tractare debetis, quomodo deo & actu & cogitatione placeatis. g ¶ *Hoc enim scitote intelligentes quod omnis fornicator, etc.*] Contra illos agit qui solam fidem dicunt sufficere, quia huiusmodi actus non deo, sed dæmoni exhibentur. Hæreditas autem regni cœlorum dei filijs, non diaboli præparatur. h ¶ *Nemo uos seducat.*] Dicendo hoc, solummodo opus est ut fides sit & homo Christi baptisma consequatur, quamuis peccet, perire non potest. i ¶ *Inanibus uerbis.*] Quæ hominem liberare non possunt. k ¶ *Propter hæc uenit, etc.*] Ex præteritis futura cognoscite: si Sodomitis non pepercit, & his qui in diluuio perierunt, parcet uobis? l ¶ *In filios diffidentiæ.*] Qui non crediderunt iram comminantis se superuenturam. m ¶ *Nolite, etc.*] Si in peccatis, iudicio desperantium participes fueritis, eritis & in pœna consortes. n ¶ *Eratis enim aliquando tenebræ, nūc autem, etc.*] Quando nesciebatis dñi uoluntatem. Nunc uero omnia cognouistis. Quantū ergo inter lucē distat

&

Universidad de Bibliotecas

A ac tenebras, tantum à pristina conuersatione discrepare debeatis. a ¶ *Fructus enim lucis in omni bonitate & iustitia & ueritate.*] Talem habet scientia fructum. b ¶ *Probantes quid sit beneplacitum deo.*] Ex lege probate quid beneplaceat deo, non quod homines asserunt. c ¶ *Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarũ.*] Non prodest quicquid fit sine sciẽtia ueritatis, quia nec lux poterit communicare cũ tenebris. d ¶ *Magis autem redarguite.*] Non solum communicare nolite, sed etiã redarguite. e ¶ *Quæ in occulto fiunt ab ipsis.*] In secretis locis domorum uel templi. f ¶ *Turpe est etiam, etc.*] Nobis dicere turpe est, quæ illi uel in tenebris facere nõ erubescunt. g ¶ *Omnia enim quæ arguuntur, à lumine manifestantur.*] Sicut
1.Cor.14.c ad Corinthios ait: occulta etiam cordis eius manifesta fiũt. Et tunc cadens in faciẽ adorabis deum, pronuncians quod deus uere est in nobis. h ¶ *Omne enim quod manifestatur, etc.*] Incipit lumen esse cum credidit, & uobis adiungitur. i ¶ *Propter quod dicit: Surge, etc.*] Voce alicuius sapientis cõscientiã increduli pulsare cupientis, de somno ignorantiæ excitat. k ¶ *Et exurge à mortuis.*] A peccatis uel idolis. l ¶ *Et illuminabit te Christus.*] Cũ ei crediderit, efficieris & ipse lux. m ¶ *Videte itaq; fratres quomodo caute, etc.*] Quasi filij sapientiæ & lucis, ne alicui offendiculum detis, & incipiatis ei causa perditionis existere. n ¶ *Redimentes tempus.*] Vestra sapientia uel cautela. o ¶ *Quoniam dies mali sunt.*] Non dies mali sunt per se, sed per homines: sicut locus malus dicitur, in quo aliquid committitur mali. p ¶ *Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas dei.*] Scrutamini legem, in qua eius uoluntas agnoscitur. q ¶ *Nolite inebriari uino, in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto, etc.*] Exponit continentiæ utilitatem. Quia luxuriæ materiam expetere non conuenit crucifixis, sed spiritu sancto repleri. r ¶ *Loquentes uobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus.*] Non in
Psal.16.b Actibus seculi, sicut ait propheta: Vt non loquatur os meum opera hominum. r ¶ *Cantantes & psallentes in cordibus uestris.*] Ne oretenus uerba dei resonemus. t ¶ *Domino gratias agentes pro omnibus, etc.*] Siue bonis siue malis, sicut ait Iob: Sit nomen domini benedictum. u ¶ *Deo patri subiecti inuicem, etc.*] Non humano timore, uel auaritiæ studio, sicut quidam suis patronis adulari consueuerunt. x ¶ *Mulieres uiris suis subditæ sint.*] Nõ eos sicut Corinthios lacte alebat, sed perfecto cibo continentiæ nutriebat. Timet enim ne cessante in plerisq; carnis officio, aut in mulierib. subiectio, aut in uiris cessaret charitatis affectus, & ne tanquam diuortium docuisse crederetur. Cæterum tale est, ut nouæ uitæ prædicator nulla existente causa hoc doceret quod naturaliter possidebant. y ¶ *Sicut dominũ.*] Quomodo Sara subdita erat Abrahæ, dominum eum uocãs. z ¶ *Quoniam uir caput est, etc.*] Reddit iustã causam subiectionis, quia & prior est uir, & utriusque corporis debet esse saluator. a ¶ *Viri diligite uxores, etc.*] Tam sancta & tam uenerabili charitate. b ¶ *Et seipsum tradidit pro ea.*] Ita & uos pro sanctitate uxorum, nec mori si necesse fuerit, recusetis. c ¶ *Vt illã sanctificaret mundans lauacro, etc.*] Aqua lauit corpus, animam doctrina mũdauit, sicut ait ad Hebræos: Asperси corda à cõscientia mala, & abluti corpus aqua munda: ita & uos corpora uxorum conscientiæ animas, mundate doctrinis. d ¶ *Vt exhiberet ipse, etc.*] Ita sibi Christus mundauit ecclesiam, ut antiqua crimina ablueret, & nouas maculas quomodo incurrimus, & uerbo ostenderet & exemplo. e ¶ *Vt sit sancta & c., etc.*] Si omnibus immaculata est, maculati ab ea alieni esse censentur, nisi rursum per pœnitentiã fuerint expurgati. f ¶ *Ita uiri, etc.*] Item quales uxores cupiũt inuenire, tales exhibeant se uxoribus. g ¶ *Qui, etc.*] Quia duo sunt in carne una. h ¶ *Nemo, etc.*] Non ut ei labores & dolores infligat, sed ut securã faciat & quietam. Nõ nuptias damnat, sed ad cõtinentiam cohortat. i ¶ *Sicut & Christus, etc.*] Membra eius eum debent in omnibus imitari. k *De carne eius, etc.*] Amore si non bono. l ¶ *Et adhærebit uxori suæ, etc.*] Obiectio ex persona carnaliũ uolentiũ se amare carnaliter, ut quibusdã uidetur. m ¶ *Sacramentum, etc.*] Ego hoc, inquit, in Christo & in ecclesia. Veruntamen & uos singuli unusquisq; uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat uirum suum.

autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate. Frũctus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & ueritate, prõbantes quid sit beneplacitũ deo. Et nõlite cõmunicare operibus infructuosis tenebrarum, mãgis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpẽ est & dicere. Omniã autem quæ arguũtur, à lumine manifestantur. Omnẽ enim quod manifestatur, lumen est. Própter quod dicit: Surge q dormis, & ẽxurge à mortuis, & illuminãbit te Christus. Videte itaq; frãtres quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, rẽdimentes tempus, quoniãm dies mali sunt. Propterea nolitẽ fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas dei. Et nolitẽ inebriari uino, in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto, lõquentes uobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, cãntantes & psallentes in cordibus uestris dõmino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, deõ & patri. Subiecti inuicem in timore Christi. Mũlieres uiris suis subditæ sint sicut dõmino, quõniam uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita et mulieres uiris suis in omnibus. Viri diligite uxores uestrãs, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum trãdidit pro ea, ut illam sanctificãret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut ẽxhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Ita & uiri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nẽmo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam: sicut & Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, dẽ carne eius & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sacramentũm hoc magnum est. Ego autem dico in Christo &

A Christo intelligendum dico, & in ecclesia: unde uos maiore affectu debetis uxores uestras sanctas diligere spirituales, qui ante dilexistis peccatrices, & in gentilitate carnales. a ¶ *Veruntamen & uos singuli unusquisque, etc.*] Subiecta sit tanq; infirmior ut regnẽt. Cap. VI

Filij obedite parentibus uestris in domino.] Parat illos disciplinæ, qua illos à parentibus secũdum deum præcepit erudiri. c ¶ *Hoc enim iustũ est.*] Vt mutuam inuicem dilectionẽ exhibeatis. d ¶ *Honora patrem tuum & matrẽ tuam.*] Iubet honora re parentes, sed bonos. Cæterum contra deum uiuentes, ipse etiã Moyses prohibuit agnosci. e ¶ *Quod est mandatum primum.*] In secunda tabula primum, quæ ad humanitatem pertinentia præcepta sex numero continebat. Prima enim tabula proprie officia exigebat. f ¶ *In promissione, etc. super terram.*] Non in hac terra in qua impij nonnunquam &
B in parentes scelesti senescunt: sed super terram illam quam dominus mitibus promittit, in qua iusti habitabunt, & cuius bona uisurum esse se credunt. g ¶ *Et patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros. sed docete eos in disciplina et correptione.*] Siue in moderatione, & non irrationabiliter uerberando: siue ne eos ad secularia studia prouocãtes iracundiam discere faciatis, sed diuinæ legis eos instituite disciplinis: talibus ergo parentibus præcepit obedire. h ¶ *Serui, etc.*] Non enim uenit Christus conditiones mutare. Nam seruitium non natura dedit, sed captiuitas fecit: nec; ex maledicto Cham, ut quidam putant, cum ex eo reges legamus esse generatos. Maledictum illud in filijs Cham impletum est, qui Israel sunt subiugati. Prouidet sané hic Apostolus, ne doctrina dei in aliquo blasphemetur, si credẽtes serui suis dominis inutiles fiant. Et qui forte permissurus erat alios seruos fieri Christianos, de ipsis iam factis incipiat pœnitere. Si uero uiderit eos in melius profecisse, & ex infidelibus fideles effectos, non solum alios optabit credere famulos suos, sed etiam ipse fortasse saluabitur. i ¶ *Cum timore, etc.*] Cum omni obedientia & festinatione humilitatis, priori superbia & simulatione deposita. k ¶ *Sicut in Christo.*] Hoc in Christo fit, quicquid eius contẽplatione hominibus exhibetur. l ¶ *Non ad oculum, etc.*] Non timentes dominos tantum, quasi ipsis non deo placere uolentes. m ¶ *Sed ut serui Christi facientes uoluntatem dei, etc.*] In his quæ dei non sunt contraria uoluntati. In multis enim concordat cum lege naturali animus dominorum, quia seruos & fideles & sobrios & castos & humiles habere desiderant. n ¶ *Cum bona uoluntate seruientes sicut domino, & non hominibus.*] Nõ cum murmuratione, ne apud homines gratia, apud deum mercede priuemini. o ¶ *Scientes quoniam unusquisq; quodcunq; fecerit bonum.*] Quicquid propter dominũ fecerit, habebis ab ipso mercedem, nec te desperare faciat cõditio seruitutis. p ¶ *Et uos dom. etc.*] Ne si fugerint, tuæ malitiæ incipias deputare non legi. Hoc etiã paganus fecisset, si aliter tractaretur præceptum: & tu audire de illo non uis quod iustum est. q ¶ *Remittentes minas, scientes quia illorum & uester dominus est, etc.*] Mi namini propter disciplinam, sed remittite propter misericordiam: & ut uobis à uestro domino remitta tur, apud quem utiq; unum estis, ut hæreditas quæ promissa est, una sit in uobis. r ¶ *De cætero fratres.*] Generaliter epistolã exhortatione concludit. s ¶ *Confortamini in domino & in potentia uirtutis eius.*] Exemplo domini & uirtute. t ¶ *Induite uos armaturam dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli.*] Cõtra spirituales hostes spiritualia arma sumenda sunt, ut à dissimilitudine diabolina tura armorum fortitudine protegatur. u ¶ *Quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem.*] Caro & sanguis homo dicitur. x ¶ *Sed aduersus principes, etc.*] Qui sibi principatum in huius mundi homines usurparunt: & qui ignorantes animas per peccata seducũt. y ¶ *Sed aduersus mundi rectores tenebrarum harum.*] Contra dæmonum potestatem, qui sibi in homines mundi huius potestatem capientes, ignorantiæ erroribus præsumunt, qui tenebris comparantur, sicut ipse ait: Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. z ¶ *Contra spiritualia nequitiæ, etc.*] Sunt autem spirituales bonitates in cœlestib. in aere, ubi uolucres cœli appellantur. a ¶ *Propterea accipite armaturam dei,*] Quia tales habetis inimicos. b ¶ *Vt possitis resistere in die malo.*] Non sibi malus est dies, sed nobis quando impugnamur à malo. c ¶ *Et in omnibus perfecti stare.*] Non in alio quantus perfectum uult hominem. Sed & hoc notandum, quod omnes ad perfectionem hortatur. d ¶ *State, etc.*] Perfecte state, lumbis mentis succincti: hoc est, in omni prælio præparati, & ab omnibus curis seculi expediti. e ¶ *In, etc.*] Non hypocrisi: nemo enim coronatur, nisi qui legitime certauerit. f ¶ *Et induti.*] Sicut lorica multis circulis uel annulis intexit: ita & iustitia diuersis uirtutum connectitur speciebus. Monet autem

tem non ſolum peccatoris conſcientiam, ſed & uentris continendam: necnon & ad ſemorũ uſq; pertingit libidinem coercendam. *a* ¶ *Et calciati pedes in præparatione euangelij pacis.*] Cum fiducia incedẽtes intrepide prædicate. *b* ¶ *In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.*] In omnibus certaminibus fide muniamur. Quia ſicut ſcutum ipſorum quoq; armorum defenſio eſt: & ſine hoc omnis armatus inermis eſt: ita & hæ uirtutes ſine fide ſaluare non poſſunt. Nam ſicut ſcutum omnia infecta repellit & recutit: ita & fides omnes diaboli perſuaſiones extinguit, quamuis quaſi lumen rationis habere uideantur. *c* ¶ *Et galeam ſalutis aſſumite.*] Quæ omnes capitis ſenſus, à prauis officijs protegat & abſcondat. *d* ¶ *Et gladium ſpiritus, quod eſt uerbum dei.*] Nemo militum audet ad bellum ſine gladio profiſciſci: ſine enim utcunq; tueri poteſt, ſed hoſtẽ non ualet occidere. Nonnunquã etiam ab audaci inimico perimitur, & armis omnibus expoliatur: ita ſine dei uerbo, iuſtitia omnis intuta eſt. *e* ¶ *Per omnem orationem & obſecrationem.*] Semper hunc gladium poſtulate. *f* ¶ *Orantes omni, etc.*] Nõ impediaris orare ſemper: & pro rebus ſpiritualibus deprecari. *g* ¶ *Et in ipſo, etc.*] Nihil enim prodeſt dormientis more latere corpore, & animo prægrauari, dum in hac uanitate nec abdeficiant, uel ne in aliquo contriſtentur. *m* ¶ *Pax fratribus & charitas cum fide à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto.*] Pax & charitas & fides, perfectum faciunt Chriſtianum. Tamen ſine fide infructuoſa eſt charitas, ſicut fides ſine charitate uel pace. Charitas maior eſt pace. Poteſt enim odio non haberi quis, non tamen & amari. *n* ¶ *Gratia cum omnibus qui diligunt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in incorruptione.*] In quorum corde, adulterino more per ſecularia Chriſti dilectio non uiolatur.

ciãti pedes in præparatione euangelij pacis. In ŏmnibus ſumentes ſcutũ fidei, in quo poſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et gãleam ſalutis aſſumite, & gl̃adium ſpiritus, quod eſt uerbum dei, per ŏmnem orationem & obſecrationem, ŏrantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo uigilãtes in omni inſtantia & obſecratione prõ omnibus ſanctis, & prõ me, ut detur mihi ſermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere myſterium euãgelij: pro quo legatione fungor in catena iſta, ita ut in ipſo audeam prout oportet me loqui. Vt aũtem & uos ſciatis quæ circa me ſunt, quid agam: omnia uobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter in domino, quem miſi ad uos in hoc ipſum, ut cognoſcatis quæ circa nos ſunt, & cõſoletur corda ueſtra. Pax fratribũs & charitas cum fide à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. Gratia cũm omnibus qui diligunt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in incorruptione. Amen.

COMMENTARII IN EPISTOlam ad Philippenſes.

Paulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti.] Ambo ſerui, non ambo apoſtoli. Omnis enim apoſtolus ſeruus, non omnis autem ſeruus apoſtolus. *p* ¶ *Et omnibus ſanctis, etc.*] Quia nemo ſine Chriſto ſanctus eſt: & ſanctis, nõ omnibus Philippenſibus etiam paganis. *q* ¶ *Cum omnibus epiſcopis, etc.*] Hic epiſcopos presbyteros intelligimus: non enim in una urbe plures epiſcopi eſſe potuiſſẽt ſed etiam hoc in apoſtolorum actibus habetur. *r* ¶ *Gratias ago deo meo in omni, etc.*] Bonorum memoriã cum gratiarumactione celebrat. *s* ¶ *Semper in orationibus meis.*] Oſtendit eis ea cos dilectionem ſuam, pro quibus ſemper oret. *t* ¶ *Pro omnibus uobis, etc.*] Quia omnes tales eſtis. *u* ¶ *Cum gaudio deprecationem faciens.*] Non in peccati alicuius triſtitia uel mœrore. *x* ¶ *Super communicatione ueſtra in euangelio.*] Quia mihi communicaſtis in euangelio prædicando. *y* ¶ *A prima die uſque nunc.*] Ab initio fidei ueſtræ, deprecor ut perſeueretis: ſiue quod communicatis ab initio prædicando. *z* ¶ *Confidens in hoc ipſum.*] Confido me impetrare. *a* ¶ *Quia qui cœpit in uobis opus bonum.*] Cœpit doctrinam ſiue gratiam ſcientiæ largiendo. *b* ¶ *Perficiet.*] Perficiendo quod doceri fuerint ut doceãt. *c* ¶ *Vſque in diem Ieſu Chriſti.*] Vſq; ad diem, quo de corpore recedebant. Ex quo iam ad domini unuſquiſque ſeruatur aduentum. *d* ¶ *Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro uobis, etc.*] Charitas enim omnia ſperat.

AD PHILIPPENES

Paulus & Timõtheus ſerui Ieſu Chriſti, ŏmnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis, cũm epiſcopis & diaconibus: Gratia uobis & pax à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. Grãtias ago deo meo in omni memoria ueſtri, ſemper in cũctis orãtionibus meis, pro ŏmnibus uobis cum gaũdio, deprecationẽ faciẽs ſuper cõmunicatiõne ueſtra in euãgelio Chriſti: à prima die uſq; nũnc, confidẽs in hoc ipſum, quia qui cœpit in uobis opus bonũ, pẽrficiet ũſq; in diem Chriſti Ieſu. Sicut ẽſt mihi iuſtum hoc ſentire pro

a ¶ *Eo quod habeam uos in corde, etc.*] Tantum uos diligo ut mihi memoriam ueſtri, nec hæc tribulatio, nec ſolicitudo defenſionis auferat. *b* ¶ *Et confirmatione euangelij.*] Confirmatio euangelij, eſt conſtans tolerantia prædicãtis. *c* ¶ *Socios gaudij mei omnes uos eſſe.*] Hoc ſentio de uobis & credo, quia ſicut meę tribulationis ſocij eſtis, ita eritis & gaudij ſempiterni. Siue ſic: ſcio uos ita euãgelio credidiſſe, ut etiam in tribulationibus meis pro eius defenſione mecum pariter gaudeatis. *d* ¶ *Teſtis enim mihi deus, etc.*] Siue eſſe eius in uiſceribus: ſiue ita uos defidero tanquam uiſceria Chriſti. *e* ¶ *Et hoc oro ut charitas, etc.*] Vt uos in eo quod habetis, amplius abundetis. *f* ¶ *in ſcientia.*] Notandum quia ſcitẽ tibus adhuc ſcitẽtiam deprecatur, ut ſyncères in omnib. eſſe ualeant. Nemo enim æger an ſanari poſſit agnoſcit. *g* ¶ *Vt ſitis ſyncères, etc.*] Syncéris materia eſt quæ naturam ſuam ſeruat nulla extrinſecus corruptione fucata: tale uinũ ſemper in melius proficit nõ in peius. *h* ¶ *Repleti fructu.*] Nõ ſolum ſyncéres ab omni corruptione ſitis, ſed etiã fructu iuſtitiæ abundetis, exẽplo Chriſti, qui non modo malitiam non habet, ſed etiã bono redundat. *i* ¶ *In gloriam, etc.*] Vt glorietur deus in actib. ueſtris. *k* ¶ *Scire autem uolo, etc.*] Hic conſolatur eos de ſua tribulatione, quia audierant eum uinctũ in urbe Roma cuſtodiri. *l* ¶ *Magis ad profectum uenerunt, etc.*] Non ſolũ non obſunt, ſed etiam profuerunt, dum manifeſtat̃ me non pro aliquo crimine, ſed pro Chriſto omnia ſuſtinere. *m* ¶ *Vt plures.*] Plures mea tribulatione confiantes effecti ſunt quãm doctrina. *n* ¶ *Confidentes, etc.*] Vinculorum meorum exemplo ſunt incitati, dum me uiderũt pro Chriſto libentiſſime ſuſtinere. *o* ¶ *Quidam q. etc.*] Dum mihi apud credentes gloriam auferre ſe putant, ne ſolus mihi uendicare uidear ſcientiam prædicandi. *p* ¶ *Quidam autem propter bonam, etc.*] Alij etiam alios ſaluare uolentes, fideliter Chriſtũ annunciant. *q* ¶ *Quidam ex charitate, etc.*] Quidam uero ex mea charitate adiuuant me euangelium defenſando. *r* ¶ *Scientes quoniam in, etc.*] Non humanæ dilectionis affectu, ſed quia ſciunt me à dño ad defendendum euangelium ordinatum. *s* ¶ *Quidam autem ex cont. etc.*] Alij dolore prædicant ad me grauandum, quaſi plures diſcipulos faciẽtem, & doctrina mea totum orbem implere conantem, ut ex hoc ſaltẽ maior mihi cumuletur iniuria uel preſſura. *t* ¶ *Quid enim dum omni modo ſiue per occaſionẽ.*] Odij uel inuidiæ. *u* ¶ *Siue per occaſionem, etc.*] Simplicis uel puræ prædicationis. *x* ¶ *Chriſtus annuncietur: & in hoc gaudeo, etc.*] Non mihi cura eſt qua prædicent mẽte, dummodo qđcunq; cupio, Chriſti nomẽ omnibus innoteſcat, & à multis credatur. Quapropter & modo gaudeo, & in futuro gaudebo. *y* ¶ *Scio enim, etc.*] Quod mihi nocere putant, in ſalutem proueniet, qa nõ ſolum per uerbum & paſſionem meam, ſed etiam per odiũ Chriſti eccleſia augmentatur. *z* ¶ *Et ſubminiſtrationem, etc.*] Quia ad meam per omnia ſalutem gubernari. *a* *Secundum expectationem & ſpem meam.*] Quia de omnibus his expecto & ſpero mercedẽ. *b* ¶ *Quia, etc.*] Nec̃ in uita, neque in morte, nec̃ in cõtumelijs, neque in opprobrijs: de nic̃ in nullo apoſtolus cõfundebat̃. Nos in omnibus erubeſcimus, & in quo uituperamur ultra nõ facimus, quamuis ſecũdũ deũ cœperimus: unde oſtẽdimus nos laudibus, nõ Chriſto ſeruire. Apoſtolus nõ confundebatur in catenis, nos confundimur in opprobrijs. *c* ¶ *Sed in omni fiducia.*] Nulla res me poterit deterrere. *d* ¶ *Et nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo.*] Inimicis ſuis inſultat quod ei nocere nõ ualeant. Si eum occiderint, martyrio coronabit. Si ſeruauerint ad Chriſtum annunciãdum, plurimum facient fructum. *e* ¶ *Siue per ui. etc.*] Et uita noſtra & mors ad magnificentiã pertinet Chriſti. *f* ¶ *Mihi enim, etc.*] Non alia cauſa uolui uiuere niſi Chriſti, ut eius corpus ædificem. *g* ¶ *Et mori lucrũ.*] Corona. *h* ¶ *Quod ſi uiuere in carne hic, etc.*] Si uiuere in carne me uoluerint, habebo tempus operandi. *i* ¶ *Et quid eligam ignoro, etc.*] Intantum mihi utraq; conueniũt, ut quid eligam ſcire non poſſim. *k* ¶ *Deſiderium habens diſſolui, etc.*] Illud melius mihi, iſtud neceſſarium uobis. Et mortem illos nõ timere, ſed diligere debere eos, ſuo demonſtrat exemplo: & ut non contriſtenẽ, manſurum ſe in carne ſpiritu prophetico promittit. *l* ¶ *Et hoc confidens, etc.*] Non ſolum credo, ſed etiam certiſſime noui. *m* ¶ *Et permanebo om. etc.*] Non mihi, id eſt, nõ mei cauſa.

pro omnibus uobis, eo quod hãbeã uos in corde & in uinculis meis, & in defenſione & cõfirmatione euangelij ſociõs gaudij mei omnes uos eſſe. Tẽſtis enim mihi eſt deus, quomodo cupiam omnes uos eſſe in uiſceribus Ieſu Chriſti. Et hõc oro, ut charitas ueſtra magis ac magis abundet in ſciẽntia & omni ſenſu, ut probetis potiora: ũt ſitis ſyncéres & ſine offenſa in diem Chriſti, rẽpleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chriſtum in glõriam & laudem dei. Sciré autem uolo uos fratres, quia quæ circa me ſunt, mãgis ad profectum uenerunt euangelij, ita ut uincula mea manifeſta fierẽt in Chriſto, in omni prætorio, & in cæteris omnibus, ũt plures è fratribus in domino cõfidentes, in uinculis meis abundantius auderent ſine timore uerbum dei loqui. Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem. Quidã autem & propter bonam uoluntatem Chriſtum prædicant. Qui dã ex charitate, ſciẽtes quoniam in defenſione euangelij poſitus ſum. Quidam autem ex contentione Chriſtum annunciant non ſyncere, exiſtimantes preſſuram ſe ſuſcitare uinculis meis. Quid enim? Dũ omni modo ſiue per occaſionem, ſiue per ueritatem Chriſtus annuncietur: & in hoc gaudeo, ſed et gaudebo. Sciõ enim quia hoc mihi proueniet ad ſalutem per ueſtram orationẽ, et ſubminiſtrãtionẽ ſpiritus Ieſu Chriſti, ſecundum expectãtionem & ſpem meam, quiã in nullo confundar, ſed in omni fidũcia ſicut ſemper: & nunc mãgnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiũe per uitam, ſiue per mortẽ. Mihi ẽnim uiuere Chriſtus eſt, & mõri lucrũ. Quõd ſi uiuere in carne hic mihi fructus operis eſt, & quid eligam, ignoro: coartor aũtem è duobus, dẽſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto, multo magis melius: permanere aũt in carne neceſſariũ propter uos. Et hõc confidens ſcio, quia manebo & pẽrmanebo omnib. uobis

bis ad profectum uestrum & gaudium fidei, ut grātulatio uestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad uos. Tantum digne euangelio Christi conuersemini, ut siuē cum uenero & uidero uos, siue absens audiam de uobis, quia statis in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei euangelij: & in nullo terreamini ab aduersarijs, quæ est illis causa perditionis, uobis autem salutis: & hoc à deo. Quia uobis donatum est pro Christo, nō solum, ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini: idem certamen habētes, quale & uidistis in me, & nunc audistis de me.

Caput II.

SI qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si quā societas spiritus, si qua uiscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes idipsum sentiētes. Nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibijnuicem arbitrantes: nō quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum. Hoc enim sentite in uobis quod & in Christo Iesu. Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo: humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Itaque charissimi mei sicut semper obedistis, non in præsentia mei tantū, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore uestram salutem operemini. Deus est enim qui operatur in uobis, & uelle & proficere pro bona uoluntate. Omnia autem facite sine murmurationibus & hæsitationibus, ut sitis sine querela, & simplices filij dei sine reprehensione in medio nationis prauæ atq; peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, uerbum uitæ continentes, ad gloriam meam in die Christi, quia non in uacuum cucurri, neq; in uacuum laboraui. Sed & si immolor supra sacrificiū & obsequium fidei uestræ, gaudeo & congratulor omnibus uobis. Idipsum autem & uos gaudete & cōgratulamini mihi. Spero autem in domino Iesu Timotheum me cito mittere ad uos, ut & ego bono animo sim, cognitis quæ circa uos sunt. Neminem enim habeo tam unanimē, qui syncera affectione pro uobis solicitus sit. Omnes enim quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi. Experimentū autem eius cognoscite, quoniam sicut patri filius mecū seruiuit in euangelio. Hunc igitur spero me mittere ad uos, mox ut uidero quæ circa me sunt. Cōfido autem in domino, quoniam & ipse ueniā ad uos cito. Necessarium autem existimaui Epaphroditum fratrem & cooperatorem & cōmilitonem meum, uestrum autem apostolum, & ministrum necessitatis meæ mittere ad uos, quoniā quidē oēs uos desiderabat, & mœstus erat, propterea q̄ audieratis illū infirmatū. Ná & infirmatus est usq; ad mortē, sed deus misertus est eius. Nōn solū aūt eius, uerūetiā & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Festinantius ergo

misi illum, ut uidentes eum iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite ergo illum in domino cum omni gaudio, & huiusmodi habete in honore. Quia propter opus Christi usque ad mortem accessit, tradens animam suam, ut impleret id quod uestram erga me deerat seruitutem. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est. Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones uestræ innotescant apud deum. Et pax dei quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda uestra & intelligentias uestras in Christo Iesu. De cætero fratres quæcunq; sunt uera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ, si qua uirtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didicistis & accepistis & audistis & uidistis in me, hæc agite, & deus pacis erit uobiscum. Gauisus sum autem in domino uehementer, quia tandem aliquando refloruistis pro me sentire, in quo & sentiebatis, occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico. Ego enim didici in quibus sum sibi sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare. Vbique & in omnibus institutus sum & saturari & esurire, & abundare & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Verumtamen bene fecistis communicantes tribulationi meæ. Scitis autem & uos Philippenses quod in principio euangelij, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti nisi uos soli. Quia & Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis. Non quia requiro datum, sed requiro fructum abundantem in rationem uestram. Habeo autem omnia & abundo. Repletus sum accepta ab Epaphrodito quæ missa sunt a uobis odorem suauitatis, hostiam acceptabilem, placentem deo. Deus autem meus impleat omnem indigentiam uestram secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu. Deo autem & patri nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant uos qui mecum sunt fratres. Omnes uos salutant sanctos, maxime autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis. Amen.

Ad Philippenses scripta est prima Epistola, missa per Epaphroditum.

Universidad de Sevilla Biblioteca

A *d* ¶ *Et ego sine tristitia sim.*] Quam mihi uestra tristitia generat. *b* ¶ *Excipite itaq; illum cum omni gaudio in domino.*] Soluêtes si quem scrupulum de eius tarditate animus forte susceperat. *c* ¶ *Et eiusmodi cum honore habetote.*] Nõ solum hunc qui uester est doctor, sed & omnes qui talis gratiæ sunt honorate. *d* ¶ *Quoniam propter opus Christi usq.*] Qui mihi non timuit in carcere ministrare. *e* ¶ *Tradens animam suam.*] In manus inimicorum: hoc est paratus ad mortem. *f* ¶ *Vt impleret id quod deerat.*] Vt reliquum uestrum erga me solus impleret obsequium. Cap. III

ergo misi illum, ut uiso illo iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaque illum cum omni gaudio in domino, & eiusmodi cum honore habetote, quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit, trâdens animam suam, ut impleret id quod ex uobis deerat erga me obsequium.

Caput III

DE cætero fratres mei gaudete in domino, eadẽ uobis scribere mihi quidem non pigrũ, uobis autem necessariũ. Videte canes, uidete malos operarios, uidete cõcisionem. Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu seruimus deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes, quanquam & egõ habeã confidentiam in carne. Si quis aliũs uidetur confidere in carne, ego magis circuncisus octauo die ex genere Israel de tribũ Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secũdum legẽ pharisæus, secundum æmulatiõnem persequens ecclesiam dei: secundum iustitiam quæ in lege est cõuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamẽ existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei, propter quem omnia detrimentũ feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam, ut & inueniar in illo, non hâbens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Iesu, quæ ex deo est iustitia in fide, ad cõgnoscendum illum & uirtũtem resurrectionis eius, & societatem pãssionis illius, cõfiguratus morti eius, si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis, non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim. Sequor autem si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Iesu. Frãtres ego me non arbitror comprehendisse. Vnũm autem, quæ quidem retro sunt obliuiscens: ad ea uero quæ sunt priora extendẽs meipsum, ad destinãtum persequor brauium supernæ uocationis dei in Christo Iesu. Quicunquẽ ergo perfecti sumus, hoc

B *e* ¶ *Videte malos operarios.*] Qui quod nos bene construximus, destruere conãtur. *m* ¶ *Videte concisionem.*] Cõcisio eñ potius quàm circuncisio sunt dicendi. *n* ¶ *Nos enim.*] Nos sumus uiri Iudæi, qui non unius mẽbri pellem, sed totius carnis uitia amputamus, spiritualiter scilicet circũcisi. *o* ¶ *Et gloriamur in Christo Iesu.*] In sola fide Christi, nõ in circuncisione carnali. *p* ¶ *Quanquam & ego habeam, etc.*] Ne quis putet me hoc ideo dicere, quia ego gloriandi causam non habeam, & idcirco non glorier. *q* ¶ *Si quis alius uidetur confidere in carne.*] Quia ex illis forte aliqui erant proselyti: ego secundum genus non post annos, ut aliqui peregrini. *r* ¶ *De tribu Beniamin.*] Quæ semper cum Iuda coniuncta fuit. *s* ¶ *Hebræus ex Hebræis.*] Non ex gentibus proselytus. *t* ¶ *Secundum legem pharisæus.*] Legisperitus uel diuisus à turba, qui non possem posse quod probarem. *u* ¶ *Secundum æmulationem persequens, etc.*] Tantam habui æmulationem, ut nescius etiam ecclesiam insectarer. *x* ¶ *Secundum iustitiam.*] Primus fui in omnibus in quibus illi falso gloriantur, sed quia hoc tempore illa non uale re cognoui, ideo illa nullius duco momenti, & tãquam impedimẽta proiecto quibus me uitam acquirere posse putabam. *y* ¶ *Conuersatus sine querela.*] Omnium iustificationum & ceremoniarum purificationem & mãdata complebam, sed hæc nulla putaui dum crederem Christo quẽ lex ipsa promiserat. *z* ¶ *Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.*] Ad comparationem inuenti auri, contemnitur æramẽtum, quamuis ab uno sit conditum, & pro temporis qualitate necessarium. *a* ¶ *Veruntamen existimo omnia detrimẽtum esse.*] Stercora ciborũ sunt reliquiæ, & quõdam rerum utilium purgamenta. *b* ¶ *Vt Christum lucrifaciam, etc.*] Vt Christum habeam. caput, & eius inueniar membrum. *c* ¶ *Non habens meam iustitiam.*] Hoc est meo labore quæsitam. *d* ¶ *Sed illam quæ ex fide est Christi Iesu, etc.*] Sed illã quæ à deo proprie & sola fide collata est Christianis. *e* ¶ *Ad cognoscendum illum.*] Vt beneficium eius perfecte cognoscam. *f* ¶ *Et uirtutem resurrectionis eius.*] Quia ideo surrexit ut nos similiter resurgamus. Qui autem hoc uere cognoscit, satis agit, si omnino non peccet. *g* ¶ *Et societatem passionis illius.*] Si enim compatimur & conuiuimus. *h* ¶ *Si quo modo occurram ad resurrectionem, etc.*] Ad illam quæ perfectorum est proprie, nõ ad illam quam etiam inuitos habere necesse est. *i* ¶ *Non quod iam acceperim.*] Quia mũdi nõ dũ finis aduenit, sed in spe est quod credimus, non in re. *k* ¶ *Aut iam perfectus sim.*] Adhuc ait se de perfectione hac, & de tali resurrectione suspensum. *l* ¶ *Sequor autem si quo modo, etc.*] Si comprehendam meritum apostolatus, in quo apostolatu à Christo sum cõprehensus. *m* ¶ *Fratres ego me, etc.*] Se humiliando, omnibus gloriam tollit, & uniuersos prouocat ad perfectionem. *n* ¶ *Vnum autem quæ quidem retro sunt, etc.*] Hoc solum scio, quia quotidie proficio, & præteritum laborem non computans, ad priora festino: siue legis obliuiscens ad perfecta euangelij præcepta me teneo. *o* ¶ *Ad destinatum, etc.*] Quod perfectis deus promisit in Christo in cœlis: qd' nõ nisi uincentes accipiẽt. *p* ¶ *Quicunque.*] Quomodo negat se esse pfectũ, si alij sunt, nisi humilitatis

A militatis gratia hoc dictum accipias? *r* Quicunq; perfectus est hoc sentiat, uetera scilicet obliuiscendo, & noua sectando: quia perfecti debent esse discipuli Christi: licet superius de perfectione præmiserit, hic uero de scientia sit locutus. *a* ¶ *Si quid aliter sapitis, & hoc uobis deus reuelabit.*] Si quid alij deus reuelauit: Aliter inquit non aliud hoc est alia assertione non fide. *b* ¶ *Veruntamen ad quod peruenimus.*] Ad perfectionem noui testamenti. *c* ¶ *Vt idem sapiamus.*] Idem sit, aliter scilicet alter non astruat. *d* ¶ *Imitatores mei estote fratres.*] Me sequimini, nõ falsos apostolos. *e* ¶ *Et obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.*] Dupliciter dicitur obseruare, uel ad imitandum ut hic: uel ad cauendum sicut ad Romanos ait: Obseruate eos qui dissensiones & offendicula faciunt. *f* ¶ *Multi enim ambulant: quos sæpe dicebã uobis.*] De his dicit qui spem passionis Christi per quam peccata dimissa sunt auferentes, in

B legis ceremonijs collocabant. Potest & de Iouiniani studijs accipi, qui Ieiuniorum affectionem & omnem corporis cruciatum, in luxuriam & epulas conuerterit. *h* ¶ *Nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi.*] Notãdum quod uero affectu, omniũ salutem optauerit, qui etiam inimicos crucis Christi deflebat, ultro in interitum properantes. *i* ¶ *Quorum finis est interitus.*] Quia in corruptione seminant carnis. *k* ¶ *Quorum deus uenter est.*] Qui se in hoc putant deo seruire, si comedant, non audientes prophetam dicentem: Si manducaueritis & biberitis, nonne uos manducatis & bibitis? *l* ¶ *Et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt.*] In circuncisione uerecundi membri. *m* ¶ *Nostra autem conuersatio in cœlis est.*] Hoc non potest dicere terrenis uitijs mancipatus. *n* ¶ *Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum.*] Qui caput est nostrum. *o* ¶ *Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.*] Sicut monstrauit in monte, cum unum ex uiuentibus & unum ex mortuis, claritatis suæ corpori configurat: exemplum resurrectionis ostendens & in mortuis & in uiuentibus. *p* ¶ *Secundum operationem qua possit sibi subijcere omnia.*] Quia non solum confirmauit nos, sed etiam corpori suo omnia fecit esse subiecta: siue secundum sententiam qua sibi cuncta subiecit, etiam hoc illi possibile est.

CAP. IIII

ITaq; *fratres mei charissimi & desideratissimi.*] Quia perse-

hoc sentiamus, & si quid aliter sapitis, & hoc uobis reuelâbit deus. Veruntamẽn ad quod peruenimus ut idẽm sapiamus, & in eãdem permaneamus regula. Imitâtores mei estote fratres, & obseruâte eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Mũlti enim ambulât quos sæpe dicebam uobis: Nunc aũtem & flens dico inimicos crucis Christi: Quorũ finis interitus: quorũ deus uenter est, & glória in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nõstra autem conuersatio in cœlis est. Vnde ẽtiam saluatorem expectamus, dominum nostrũ Iesum Christum: qui reformabit corpus humilitatis nostræ, cõ figuratum corpori claritatis suæ, secundum operationẽ uirtutis suæ, qua etiam possit subijcere sibi omnia.

Cap. IIII

ITãq; fratres mei charissimi & desideratissimi: gaudiũ meum & corona mea: sic stâte in domino charissimi. Euodiam rogo & Syntychen deprecor idipsum sapere in domino. Etiam rõgo & te germane compar: adiuuã illas quæ mecum laborauerunt in euangelio: cum Clẽmente & cæteris adiutoribus meis: quorũ nomina sunt in libro uitæ. Gâudete in domino semper: itẽrum dico gaudete. Mõdestia uestra nota sit omnibus hominibus. Dõminus enim prope est. Nihil soliciti sitis, sed in omni orâtione & obsecratione cum gratiarum actiõne, petitiones uestræ innotescant apud deum. Et pâx dei quæ exuperat omnẽ sensum, custodiat corda uestra & intelligentias uestras in Christo Iesu. De cætẽro fratres quæcunq; sunt uera, quæcunque pudica, quæcunq; iusta, quæcunque sancta, quæcunq; amabilia, quæcunque bonæ

C *r* ¶ *Gaudium meum & corona mea.*] Per uos in præsenti lætificor, & in futuro coronabor. *f* ¶ *Sic state in domino charissimi.*] In sola Christi fide, ut superius comprehendi, spem ponentes & in conuersatione cœlesti. *t* ¶ *Euodiam rogo & Syntychen deprecor idipsum sapere in domino.*] Quod dicit, id est, una mecum hæ mulieres scientes erant legis: quare simi liter ut istas eadẽ sentire commemorat & hortatur. *u* ¶ *Etiam rogo & te germane compar.*] Germanus dictus est nomine, qui erat compar officij. *x* ¶ *Adiuua illas quæ mecum laborauerunt in euangelio.*] Non uiros sed fœminas quæ erant docentes, non in ecclesia sed in domo. *y* ¶ *Cum Clemente & cæteris adiutoribus meis.*] Clemens ex philosopho magnæ doctrinæ uir, qui Romæ episcopus fuit. *z* ¶ *Quorum nomina sunt in libro uitæ.*] Ne moleste ferrent sua nomina in hac epistola comprehensa, scripta esse dicit in cœlis. Huius libri etiam Moyses & D Dauid meminit & dominus in euangelio. *a* ¶ *Gaudete in domino semper.*] Quia secuti gaudium non habetis. *b* ¶ *Iterum dico gaudete.*] Repetit, ut magis ac magis gaudium confirmetur. *c* ¶ *Modestia uestra nota sit omnibus, etc.*] Iudæis & gentibus omnibus: *d* ¶ *Dominus enim prope est.*] Scit quid opus sit antequàm petatis ab eo: sine de congruenubus cogitationibus solicitudinem gerite: quàm enim dominus nobis prope sit, optime nostis, secundum illud: Iuxta est dominus his qui tribu *Psal.33.d* lato sunt corde. *e* ¶ *Nihil solliciti sitis.*] Nolite cogitare quid manducetis aut quid induamini, hæc omnia gentes inquirunt. *f* ¶ *Sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione, petitiones uestræ innotescant, etc.*] Non cum murmuratione, aut tristitia: tunc potest oratio uestra digna esse auribus saluatoris: si pro omnibus quæ patimini gratias referatis sicut apostoli faciebant. *g* ¶ *Et pax dei quæ exuperat omnem sensum custodiat corda uestra & intell. etc.*] Qua malos sustinet & ingratos. Christi pax qua pro suis persecutoribus exorabat, si recogitemus omnem mentem superat & inclinat. Hæc ergo pax corda & intelligentias uestras exemplo Christi custodiat. *h* ¶ *De cætero fratres.*] Ad extremum ut omnia breuiter comprehendam. *i* ¶ *Quæcunq; sunt uera.*] Permanenda. *k* ¶ *Quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ, etc.*] Quia omnis natura humana nouit diligenter amare quod bonum est.

A a ¶Si qua uirtus, si qua laus disciplinæ: hæc cogitate quæ & didicistis, etc.] Virtus tolerantiæ siue laus conuersationis, & reliqua bona, quæ & didicistis uerbo, & accepistis exemplo & audistis auribus & uidistis oculis: hęc tantum modo cogitate. b ¶Hæc agite.] Non enim sola fine actu sufficit cogitatio. Hæc posteriora, illa explanant superiora. c ¶Et deus pacis erit uobiscum.] Si hæc non modo cogitetis, sed etiam faciatis. d ¶Gauisus autem sum in domino uehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis. Occupati autem eratis. Nôn quasi propter penuriam dico. Egô enim didici in quibus sum sufficiens esse. Sciô & humiliari, scio & abundare. Vbiq; & in omnibus institutus sum: & satiari & esurire & abundare & penuriam pati. Omniâ possum in eo qui me confortat. Verùntamen bene feciſtis, cõmunicantes tribulationi meę. Scitis aũtem & uos Philippenses, quod in principio euangelij quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in rãtione dati & accepti, nisi uos soli: quia & Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis: non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione uestra. Habeô autem omnia & abundo. Repletus sum exceptis ab Epaphrodito quæ misistis in odorẽm suauitatis, hostiãm acceptam placẽtem deo. Deus autem meus impleat omne desiderium uestrum secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu. Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum: Amen. Sãlutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant uos qui mecum sunt fratres. Sãlutãt uos omnes sancti: maxime autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro. Amen.

bonæ famæ: si qua uirtus, si qua laus disciplinæ: hæc cogitate quæ & didicistis & accepistis & audistis & uidistis in me. Hæc ãgite, & deus pacis erit uobiscum. Gãuisus sum autem in domino uehementer: quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis. Occupati autem eratis. Nôn quasi propter penuriam dico. Egô enim didici in quibus sum sufficiens esse. Sciô & humiliari, scio & abundare. Vbiq; & in omnibus institutus sum: & satiari & esurire & abundare & penuriam pati. Omniâ possum in eo qui me confortat. Verùntamen bene feciſtis, cõmunicantes tribulationi meę. Scitis aũtem & uos Philippenses, quod in principio euangelij quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in rãtione dati & accepti, nisi uos soli: quia & Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis: non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione uestra. Habeô autem omnia & abundo. Repletus sum exceptis ab Epaphrodito quæ misistis in odorẽm suauitatis, hostiãm acceptam placẽtem deo. Deus autem meus impleat omne desiderium uestrum secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu. Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum: Amen. Sãlutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant uos qui mecum sunt fratres. Sãlutãt uos omnes sancti: maxime autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro. Amen.

B ¶Hæc agite.] Non enim sola fine actu sufficit cogitatio. Hæc posteriora, illa explanant superiora. c ¶Et deus pacis erit uobiscum.] Si hæc non modo cogitetis, sed etiam faciatis. d ¶Gauisus autem sum in domino uehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis. Occupati autem eratis. Nôn quasi propter penuriam dico. Egô enim didici in quibus sum sufficiens esse. Sciô & humiliari, scio & abundare. Vbiq; & in omnibus institutus sum: & satiari & esurire & abundare & penuriam pati. Omniâ possum in eo qui me confortat. Verùntamen bene feciſtis, cõmunicantes tribulationi meę. Scitis aũtem & uos Philippenses, quod in principio euangelij quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in rãtione dati & accepti, nisi uos soli: quia & Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis: non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione uestra. Habeô autem omnia & abundo. Repletus sum exceptis ab Epaphrodito quæ misistis in odorẽm suauitatis, hostiãm acceptam placẽtem deo. Deus autem meus impleat omne desiderium uestrum secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu. Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum: Amen. Sãlutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant uos qui mecum sunt fratres. Sãlutãt uos omnes sancti: maxime autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro. Amen.

¶Veruntamen bene feciſtis, communicantes tribulationi meæ,] Non enim debuit mea inopia uestram impedire mercedem. k ¶Scitis autem & uos Philippenses, quod in principio euangelij quando profectus sum, etc.] Quando profectus sum, scitis, quia uos solos à quibus sumptus accepimus elegimus, fideliores uos omnibus iudicantes. l ¶In ratione dati & accepti, nisi uos soli.] Danum dixisse credendus est: Si uere sancti erant, peccatores utiq; non erant, & quia non peccatores sed sancti erant tam poterant esse quod erant, quàm poterant non esse quod non erant. Igitur sanctos homines hac ratione esse possibile est. f ¶Salutant uos omnes sancti, maxime autem qui de Cæsaris domo sunt.] Qui sunt nuper de Cæsaris domo conuersi.

C m ¶Quia Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis: non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione uestra.] Abundans fructus orationis est, cum sanctis etiam absentibus ministratur. n ¶Habeo autem omnia & abundo: repletus, etc.] Prouocat eos laudando & gratias referendo. o ¶In odorem suauitatis.] Odor suauitatis, non in re oblata, sed in mentis deuotione consistit: sicut sacrificium Noe Gen. 8.d deus describitur odoratus, cum ipse dicat Esa. 1.c nec carnibus nec animalium sanguine se delectari. p ¶Hostiam acceptam placẽtem deo.] Notandum quod eleemosyna hostia appellatur: quæ sicut à sanctis oblata, accepta est, ita eorum qui in peccatis durauerint reprobatur. q ¶Deus autem meus impleat, etc.] Quia ut perfecti alia desiderare non poterãt, nisi quæ sunt secundum diuitias dei non seculi, & quæ ad gloriam pertinent Christi. r ¶Salutate omnem sanctũ in Christo Iesu, etc.] Erant enim omnes sancti quos saluere iubet & omnes præcepit salutari, sicut & in omnibus epistolis facit, & proculdubio uerum dixisse credendus est: Si uere sancti erant, peccatores utiq; non erant, & quia non peccatores sed sancti erant tam poterant esse quod erant, quàm poterant non esse quod non erant. Igitur sanctos homines hac ratione esse possibile est. f ¶Salutant uos omnes sancti, maxime autem qui de Cæsaris domo sunt.] Qui sunt nuper de Cæsaris domo conuersi.

D

AD COLOSSENSES

COMMENTARIA in epist. ad Colosſ.

PAulus apostolus Iesu Christi per uoluntatẽ dei, & Timotheus frater, his qui sunt Colosſis sanctis & fidelib. fratribus in Christo Iesu: Gratia uobis & pax à deo patre nostro. Grãtias agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi semper pro uobis orantes, audientes fidem uestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes: prõpter spem quæ reposita est uobis in cœlis: quam audistis in uerbo ueritatis euangelij quod peruenit ad uos: sicũt & in uniuerso mũdo est, & fructificat & crescit

A a ¶Et crescit.] In numero uel uirtute. b ¶Sicut in uobis, ex ea die qua audistis, etc.] Qui eius beneficia malis actibus non euacuant. c ¶Sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro qui est fidelis, etc.] Fidelis pro uobis in oratione incumbens, ministerium Christi exhibet uoluntate. d ¶Qui etiam manifestauit nobis, etc.] Quam habetis in spiritualibus charitatem. e ¶Ideo & nos ex qua die audiuimus, etc. ut impleamini agnitione uoluntatis eius.] Quia eam aliter facere non potestis: quod propheta intelligens dicebat ad deum. Doce me facere uoluntatem tuam, quia deus meus es tu ¶Vt ambuletis digne deo, per omnia placentes, in omni opere, etc.] Bene ille deo ambulat, qui ei per omnia placet, hoc est, ut in opere bono cum scientia dei fructificet. Simul expositum quod frequenter obscure dicebat: hoc est, quomodo deus det uelle uel adiuuet & confirmet: docendo scilicet sapientiam, & intellectũ

B gratiarum tribuẽdo, non libertatem arbitrij auferendo: sicut etiam in præsenti orat ut impleantur agnitione uoluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spirituali: quo possint digne deo per omnia ambulare. g ¶In omni uirtute confortati.] Virtus magna est inueteratum uincere uitium: uel in passionibus carnis infirmitatem superare. h ¶Secundum potentiã claritatis eius.] Vt & uos simul & ille patienter omnia sufferatis. i ¶In omni patientia & lõganimitate.] Ibi est uera longanimitas & patientia, ubi aliquis gaudet etiam sustinere quod patitur. k ¶Gratias agentes deo, etc.] Plus uocatio lætificet, quàm affligat tristitia passionum. Cognominat sortem sanctorum, sortem hæreditatis, sicut etiam scriptura commemorat: quia Iesus terram diuisit in sorte. l ¶Qui eripuit nos de potestate tenebrarũ, etc.] Ab ignorantia uel errore m ¶Et transtulit in regnum filij, etc.] De regno erroris & mortis, quo & dilecti & filij fieremus. n ¶In quo habemus redemptionem & remissionem, etc.] Redemptis fide, per baptismum peccata dimittit. o ¶Qui est imago dei inuisibilis.] Secundum epistolã ad Hebræos. p ¶Primogenitus omnis creaturæ.] Primogenitus secundum assumpti hominis formam, non tempore, sed honore: iuxta illud: Filius meus primogenitus Israel. q ¶Quoniam in ipso condita, etc.] Id contra Manichæos facit. r ¶Omnia per ipsum, etc.] In ipsius creata sunt potestate. s ¶Et ipse est ante omnes, etc.] Dum per ipsum subsistunt. t ¶Et ipse est caput corporis ecclesiæ.] Quia omnes credentes, eius membra sunt. u ¶Qui est principium primogenitus ex mortuis.] Incorruptibilis gloriæ. x ¶Vt sit in omnibus ipse, etc.] Tam in uisibilibus, quàm in inuisibilibus creaturis. y ¶Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem, etc.] In alijs, hoc est, in apostolis, patriarchis, uel prophetis, gratia fuit ex parte. In Christo autem tota diuinitas habitauit corporaliter, quasi si dicas summa liter. z ¶Et per eum reconciliari omnia in ipsum, etc.] Per quem sunt homines emundati. a ¶Siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt.] Terrena cœlestibus, quæ ab eis per

C Exod. 4.f

D contrarietatem uitæ fuerant separata. Vnde orare docemur, ut uoluntas dei quemadmodum celebratur in cœlis, ita fiat & in terris. b ¶Et uos cum essetis aliquando alienati & inimici, etc.] Quæ fuerint inimicitiæ, euidentissime declarauit. c ¶Exhibere uos sanctos.] Ne eius beneficium irritum facientes, sitis iterum inimici. d ¶Et immaculatos & irreprehensibiles coram ipso.] Vide si sciebat se impossibilia præcepisse. e ¶Si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles & immobiles à spẽ euangelij quod audistis, quod prædicatũm est in uniuersa creatura quæ sub cœlo est. Cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Cuius factus sum ego minister secundum nitus secundum assumpti hominis formam, non tempore, sed honore: iuxta illud: Filius meus primogenitus Israel. q ¶Quoniam in ipso condita, etc.] Id contra Manichæos facit. r ¶Omnia per ipsum, etc.] In ipsius creata sunt potestate. s ¶Et ipse est ante omnes, etc.] Dum per ipsum subsistunt. t ¶Et ipse est caput corporis ecclesiæ.] Quia omnes credentes, eius membra sunt. u ¶Qui est principium primogenitus ex mortuis.] Incorruptibilis gloriæ. x ¶Vt sit in omnibus ipse, etc.] Tam in uisibilibus, quàm in inuisibilibus creaturis. y ¶Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem, etc.] In alijs, hoc est, in apostolis, patriarchis, uel prophetis, gratia fuit ex parte. In Christo autem tota diuinitas habitauit corporaliter, quasi si dicas summa liter. z ¶Et per eum reconciliari omnia in ipsum, etc.] Per quem sunt homines emundati. a ¶Siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt.] Terrena cœlestibus, quæ ab eis per

D contrarietatem uitæ fuerant separata. Vnde orare docemur, ut uoluntas dei quemadmodum celebratur in cœlis, ita fiat & in terris. b ¶Et uos cum essetis aliquando alienati & inimici, etc.] Quæ fuerint inimicitiæ, euidentissime declarauit. c ¶Exhibere uos sanctos.] Ne eius beneficium irritum facientes, sitis iterum inimici. d ¶Et immaculatos & irreprehensibiles coram ipso.] Vide si sciebat se impossibilia præcepisse. e ¶Si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles & immobiles.] Tunc poteritis immaculati esse, si hominum uos exempla minime decipiant, sed firmiter futura creditis. f ¶A spe euangelij quod audistis.] Spem euangelij, contra euangelium uiuentes sperare non possunt. g ¶Quod prædicatum est in uniuersa creatura quæ sub cœlo est.] Rationabili scilicet. Notandum sanè quomodo omnem creaturam, homines solos nominauit. h ¶Cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo, etc.] Pro alijs patitur: quia pro ipso ante passus est Christus. i ¶Et adimpleo ea quæ desunt, etc.] Vsq; adeo præsentibus non terreor persecutionibus, ut mihi paruum esse uideatur quod patior, quoadusq; in me passio impleat, sicut ad Hebræos

A Hebr. eos dicit: Vt non fatigemini animis uestris deficientes, gendum enim usq; ad sanguinem restitistis. *a* ¶ *Secundum dispensationem dei, etc.*] Doctrinæ euangelicæ, quam uobis gentibus iussus sum erogare. *b* ¶ *Nunc autem manifestatum est sanctis eius, etc.*] Tempore quo uoluit gentes uocare, quibus uoluit sanctis aperuit sacramentum. *c* ¶ *Notas facere diuitias, etc.*] Qui idem dominus omnium, dives in omnes qui inuocant illum. *d* ¶ *Quod est Christus in uobis spes gloriæ, etc.*] Iudæum & Græcum, seruum & liberum. Simul attende quod omnes sapientiam doceat. *d* ¶ *Vt exhibeamus omnem hominem perfectũ in Christo Iesu, etc.*] Notandum quod omnes conetur exhibere perfectos.

CAP. II

Volo enim uos scire etc. & quicunq; non uiderunt faciem meam, etc.] Qui si me uidissent, & charitatem meam erga se & diuitias mysterij plenius cognouissẽt,

B maiorẽ præstitissent affectum: & abundantiam rationis à me, quam ab ipso Christo didici docerentur, & per hæc consolationem fuissent consecuti. *g* ¶ *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, etc.*] Qui latebant in

Esa. 33.b secundũ Lxx literis legis, sicut Esaias ait: In thesauris salus nostra uenit. *h* ¶ *Absconditi.*] Qui Mosi erant uelamine contecti. *i* ¶ *Hoc autem dico, quod nemo uos, etc.*] Idcirco melius fuisset, ut ego præsens instruerem, sed tamen breuiter omnem sapientiam in ipso esse cõplexã: ut sensum uel sermonem philosophiæ quæ contra illum est, non solum non timeatis, sed etiam stultitiæ deputetis. *k*

4.Reg.5.g ¶ *Nam & si corpore absens sum, etc.*] Habebant hanc gratiam apostoli, ut alibi positi, quid alibi ageretur agnoscerent: sicut Helisæi spiritus cum Giezi fuit in uia. Supplens id quod est de utilitate uestræ fidei: uel impleo quod præsentia implere non possum. *l* ¶ *Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum nostrum etc.*] Exemplum Christi in uobis sufficit ad uitam, etiã si aliquid interim minus sciẽtiæ habetis. *m* ¶ *Radicati & superædificati in ipso.*] Secundum robur fundamenti, ualidum ædificium supercrescit. *n* ¶ *Et confirmati in fide, etc.*] Semper crescentes in illo, & pro omnibus beneficijs eius gratias referentes. *o* ¶ *Videte ne quis uos decipiat, etc.*] Contra philosophos ait, quorum omnis penè disputatio de elementis est, & de uisibilibus creaturis, & ex rebus naturalibus uirtutem existimant dei dicentes: ex nihilo fieri nihil posse, & animam, aut initium non habere, aut esse mortalem, & uirginem parere omnino nõ posse: sed & deum ex homine nasci, mori, atq; resurgere stultũ esse. *p* ¶ *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis.*] Omnis plenitudo diuinæ naturæ in corpore eius inhabitat. *q* ¶ *Et estis in illo repleti qui est caput omnis principatus.*] Si illius scientia docemini, qui prodidit initium inuisibili creaturæ: quid uobis conferent qui nihil plus intelligunt, cũ quod uidente *r* ¶ *In quo & circuncisi estis, circumcisione non manufacta in expoliatione corporis, etc.*] Hic iam pseudoapostolos taxat, ne ab ipsis quidam seducantur. *s* ¶ *Sed in circumcisione Iesu Christi consepulti ei in baptismo.*] Per quam totum hominem expoliastis. *t* ¶ *In quo & resurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illum à mortuis.*] Surrexistis in nouam uitã, credentes eum etiam propter hoc surrexisse. *u* ¶ *Et uos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis uestræ.*] Quia non solum peccantes, sed etiam non circuncisi in lege pariter damnabunt: Cũ ergo dupliciter indigni essetis, filiorum consortes effecti estis. *x* ¶ *Conuiuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta.*] Auferendo causas mortis, id est, peccata. *y* ¶ *Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod, etc.*] Chirographum, maledictum legis est. Vnde alibi ait: Gal.3.b Christus nos redemit de maledicto legis, quia in eo continetur: Maledictus omnis qui non permanserit in Deut.27.c libro legis, ut faciat ea. Quidam uero chirographum dicunt esse, quasi scriptam quandam apud deum memoriam peccatorum. Vnde ipse in Canticis dicit: Nonne hæc congregata sunt apud me, & signata in thesauris meis? Et Hieremias ait: Peccatum Iudæ in ungue adamantino. Etiam hæc deleta est in cruce, dum dimissis peccatis, etiam memoria oblita est delictorum.

Hier.17.d

Et

A *a* ¶ *Et expolians principatus & potestates.*] Vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, se offerendo pro eis. *b* ¶ *Traduxit confidenter palàm, etc.*] Deuicit palam crucifixus, confusione contempta triumphauit: non occidendo, sed moriendo: ut nobis confracta omni superbia monstraret exemplum. *c* ¶ *Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu, etc.*] Nullum ergo in hoc iudicium est quod est umbra, & cessauit corpore ueniente: quia imagine opus non est, ueritate præsente. *d* ¶ *Quæ sunt umbra futurorum, etc.*] Tunc enim futura erant, quę modo sunt. *e* ¶ *Nemo uos seducat uolens in humilitate & religione angelorum, etc.*] Nemo ficta humilitate superbus, & angelos se uidere mentiens, frustra se super homines iactet: qui uisiones à suo corde loquitur. Sique nemo tam humilis sibi & religiosus uideatur, ut angelos qui deum uident se uidere mentiatur. *f* ¶ *Et non tenens caput.*]

B Christo nõ credens, qui omnium sanctorum caput est. *g* ¶ *Ex quo totum corpus, etc.*] Quia membris per totum corpus membra iunguntur. Quicũq; igitur extra hoc corpus est, quantum libet se iactet, ille caput non habet, quod est Christus qui est uita. *h* ¶ *In augmentum dei.*] Augmentum illius corporis quod unitum est deo. *i* ¶ *Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi.*] Possunt intelligi etiam auaritia, luxuria, & cætera his similia. *k* ¶ *Quid adhuc tanquam uiuentes, etc.*] Ne similitudinem quidem ullam uiuentium in mundo uoluit nos habere, hoc est, illorum qui futura non credunt. *l* ¶ *Ne tetigeritis, neq; gustaueritis, etc.*] Illo tactu & gustu & contrectatione, quo hi qui in concupiscentijs abutuntur, & terrena diligunt pro æternis. *m* ¶ *Quæ sunt omnia, etc.*] Ex partibus mundi, conditionem ipsius aduertimus: cui enim membra componuntur atq; soluuntur, necesse est ut totus aliquando compositus fuerit, & quandoq; soluatur: Nõ ergo mortalia pro immortalibus debent diligi & æternis. *n* ¶ *Secundum præcepta & doctrinas hominum, etc.*] Secundum quod multi etiam homines, natura docente tradiderunt: quod mundus esset aliquando soluendus, & ideo deum quẽ solum æternum intellexerunt, licet superstitiose, tamen humiliter uenerati sunt, & non parcendum duxerunt corpori, nec carnem in saturitate honorandam, utpote morituram. Aliter: Non uos seducat philosophia ad humanam doctrinam, quæ sapientiæ & abstinentiæ specie subornatur. In qua tam uana est corporis afflictio: tam stulta meditationis intentio: cuius bonum ad capiendas & infirmandas mentes: quasi quidam laqueus diabolo aucupante, prætẽditur: quo facilius malum suum sequens inducat.

CAP. III

Igitur si consurrexistis cum Christo.] Consequenter primo commortuos, deinde consurrexisse nos dicit: nec solum terræ mori, sed etiam cœlo nos uiuere hortatur: nihil, inquit, terrenũ ambiatis, nihil mortale quæratis. *p* ¶ *Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, etc.*] Cœlestem sectamini sapientiam: sed nos laboriosius humanæ sapientiæ studium impendimus, & artibus uilissimis ingeniũ occupamus. *q* ¶ *Et uita uestra abscondita est cum Christo in deo etc.*] Quia filij dei cũ 1.Ioan.3.a simus, nondum apparuit. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Non ergo debemus D hic nostram quærere gloriam, in præsenti: ne de nobis quoq; dicatur: Perceperunt mercedem suam. *r* ¶ *Mortificate ergo, etc.*] Quod professi estis, implete. *s* ¶ *Membra uestra quæ sunt super terram.*] Membra uitiorum uestrorum: siue malum membrorũ, nominat uestra membra. *t* ¶ *Fornicationẽ, immundiciam, libidinem.*] Omnem impudicitiam & immundiciam & libidinem nominauit. *u* ¶ *Concupiscentiam malam.*] Est enim concupiscentia bona. Vnde Da- Dan.9.f niel uir concupiscentiarum appellatur. Et Dauid in- Psal.118.c quit: Concupiscit & deficit anima mea in atria domini. *x* ¶ *Et auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus.*] Nihil prodest deo nomine, & idolis operibus seruire. *y* ¶ *Propter quæ uenit ira dei super, etc.*] Super Sodomã & eos qui in diluuio perierunt. Ex præteritis ergo exemplis, futura timenda sunt. *z* ¶ *In quibus & uos ambulastis aliquando, etc.*] Nolite itaq; nunc ambulare, ne frustra uideamini credidisse. *a* ¶ *Iram, indignationem, malitiam, blasphemiam.*] Ipsa est quæ inebriat mentem, per maliciam inferre alteri, quod pati nolis. *b* ¶ *Turpem sermonem de ore uestro, etc.*] Quia hic in disciplinis filijs hominum non conuenit educatis: quanto magis dei, quibus non minus est turpis sermo quàm actus. *c* ¶ *Nolite mentiri inuicem.*] Non decet mentiri inuicem filios ueritatis, cum de ueritate non sit omne mendacium. *d* ¶ *Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis.*] Cum actibus uoluptatũ.

¶ Et

a ¶ *Et induentes nouum, eum qui renouatur in agnitione dei.*] Cum cognouerit cuius imago est, & inquantum debet & potest, nititur similare. b ¶ *Secundum imaginem eius qui creauit eum.*] Expositum imaginem in actu consistere. c ¶ *Vbi non est masculus & fœmina, gentilis & Iudæus, circumcisio, etc.*] Apud deum nō præiudicat sexus, uel genus, uel conditio, sed conuersatio sola. d ¶ *Sed omnia & in omnibus Christus.*] Omnes quicunq; baptizati sumus, Christum induimus. e ¶ *Induite uos ergo sicut electi dei, sancti et dilecti.*] Illa deponentes induite: quia ad hoc sancti estis. f ¶ *Viscera misericordiæ, benignitatem, etc.*] Quia illa membra dixerat, hæc uiscera nominauit. g ¶ *Supportantes inuicē.*] Exemplo Christi, qui infirmitates nostras portauit. h ¶ *Et donantes uobismetipsis.*] Indulgentes inuicem sicut Christus omnibus indulsit: etiam pro persecutoribus orans, ut & nobis à patre cœlesti debita
B remittantur: ne impleatur in uobis illa sententia: Homo homini reseruat iram, & à domino quærit medelam, etc. i ¶ *Si quis aduersus aliquem habet querelam.*] Vnusquisque maliciæ proximi sui non meminerit, ne forte exigentes à conseruis, etiam propria indulta reddere cogamur. k ¶ *Sicut & dominus donauit uobis, ita & nos.*] Si ille indulsit qui potuit, uindicta aut nulla, aut satis parua est. l ¶ *Super omnia autem hæc, charitatem habete.*] Super hæc omnia est charitas: quia omnem quem diligimus, sustinemus, & non omnem quem sustinemus, diligimus. m ¶ *Quod est uinculum perfectionis.*] Charitas enim multa membra in unum colligit corpus. n ¶ *Et pax Christi.*] Non seculi, quam nobis reliquit: qui pro omnibus mortuus est, & nos inimicos dilexit. o ¶ *Exultet in cordibus uestris, in qua & uocati estis in uno corpore.*] Non in facie fallaciter arridente, uel sermone doloso. p ¶ *Et grati estote.*] Beneficijs scilicet Christi. In nonnullis exemplaribus habet, gratia estote: hoc est, nolite legi assimilari quæ uicem reddit, sed gratiæ: quæ ignoscit etiam inimicis, & pro eis dominum deprecatur. q ¶ *Verbum Christi habitet in uobis abundanter.*] Hic ostenditur uerbum Christi non sufficienter, sed abundanter etiam laicos habere debere, & docere seinuicem uel monere. r ¶ *In omni sapientia docentes & commonentes uosmetipsos.*] Vt sapienter & rationabiliter proferatur. s ¶ *In psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus in gratia.*] Psalmis, ut Dauid: hymnis ut trium puerorum: canticis, ut Moysi, & cæterorum, quæ sunt spiritualia, & non carnalibus uel turpibus cantilenis. t ¶ *Cantantes in cordibus uestris domino.*] Nusquam legimus aliquem sine uoce cantasse. Vnde necesse est hic, in corde, ex corde intelligi: scilicet, ut non solum ore, sed etiam corde cantemus: Confitebor, inquit, ubi domine in toto corde meo. u ¶ *Omne quodcunq; facitis in uerbo aut in opere, etc.*] Siue docetis, siue operamini, nihil ad uestram, sed omnia ad domini gloriam faciatis: deo gratias referentes, qui filium suum ad hæc docenda destinare dignatus est: siue per actus uestros deo gratiæ referantur. x ¶ *Mulieres subditæ estote uiris uestris, etc.*] Secundum legem, in his quæ conueniunt domino. y ¶ *Viri diligite uxores uestras, & nolite, etc.*] Nunq; rem naturalem hortaretur, nisi continentes esse cœpissent, sicut ad Ephesios plenius notatum est. z ¶ *Patres nolite ad indignationem prouocare filios uestros, etc.*] Ne exasperati iracundi fiant, qui exemplo uestro, patientiam discere debuissent. a ¶ *Seruite per omnia dominis carnalibus.*] Qui carnis solam dominationem exercent. b ¶ *Non ad oculum seruientes, quasi hominibus, etc.*] Non ad hoc tantum, ut hominibus uideamini carnalibus laborantes. c ¶ *Sed in simplicitate cordis timentes, etc.*] Qui ubiq; semper uidet, & custodit omne quod factum est. d ¶ *Quodcunq; facitis, ex animo operamini: sicut domino & non hominibus.*] Non necessitate conditionis, sed religionis facite uoluntate: ut per opera uestra domino gratiæ referantur, cum ex tempore credulitatis talia uiderint proficisci. e ¶ *Scientes quod à domino accipietis retributionem hæreditatis.*] Nolite putare uestrum infructuosum esse seruitium quod propter deum exhibitum, cœlesti remuneratione pensabitur. f ¶ *Domino Christo seruite.*] Ipse enim seruit deo, qui propter ipsum homini seruit. g ¶ *Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod inique gesit. Et non est personarum acceptio apud deum.*] Siue seruus qui dominum contempserit: siue dominus qui seruum inique tractauerit: ideo hoc dicit ut consolationem habeant, scientes suam inultam non esse iniuriam apud deum.

cum actibus suis, & indūentes nouum, eum qui renouatur in agnitione dei secundum imāginem eius qui creauit eum: ubi nōn est masculus & fœmina, gentilis & iudæus, circuncisio & præputium, barbarus & Scytha, seruus & liber, sed omniā & in omnibus Christus. Indūite uos ergo sicut electi dei, sancti & dilecti uiscēra misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, suppōrtantes inuicem & dōnantes uobismetipsis, siquis aduersus aliquem habet querelam: sicut & dominus donauit uobis, ita & uos. Sūper omnia autem hæc charitatem habete, quōd est uinculum perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus uestris: in qua uocati estis in uno corpore, & grati estote. Verbum Christi habitet in uobis abundanter: in omni sapiēntia docentes & cōmonentes uosmetipsos in psalmis & hymnis, & cānticis spiritualibus in gratia cantantes in cordibus uestris domino. Omnē quodcunq; facitis in uerbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi: gratias agentes deo & patri per ipsum, Mulierēs subditæ estote uiris uestris, sicut oportet in domino. Viri diligitē uxores uestras, & nolite amari esse ad illas. Filij obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum est in domino. Patrēs nolite ad indignationem prouocare filios uestros: ut non pusillo animo fiant. Serui obēdite per omnia dominis carnalibus: nōn ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes: sed in simplicitatē cordis timentes dominum. Quodcūnque facitis, ex animo operamini sicut domino, & non hominibus, sciēntes quod à domino accipietis retributionem hæreditatis, dominó Christo seruite. Qui ēnim iniuriam facit, recipiet id quod inique gesit. Et non est personarum acceptio apud deum.

Domini

A Domini, quod iustum est & æquum, seruis præstate, & c.] Patres magis uos sentire debēt quam dominos. Vnde & patres familias appellantur. b ¶ *Scientes quoniam & uos dominum habetis in cœlo.*] Qualem circa uos dominum uultis esse, tales & uos estote conseruis. c ¶ *Orationi instate, uigilantes in ea.*] Negligentis enim & dormientis oratio, nec ab homine prævalet impetrare. d ¶ *In gratiarum actione.*] Pro omnibus quæ concessa sunt uobis. e *Orantes simul & pro nobis, etc.*] Vobis enim orantibus si de tribulatione liberemur, uobis proficiet in doctrina. f ¶ *Vt manifestarem illud, ita ut oportet me loqui.*] Vt ipse destinet quid agēdum, quando, uel cui debeat prædicare: sicut Esa. 50. b secundū Lxx Esaias ait: Vt sciam quando oporteat me dicere sermonem. g ¶ *In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt.*] Nolite eos ultra ad iracundiam prouocare. h ¶ *Tempus redimentes.*] De malo tem
B pore, bonū tempus uestra prudentia facientes. i ¶ *Sermo uester semper in gratia.*] In nouo scilicet testamento, uel certe gratum proferatis sermonem. k ¶ *Sale sit conditus.*] Sapientię & rationis, ne stulta nostra religio à philosophis & gentibus existimetur. l ¶ *Vt sciatis quomodo oporteat unicuiq; respondere.*] Aliter paganis, aliter Iudæis, aliter hæreticis contradicentibus ueritati. Vnde & Petrus ait: 2. Pet. 3. c Parati semper ad satisfactionem, & cæt.

m ¶ *Quæ circa me sunt, omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & c.*] Securos illos uult esse de sua incolumitate, ne hac essent tristitia occupati. n ¶ *Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus.*] Simul uinctus erat, siue compatiebatur charitatis affectu.

Cap. IIII

Domini quōd iustum est & æquum, seruis præstate, sciēntes quoniam & uos dominum habetis in cœlo. Orātioni instate, uigilantes in ea in grātiarum actione, orāntes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquēdum mysterium Christi: propter quod etiā uinctus sum, ut mānifestē illud, ita ut oportet me loqui. In sapiēntia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes. Sermo uester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuiq; respondere. Quæ circā me sunt, omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister, & conseruus in domino: quem misi ad uos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa uos sunt, & consoletur corda uestra cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ex uobis est, qui omnia quæ hic aguntur, nota facient uobis. Salutāt uos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata. Si uenerit ad uos, suscipite illū. Et Iesus qui dicitur Iustus, qui sunt ex circūcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerūt solatio. Salutāt uos Epaphras, qui ex uobis est seruus Christi Iesu, semper sollicitus pro uobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni uoluntate dei. Testimōniū enim illi perhibeo, quod multū laborem pro uobis, & pro his qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli. Salutāt uos Lucas medicus charissimus, & Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nymphā, & quæ in domo eius est ecclesiam. Et cū lecta fuerit epistola hæc, facite ut in Laodicensium ecclesia legatur, & ea quæ Laodicensium est, uobis legatur. Et dicite Archippō: Vide ministerium quod accepisti in domino, ut illud impleas. Salūtatio mea manu Pauli. Memores estote uinculorum meorum. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum: Amen.

o ¶ *Et Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata, & c. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei & c.*] In nouo testamento, per quod intratur regnum, sicut satanas mors dicitur: quia ipse causa mortis. p ¶ *Salutat uos Epaphras, qui ex uobis est seruus Christi Iesu, semper sollicitus pro uobis in orationibus.*] Iam erāt perfecti, qui perseuerare monentur. Laborem ergo eorum suis orationibus adiuuabat. q ¶ *Testimonium enim illi perhibeo, etc.*] Tales erant primi temporis discipuli apostolorum, ut imitarentur magistros, & pro omnium essent salute solliciti. r ¶ *Salutat uos Lucas medicus charissimus, & Demas.*] Euangelista ex medico erat, sicut Matthæus tā apostolus adhuc dicitur publicanus. s *Et dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in domino, ut illud impleas.*] Hic diaconus fuisse perhibetur. t ¶ *Salutatio mea manu Pauli. Memores estote uinculorum meorum.*] Siue orate, ut reddar uobis: siue mementote, quia uestri hæc pator causa, & imitamini tolerantiam passionum.

Commentarij in epistolam ad Colossenses finis.

COMMENTARIA IN PRIMAM epistolam ad Thessalonicenses.

Paulus et Siluanus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensiū.] Quia per ipsos filijs uerbum fuerat nunciatum, sicut & Corinthijs, quod & ad eosdē in secūda cōmorat. x ¶ *In deo patre nostro.*] Quia per fidem filij, tā in patre ēp in filio erant: quia quicunq; confitet filiū, & patrē habet. y ¶ *Gratia uobis et pax.*] A deo patre scilicet & domino nostro Iesu Christo. z ¶ *Gratias agimus semper.*] Quia omniū nobis grata memoria est. a ¶ *Memoriam uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione.*] In indesi-

AD THESSALONICENSES EPISTOLA PRIMA.

PAVLVS & Siluānus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensium in deō patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratiā uobis & pax. Gratiās agimus deo semper pro omnibus uobis memoriām uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione

A nenti oratione, memoriæ quãtitas & dilectionis ostenditur, quam eorum merita postulabant. a ¶ *Memores operis fidei uestræ, & laboris.*] Non immerito illius fidei memores sunt, quam & iustitiæ labor, & charitatis affectus, & passionum tolerantia comprobabant.

b ¶ *Et charitatis, & sustinentiæ spei domini nostri Iesu Christi.*] Ad deum patrem nostrum. Qui perfectæ charitatis est, sustinet omnia patienter propter spẽ futuram. c ¶ *Scientes fratres dilecti à deo electionem uestram, &c.*] Retinentes tempus electionis uestrę, qualiter nos prædicauerimus, & uos crediderit is. d ¶ *Quia euangelium nostrum non fuit ad uos in sermone tantum, &c.*] Notandum quod illa efficax posit esse doctrina, quæ iustitiæ commendatur exemplo. d ¶ *Sed & in uirtute.*] In uirtute, siue signorum, siue tolerantia passionum. f ¶ *Et in spiritu sancto, & cæt.*] Quem deuotè accepistis, uel cuius uirtutem per signa monstrauimus. g ¶ *Et in plenitudine multa.*] Perfectionis, iustitiæ, conuersationis, & uitæ. h ¶ *Sicut scitis quales fuerimus in uobis propter uos.*] Ad profectum uestrũ etiam à licitis abstinẽtes, ut inferius continetur. i ¶ *Et uos imitatores nostri facti estis et domini.*] In passionibus uerbum suscipientes: sicut & nos docuimus & dominus prædicauit. k ¶ *Excipientes uerbum in tribulatione multa cum gaudio spiritus sancti.*] Hoc est uere in spiritu sancto gaudere, sicut & apostolos fecisse legimus. l ¶ *Ita ut facti sitis forma omnibus credentibus.*] Perfectorũ exempla, forma omnibus credentibus exhibetur: uestro ergò exemplo etiam prouinciæ profecerunt. m ¶ *A uobis diffamatus est sermo domini.*] Natura famæ hæc est, ut siue bonum siue malum nuncians, ubiq; omni celeritate discurrat. n ¶ *Fides uestra quæ est ad deum profecta est.*] A uobis ad deum conuersa. o ¶ *Ita ut non sit necesse nobis quicquam loqui.*] Ita ut nobis incipientibus aliquid de uestro exemplo, ipsi optime scire se dicant. p ¶ *Ipsi enim de nobis annunciant, qualem introitum habuerimus ad uos, &c.*] Et nostræ constantiæ & uestræ conuersationis omnibus nota est qualitas. q ¶ *A simulachris seruire deo uiuo & uero.*] Simulachrum à simulando dicitur. Pulchrè ad deum uerum & uiuum, à falsis dominis conuersi esse dicuntur. r ¶ *Et expectare filium eius de cœlis, quem suscitauit ex mortuis Iesum.*] Talis est, ut fiducialiter & cum gaudio aduentum domini expectetis. s ¶ *Qui eripuit nos ab ira uentura.*] Dimittendo peccata, & doctrina sua, & exemplo ab ira nos liberauit. Iam ergo in spe libertatem habemus.

C

termissione, memores operis fidei uestræ, & laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei dõmini nostri Iesu Christi ante deum & patrem nostrum. Sciẽtes fratres dilecti à deo electionem uestram: quia euangelium nostrum non fuit ad uos in sermone tantum, sed & in uirtũte & in spiritũ sancto, & in plenitũdine multa: sicut scitis quãles fuerimus in uobis propter uos. Et uos imitatores nostri facti estis & domini, excipiẽtes uerbum in tribulatione multa cum gaudio spiritus sancti: ita ut facti sitis forma omnibus credẽtibus in Macedonia & in Achaia. A uõbis enim diffamatus est sermo domini: non solum in Macedonia & in Achaia, sed & in omni loco fides uestra quæ est ad deum profecta est, ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annũnciant, qualem introitũ habuerimus ad uos, & quomodo conuersi estis ad deum à simũlachris seruire deo uiuo & uero, & expẽctare filium eius de cœlis, quem suscitauit ex mortuis Iesum, qui eripuit nos ab ira uentura.

Caput II

NAm & ipsi scitis fratrẽs introitum nostrum ad uos: quia non inanis fuit, sed ante passi multa, & contumelijs affecti, sicũt scitis in Philippis, fiducĩam habuimus in deo nostro loquĩ ad uos euangelium dei in multa sollicitudine. Exhortãtio enim nostra non de errore, nẽq; de immundicia, nequẽ in dolo, sed sicut prõbati sumus à deo: ut crederetur à nobis euangelium, ita loquimur: non quasi hominibus placentes, sed deõ, qui probat corda nostra. Nequẽ enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, nẽq; in occasione auaritiæ, deus testis est, neq; quærentes ab hominibus gloriã, neq; à uobis, neq; ab alijs: cũ possẽmus uobis oneri esse, ut Christi apostoli. Sèd facti sumus paruuli in medio uestrum, tanquã si nũtrix foueat filios suos: ità desiderãtes uos

Caput II

NAm & ipsi scitis fratres introitum nostrum ad uos: quia non inanis fuit, sed ante passi multa, & contumelijs affecti, sicut scitis in Philippis, fiducĩam habuimus in deo nostro loquĩ ad uos euangelium dei in multa sollicitudine. Exhortãtio enim nostra non de errore, nẽq; de immundicia, nequẽ in dolo, sed sicut prõbati sumus à deo: ut crederetur à nobis euangelium, ita loquimur: non quasi hominibus placentes, sed deõ, qui probat corda nostra. Nequẽ enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, nẽq; in occasione auaritiæ, deus testis est, neq; quærentes ab hominibus gloriã, neq; à uobis, neq; ab alijs: cũ possẽmus uobis oneri esse, ut Christi apostoli. Sèd facti sumus paruuli in medio uestrum, tanquã si nũtrix foueat filios suos: ità desiderãtes uos

Commemorat illos, ut agnoscant uerum quod dicunt, & corũ magis proficiant exemplo. u ¶ *Quia nõ inanis fuit.*] Nõ est inanis sermo, qui completur constantia passionis. x ¶ *Sicut scitis in Philippis.*] Quia aliquãtis uestrum uidetur nos Philippis passos, nec expauisse persequutiones, nec prædicare cessasse. y ¶ *Fiduciam habuimus in deo nostro, etc.*] Qui nos liberare in præsenti uel in futuro potest, & laboris nostri mercedem omnibus recompensare. z *Loqui ad uos euangelium dei in multa sollicitudine.*] Non negligenter nec transitorie, sed in sollicitudine nõ parua, sed multa. a *Exhortatio enim nostra non de errore.*] Ideo nõ erramus, errat enim quicunque putat uel docet multos posse regnare cũ Christo, sicut alibi dicit: Nolite errare: quia deus nõ irridetur. b ¶ *Neq; de immundicia.*] Sicut Iouiniani doctrina fuit. c ¶ *Neq; in dolo.*] Non contrafactiam nostram docentes, atq; suadẽtes. d ¶ *Sed sicut probati sumus à deo, &c. non quasi hominibus placentes.*] Qui falli possunt. e ¶ *Sed deo qui probat corda nostra.*] Integri, quasi à deo probati & ab ipso in hoc officium destinati, qui cordis occulta rimatur. f ¶ *Neq; enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis.*] Sicut qui hominibus placent, tanquam ægris desiderata omnia concedentes, & mortem eorum negligentes. g *Neq; in occasione.*] Omnis qui adulat, aut propter auaritiam, aut propter uanã gloriã adulat: ille uero propter deũ docere probat, q ista nõ quærit. h ¶ *Cũ possemus.*] Vel in hoc quod deus ordinauit: id est, ut de euangelio uiueremus. i ¶ *Sed facti sumus, etc.*] Humiliantes nos, & nec honorẽ debitũ requirẽtes. k ¶ *Tanquã si nutrix.*] Humilians se in omnibus, paruulo se coæquãs: ut illos ad maiora sua imitatione perducat. Nam & balbutit interdũ lingua, & mãducare fingit, & cũ eis lentè ambulare consuescit. l ¶ *Ità desiderantes uos, &c.*] Sicut nutrix non

A non solum uerbum, sed etiam omnem sensum perfectionis suæ in paruulum transfundere cupit: ut ei cito posit æquari: ita nos omnia fecimus, per quæ proficere poteratis. a ¶ *Quoniam charissimi nobis facti estis, etc.*] Propter fidem & conuersationem uestram, quam superius memorauimus.

b ¶ *Memores enim facti estis fratres laboris nostri, & fatigationis, nocte & die operantes, &c.*] Laborem manuum nocte, & fatigationem uerbi die: cæterum semper operabatur, quando docebat. c ¶ *Ne quenquam uestrum grauaremus, &c.*] Apud istos & Corinthios & Ephesios laborauit, quibus occasionem auferre cupiebat uel docendi, uel de se aliquid suspicãdi. d ¶ *Prædicauimus in uobis euangelium dei.*]
1.Reg.12.a Sicut Samuel populum contestatur. e ¶ *Quàm sanctè & iustè, & sine querela uobis qui credidistis affuimus.*] Ne uobis ullam offensionem dare uideremur. f ¶ *Sicut scitis qualiter unumquemq;*
B *uestrum, tanquam pater filios suos, deprecantes.*] Paruulos nutrix fouet: proficientes uero iam pater instituit. g ¶ *Et consolantes testificati sumus.*] In tribulationibus, promissionibus Christi uos sumus consolati. h *Vt ambuletis digne deo.*] Digne deo ambulat, qui nihil deo agit indignum. i ¶ *Qui uocauit nos in suum regnũ & gloriam, etc.*] Quod non nisi eius similes possidebunt, iustitiæ scilicet & sanctitatis exemplo. k ¶ *Ideo & nos gratias agimus deo.*] Quod primum de deo audistis, siue audieritis deum.
l ¶ *Accepistis illud non ut uerbum hominum.*] Vt uerbum hominum accipit, qui contemnit: uos autem ita credidistis, ut ab ipso deo audire putaretis. m ¶ *Qui operatur in uobis.*] Verbo uel signis: siue uirtutes exercet. Credentes enim, ait Marcus,
Mat.16.d hæc signa sequentur. n ¶ *Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei, &c.*] Quibus dicitur: Nam ut uincẽtis compassi estis, & rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis. o ¶ *Quia eadem passi estis & uos à contribulibus uestris, sicut & &c.*] De uobis plus miror, qui nec legis nec prophetarum habuistis exempla.

uos cupide, uolebamus tradere uobis: non solum euangelium dei, sed etiam animas nostras: quõniam charissimi nobis estis. Memõres enim facti estis fratres laboris nostri, & fatigationis, nocte & die operantes, ne quenquam uestrum grauãremus, prædicauimus in uobis euangelium dei. Vos testes estis & deus, quàm sanctè & iustè, & sine querela uobis qui credidistis affuimus: sicũt scitis qualiter unumquenque uestrum, tanquam pater filios suos, deprecantes uos & consolantẽs, testificati sumus ut ambularetis digne deo qui uocauit uos in suum regnum & gloriam. Ideò & nos gratias agimus deo sine intermissione: quoniam cum accepissetis à nobis uerbum auditus dei, accẽpistis illud non ut uerbum hominum, sed sicut est uere uerbum dei: qui operatur in uobis qui credidistis. Võs enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei, quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu: quia eadem passi estis & uos à contribulibus uestris, sicut & ipsi à Iudæis: qui & dominũm occiderunt Iesum & prophetas: & nos persecuti sunt, & deo non placent: & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui, ut salui fiant, ut impleant peccata sua semper. Perũenit enim ira dei super illos usq; ad finem. Nos autem fratres desolati à uobis ad tempus horæ, aspectu nõ corde, abundantiũs festinauimus faciem uestram uidere cum multo desiderio. Quoniam uoluimus uenire ad uos: ego quidem Paulus & semel & iterum, sed impediuit nos satanas. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nónne uos ante dominũ nostrum Iesum Christum in aduentu eius? Võs enim estis gloria nostra & gaudium.

Caput III

PRopter quòd non sustinentes amplius, placũit nobis remanere Athenis soli, & misimũs Timotheũ fratrem nostrum & ministrũm dei in euangelio Christi, ad cõfirmandos uos & exhortandos pro fide uestra: ut nemo mouẽatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus. Nam & cum apud uos essemus, prædicebamus uobis passuros nos tribulationes

p ¶ *Qui & dominum occiderunt Iesum, & prophetas, & nos persecuti sunt, &c.*] Quid mirum si nos mali persequuntur, qui nec ipsi domino pepercerunt? q ¶ *Et omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui ut salui fiant.*] Non solum Iudæos impediunt, sed etiam gentibus inuidẽt, ad suorum cumulum peccatorum. r ¶ *Peruenit enim ira dei super illos usq; in finem.*] Siue quia prædicoqua pœna captiui sunt, siue quia ablatus est non credentibus intellectus. s ¶ *Nos autem fratres desolati à uobis ad tempus horæ, &c.*] Sicut alibi ait: Et corpore absens, sed spiritu præsens. 1.Cor.5.a t ¶ *Abundantius festinauimus faciem uestram uidere cum multo desiderio, &c. sed impediuit nos satanas.*] Tribulationibus persequentium. u ¶ *Quæ enim est nostra spes, aut gaudiũ, aut corona gloriæ, &c.*] Non immerito uos desideramus, p quos lætitiæ gaudium speramus, & gloriæ coronam. x ¶ *Vos enim estis gloria nostra & gaudium.*] Boni magistri, omnem spem, & gaudium, & gloriam solẽt collocare in profectu discipulorum.

D

Caput III

PRopter quod non sustinentes amplius.] Ad uos neminem nostrum uenire. z ¶ *Placuit nobis remanere Athenis soli.*] Maluimus soli remanere, quàm nescire quid ageretis. a ¶ *Et misimus Timotheũ fratrem nostrum.*] Quæritur quomodo Timotheus missus est: sed prius id dictum est. b ¶ *Et adiutorem dei, &c.*] Adiutores pro discipulis etiam uulgo dicuntur. c ¶ *Ad confirmandos uos, & exhortandas pro fide uestra.*] Pro hac causa duntaxat, quia perfectè credidistis. d ¶ *Vt nemo moueatur.*] Non dico: ne omnes, sed ne uel aliquis moueatur. e ¶ *Ipsi enim scitis, etc.*] Nõ ergo mirari debetis, sciẽtes nos aliter transire non posse, dicẽte domino: Ecce ego mitto uos Matt.10.b
sicut oues in medio luporum. Et iterum: Ecce dixi uobis, ut in me pacẽ habeatis, in hoc aũt seculo pressurã. loan.16.d
f ¶ *Nam & cum apud uos essemus, prædicebamus, etc.*] Ne uos ipsa nouitas deterreret, sed magis prophetia nostra cõfirmaret: sicut & dominus passurum se ante prædixit.

A a ¶ *Propterea & ego, &c. ne forte tentauerit uos.*] Dicens: Ecce in quibus putatis deum esse, qualia patiuntur, & fidem uestram forsitan commoueret. b ¶ *Is qui tentat.*] Sicut Iob à domino probatur. c ¶ *Et inanis fiat labor noster.*] Si aliquem scrupulum patiemini. Notandum doctrinam dici laborem. d ¶ *Nunc autem ueniente Timotheo ad nos à uobis, & annũciante nobis fidem et charitatem.*] Quia firmiter Christo credentes, tenetis fidem, & nos solita dilectione diligitis. e ¶ *Ideo consolati sumus fratres in uobis, etc.*] Omnem necessitatem & tribulationem non sentimus, præ magnitudine gaudij status uestri. f ¶ *Quoniam nunc uiuimus, si uos statis in domino.*] Etiam si occidamur, uiuimus: quia uita nostra in uestra firmitate consistit. g ¶ *Quã enim gratiarum actionem possimus deo referre pro uobis, etc.*] Triplicem lætitię causam nobis uestra conuersatio præstat: quia & uos proficitis & dominus per uos

B benedicitur, & alijs præbetis exemplum. h ¶ *Nocte ac die abũdantius orantes, ut uideamus faciem uestram.*] Ostendit quantum alijs desiderandi sint fratribus, quos ipse desiderat: Quis enim cum famam peperit, uidere nõ cupiat? i ¶ *Et compleamus ea quæ desunt fidei uestræ.*] Si quid fides uestra minus habet doctrinæ. k ¶ *Ipse autem deus, &c. dirigat uiam, &c.*] Semotis diaboli scãdalis, quibus noster impeditur ad uos aduentus. l ¶ *Vos autem dominus multiplicet & abundare faciat charitatem uestram.*] Quia iã plena, & opere comprobata est.

m ¶ *Inuicem & in omnes.*] Vt non solum Christianos, sed etiam omnis sectæ homines: non erroris, sed naturæ gratia diligatis, & eis in quo indiguerint, misericordiã quam illis in præsenti deus exhibet, non negetis. n ¶ *Quemadmodum & nos in uobis ad confirmanda corda uestra.*] Fecit abundare, ut & uos aliorum corda firmetis. o ¶ *Sine querela in sanctitate apud deum & patrem nostrum in aduentu, &c.*] Non ante homines, sicut de Zacharia, Helisabet. Et per Esaiam: Et uos eritis mihi iusti, dicit dominus.

Cap. IIII C

DE cætero ergo fratres.] Post laudem & consolationẽ incipit exhortatio. q ¶ *Rogamus uos & obsecramus in domino, &c.*] Quibus uia Christus est, dignis eo gressibus ambulate: quia cum ætate fides augeri debet & mores: licut cum ætate carnis, & cibus crescit & studium. r ¶ *Scitis enim quæ præcepta dederim uobis per dominum Iesum: hæc est enim uoluntas dei, sanctificatio uestra: ut abstineatis uos à fornicatione.*] Sanctificatio ab omni incontinentia reuocat Christianum, cui incontinenti non expedit sanctũ Christi corpus attingere: maxime cum Moyses Iudæos sanctificare uolens, populum totum ab omni fœmina se continere præcepit, ut dei potiri præsentia mererentur. s ¶ *Vt sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore.*] Suum corpus unusquisque castum seruando sanctificet & ho-

D noret. Simul considerandum: quia eis tanquam perfectis, non sicut Corinthijs scribit infirmis. t ¶ *Non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum.*] Ne nimiæ & immoderatæ libidini seruientes, similes gentibus fiatis, quæ deũ amatorem castitatis ignorant. u ¶ *Et ne quis supergrediatur neque circumueniat in negocio fratrẽ suum.*] Ne quis post deuotã continentiam & consensum, fratri suo aliquam circumuentionem ui circumferre nitatur: siue in quolibet negocio, ne quis alterum frauder. x ¶ *Quoniã uindex est dominus.*] Non solũ de fornicatione & publica turpitudine, sed etiã de transgressione propositi. Quisquis enim continentiam deo uouerit, fecit sibi illicitũ quod licebat. y ¶ *Non enim.*] Quæ corpus Christi audenter non permittit accipi. z ¶ *Sed in sanctificationẽ.*] Vt exẽplo Christi uiuatis. Qui enim habet spẽ hanc in eũ, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. a ¶ *Itaq; qui hæc.*] Nõ me, sed eũ qui in me loquitur Christũ: cuius spiritu iniuriã facit omnis qui non sancte uersatur. b ¶ *De charitate.*] Videte q̃ perfecti erant

lationes: sicut & factum est, & scitis. Propterea & ego amplius non sustinens, misi ad cognoscẽdum fidem uestram: ne forte tentauerit uos is qui tentat, & inanis fiat labor noster. Nũnc autem ueniente Timotheo ad nos à uobis, & annunciante nobis fidem & charitatem uestram, & quia memoriam nostri habetis bonam, semper desiderantes nos uidere, sicut & nos quoque & uos: ideõ consolati sumus fratres in uobis in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem uestram: quõniam nunc uiuimus, si uos statis in domino. Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuere pro uobis in omni gaudio quo gaudemus propter uos ante dominum deum nostrum: nõcte ac die abundantius orantes ut uideamus faciem uestram, & cõpleamus ea quæ desunt fidei uestræ. Ipse aũtem deus & pater noster & dominus Iesus Christus dirigat uiam nostram ad uos. Vos autem dominus multiplicet & abundare faciat charitatem uestram in inuicẽm & in omnes: quemadmodũm & nos in uobis ad confirmanda corda uestra sinẽ querela in sanctitate ante deum & patrem nostrum in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius: Amen.

Cap. IIII

DE cæterõ ergo fratres rogamus uos & obsecramus in domino Iesu: ut quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat uos ambulare & placere deo: sic & ambuletis, ut abundetis magis. Scitis enim quę præcepta dederim uobis per dominum Iesum. Hæc est enim uoluntas dei, sanctificatio uestra: ut abstineatis uos à fornicatione, ut sciãt unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore: nõn in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum. Et nẽ quis supergrediatur neque circumueniat in negocio fratrẽ suum: quõniã uindex est dominus de his omnibus, sicut prædiximus uobis & testificati sumus. Nõn enim uocauit nos deus in immundicia, sed in sanctificationẽm. Itaq; qui hæc spernit, non hominem spernit, sed deum: qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. De charitãte autem fraternitatis non necesse habuimus scribere

A erant qui de tanto & tam necessario præcepto, non indigebant admoneri. a ¶ *Ipsi enim uos à deo didicistis, ut diligatis inuicem, &c.*] A Christo, qui dixit: Mandatum nouum do uobis. Hoc nouum est, ut pro alterutro moriamur: quia hoc uetus, non suum erat testamentum.

b ¶ *Rogamus autem uos fratres, ut abundetis magis & operam detis, &c.*] Hoc est, ut iam ignotos quoscp diligatis. c ¶ *Vt quieti sitis, & ut uestrum negocium agatis, & operemini manibus uestris, sicut præcepimus uobis.*] Quidam in quiete per diuersorũ discurrebant domos, aliqua etiam ad religionis opprobriũ postulantes ab infidelibus: quanquam ad eos in secunda plenius exequitur. Vnde magis uult eos uel proprij negocij cura uel labore manuum occupari, quàm ocio sitatis detrimentum, & inquietudinis habere peccatum. d ¶ *Vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.*] Ne uos ipsi denotent

B qui præstare uidentur. e ¶ *Nolumus autem uos ignorare fratres de dormientibus.*] Dormit enim quem certũ est surrecturum, sicut dictum est in euangelio de Lazaro. f ¶ *Vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent.*] Aliter debet fieri qui peregrẽ pergit, aliter ille qui moritur. g ¶ *Si enim credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit.*] Si ea credimus quæ non uidemus, & per eius resurrectionem certi sumus nos ueniam consecutos: cur illud similiter nõ credamus, quod gentes qui uidenti deo non credunt? h ¶ *Ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo.*] Qui caput suscitauit, etiam cætera membra suscitaturum se promittit. i ¶ *Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini.*] Ex euangelij sententia. k ¶ *Quia nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu domini.*] Semper Apostolus diem domini fecit suspectum, quasi eos in corpore inueniret. l ¶ *Non præuenie mus eos qui dormierunt.*] Tam uelox erit eorũ resurrectio, quàm nostra assumptio. m ¶ *Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archangeli.*] Terrorem illius diei monstrat, quo omnis potestas cęli, & elemẽta mouẽda sunt: ut nos sciamus quali conscientia diem domini expectemus.

scribere uobis. Ipsi enim uos à deõ didicistis, ut diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in uniuersa Macedonia. Rogamus aũtem uos fratres, ut abundetis magis & operam detis ut quieti sitis, & ut uestrum negocium agatis, & operemini manibus uestris: sicut præcepimus uobis, ut & honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Nolumus aũtem uos ignorare fratres de dormientibus, ut nõn contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim crẽdimus quod Iesus mortuus est & resurrexit: ità & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quia nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu domini, nõn præueniemus eos qui dormierunt. Quoniãm ipse dominus in iussu & in uoce archangeli, & in tũba dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini inuicem in uerbis istis.

Caput V

DE tẽporibus autem & momentis fratres non indigetis ut scribamus uobis. Ipsi enim diligenter scitis: quia dies domini sicut fur in nocte ita ueniet. Cùm enim dixerint: pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & nõ effugient. Vos aũtem fratres non estis in tenebris, ut uos dies ille tanquam fur comprehendat. Omnes enim uos filij lucis estis & filij dei. Non sumus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut & cæteri, sed uigilemus & sobrij simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos aũtem qui diei sumus, sobrij simus: induti loricam fidei & charitãtis, & galeam spem salutis, quoniam non posuit nos deus in iram, sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis, ut siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus

n ¶ *Et in tuba dei descendet de cœlo, &c.*] Si ad hominis tubam terra uidetur permoueri, quanto magis ad dei? sicut Elias quoq; terribilem in monte domini uidit aduentum. o ¶ *Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi.*] Qui in Christo mortui fuerint, resurgent primo, & qui uiui inuenti fuerint sancti, cum ipsis pariter rapientur: qui nõ iudicabuntur, sed potius iudicabunt. p ¶ *Et sic semper cum domino erimus.*] In eadem gloria æternitatis. q ¶ *Itaque consolamini, etc.*] Notandum quod laicis hoc præcipit, ut alterutrum se doctrinis instruant.

C 4.Reg.2.b

Caput V

DE *temporibus autem, &c.*] Euidentissima euangelij lectione edocti. s ¶ *Quia dies domini sicut fur in, &c.*] Quando omnes sciet dormire securos. t ¶ *Cum enim dixerint, &c.*] Tunc maxime timenda est pœna, quam nunc non expectant. u ¶ *Sicut dolor in utero habentis.*] Sicut mulier uenientę partu, dolores non

D effugit. x ¶ *Vos autem fratres non estis in tenebris, &c.*] Non estis adeo ignorantes, ut nescijs uos semper paratos esse debere. y ¶ *Omnes enim uos filij lucis estis, & filij dei.*] Scientiæ ueritatis. z ¶ *Non sumus noctis neque tenebrarum.*] Quia sicut tenebræ, ita & ignorãtia dat fiduciam delinquendi. a ¶ *Igitur non dormiamus sicut & cæteri.*] Qui sic dormierunt, etiam obliti sunt sui. b ¶ *Sed uigilemus & sobrij simus.*] Attẽdite uobis, ne grauentur corda uestra in crapula et in ebrietate, & curis huius uitę: ergo & curę inebriãt mentem. c ¶ *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt.*] Ideo ociosi & ebrij sunt, quia in tenebris sunt. d ¶ *Nos autem qui diei sumus, sobrij simus.*] Nos qui diem Christum habemus, nec ociosi nec ebrij esse debemus. e ¶ *Induti loricam fidei & charitatis.*] Fide, & charitate, & iustitia omnia constant, quas & loricæ alibi cõparauit. f ¶ *Quoniam non posuit nos deus in iram, &c.*] In ira sunt positi: qui iam iudicati sunt. g ¶ *Qui mortuus est pro nobis, &c.*] Vt nos non moreremur. h ¶ *Vt siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus, &c.*] Vt siue in corpore, siue extra corpus inueniamur, semper cum ipso uiua-

Universidad de Deusto Biblioteca

A mus. *a* ¶ *Propter quod consolamini inuicem, & ædificate alterutrum sicut & facitis.*] Notandum quia hoc laicis præcipit, quos etiam monet, ut studeant exhibere officia charitatis. *b* ¶ *Rogamus autem uos fratres, ut noueritis eos qui laborant inter uos.*] Vt intelligatis laborem eorum. *c* ¶ *Et præsunt uobis in domino, & monent uos.*] Exemplo iustitiæ, nõ potestate terrena: sicut ait Petrus. *d* ¶ *Vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum.*] Presbyteri qui laborãt in uerbo, dupliciter honorandi sunt, id est charitatis obsequio, & ordinis dignitate. *e* ¶ *Rogamus autem uos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, &c.*] Pro diuersitate morborum, diuersitas adhibenda est medicinæ. Illi corripiendi ne pereant, isti consolandi sunt ne deficiant. *f* ¶ *Suscipite infirmos.*] Sustinete nuper credentes, qui nondum sunt confirmati. *g* ¶ *Patientes estote ad omnes.*] Etiam ad correptos: quia impatiens non corrigitur, sed irritatur. *h* ¶ *Videte ne quis malum pro malo alicui reddat.*] Omni diligentia caue, ne cui infirmiora ut ignarus, uel uicem mali reddas: quia ultro aliquem id facere non credo. Omnis enim qui iniuriam facit, male facit: & qui uicem iniuriæ reddit, iniuriam facit, & male facit: quia ut superius dictum est: omnis qui facit iniuriam, male facit. *i* ¶ *Sed semper quod bonum est sectamini in inuicem & in omnes.*] Non solum in uos Christianos, sed etiam in omnes homines. *k* ¶ *Semper gaudete.*] In conscientiæ puritate. *l* ¶ *Sine intermissione orate.*] Si iugiter non potes lingua, saltem corde, sicut Moysi tacenti dicitur: Quid clamas ad me? Siue omnis actus uester talis sit, ut pro uobis semper deum eret. *m* ¶ *In omnibus gratias agite.*] In omnibus quæ acciderint, sicut Iob: siue in omni conuersatione uestra domino gratiæ referantur. *n* ¶ *Hæc est enim uoluntas dei in Christo Iesu in omnibus uobis.*] Sicut in Christo per omnia impleta est, ita & in uobis omnibus implea tur. *o* ¶ *Spiritum exhortationis, quæstionibus nolite extinguere.*] Siue spiritũ pro gratia linguarum posuit, sicut ait: Si orauero lingua, spiritus meus orat: quomodo etiam ad Corinthios dicit: Et loqui linguis noli te prohibere, ita & hic spiritum non extinguendum esse testatur. *p* ¶ *Prophetias nolite spernere, &c.*] Siue futura prædicentes, siue præterita diserentes: tantũ, ut probetis, si legi non sunt contraria quæ dicuntur: si quid tale fuerit, refutate. *q* ¶ *Ipse autem deus pacis.*] Qui omnia sustinet, etiam blasphemantes. *r* ¶ *Sanctificet uos per omnia.*] Siue gratia, siue doctrina. *s* ¶ *Vt integer spiritus uester, & anima, & corpus, &c.*] Gratia spiritus quamuis in se semper integra sit: non tamen in nobis integra, nisi ab integris haberetur. *t* ¶ *Sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur.*] Vsque in diem iudicij: quia non sunt tantum initia laudanda, sed finis. *u* ¶ *Fidelis est qui uocauit uos, &c.*] Qui dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego uos requiescere faciam. *x* ¶ *Qui etiam faciet.*] Quod promisit. *y* ¶ *Adiuro uos per dominum, ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus.*] Adiurare permittitur, non iurare. *z* ¶ *Gratia domini nostri Iesu Christi: Amen.*] Gratia cum omnibus perseueret.

uiuamus. Propter quod consolamini inuicem, & ædificate alterutrum, sicut & facitis. Rogamus autem uos fratres ut noueritis eos qui laborãt inter uos: & præsunt uobis in dõmino, & monẽt uos: ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum, & pacem habete cum eis. Rogamus autem uos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est, sectamini in inuicem & in omnes. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Hæc est enim uoluntas dei in Christo Iesu in omnibus uobis. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete uos: ipse autem deus pacis sanctificet uos per omnia: ut integer spiritus uester, & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Fidelis est qui uocauit uos, qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro uos per dominum, ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum: Amen.

Finis.

1.Cor.14

Exo.14.d

Matt.11.d

AD THESSALONICENSES EPISTOLA SECVNDA.

COMMENTARIA in epistolam secundam ad Thessaloni censes.

PAulus et Siluanus et Timotheus, ecclesiæ Thessalonicensium in deo patre nostro & domino Iesu Christo, &c.] Qui sibi talem ecclesiam conquisiuit. *b* ¶ *Quoniam supercrescit fides uestra.*] Ideo laus augetur. *c* ¶ *Et abundat charitas uniuscuiusque uestrum, &c.*] Intantum proficitis, ut non solum alij inferiores quique collaudent, sed etiam nosipsi uos præferamus, omnibus imitandos. *d* ¶ *Pro patientia uestra & fide, & in omnibus persecutionibus.*] Nisi futura crederetis, ista minime sufferre uelletis. In

A *a* ¶ *In exemplum iusti iudicij dei.*] Vt exemplum detis, iustum dei iudiciũ expectandi, quem ita crediti esse uenturum. *b* ¶ *Vt digni habeamini in regno dei, pro quo & patimini.*] Hi digni sunt regno dei, qui gloriam ei tribuerunt, scientes nullam passionem esse condignam. *c* ¶ *Si tamẽ iustum est apud deum retribuere tribulationem his qui uos tribulant.*] Hic, si tamen, confirmãtis sermo est, non dubitantis: quasi dicat, si tamen foris potest iudicare iustitia, quod iustũ est: nam sicut indubitãter pro nomine domini patiẽtibus requiem, ita & incunctanter tribulationem his qui eos tribulant repromisit. *d* ¶ *Et uobis qui tribulamini, requiem nobiscũ.*] Quia nobis compatimini. *e* ¶ *In reuelationem domini Iesu de cœlo cum angelis uirtutis eius*] Qui uenient uindicare. *f* ¶ *In flamma ignis dantis uindictam.*] Si potuit flamma, dei imperio tres pueros omnino nõ tangere, quare non eadem potentia alijs fœuior, alijs mitior esse credatur? Hoc contra eos propterea quod pœnam conscientiæ somniarunt, quia hoc illis impossibile uidebatur. *g* ¶ *His qui non nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi.*] Nõ solum qui non nouerunt, sed etiã qui non obaudiunt euangelij disciplinis. *h* ¶ *Qui pœnas dabunt in interitu æternas.*] Pœnas in eo qui patitur, non potest dici. *i* ¶ *A facie domini, & à gloria uirtutis eius.*] A iusti conspectu, sententiam damnationis accipiant. *k* ¶ *Cum uenerit glorificari in sanctis suis.*] Ipse in suis gloriabundus est membris quæ solis splendore fulgebunt. *l* ¶ *Et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt.*] Mirabuntur impij, & irrisores humilitatis, in subitatione salutis insperatæ iustorum. *m* ¶ *Quia creditum est testimonium nostrum, etc.*] Quia multi in die illo, nostro testimonio credidistis. *n* ¶ *In quo etiam oramus semper pro uobis, etc.*] Vt digni inueniamini ad id quod uocati estis, quia priores inuitati, non erant digni. *o* ¶ *Et impleat omnem uoluntatem bonitatis suæ, & opus fidei in uirtute.*] Adiutoriæ gratiæ, & consolatione scientiæ uirtutum, quæ opus sunt fidei. *p* ¶ *Vt clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in uobis, & uos in illo.*] Et ut Christi nomen in uestris actibus clarum sit, & uos in eius signis & uirtutibus glorioſi. *q* ¶ *Secundum gratiam dei nostri & domini Iesu Christi.*] Expetit à nobis quod possumus, ut quod non possumus largiatur.

Caput II

ROgamus autem uos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi.] Quo uobis charius nihil esse sum certus. *s* ¶ *Et nostræ congregationis in ipsum.*] Quãdo à quatuor uentis cœli congregabunt electi, ut ubi fuerit corpus, illic concurrant & aquilæ. *t* ¶ *Vt non cito moueamini à uestro sensu, neq; terreamini.*] Per facilis est q de domini aduentu contra euangelicam sententiam cõmouetur. *u* ¶ *Neq; per spiritum, neq; per sermonem.*] Ne signa uos terreant quasi per spiritũ facta, quia & hoc saluator ante prænouit: nec sermo dialecticæ uos seducat. *x* ¶ *Neq; per epistolam.*] Neq; p nos. poterant enim & hoc diabolica excogitare uersutia, sicut in multis apocryphis apparet, quæ ad fidẽ perfidiæ faciendam, apostolorũ nomine intitulantur. *y* ¶ *Quasi instet dies domini. Ne quis uos seducat ullo modo.*] Dicentes: hic Christus, ecce illic. *z* ¶ *Quoniam nisi uenerit discessio primũ.*] Nisi antichristus uenerit, non uenit Christus. Quod autem discessionem hic dicit, alibi refugã appellauit. In Latinis exemplaribus utrũq; ita intelligendum est, quod nisi uenerit refuga ueritatis, siue sui principatus desertor, siue discessio gentilium à regno Romano, sicut in Daniele per bestiæ imaginem

in exẽplum iusti iudicij dei, ut digni habeamini in rẽgno dei, pro quo & patimini. Si tamen iustum ẽst apud deum retribuere tribulationem his qui uos tribulant, & uobis qui tribulamini, requiem nobiscũ in rẽuelationẽ domini Iesu de cœlo cum angelis uirtutis eius in flãmã ignis, dantis uindictam his qui nõn nouerunt deum, & qui non obediũt euangelio domini nostri Iesu Christi. Qui pœnas dabũt in interitu æternas à facie dõmini, & à gloria uirtutis eius, cũ uenerit glorificari in sanctis suis & admirabilis fieri in omnibus qui crediderũt: quiã creditum est testimonium nostrum super uos in die illo. In quo etiam oramus semper pro uobis, ut dignetur uos sua uocatione deus noster: & impleãt omnem uoluntatem bonitatis suæ, & opus fidei in uirtute: ut clarificetur nõmen domini nostri Iesu Christi in uobis, & uos in illo secundum gratiam dei nostri & domini Iesu Christi.

Caput II

ROgãmus autem uos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi & nostræ congregationis in ipsum, ut non citò moueamini à uestro sensu, neq; terreamini, neq; pẽr spiritum, neq; per sermonem, neque pẽr epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies domini. Ne quis uos seducat ullo modo. Quõniam nisi uenerit discessio primum, & rẽuelatus fuerit homo peccati filius perditiõnis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur: ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus: nõn retinetis quod quum adhuc essem apud uos, hæc dicebam uobis. Et nunc quid detineat scitis, ut rẽueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum, ut qui tẽnet nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus

Dan.3

B

Dan.7

Esa.23

1.Ioan.4.d

auferatur, prius quàm antichristus reueletur. *a* ¶ *Quẽ dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.*] Cœlesti imperio uel solo. *b* ¶ *Et destruet illustratione aduentus sui.*] Quia sicut fulgur ubiq; coruscabit in mundo, solutis cõmotisq; elementis per ignem. *c* ¶ *Etam cuius est aduentus secundum operationem satanæ in omni uirtute & signis & prodigijs, etc.*] Sicut ante prædixit: dabunt signa, ut seducant, si fieri potest etiam electos per phantasiam simulationemq; uirtutũ, sicut Iamnes & Mambre coram Pharaone fecerunt. *d* ¶ *Eo quòd ueritatẽ charitatis non receperunt ut salui fierent: ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio.*] Permittit uenire: nam si deus mittit, non est operatio satanæ. *e* ¶ *Vt iudicentur omnes qui nõ crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati.*] Nõ se propter incarnationis Christi obscuritatem excusent, diuinis non credidisse uirtutibus, cũ homini crediderint, diabolica arte fallente. *f* ¶ *Nos autem debemus gratias agere deo semper pro uobis fratres dilecti à deo.*] Quia charitatẽ recepimus ueritatis, & propter hoc nos diligit deus. *g* ¶ *Quod elegerit nos deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus & in fide ueritatis.*] Videns paratos ad credendum, sicut & alibi recumbenti à uiro Macedone reuelatũ est. *h* ¶ *In qua & uocauit nos per euangelium nostrum in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi.*] Ad hoc uocati sumus, ut Christi gloriam acquiramus: scimus enim quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. *i* ¶ *Itaq; fratres state.*] In fide ueritatis immobiles. *k* ¶ *Et tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.*] Quando sua uult teneri, non uult extranea superaddi. Apostolica autem traditio est, quæ in toto mundo prædicatur, ut baptismi sacramenta. *l* ¶ *Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deus & pater noster qui dilexit nos. Etiam si non meriti fuimus.*] Contra Arium facit, qui deo maiorem patrem putat: quia prior soleat nominari. *m* ¶ *Et dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia.*] Promissionem, siue spiritum consolatorem, qui græcè paracletus appellatur. Potest esse & spes mala in gratia. *n* ¶ *Exhortetur corda uestra & confirmet.*] Virtutibus & reuelatione. *o* ¶ *in omni opere & sermone bono.*] Prius opere & postea sermone.

dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Et destruẽt illustratione aduentus sui eum cuius est aduentus secundum operationẽ satanæ in omni uirtute & signis & prodigijs mendacibus: & in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt, eo quod ueritatis charitatem non receperunt ut salui fierent. Ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicẽtur omnes qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere deo semper pro uobis fratres dilecti à deo quòd elegerit nos deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus & in fide ueritatis: in quã & uocauit uos per euangeliũ nostrum in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi. Itaq; frãtres state & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit cõsolationem æternam, & spem bonam in gratia, exhortetur corda uestra, & confirmet in õmni opere & sermone bono.

Caput III

De cetero fratres orate pro nobis, ut sermõ dei currat & clarificetur, sicut & apud uos, & út liberemur ab importunis & malis hominibus. Nõ enim omniũ est fides. Fidelis autẽ deus est qui cõfirmabit uos & custodiet à malo. Cõfidimus autẽ de uobis fratres in domino, quoniã quæcunq; præcipimus, & facitis & facietis. Dominus aũt dirigat corda uestra in charitate dei & patientia Christi. Denũciamus aũt uobis fratres in nomine dñi nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionẽ quam acceperũt à nobis. Ipsi enim scitis quẽmadmodũ oporteat imitari nos, quoniã non inquieti fuimus inter uos, neq; gratis panẽ mãducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione, nocte ac die operãtes, ne quẽ uestrũ grauaremus. Nõ quãsi nõ habuerimus potestatẽ, sed ut nosmetipsos formãm daremus uobis ad imitandũ nos. Nam & quũ essemus apud uos, hæc denunciabamus uobis, quòniã si quis non uult operari, nec mãducet. Audiuimus enim inter uos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiõse agentes. His aũtẽ qui eiusmodi sunt, denunciamus & obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silẽntio operantes, suũ panem manducent. Vos aũtẽ fratres nolite deficere benefacientes. Quòd si quis non obedierit uerbo nostro, per epistolam hunc notate, & non commisceamini cum illo ut cõfundatur. Et nõlite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. Ipse autẽm deus pacis det uobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus uobis. Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola, ita scribo: Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis, Amen.

a ¶ *Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitimè utatur, scientes hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis & nõn subditis, impijs & peccatoribus, sceleratis & cõtaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicarijs, masculorũ concubitoribus, plagiarijs, mendacibus & periuris: & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum euangelium gloriæ beati dei, quòd creditum est mihi. Grãtias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu*

Caput III

De cetero fratres orate pro nobis.] Dat humilitatis exemplum, & occasionem charitatis, ut pro alterutro audacius exoremus. Simul notandũ in quibus causis orare poscat Apostolus. *q* ¶ *Vt sermo dei currat & clarificetur, sicut & apud uos.*] Currat affluentia, magnificetur auditorum profectu. *r* ¶ *Et liberemur ab importunis & malis hominibus, non enim omnium est fides.*] Nõ omnes credunt, ideo contradicunt. *s* ¶ *Fidelis autem deus est.*] Quia nõ relinquit, nisi relinquẽtes se. *t* ¶ *Qui confirmabit uos & custodiet à malo.*] In fide per doctrinam & gratiam. *u* ¶ *Confidimus autem de uobis fratres in domino, etc.*] Reuelãdo quanta sint, quæ amoris sui causa cõtumelias patiẽtibus promisit. *x* ¶ *Denunciamus autem uobis fratres in nomine domini, etc.*] Quia in prima lenius cõmonuimus, & emendare se noluerunt. Vel hoc modo, quòd sanctũ se ab eis separent erubescant. Huius planè loci autoritate subtrahendum est ab omni Christiano, qui non secundum Apostoli incedit præcepta. *y* ¶ *Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, etc.*] Qui sumus forma credentium. *z* ¶ *Non quasi non habuerimus potestatem.*] Quia dignus est operarius mercede sua. *a* ¶ *Sed ut nosmetipsos formam daremus uobis, etc.*] Ne cui occasionem auariciæ, quæ fons est inquietudinis præberemus. *b* ¶ *Nam & quando essemus apud uos, etc.*] Quia prædebamus aliquos tales esse futuros. *c* ¶ *Quoniam si quis non uult operari.*] Aut sedeant quieti, aut si ueri sunt apostoli, nos sequantur: si non auariciæ, sed dei causa ambulare se dicunt. *d* ¶ *Nec manducet.*] Hæc sit inquietudinis non solum pœna, sed etiam emendatio.

¶ *Audiuimus*

a ¶ *Audiuimus enim inter uos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes.*] Reddit superioris sententiæ causas, ad quos legitime debeat pertinere: scilicet ad inquiete ambulantes, non ad quiete sedentes. *b* ¶ *Sed curiose agentes.*] Inquirentes quid in unaquaq; ciuitate uel prouincia geratur & domo. *c* ¶ *His autem qui eiusmodi sunt.*] Non ipsos post alteram correctionẽ definit commonere. *d* ¶ *Vt cum silentio operantes, suum panem manducent.*] Non cum inquietudine alienum. *e* ¶ *Vos autẽ fratres nolite deficere benefacientes.*] Non omnibus sed talibus dari prohibeo, ne putetis me boni operis consuetudinem amputare. *f* ¶ *Si quis non obedierit uerbo nostro, etc.*] Si quis tertio noluerit emendari. *g* ¶ *Vt confundatur.*] Non ut penitus abscindatur. *h* ¶ *Et nolite qui sic inimicum existimare, sed corripite ut fratrem.*] Corrigite, ut emendetur: & nolite abscindere, ut desperet. Aeger curandus est, non necandus, ne in apostasiam inquietudo uertatur. *i* ¶ *Ipse autem deus pacis det uobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit, etc.*] His uerbis omnes epistolas subscribebat excepta Galatarum, quam ex integro manu propria perscripsit, ut post eam nec sibi, nec angelo crederet.

COMMENTARIA IN EPISTOLAM primam ad Timotheum.

Paulus apostolus Iesu Christi.] Autoritas & nominis & officij prænotatur, propter eos quibus erat responsurus. *l* ¶ *Secundum imperium dei saluatoris nostri, etc.*] Non secundum meam præsumptionẽ, simul & patris & filij unũ imperium demonstrat.

AD TIMOTHEVM
EPISTOLA PRIMA.

PAVLVS apostolus Iesu Christi secundùm imperium dei saluatoris nostri & Christi Iesu spei nostræ: Timotheõ dilecto filio in fide, gratiã & misericordia & pax à deo patre & Christo Iesu domino nostro. Sicut rogãui te ut remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniã, ut denũciares quibusdam, ne aliter docerent, nẽq; intenderent fabulis & geneãlogijs interminatis, quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem dei, quæ est in fide. Finis aũtem præcepti est charitas de corde puro & cõscientia bona, & fidẽ non ficta. A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in uaniloquium, uolentes esse legis doctores, non intelligẽtes, neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Scimus aũt quia bona est lex, si quis ea legitimè utatur, scientes hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis & nõn subditis, impijs & peccatoribus, sceleratis & cõtaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicarijs, masculorũ concubitoribus, plagiarijs, mendacibus & periuris: & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum euangelium glõriæ beati dei, quòd creditum est mihi. Grãtias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu

m ¶ *Timotheo dilecto filio in fide*] In fide filio, non in carne. *n* ¶ *Gratia & misericordia, etc.*] Gratis misericordiã consecuti, reconciliati sumus deo. *o* ¶ *Sicut rogaui te ut remaneres Ephesi etc.*] Quibus in actibus prędixerat intraturos lupos qui gregi non parcerent. *p* ¶ *Neq; intenderent fabulis.*] Quas Deutheroseis appellant. Vnde in euangelio, docentes doctrinas hominum cõdemnantur. *q* ¶ *Et geneãlogijs interminatis.*] Generationibus antiquorum, in quibus sibi summam scientiam uendicant, si omnes ab initio generationes enumerẽt. *r* ¶ *Quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationẽ dei, quæ est in fide.*] Tam ueteres contrarietates, quàm generationum sollicitudines superfluas. *s* ¶ *Finis autem præcepti est charitas de corde puro.*] Charitas dei & proximi, in qua tota lex pendet & prophetæ: hæc si de corde puro sit, difficile delinquere poterimus. *t* ¶ *Et conscientia bona.*] Vt conscientia tua testimonium perhibeat ueritati. *u* ¶ *Et fide non ficta.*] Fides enim ficta est quæ solo ore promittitur, & actu negatur. *x* ¶ *A quibus, etc.*] Infinitæ stultitiæ est, non intellecta, de magis non intellectis uelle firmare. *y* ¶ *Scimus autem, etc.*] Vt à deo promulgata est, pro qualitate temporis, sicut alibi lex sancta est appellata. *z* ¶ *Si quis ea legitime utatur.*] Si qs sciat quibus, quare, quàm diu habenda sit data. *a* ¶ *Scientes hoc quia lex iusto non est posita.*] Ergo Christianis nõ opus est, qui sunt iustificati per Christũ: qui didicerunt etiam occasiones fugere delictorum: nam ut quid dicitur: Non occides, quibus iraſci nõ permittitur? *b* ¶ *Sed iniustis & non subditis, impijs & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, etc.*] Illis omnib. data est, quos obiectis criminibus nititur reuocare. *c* ¶ *Et si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, etc.*] Sunt ergo doctrinæ non sanæ, contra quas etiam data lex est, quæ contrariæ sunt cœlestibus institutis. Quid ergo ibi quærũt, quod hic nõ habẽtes simul & legem euangelijs concordare demõstrat. *d* ¶ *Gloria beati dei.*] Per quã glorificatur deus. *e* ¶ *Quod creditum est mihi.*] Ne dicerent aduersarij: quis erat ille cui euangelium crederet, ait: *f* ¶ *Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu domino nostro, quia fidelem, etc.*] Quum essem inutilis & infirmus.

Exod. 20

Quia

Universidad de Navarra Biblioteca

A a ¶ *Quia fidelem me existimauit ponens in ministerio.*] Iustus in primordio accusator sui est, ut statim cum cœperit, aduersarius confundatur. b ¶ *Sed misericordiam dei consecutus sum, quia ignorans feci.*] Leuius esse peccatum ignorantiæ demõstratur. c ¶ *In incredulitate.*] Quia non credens, intelligere non ualebam. d ¶ *Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione, etc.*] Vbi autem iniquitas abundauerat, statim ut credidi, amplius cœpi diligere Christum, qui mihi magna peccata dimisit. e ¶ *Fidelis sermo & omni acceptione dignus.*] Quem omnes credant, & omnium conscientiæ uerũ esse cognoscant. f ¶ *Quia Christus Iesus uenit in hũc mundum peccatores saluos facere.*] Ergo & me saluauit inter cæteros peccatores: tũc enim merito mihi præiudicaretur, si solos iustos uocare uenisset. g ¶ *Quorum primus ego sum.*] Hic, sum, pro fui, ponitur: sicut Mat-
Matth. 9 thæus dicitur publicanus, quũ iam Chri-
B sti esset Apostolus. h ¶ *Sed ideo misericordiam dei consecutus sum.*] Vt Da-
Psal. 51 uid ait: Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te cõuertentur. Si mihi uiderint indulta peccata, tũc docebo neminem desperare debere. i ¶ *Vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam.*] Qui etiam persecutoribus conuersis, non solum indulget, sed etiam confert apostolatus honorem. k ¶ *Ad informationem eorũ qui credituri sunt illi in uitam æternam.*] Ad exemplum, ut ne desperent. l ¶ *Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli deo honor & gloria in secula seculorum, Amen.*] Qui mihi ueniam tribuit non merenti. Rex enim parui temporis & mortalis, ac uisibilis, & capax consortis, honorẽ & gloriam temporalem habere potest, non tamen sempiternam. m ¶ *Hoc præceptum cõmendo tibi fili mi Timothee.*] Hucusq; de statu suo, quomodo aduersarijs responderet: hinc dat autoritatem ordinandi, docendi, quæq; præcepta sunt cõmendat. n ¶ *Secundũ præcedentes in te prophetias.*] Secundum quod etiam ante hoc officiũ habebas gratiam prophetandi. o ¶ *Vt milites in illis bonam militiam.*] Bona militia est, in qua contra diabolum & uitia militatur. p ¶ *Habens fidem.*] Pro armis, fidem in Christo perfectam. q ¶ *Et bonam conscientiam.*] Implendo quod doces. r ¶ *Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.*] Male uiuendo, ipsam quoq; fidem perdiderunt, quam habere uidebãtur: siue etiam iam uitia defenden-
tes. s ¶ *Ex quibus est Hymenæus & Alexander.*] Qui amore C uitiorum, ad hæresim transierunt. t ¶ *Quos tradidi satanæ, ut discant.*] In interitum carnis, ut ex præsenti correptione discant futurum iudicium non negare, ad emendandum traditi, non ad perdendum.

Iesu domino nostro: quiã fidelẽ me existimauit ponens in ministerio. Qui prius blasphemus fui & persecutor, & contumeliosus, sed misericõrdiam dei consecutus sum: quia ignorans feci in incrẽdulitate. Superãbundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione, quę est in Christo Iesu. Fidẽlis sermo & omni acceptione dignus: quiã Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quõrum primus ego sum. Sed ideõ misericordiam consecutus sum: ut in mẽ primo ostenderet Christus Iesus omnẽ potentiã ad informationẽ eorum qui crediturí sunt illi in uitam æternã. Regi autem seculorũ immortali, inuisibili, soli deo honor & gloria in secula seculorũ, Amẽ. Hoc præcẽptum cõmendo tibi fili Timothee secundũ præcẽdentes in te prophetias, ut militẽs in illis bonam militiam, hãbens fidem & bonam conscientiã. Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos tradidi satanæ, ut discant non blasphemare.

Caput II

OBsecrõ igitur primum omnium fieri obsecrationes, õrationes, postulationes, gratiarum actiones pro õmnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate cõstituti sunt, ut quiẽtam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum & acceptum coram saluatore nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Vnus ẽnim deus, unus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptiõnẽ semetipsum pro omnibus. Cuius tẽstimonium temporibus suis confirmatum est: in quõ positus sum ego prædicator & apostolus. Veritãtem dico, non mentior, doctor gentiũ in fide & ueritate. Volo ergo uiros orare

Caput II

OBsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, *Obsecratio, impẽsior est oratio.* x ¶ *Orationes, postulationes, gratiarum actiones.*] Pro eo quod nos dignos fecit: etiam pro his qui uos persequuntur & tribulant. y ¶ *Pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate cõstituti sunt.*] Vt cognoscãt deum: siue ut subiectas habeant gentes. Illorum enim pace, tranquillitas nostra consistit: sed & si nobis Christianis sit persecutionis turbatio, omnis inquietudo cessabit. z ¶ *Vt quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate.*] Ad hoc nos uult esse quietos, ut pietate & castitate, non dissensione atq; luxuria, trãquillitas nostra proficiat. a ¶ *Hoc enim bonum est & acceptũ.*] Vt quieti in sanctis operibus seruiamus. b ¶ *Qui oẽs homines uult saluos fieri.*] Hic probatur nemini oportere ad credendũ uim inferre, nec tollere arbitrij libertatem. Sed & illud hoc loco soluit de induratione Pharaonis, & cæteræ huiusmodi obiectionis quæstiones. c ¶ *Et ad agnitionem ueritatis uenire.*] Si ipsi tamen uocanti deo consentire uoluerint. d ¶ *Vnus enim deus, etc.*] Vnus enim deus pater & filius & spiritus sanctus: id est, una in tribus personis natura est deitatis. e ¶ *Homo Christus Iesus.*] Sicut unus deus, ita unus est mediator inter deum & homines uniuersos: hoc est, nullus alius talis, nec Moyses, nec aliquis propheta: quia hic & homo erat & deus. Sed quia de traditione erat dicturus, ideo hominem solummodo nominauit. f ¶ *Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.*] Ille se pro omnibus dedit, si omnes redimi uellent. g ¶ *Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est, etc.*] In testimonium generi humano, sanctæ uitæ dedit exemplum, quia & prophetæ suis testimonium fuere temporibus: nouissime autem misit filium suum ad colonos. h ¶ *In quo positus sum ego prædicator & apostolus.*] In Christi testimonio, siue Christo. i ¶ *Veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide & ueritate. Volo ergo uiros orare in omni loco, leuantes etc.*] Magister gentium

A tium dat legem orandi, ut autoritate saluatoris, neq; in monte, neq; in Hierosolymis aliquis orandi eligat locum, sed in spiritu, qui ubiq; nobiscũ esse intelligitur. Sanẽ de hoc loco, & hac causa à Iudæis mota fuit quæstio, qui in templo solummodo in Hierosolymis orare cupiebant. a ¶ *Leuantes puras manus, etc.*] A cæde & sanguine, omniq; opere malo. Testimonium enim innocentiæ, est manuũ eleuatio. Non solum autem manus ab opere, sed etiam mentem ab ira & disceptationis cogitatu, qui sibi dimitti petit, debet habere mundas. Nemo aliquid impetrare potest alia cogitando. b ¶ *Similiter & mulieres.*] Omnia quæ dixi de uiris. c ¶ *In habitu ornato.*] Honesto & cõuenienti naturæ. d ¶ *Cum uerecundia & sobrietate ornãtes se.*] Hęc sunt ornamenta fœminæ Christianæ. e ¶ *Et nõ in tortis crinib.*] Non debent occasionem dare cõcupiscentiæ. f ¶ *Aut auro, aut margaritis.*] Quæ ter-
B ræ sunt partes, cuius est homo dominus institutus. g ¶ *Vel uestę preciosa.*] Quæ præ nimia subtilitate, nec frigus arceat: & de cuius precio plurimi uestiri eiusdem naturæ homines potuissent. h ¶ *Sed quod decet mulieres, promittentes castit, etc.*] Ista ergo non sunt promittentiũ sed negantium castitatem. i ¶ *Mulier in silentio discat cum omni subiectione.*] Discat quidem, sed cum omni humilitate & charitate. k ¶ *Docere autẽ mulieri non permitto.*] Publicè non permittit, nam filium aut fratrem debet docere priuatim. l ¶ *Neq; dominari in uirum, sed esse in silentio.*] Ne magisterium sibi usurpando superbiat, sed taceat in ecclesia. m ¶ *Adam enim primus formatus est, deinde Eua.*] Reddit causam, quare eas uelit esse subiectas: scilicet quia & posteriores in factura sunt, & priores in culpa. n ¶ *In prævaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem.*] In prævaricatione fuit mãdati. Sed non ideo desperet mulier, quia per baptismũ quod est filiorum generatio, ipsa saluabitur, non Eua, sed credens mulier, quia Eua ad exemplum adducta est creationis, non de ipsius salute propriè erat cõtabatur. Cæterum quomodo iustitia iusti super ipsum erit, & quomodo Noe, Iob, & Daniel filios suos liberabunt? sic per filios Eua saluabit. o ¶ *Si permanserint.*] Sicut superius de plurali numero mulierũ, ad singularẽ dicẽs, mulier in silẽtio discat: ita & hic rediit ad pluralẽ. p ¶ *In fide & dilectione.*] Christi, & dilectione proximorum. q ¶ *Et sanctificatione, etc.*] Notandũ q; sola fides ad salutẽ ei qui post baptismũ superuixerit, non sufficiat, nisi sanctitatem mentis & corporis habeat, quæ sine sobrietate difficile custoditur. Cap. III

orare in omni loco, leuãntes puras manus sine ira & disceptatione. Similiter & mulières in hãbitu ornato, cum uerẽcundia & sobrietate ornantes se, & nõn in tortis crinibus, aut aũro, aut margaritis, uel uẽste preciosa, sed quæ decẽt mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autẽ mulieri non permitto, nẽq; dominari in uirum, sed esse in silentio. Adam ẽnim primus formatus est, deinde Eua. Et Adam non est seductus: Mulier autem seducta in præuãricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem, si pẽrmanserint in fide & dilectiõne & sanctificãtione cum sobrietate. Cap. III

Fidelis sermõ. Si quis episcopatũ desiderat, bonum ópus desiderat. Oportet ẽnim episcopum irreprehẽsibilem esse, uniũs uxoris uirum, sobriũm, ornãtum, prudentem, pudicum, hospitãlem, doctorẽm, nõ uinolẽntũ, non percussorẽm, sed mõdestũ: nõn litigiosum, non cupidum, sed suæ domui bene præpositũ, filios habentẽ subditos cum omni castitate. Si quis autẽ dõmui suæ bene præesse nescit, quomodo ecclesiæ dei diligentiam habebit? Nõn neophytum, ne in superbiã elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportẽt autem & illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut nõn in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Diacõnes

Fidelis sermo: si quis episcopatum desiderat.] Primum laicos instituit, de quibus optimi quiq; in sacerdo-

C ¶ *Bonum opus desiderat.*] Ad boni operis desiderium eum prouocat, non ad honorem. t ¶ *Oportet enim episcopum irreprehensibilẽ esse.*] Aut ecclesię princeps non erit, quam ideo Apostolus sine macula alibi denuit. u ¶ *Vnius uxoris uirũ.*] Viris nec hoc licet, quòd uelati incedant: multo magis illa quæ etiam laico prohibẽt. x ¶ *Sobriũ.*] Et mente & corpore. y ¶ *Ornatũ, prudentem, pudicum.*] His omnibus spiritualib. ornamentis. z ¶ *Hospitalem.*] Ad humanitatis opus, cunctaplebs rectoris forma prouocetur. a ¶ *Doctorem.*] Tam uerbo quàm exemplo. Si enim omniũ uota scire uoluerit uel deberet, quomodo omnes ualeant respondere: quanto magis sacerdos legem exquiret, quia angelus dei omnipotentis est b ¶ *Nõ uinolentum.*] Vt fiducialiter possit corripere ebriolos. c ¶ *Non percussorem.*] Siue ne sit petulans ad cædendum: siue ne malo exD emplo conscienuas feriat infirmorum. d ¶ *Sed modestum.*] Qui omnia faciat cũ mensura. e ¶ *Non litigiosum, non cupidum.*] Seruum dei non oportet litigare. Lites autem & iurgia maximè ex cupiditatibus oriuntur. f ¶ *i quis autem domui suæ bene præesse nescit, quomodo ecclesiæ dei diligentiam habebit?*] Ipse in sequentibus exposuit, si filios in castitate & humilitate nutriuit, hinc eius diligentia comprobatur: si enim filios suos erudire nescivit, quomodo tantos dei filios gubernabit, quorum mores secundum numerum sunt diuersi? uel qua fiducia, qui indisciplinatos habet filios, audebit exigere disciplinam? g ¶ *Non neophytũ, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat, etc.*] Ne nuper renatus, citò possit per ignorantiam exaltari, & potestate non tam ministerium humilitatis, quàm administrationem secularis potestatis adeptum, & condemnationẽ superbiæ mereatur: sicut diabolus qui per iactantiam iudicatus atq; eiectus est. h ¶ *Oportet autem & illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt.*] Vt sine offensione Iudæis, infidelibus atque Græcis, præsit ecclesiæ dei. Omnes enim naturaliter nouerunt culpare uitia, & laudare uirtutes. i ¶ *Vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.*] Vt non uituperetur ministerium nostrum, & per illum diabolus multos in laqueum teneat, qui poterant fieri Christiani. k ¶ *Diacones similiter.*] Irreprehensibiles, ut episcopi eligantur. Quæritur quur de presbyteris nullam fecerit mentionem: sed eos in episcoporum nomine comprehenderit, quia secundus, immo penè unus est gradus: sicut ad Philippenses episcopis ac diaconis scribit, cum una ciuitas plures episcopos habere non posit: & in Actibus apostolorum presbyteros ecclesiæ

A iturus Hierosolymas cõgregans ait: Inter cætera uidete gregem, in quo uos spiritus sanctus episcopos ordinauit. a ¶ *Pudicos.*] Continentes scilicet. b ¶ *Non bilingues.*] Susurro & bilinguis multos turbat pacẽ habentes. c ¶ *Non multo uino deditos.*] Concessit necessitati partũ, qui uoluptati amplius denegauit. d ¶ *Non turpe lucrũ sectantes.*] Turpe lucrũ est de cœlestibus mysterijs terrena sectari. e ¶ *Habentes mysterium fidei in conscientia pura.*] Mysterium est, quod passio Christi redemptio est salutis humanæ: si ergo intelligit pure, non confundit de humilitate Christi. Siue si propter hoc solum prædicat mysteriũ fidei, propter quẽ debet prædicari: non ultra debitum mysterium quæstũ esse existimet pietatem. f ¶ *Et hi autem probentur primum & sic ministrẽt nullum crimen habentes.*] Non solum episcopi, sed & isti ante ordinationẽ probari debẽt. g ¶ *Mulieres similiter pudicas.*] Similiter eas ut
B diacones eligi iubet. Vnde intelligit quod de his dicat, quas adhuc hodie in oriente diaconissas appellãt. h ¶ *Non detrahentes.*] Quod illis uitiũ præcipuè dominatur. i ¶ *Sobrias, fideles in omnibus.*] In nullo dubitantes. k ¶ *Diacones sint unius uxoris uiri, qui filijs suis bene præsint & suis domibus.*] Nõ ut si non habuerint, ducãt, sed ne duas habeant: Si enim dignioré facit uxor, cur non magis & digami & trigami ordinantur? l ¶ *Qui enim bene ministrauerint.*] Ostendit non ministerium tantum, sed qualitatem ministerij præmium promereri. m ¶ *Gradum bonum sibi acquirent.*] Bonũ, hic pro gradu maiori posuit, sunt enim minores. n ¶ *Et multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesu.*] Apud dominum petendi, & apud homines docendi, uel etiam arguendi. o ¶ *Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans me uenire ad te cito.*] Vt auctoritatem habeas pro me omnia ordinandi, huius epistolæ sententia confirmatus. p ¶ *Columna & firmamentum ueritatis.*] In qua nunc sola ueritas stat firmata, quæ ante in lege erat posita uel naturæ, quæ sola sustinet ædificiũ. q ¶ *Et manifeste magnum est pietatis sacramentum.*] Quod scire te cupio sacramentum incarnationis Christi, per quam generi humano pietas collata est. r ¶ *Quod manifestatum est in carne.*] Quod nunc in carne eius declaratum est. s ¶ *Et iustificatum est in spiritu.*] Demonstratum est. t ¶ *Apparuit angelis.*] Quando dicebant: Gloria in excelsis deo, quando illi in eremo ministrabant. u ¶ *Prædicatum est gentibus.*] In gentibus, omne C genus hominum comprehendit. x ¶ *Creditum est in mundo, assumptum est in gloria.*] Videntibus apostolis, ascendit in cœlum.

nes similiter pudicõs, non bilinguẽs, nõ multõ uino deditos, non turpẽ lucrum sectantes, habentẽs mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autẽ probentur primum, & sic ministrent nullũ crimen habentes. Mulierẽs similiter pudicas, nõn detrahentes, sobriãs, fideles in omnibus. Diacones sint unius uxoris uiri, qui filijs suis bene præsint & suis domibus. Qui enim bene ministrauerint, grãdum bonum sibi acquirent, & multãm fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo fili Timotheẽ, sperans me uenire ad te cito. Si autem tardauero, ut scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei uiui, cõlumna & firmamentum ueritatis. Et mãnifeste magnũ est pietatis sacramentũ, quod mãnifestatum est in carne, & iustificãtum est in spiritu, appãruit angelis, prædicãtum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

Caput IIII

SPiritus autẽ manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide attẽndentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi, loquentium mendacium, & cauteriatam habẽtium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarũ actione fidelibus, & his qui cognouerunt ueritatẽ: Quia omnis creatura dei bona est, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum dei & orationem. Hæc præpõnens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enũtritus uerbis fidei & bonæ doctrinæ, quam assecutus es. Ineptãs autem & aniles fabulas deuita. Exérce autẽ teipsum ad pietatem: Nam cõrporalis exercitatio ad modicũ utilis est. Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens uitæ, quæ nunc est & futuræ. Fidelis sermõ & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in deum uiuũ, qui ẽst saluator omnium hominum, maxime fidelium. Præcipe hæc & dõce. Nemõ adolescentiã tuam contemnat, sed exẽmplum esto fidelium in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dũm uenio attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Noli nẽgligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Hæc mẽditare, in his ẽsto, ut prõfectus tuus manifestus sit omnibus. Attẽnde enim tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

Pietas damnat, non amator, sed inimicus est castitatis: dum & continentibus laudem tollit: & incontinentibus sublato nuptiarum remedio, fornicationis facit inire discrimen. b ¶ *Prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, etc.*] Si ad proprietatẽ sermonis attendas, monstruosa nescio quæ prædicatio prædicat: quæ tam nubere cũ abstinere prohibeat, dicentium hæc omnia quæ sequuntur. c ¶ *Hæc præponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu.*] Libram in omnibus tenens, & omnia rationabiliter & moderate dispensans. d ¶ *Enutritus uerbis fidei & bonæ doctrinæ quam assecutus es.*] Quia sacris legis literis ab infantia eruditus fuerat. Verba propriæ fidei, sunt traditio symboli. Bona uerò doctrina, qua uita instituitur Christiana. e ¶ *Ineptas autem & aniles fabulas deuita.*] Fidei uel religioni non aptas. f ¶ *Exerce teipsum ad pietatem.*] Pietas est etiam cum tua tribulatione alijs subuenire, sicut Sareptana uidua fecit. g ¶ *Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est.*] Sanctarum balnearum, uenationum, & huiusmodi quæ ad breue tempus in carnali

A nali proficiunt sanitate. a ¶ *Pietas autem ad omnia utilis est, etc.*] Et ad præsens tempus, & in futurũ: nam & ipsa uidua & in præsenti casta est, & merces eius manet in ea. b ¶ *Fidelis sermo, etc.*] Verus sermo apud omnium conscientiam, & cui nemo resistit. c ¶ *In hoc enim laboramus.*] Cum certum sit apud homines, nihil nos dignũ odio perpetrasse: quid aliud sequitur, quàm quod propter uitam dissimilẽ blasphemamur? d ¶ *Qui est saluator omnium hominum, maximè fidelium.*] Omnium in præsenti, fidelium in futuro. Siue quia omnes de periculis liberat, & maximè fideles. e ¶ *Præcipe hæc & doce.*] Præcipe ut fiãt, doce quomodo fiãt: uel quali præmio remuneranda sint. f ¶ *Nemo adolescentiã tuã contemnat.*] Sic age ut admirationi sis, priusq; contemptui habearis. Hoc enim illi præcipit, quod in illius potestate constabat. g ¶ *Sed exemplum esto fidelium.*] Paruum est infidelium esse for
B mam: apud quos qui grauiora crimina nõ habet, magnus habetur: Hoc multum est, ut talem se exhibeat, per quem etiam sancti proficiant. h ¶ *In uerbo, in conuersatione.*] Nihil aliud magis loquaris cũ domini uerbum. Notandũ quia fidelibus etiam uerbi præbere cupit exemplum. i ¶ *In charitate.*] Vt exemplum illis dilectionis ostendat. k ¶ *In fide.*] Catholica, uel perfecta. l ¶ *In castitate.*] Mẽtis & corporis, cuius insignia etiam grauitate habitus præferuntur. m ¶ *Dum uenio attende lectioni, exhortationi & doctrinæ.*] Fac, lege, exhortare ut fiant: doce quomodo intelligant obscura, ut possint fieri quæ leguntur. n ¶ *Noli negligere gratiam, quæ est in te.*] Negligit gratiam, qui acceptum talentum non exercet.
Matth. 25
o ¶ *Quæ data est tibi per prophetiã, etc.*] Prophetiæ gratiam habebat cum ordinatione episcopatus. p ¶ *Hæc meditare.*] Omnis enim profectus ex meditatione descendit. q ¶ *In his esto.*] Non enim omnis qui in his est, meditatur. r ¶ *Vt profectus tuus manifestus sit omnibus.*] Tunc manifestus eris, si in meditatione sis semper: & cum manifestus fueris, poterunt exemplo tuo ad meliora proficere. s ¶ *Attende enim tibi & doctrinæ, insta in illis, etc.*] Primo tibi, deinde doctrinæ, ut ubiq; & actu salues illos & doctrina pariter & exemplo. Cap. V

SEniorem ne increpaueris, sed obsecra, *etc.*] Ne indignè ferens se à iuniore correptum exasperetur, & non proficiat: sed obsecra: ut suo quasi pater exemplo instituat iuniores. u ¶ *Iuuenes ut fratres.*] Quia hac uia C liberius cõmonentur, similiter & sorores. x ¶ *Anus ut matres.*] Cum omni reuerentia. y ¶ *Iuuenculas ut sorores in omni castitate.*] Et mentis & corporis. z ¶ *Viduas honora.*] Necessaria præbendo, uel solatio consouendo. a ¶ *Quæ uerè uiduæ sunt.*] Illas ueras uiduas esse definiuit, quæ uniuersis curis exutæ sunt, & ab omnibus desolatæ. b ¶ *Si qua autem uidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam regere etc.*] Tam diu regit domũ, quàmdiu docet filios paruulos aut nepotes, ut quod à parentibus pietatis accepit, filijs reddat: ita tamẽ ut non hac excusatione, auariciæ studeat, sed sufficientiam tantum sibi reseruet: & ne liberis eius ipsa occasionem det seculo seruiendi. c ¶ *Quæ autem uerè uidua est & desolata, speret in deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte ac die.*] Qualis erat Anna filia Phanuel, tales præcipit honorari. *Luc. 2. c*
d ¶ *Nam quæ in delicijs est uiuens, mortua est.*] Quicquid modũ naturæ excedit, delicijs deputatur. Hic maximè nostri tẽporis uiduas tangit: quæ cum hominem suæ naturæ, qualicũq; pannõ non uestiant, parietes preciosis marmorum crustis exornãt. D e ¶ *Et hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint.*] Nõ tandum irreprehensibiles eas tam posse quàm esse debere. f ¶ *Si quis autem suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.*] Si quis uiduas abijcit aut pupillos, uel maximè parentes & pauperes, deterior est infideli, quia & illi habent naturaliter circa proximos pietatem: Siue si qua uidua filios orphanos negligat, huius sententiæ crimen incurrit. Simul notandum quosdam fideles nomine, qui infidelib. conuersatione peiores sunt. g ¶ *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius uiri uxor.*] Tales uoluit eligi diaconissas, quæ omnibus ẽssent exemplum uiuendi. h ¶ *In operibus bonis.*] Si ex tempore uiduitatis suæ ista omnia custodiuit. i ¶ *Testimonium habens.*] Sicut Tabitha. k ¶ *Si filios educauit.*] Subauditur, deo. l ¶ *Si hospitio recepit: si sanctorum pedes lauit, etc.*] Si non solum humilitatis habet insignia: cui non sufficit hospitio suscipere, sed etiam manu propria lauare hospitum pedes. m ¶ *Si tribulationem patientibus subministrauit, etc.*] Hoc est, in carcere positis, uel ægrotis. n ¶ *Si omne opus bonum subsecuta est, etc.*] Breuiter uniuersa conclusit.

est. Adolescentiores autem uiduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo nubere uolunt, hábentes damnationem, quia primã fidem irritam fecerunt. Simul áutem & ociosé discunt circumire domos, non solùm ociosé, sed & uerbosé & curiosé loquentes quæ non oportet. Vólo autem iuniores nubere, filios procreare, matrésfamiliás esse, nullàm occasionem dare aduersário maledicti gratia. Iam énim quædam conuersæ sunt retro post sátanam. Si qùis fidelis habet uiduas, súbmini stret illis, ut non grauetur ecclesia, út his quæ uerè uiduę sunt, sufficiat. Qũi bene præsunt presbyteri, duplici hõnore digni habeantur: maximè qùi laborant in uerbo & doctrina. Dicit énim scriptura: Non infrenabis os bo ui trituranti, & dignus est operarius mercede sua. Aduérsus presbyterum accusatiõnẽ noli recipere, nisi súb duobus aut tribus testibus. Péccantes coram omnibus argue, út cæteri timorem habeant. Testór coram deo & Christo Iesu & electis angelis eius, ut hæc custodias sine præiudicio, nihil faciẽs in alteram partem declinando. Mánus cito nemini imposéueris, nẽq; cõmunicaueris peccatis alienis. Teipsum castùm custodi. Noli ádhuc aquam bibere, sed modico uino propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Quórundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quórundam autem & súbsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

Caput VI

QVicũnq; sunt súb iugo serui dominos súos omni honore dignos arbitrentur, nẽ nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autẽm fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt, sed mágis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, quia beneficij participes sunt. Hæc dóce & exhortare. Si qùis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ: súperbus est, nihil sciens, sed languẽns circa quæstiones & pugnás uerborum, ex quibús oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciónes malæ, cõfrictátiones hominum mẽte corruptorũ, & qui à ueritate priuati sunt, existimántium quæstum esse pietatem. Est aútem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Nihil énim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. Habéntes autem alimenta & quibus tegamur, his cõtenti símus. Nàm qui uolunt diuites fieri, incidũnt in tentationem & in laqueum diaboli, & desidéria multa & inutilia & nociua, qũæ mergũt homines in interitum & perditionem. Rádix enim omnium malorum est cupiditas, quàm quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruérunt se doloribus multis. Tu áutem ò homo dei hæc fugè. Sectáre uerò iustitiam, pietatem, fidem, cháritatem, patiéntiam, mansuetudinem. Certa bónum certamen fidei, apprehende uitàm æternam, in quam uocatus es, & cõfessus es bonam confessionem coram multis testibus. Precipió tibi coram deo, qui uiuificát omnia: & Christõ Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut seruẽs mandatum sine mácula irreprehensíbile úsque in aduentum domini nostri Iesu Christi, quém suis temporibus ostendet beatus & solus potens, rex regum, & dominus dominantium, qũi solus habet immortalitatem, & lúcem habitat inaccessibilem, quẽm nullus hominum uidit, sed nec uidere potest, cui est honor & imperium

Nudi nati sumus, núdi etiam morituri. Quicquid hic inuenitur, hic relinquetur: non est nostrum quod non semper nostrum est. Tanquam peregrini ergo sufficienti usu contenti simus: illas diuitias acquiramus, quas nobíscum ad cœlestem patriam ferre possimus. Habéntes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti símus. Superius dixerat sufficientiam, quicquid his amplius est, diuitijs deputatur. Nam qui uolunt diuites fieri. Voluntatem diuitiarum definiuit, quæ uoluntas & habentibus est & quærentibus. Incidunt in tentationem & in laqueum diaboli. Occasio tentationis est & laqueus diaboli, uelle hábere diuitias. Et desideria multa & inutilia & nociua. Nunquam ergo diuitiarum desideria satiantur. Quæ mergunt hominem in interitum & perditionem, etc. Dum ambitione bonorum tumentes, ad cœlos eleuati, usq; ad inferos demerguntur: siue desiderantes alienas opes, ut Achàb, usq; ad hómicidij perueniunt factiones. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Quia & fons, & omnium criminum augmentum. Radix excísos semper densius reparat ramos: euellenda est ergo radix, ne rami superflue excidantur. Quàm quidam appetentes errauerunt à fide. Hoc est, recesserunt à fide promissorum dei, dum præsentibus oblectantur. Et inseruerunt se doloribus multis. Quãto amplius habuerint, tanto plures sol-

A a ¶ Adolescentiores autem uiduas deuita.] Deuita alijs ministerio diaconatus præponere, ne malum pro bono detur exemplum. b ¶ Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo nubere uolunt.] Cum sub eo tempore religionis, abundantiam habuerint, quæ sæpe solet generare luxuriam. c ¶ Habẽtes damnationem, quia primã fidem irritam fecerunt.] Quæ se uiduas promiserant permansuras. Hæc regula non solũ in uiduis, sed in uirginibus continentibus, quæ primam fidem irritã fecerũt, intelligẽda est. d ¶ Simul autem & ociosé discunt circumire domos.] Diuino minime timore detẽtæ, nec mariti potestati subiectæ, nullaq; cura domesticæ occupationis astrictæ. e ¶ Non solum ociosé, sed & uerbosé & curiosé loquentes quæ non oportet.] Dum uoluntatis suæ cupiunt præbere exemplum. f ¶ Volo autem etc.] Volo, quia necesse est ut tales ante hoc faciant cõ illud promittant: inde si transgressæ fuerint, damnationẽ ac-
B quirunt. g ¶ Matresfamiliás.] Matresfamilias dici possunt etiã quæ duos habent uel tres seruos: hoc dicit ne ex hoc nomine auaricia defendatur. h ¶ Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia.] Si incontinentes sunt, uel ne per illas religio blasphemetur. i ¶ Iam enim quædam conuersæ sunt, etc.] Reddit causas quare eas nubere uelle prædixerit, ne eum putaremus optare, quia quædam promissum propositum deo non reddentes fuerant fornicatæ. k ¶ Si quis fideles habeat uiduas, etc.] In domo propria ut parentibus. l ¶ Vt his quæ uerè uiduæ sunt, etc.] Quæ sunt omnium auxilio desolatæ. m ¶ Qui bene præsunt presbyteri.] Qui implent officium suum. n ¶ Duplici honore digni habeantur.] Et officij & doctrinæ. o ¶ Maximè qui laborant in uerbo & doctrina.] Non dixit omnium qui habent uerbũ, sed qui laborant in uerbo. Cæterum omnes habentes præcipit ordinare. p ¶ Dicit enim scriptura, etc.] Vult illis præstare carnalia à quibus alij spiritualia consequuntur, quia occupati in doctrina, necessaria sibi prouidere nõ possunt. q ¶ Aduersus presbyterum accusationem noli recipere.] Iniustum est etiam aduersus laicum accusationẽ recipere, cum hoc nec seculares faciant, quanto magis ad-
C uersus domini sacerdotem? r ¶ Peccantes coram omnibus argue.] Si de illis fuerit comprobatum. s ¶ Vt cæteri timorem habeant.] Videntes te nemini pepercisse. t ¶ Testor coram deo & Christo Iesu & electis angelis eius, etc.] Obtestatur illum diuina & cœlesti testificatione, ut nulla illi res præiudicet ad ista seruãda, nec electi angeli, qui sacris assistũt altaribus. u ¶ Nihil faciens in alteram partem declinando.] Neque in dexteram neq; in sinistram. x ¶ Manus cito nemini imposueris.] Nisi talẽ inueneris qualem dixi. y ¶ Neq; cõmunicaueris peccatis alienis.] Cõmunicare eũ dicit peccatis qui non probatus fuerit ordinatus. z ¶ Teipsum castũ custodi.] Non alios custodire præcipit, ut possit auden
D ter arguere delinquẽtes. a ¶ Noli ádhuc aquam bibere, etc.] Ne putaret etiã abstinentiæ se formã infirmis dare debere: maximè cum audierit à magistro dicẽte, omnibus bonum esse non bibere uinũ. Dat ergo ei consilium, ut plus doctrinæ causam cũ abstinentiæ curet: & simul ostendit quas infirmitates creaturarum medicina possit sanare. b ¶ Quorundam hominum, etc.] Detecti excõmunicantur: siue plagis præsentib. damnantur. c ¶ Quorundam autem & subsequuntur.] In futuro iudicio: siue hic diu latere non possunt: non ergo debent facile ordinari. d ¶ Similiter & facta bona manifesta sunt, etc.] Nõ enim potest abscõdi ciuitas supra montem posita, sed etiã quæ ad tẽpus la-
tent, non possunt diutius occultari. Cap. VI

QVicunq; sunt sub iugo serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur.] Non solum bonos, sed etiam infideles. f ¶ Ne nomẽ domini & doctrina blasphemetur.] Ne uideantur per religionem in deterius profecisse. g ¶ Qui autem fideles habent dominos, etc.] Ne sibi æqualem cõtemnant. h ¶ Sed magis seruiant, etc.] Si seruiebant infidelibus timore odioso: quanto magis debent seruire fidelibus, quorum charitatis participes esse merentur. i ¶ Hæc dóce & exhortare.] Doce ita debere fieri, exhortare præmiũ ostendere deum. k ¶ Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum, etc.] Noui testamenti ueteris enim seuera doctrina est. a ¶ Superbus est nihil sciens.] Super alios se extollens, cum non sit desursum ueniens, quam prædicat sapientiã. b ¶ Sed languens circa quæstiones.] Nec enim recusando penitus fidem, moritur, nec aduersitatis scientia conualescit, sed diuersis occasionibus languet. c ¶ Et pugnas uerborum.] Relicto sensu ueritatis ambiguitates uerborum obseruãt: sicut Manichæi ex uerbo diuersitatem testamentorum. d ¶ Ex quibus oriuntur inuidiæ, etc.] Quæ generant lites ac blasphemias in deum pugnando sermonibus. e ¶ Suspiciones malæ.] Siue hæresim de altero suspicãtur, siue audientes putant efficere ueritatem. f ¶ Conflictationes hominum mente corruptorum, & qui à ueritate priuati sunt.] Ab integritate euangelij uel naturæ. g ¶ Existimantium quæstum esse pietatem.] Qui putant quæstus sui causa, nouum uẽnisse testamentum. h ¶ Est autem quæstus magnus pietas cũ sufficientia.] Multum inquirit qui habet pietatẽ, cum suffi-
B cientia non luxuriæ, sed naturæ est. Siue sicut pietas est cultura dei, ita impietas est contemptus. i ¶ Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus.] Nudi nati sumus, núdi etiam morituri. Quicquid hic inuenitur, hic relinquetur: non est nostrum quod non semper nostrum est. Tanquam peregrini ergo sufficienti usu contenti simus: illas diuitias acquiramus, quas nobíscum ad cœlestem patriam ferre possimus. k ¶ Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti simus.] Superius dixerat sufficientiam, quicquid his amplius est, diuitijs deputatur. l ¶ Nam qui uolunt diuites fieri.] Voluntatem diuitiarum definiuit, quæ uoluntas & habentibus est & quærentibus. m ¶ Incidunt in tentationem & in laqueum diaboli.] Occasio tentationis est & laqueus diaboli, uelle hábere diuitias. n ¶ Et desideria multa & inutilia & nociua.] Nunquam ergo diuitiarum desideria satiantur. o ¶ Quæ mergunt hominem in interitum & perditionem, etc.] Dum ambitione bonorum tumentes, ad cœlos eleuati, usq; ad inferos demerguntur: si-
1.Reg.21 ue desiderantes alienas opes, ut Achàb, usq; ad hómicidij perueniunt factiones. p ¶ Radix enim omnium malorum est cupiditas.] Quia & fons, & omnium criminum augmentum. Radix excísos semper densius reparat ramos: euellenda est ergo radix, ne rami superflue excidantur. q ¶ Quàm quidam appetentes errauerunt à fide.] Hoc est, recesserunt à fide promissorum dei, dum præsentibus oblectantur. r ¶ Et inseruerunt se doloribus multis.] Quãto amplius habuerint, tanto plures sol-
licitudinum sustinent cruciatus: unde & dominus diu C
tiarum ærumnas circa reliqua cõcupiscentiæ uerba asseruit suffocari. s ¶ Tu autem homo dei.] Non diuitiarum homo, sed dei: nec mammonæ seruus, sed Christi, cuius sunt omnia quæ uidentur. t ¶ Hæc fuge.] Quasi causas perfidiæ uel dolorũ. u ¶ Sectare uerò iustitiam, pictatem, fidem.] In his te cupio diutijs esse occupletem. x ¶ Charitatem.] Dei & proximi. y ¶ Patientiam, mansuetudinem.] Patientiam sustinendi, mansuetudinem non nocendi. z ¶ Certa bonum certamẽ fidei.] Bonum certamen est, non pro rebus seculi, sed usq; ad mortem pro fidei ueritate certare, sicut scriptũ est: Eccli 4
In iustitia agonizare pro anima tua: & usque ad mortem certa pro iustitia: Siue ut illi studeant in diuitijs omnia uincere, ita & tu in fide. a ¶ Apprehende.] Quomodo ego comprehendi. b ¶ Vitam æternam in quam uocatus es.] Vt illi gerere cupiunt tem
poralem. c ¶ Et confessus es bonam confessionẽ. D
] In baptismo abrenunciãdo seculo & pompis eius. d ¶ Coram multis testibus.] Sacerdotibus uel ministris uirtutibusq; cœlestibus. e ¶ Præcipio tibi coram deo.] Præcipit autoritate magistri. f ¶ Qui uiuificat omnia.] Omnia quæ uiuunt, etiam si arefiant, per eius potentiam reuiuiscunt. g ¶ In Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem.] Dicens ad Pilatum: Ego ad hoc ueni in hunc mundum, ut testimo- Ioan.18.d
nium perhiberem ueritati: scilicet pro ea etiam moriendo. b ¶ Vt serues mandatum.] Sicut ille usque ad mortem. i ¶ Sine macula irreprehensíbile.] Maculat quodammodo & reprehendi facit mandata, qui peccat. k ¶ Vsq; in aduentum domini nostri Iesu Christi.] Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. l ¶ Quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, rex regum, & dominus dominantium.] Quando uoluerit qui hoc solum potest deus. m ¶ Qui solus habet immortalitatem.] Ille solus propriè habet, qui angelis & hominibus dedit habere. Nos autem nec soli, nec nobis habemus ut ille: Hoc contra Manichæos qui mali naturam putant immortalem atq; perpetuam. n ¶ Et lucem inhabitat inaccessibilem.] Omni creaturæ. Nemo enim Matth.11.d
nouit patrem nisi filius: neq; filium nisi pater, & spiritus sanctus, utrunq; etiam scrutatur profunda dei. o ¶ Quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest, cui est honor & imperium sempiternum, Amen.] Nemo nouit, sed unusquisque pro merito intelligit. Nam & solem tanto amplius uident singuli, quanto purior fuerit acies

oculorum. *a* ¶ *Diuitibus huius seculi præcipe.*] Sunt & alterius seculi diuites qui emũt sibi aurum ignitum à deo, & qui habent aurum in cœlo, necnon qui proferunt noua & uetera. *b* ¶ *Non sublime sapere.*] In primis principalem eorum tetigit morbum. Difficile diuitem inuenies non superbum, qui pauperes uel parentes agnoscat: & qui non grauiter ferat, minime sibi ab inferiore honorem deferri. *c* ¶ *Neq; sperare*] Non sperando uilescũt, & cum spernuntur, erogantur. *d* ¶ *in incerto diuitiarum.*] De quibus incertum est utrum illæ ubi, an tu illis celerius subtraharis, multis enim cum uita sublatæ sunt. Alij propriis eas auferri oculis uiderunt: nonnulli etiam inuiti extraneis reliquerunt. *e* ¶ *Sed in deo uiuo.*] Cuius sunt omnia. *f* ¶ *Qui præstat nobis omnia abunde.*] Qui ideo abunde præstat ut uiuamus, etiam alijs largientes, non ut grandi labore destruentes maiora horrea faciamus. *g* ¶ *Ad fruendum.*] Non ad occultandum uel negociandum. *h* ¶ *Bene agere, diuites fieri in operibus bonis.*] Non in auro & argento. *i* ¶ *Facile tribuere, communicare.*] Qui facile tribuit, cito dies esse cessabit. Tribuere donare est: communicare uerò multum dare. *k* ¶ *Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum.*] Vade uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & ueni sequere me, quod perfectionis est fundamentum. *l* ¶ *Apprehende ueram uitam.*] Hæc enim non est uera uita quæ in suo non permanet statu. Vanitas enim sub sole dicit Ecclesiastes. *m* ¶ *O Timothee depositum custodi.*] Cõmendatum à nobis seruandum tibi fidei depositum custodi. *n* ¶ *Deuitans prophanas uocum nouitates, etc.*] Quod à me non audisti, nec ab angelo si dicatur libenter admittas. *o* ¶ *Et oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt, etc.*] Artis dialecticæ, per quas sibi infinitam rerum scientiam hæretici promittunt, & ideo à fidei ueritate cadunt. *p* ¶ *Gratia tecum, Amen.*] Permaneat in æternum.

perium sempiternum, Amen. Diuitibus huius seculi præcipe nõ sublime sapere, nẽq; sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum: bene agere: diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, cõmunicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam. O Timothee depositum custodi, deuitãs prophanas uocum nouitates & oppõsitiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Grãtia tecum, Amen.

Commentariorum in primam epistolam ad Timotheum finis.

COMMENTARIA IN EPIstolam secundam ad Timotheum.

B

Paulus apostolus Iesu Christi, per uoluntatem dei.] Non meis meritis, siue à Christo missus, non sine dei uoluntate. *r* ¶ *Secundum promissionem uitæ quæ est in Christo Iesu.*] Condignũ exhibens promissione seruitium. *s* ¶ *Timotheo charissimo filio.*] Charissimo, id est, cæteris chariori. *t* ¶ *Gratia & misericordia & pax à deo patre & Christo Iesu domino nostro.*] Talis est salutatio Pauli, ut in ea omnia patris & Christi beneficia memorentur. *u* ¶ *Gratias ago deo meo.*] Deo qui nos talem in alterutrum docuit charitatem. *x* ¶ *Cui seruio à progenitoribus in conscientia pura*] Omnis origo mea coluit unum Christum, nõ mali uoluntia, sed legis æmulatione uastabam. *y* ¶ *Quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die desiderans te uidere.*] Et charitatem ostendit, & iugiter orandi præbet exemplum. *z* ¶ *Memor lachrymarum tuarum, ut gaudio implear.*] Quas pro me abunde profudisti, ut & me ad tristitiam prouocares: quas tua adopto præsentia releuari. *a* ¶ *Recordationẽ accipiens eius fidei quæ est in te non ficta, quæ habitauit primum in auia tua Loide.*] Quæ uerè te esse in operib. cõprobat: sicut Iacobus definiuit, & quæ ad te ex auiæ successiõis institutiõe, quasi hæreditario iure descendit. *b* ¶ *Et matre tua Eunice.*] Quia prior credidit. *c* ¶ *Certus sum autem, etc.*] Quia comprobaui fidem tuam, cõmoneri indiges, non doceri. *d* ¶ *Vt resuscites gratiam dei.*] Quasi tribulationibus dormitantem. *e* ¶ *Quæ est in te per impositionẽ manuum mearum.*] Ad episcopatum scilicet. *f* ¶ *Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed uirtutis.*] Contemnendi pœnas. Illi meritò humana supplicia uidẽtur formidare qui peccant, ut alibi dicit: Si autem malefeceris, time. *g* ¶ *Et dilectionis, etc.*] Siue pro domino siue pro alterutro. Libẽter etiam moriamur, ut omnia sobria mente faciamus. ¶ Noli

AD TIMOTHEVM EPISTOLA SECVNDA.

PAVLVS apostolus Iesu Christi, per uoluntatem dei secũndum promissionem uitæ quæ est in Christo Iesu, Timõtheo charissimo filio: Grãtia & misericordia & pax à deo patre & Christo Iesu domino nostro. Grãtias ago deo meo, cũi seruio à progenitoribus meis in conscientia pura, quõd sine intermissione habeam tui memoriã in orationibus meis, nocte ac die desiderans te uidere. Memõr lachrymarum tuarum, ut gaudio implear: recõrdationem accipiens eius fidei quæ est in te non ficta: quæ & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tũa Eunice, certũs sum autem quod & in te. Propter quã causam admoneo te, ut rẽsuscites gratiam dei qũæ est in te per impositionem manuum mearum. Nõn enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed uirtutis & dilectiõnis & sobrietatis. Noli

A *a* ¶ *Noli itaq; erubescere testimonium domini nostri, neq; me uinctum eius.*] Quia nihil confusione dignum Christus exercuit: sed nec ego quem nosti, ob aliquod crimen, sed propter deum hæc omnia quæ patior sustineo. *b* ¶ *Sed collabora euangelio.*] Tua conuersatione siue doctrina. *c* ¶ *Secundum uirtutem dei.*] Quæ sua causa adiuuat laborantes. *d* ¶ *Qui nos liberauit & uocauit uocatione sancta.*] Scilicet à peccatis. *e* ¶ *Non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiã, quæ data est nobis in Christo Iesu.*] Quo proposuit nos gratis saluare per Christũ. *f* ¶ *Ante tempora secularia.*] Quantum ad præscientiam dei, ante secula tã donauit. Nam homines solent filijs parare prædia, priusquam nascãtur. *g* ¶ *Manifesta est autem nunc.*] Quæ ante latebat. *h* ¶ *Per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi.*] Verbis scilicet & exẽplis. *i* ¶ *Qui destruxit quidem mortem, illuminauit autẽ uitam & incorruptionem.*] Doctrina sua & conuersatione destruxit peccata, quæ mortem hominis generabant, & ostẽdit quomodo uita & incorruptio quæratur. *k* ¶ *Per euangelium.*] Volentes docuit, non coegit inuitos. *l* ¶ *In quo positus sum ego prædicator & apostolus & magister gentium.*] Ad comparationem aliorum possunt dici magistri. Ad comparationem nemo magister uerus. *m* ¶ *Ob quam causam hæc patior.*] Non ob aliquod crimen, sicuti nos pati Petrus hortatur dicens: Nemo uestrum patiatur quasi homicida, si autem ut Christianus, non erubescat. *n* ¶ *Sed non confundor.*] Hic non erubescit in catenis, cum nos in solis opprobrijs confundimur. *o* ¶ *Scio enim cui credidi & certus sum, quia potens est.*] Scio enim eum fidelem & potentem. *p* ¶ *Depositum meum seruare in illum diem.*] Apud me ipse quod deposuit, conseruabit: siue quod ego apud illum commendo, restituet in futuro. *q* ¶ *Formam habe sanorum uerborum quæ à me audisti in fide & in dilectione in Christo Iesu.*] Secundum meam formam uide & doce, quam à me breuiter accepisti, quomodo integre credere & alterutrum diligere debeamus. *r* ¶ *Bonum depositum meum custodi per spiritum sanctum qui habitat in nobis, etc.*] Quod apud te per spiritum sanctum commendauit, adiutorio eius depositum custodi. *s* ¶ *Scis enim hoc quod auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phygelus & Hermogenes.*] Idcirco te commoneo, quia quos non putabam me dereliquerunt. *t* ¶ *Det misericordiam dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit.*] Vituperat desertores, & laudat permanentes, ut deterreat ab imitatione mala, & ad exemplum prouocet bonum. *u* ¶ *Sed cum Romam uenisset, sollicitè quæsiuit & inuenit: det illi dominus inuenire misericordiam à domino in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit mihi, tu melius nosti, etc.*] Idcirco inuenit, quia sollicitè quæsiuit, unde & ostenditur, quia idcirco non omnes quærẽtes inueniũt, quia negligenter inquirunt.

Nõli itaq; erubescere testimonium domini nostri, neq; me uinctũ eius, sed collãbora euangelio secũndum uirtutẽ dei, qui nõs liberauit & uocauit uocatione sua sancta, nõn secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu ãnte tempora secularia. Manifestata est aũtem nunc per illuminationẽm saluatoris nostri Iesu Christi, qui dẽstruxit quidem mortem: illuminauit autem uitam & incorruptionem pẽr euangelium, in quõ positus sum ego prædicator & apostolus & magister gentium. Ob quãm causam etiam hæc patior, sed nõn confundor. Sciõ enim cui credidi & certus sum, quia potens est depõsitum meum seruare in illum diem. Fõrmam habe sanorum uerborũ quæ à me audisti in fide & in dilectione in Christo Iesu. Bonum dẽpositum custodi per spiritum sanctum qui habitat in nobis. Scis ẽnim hoc quod auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phygelus & Hermogenes. Dẽt misericordiã dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit, sed cũm Romam uenisset, sollicitè me quæsiuit & inuenit. Det illi dominus inuenire misericordiam à domino in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit mihi, tu melius nosti.

Caput II

TV ergõ fili mi confortare in gratia quæ est in Christo Iesu, & quæ audisti à me per multos testes, hæc cõmẽnda fidelibus hominibus qui idõnei erũt & alios docere. Lãbora sicut bonus miles Christi Iesu. Nẽmo militans deo, implicat se negocijs secularibus, ut ei placeat cui se probauit. Nam & qui cẽrtat in agone, non coronabitur nisi legitimè certauerit. Laborantẽ agricolam oportẽt primum de fructibus accipere. Intelligẽ quæ dico

B

1.Pet.4.d

Rom.15.c

C

Luc.19.d

Eccles.1

Iacob.2.d

D

Caput II

TV ergo filii mi confortare in gratia quæ est in Christo Iesu, & quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, etc.] Siue præsentibus multis, tibi dedi mandata qualiter docere debeas: siue quæ dixi multis prophetarum exemplis & testimonijs cõfirmaui. *y* ¶ *Hæc commenda fidelibus hominibus, etc.*] Qui fideliter possunt gratiã dei dispensare: hoc est solius dei causa prædicare. *z* ¶ *Qui idonei erunt & alios docere, etc.*] Non solum ipsi facere, sed & alios erudire. *a* ¶ *Labora sicut bonus miles Christi Iesu, etc.*] Ideo milites dicimur, quia hostes habemus, contra quos laboriosè debemus dimicare. *b* ¶ *Nemo militans deo, implicat se negocijs secularibus, ut ei placeat cui se probauit.*] Comparatione militantium utitur, ut ostendat multo magis nos à negocijs secularibus liberos esse debere, ut Christo placeamus: cum etiam seculi milites à reliquis actibus uacẽt, ut possint imperatori suo placere perfectè. *c* ¶ *Nam & qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitimè certauerit.*] Alia comparatione idipsum dicit. Multi enim certant, sed ille solus qui tota uirtute uicerit, coronatur. *d* ¶ *Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere, etc.*] Ne diceret: unde ergo uicturus sum, si me totum occupauero in doctrina: ostendit eum primitias fructuum à populo debere accipere, præter mercedem quam à domino accipiet in futuro. *e* ¶ *Intellige quæ dico: dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memor esto dominum tesum Christum resurrexisse, etc.*] Eorum quæ propter quærentes occasionem, comparationis uelamine fuerant obumbrata.

co. Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Mémor esto dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secundum euãngeliũ meum, in quô laboro usq; ad uincula quasi male operans, sed uerbũ dei non est alligatum. Ideô omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutẽ consequantur quæ est in Christo Iesu cum gloria cœlesti. Fidẽlis sermo, nam si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinẽmus, & conregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos: si nõ credimus, ille fidelis permanet: negare seipsum non potest. Hæc commõne testificans coram deo. Nóli contendere uerbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Sõllicite autem cura teipsum probabilem exhibere deo, operarium inconfusibilem, rẽcte tractantem uerbum ueritatis. Prõphana autem & uaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, sermõ eorũ ut cancer serpit. Ex quibũs est Hymenæus & Philetus, qui à ueritate exciderunt, dicẽtes resurrectionẽ iam factam, & subuerterunt quorundam fidem. Sed firmum fundãmentum dei stat, habẽs signaculum hoc. Cõgnouit dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. In mãgna autem domo, non solũm sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quædãm quidem in honorẽ, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo se emundauerit ab istis, erit uas in honorem sanctificatum, & utile domino ad omne opus bonum paratum. Iuuenilia aũtem desideria fuge: sectare uerò iustitiam, fidem, spem, charitatem, & pacẽm cum his qui inuocant dominum de corde puro. Stultas autem & sine disciplina

A a ¶ *Memor esto dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid.*] Hoc contra illos qui carnis resurrectionem negant, cõsequenter etiam Christi negabant. sed & aduersus illos qui negant Christum in carne uenisse, quos Ioannes antichristos appellat. b ¶ *Secundum euangelium meum.*] Secundũ quod me prædicare non nescitis. c ¶ *In quo laboro usq; ad uincula quasi male operans.*] Non tamẽ male. d ¶ *Sed uerbum dei non est alligatũ.*] Quia & præsentes fiducialiter doceo, & literis absentes confirmare non cessõ. e ¶ *Ideo omnia sustineo propter electos.*] Ideo tribuni auxiliũ petiui, ac postea Cæsarem appellaui, ut per me confirmentur, cum has passiones potuerim moriendo finire. f ¶ *Vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu cũ gloria cœlesti.*] Quæ salus in Christo est non nuda, sed gloria uestita: nec terrena gloria, sed cœlesti.

d ¶ *Fidelis sermo: nam si commortui sumus, & conuiuemus.*] Veritatis ratione subnixus. Si enim à uitijs & uoluptatibus sumus commortui Christo, uiuemus cum illo. Alioquin quomodo sperare poterimus hoc? h ¶ *Si sustinemus & conregnabimus.*] Si sustinuerimus cũ necesse fuerit quod ille sustinuit, tunc demũ regnare poterimus simul. i ¶ *Si negauerimus, & ille negabit nos. si non credimus, ille fidelis permanet: negare seipsum non potest.*] Siue credamus, siue nõ credamus, nõ aliud potest exhibere singulis quàm promisit, quia ueritas contra se non faciet, ne se negare uideatur. k ¶ *Hæc cõmone testificans coram deo.*] Sub testificatione dei constringe. l ¶ *Noli contendere uerbis.*] Sine testimonijs scripturarum huiusmodi etiam contentio non ædificat, sed destruit audientes: putant enim omnia acumine & subtilitate subsistere: Siue noli uerbis uincere sed factis. m ¶ *Sollicite autem cura teipsum probabilem exhibere deo.*] Ante omnia hoc labora, ut talem te apud deum exhibeas, quo merito possit tibi populus obaudire.

n ¶ *Operarium inconfusibilem.*] Ita uiue ne dicta factis deficientibus erubescant. o ¶ *Recte tractantem uerbum ueritatis.*] Ille recte tractat, qui exemplis sua dicta confirmat. Ornamentum enim uitæ, doctrina: firmamentum uerbi, opus. p ¶ *Prophana autem & uaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem.*] Irreligiosas hæreticorum fabulas qui negant resurrectionem, per quas utiq; iudicis timore sublato, ad omnem impietatem, & ad cuncta crimina peruenitur. q ¶ *Et sermo eorum ut cancer serpit.*] Cancer dicitur uulnus quod in mamillis nascitur fœminarum, cui nisi cito subuentum fuerit, cum uirus ad cor serpendo peruenerit, nullum remedium est. Ita & hæreticorum sunt uitanda colloquia, ne per aures irremediabiliter uulnerent mentes. r ¶ *Ex quibus est Hymenæus & Philetus qui à ueritate exciderunt.*] Nomina signat, ut nouerit quos debeant præcauere. s ¶ *Dicentes resurrectionem iam factam, & subuertunt quorundã fidem.*] In filijs, siue ossa uiuificata in Ezechiele Israelis interpretabantur de captiuitate collecta quasi resurrexisse. t ¶ *Sed firmum fundamentum dei stat, habens signaculũ hoc.*] In quorũ corde fides Christi erat fundata, non sunt seducti uel moti: & hoc quia dei essent habentes iudiciũ, sicut Moysi tempore fuit in quo Dathan & Abiron subuersi sunt: non simul cum impijs perierũt, deo illos esse optimos cognoscente, ut in Numeri scriptum est libro. u ¶ *Cognouit dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini.*] Vt Sion simul pereat cum iniquis. x ¶ *In magna autem domo.*] Magnam domũ, non ecclesiã dicit, ut quidam putant, quæ non habet maculam neq; rugam, sed mundum. Vnde ait Hieremias: O Israel quàm magna est domus domini, &c. In qua sunt zizania mixta cum tritico: nam resurrectionẽ negantes, in ecclesia esse non possunt. y ¶ *Nõ solum sunt uasa aurea & argentea.*] Preciosa & fortia. z ¶ *Sed & lignea & fictilia.*] Infirma. a ¶ *Et quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam: si quis ergo se emundauerit ab istis, erit uas in honorem sanctificatum, & utile domino ad omne opus bonum paratum.*] Si quis se à doctoribus hæreticis mundauerit, & crediderit in resurrectionem futuram, iudicium dei, per omne opus bonum implere studet. b ¶ *Iuuenilia autem desideria fuge.*] Quia hi ex senioribus esse non possunt, si hæc agant quæ grauitati non cõueniũt Christianæ, & à iuuenibus uincuntur si habeant leuitatem. c ¶ *Sectare uerò iustitiam, fidem, spem, charitatem.*] Hic fidem integritatem dicit. d ¶ *Et pacem, etc.*] Illam pacem quæ religioni debetur. e ¶ *Cum his qui inuocant dominum de corde puro.*] Beati mundo corde, de quibus dicitur: quid me uocatis deum, & non facitis quæ dico? f ¶ *Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens, etc.*] Stultæ omnes & sine disciplina legis sunt quæstiones.

¶ *Seruum*

na quęstiones deuita: sciens quia generant lites. Seruum autem domini non oportet litigare, sed mansuetũ esse ad omnes, dõcibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt ueritati: ne quãndo det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem.

Caput III

HOc autẽm scito, quia in nouissimis diebus instabũt tempora periculosa, & erũt homines seipsos amantes: cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinẽtes, immites, sine benignitate, proditorẽs, protẽrui, tumidi, & uoluptatũ amatores magis quàm dei. Habentes speciem quidem pietatis: uirtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducũt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducũntur uarijs desiderijs: semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iamnes & Iambres restiterunt Moysi: ita & hi resistunt ueritati, hõmines corrupti mẽte: reprobi circa fidem, sed ultra nõn proficient. Insipientiã enim eorum manifesta erit omnibus: sicut & illorum fuit. Tũ autem assecutus es meam doctrinam: institutionem, propositum, legem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, Lystris: quales persecũtiones sustinui, & ex õmnibus eripuit me dominus. Et omnes qui uolunt piẽ uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Mãli autem homines & seductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes. Tũ uero permane in his quæ didicisti, & crẽdita sunt tibi, sciens à quo didiceris. Et quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem quę est in Christo Iesu. Omnis ẽnim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo dei, ad omne opus bonum instructus.

Testificor

A a ¶ *Seruum autem domini non oportet litigare.*] Seruus est Christi qui non clamauit neq; contendit, neq; audiuit quisquam uocem eius, secundum quod de eo prophetа prædixit. b ¶ *Sed mansuetum esse ad omnes.*] Non solum ad amicos. c ¶ *Docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt ueritati.*] Omnes sem per docere patienter, nõ in furore, sed cum modestia. d ¶ *Ne quando det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem.*] Nõ de dei bonitate dubitat, sed de accipientium prauitate. Det illis deus perpetuam, mitem, blandamq; correptionẽ, ut accepta ratione resipiscãt. Simul & contra Nouatianos pœnitentiæ negatores, qui hereticos conuersos ueniam nõ posse consequi perhibent.

Cap. III

HOc aũt scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa.] Non B sit tibi mirum, quod quotidie pejora uemunt. f ¶ *Et erunt homines seipsos amãtes.*] Non dei gloriam, sed sua quærentes. g ¶ *Cupidi, elati.*] Auari, & in auaritia iactabundi. h ¶ *Superbi, blasphemi.*] Cum nolint discere, doctrinã usurpant. i ¶ *Parentibus non obedientes.*] Veteribus scilicet doctoribus, qui eos per euangelium genuerunt. k ¶ *In pace, criminatores.*] Pacis sanctorum. l ¶ *Inconti nentes, immites, etc.*] In omnibus uitijs. m ¶ *Proditores.*] Inuicem occupantes. n ¶ *Proterui, tumidi.*] Solicitudo indicium est abundantioris amoris: qui enim seculi uoluptates quàm domini præcepta libentius audit aut loquitur, talis est. o ¶ *Habentes speciem quidem pietatis, etc.*] In habitu uel doctrina. p ¶ *Virtutem autem eius abnegantes.*] Ipsam rem operibus abnegantes. q ¶ *Et hos deuita, etc.*] Ne corrumpant mores bonos colloquia praua. r ¶ *Ex his sunt qui penetrant domos, etc.*] Illas capiunt quæ sunt oneratæ peccatis, impunitatem illis ac ueniam promittentes: siue infirmas mentes quæ fœminis comparantur. s ¶ *Quæ ducuntur uarijs desiderijs.*] Noua semper discere cupientes.

t ¶ *Semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenient.*] Quia nihil definitum tenent: quisq; traditiones uult tenere diuersas, non probatas. Ab uno enim dicta ab alio destruuntur. u ¶ *Quemadmodum autem Iamnes & Iambres restiterunt Moysi: ita & hi restiterunt ueritati, etc.*] Sicut illi per magicæ artis præstigias: ita & isti per argumentorum fallaciam. Simulq; ostendit Moysen ueritatis fuisse doctorem aduersus obtrectatores ueteris testamenti. x ¶ *Homines corrupti, etc.*] Tam moribus corrupti q̃m circa fidem. y ¶ *Sed ult. etc.*] Nõ de omnibus hæreticis dicit, sed de his quos tunc cito nouerat in spiritu destruendos. Cæterũ ipse inferius quosdam in peius profecisse prædixit. z ¶ *In insipientia enim eorum, etc.*] Confessi sunt, se dei digito superatos. a ¶ *Tu aũt assecutus es meam doctrinam, etc.*] Plus tibi crede de me quàm illis: siue idcirco tibi non timeo, quia scio D te doctrinam & uirtutem meam optime cognouisse. b ¶ *Persecutiones, passiones, etc.*] Ex his potuisti cognoscere, me nihil propter homines facere, qui tanta sum passus. c ¶ *Et ex omnibus eripuit me dominus.*] Ita & te de omnibus eripiet si se quaris. d ¶ *Et omnes qui uolunt piè uiuere in Christo, etc.*] Non solum ego, sed & omnes qui non occidũt animas in adulando. Timendum ergo nobis est, ne non piè uiuamus, qui nihil patimur propter deum. e ¶ *Mali autem homines & seductores, etc.*] Hoc de adulatoribus dicit, qui cum à stultis hominibus diliguntur magis decepti decipiunt: siue de hæreticis accipiendum. f ¶ *Tu uero permane in his quæ didicisti.*] Nolo ista te terreant uel seducant. g ¶ *Et credita sunt tibi.*] A deo per nos. h ¶ *Sciens à quo didiceris, & qui ab infantia sacras literas nosti.*] Siue à uero Apostolo, siue per legem à deo. i ¶ *Quæ te possunt instruere ad salutem.*] Sine fide enim Christi, tam non sufficiunt ad salutem. k ¶ *Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, etc.*] Ideo data est legis institutio, ut eius consilio cuncta facientes, iuste iusta faciamus.

A TEstificor coram deo & Christo Iesu.] Contestatur illum per uniuersa quæ credit religio Christiana, ut uerbum dei instanter annũciet. Qui iudicaturus est uiuos & mortuos. Quia uiuos inueniet, mortuos suscitabit. *b* ¶ *Prædica uerbum, insta opportunè, importunè.*] Opportunum est libenter audire: importunum est inuito prædicare. *c* ¶ *Argue, obsecra, increpa.*] Argue peccantes, contestare ne peccẽt. Increpa resistentes: sed hæc omnia cum patientia & secundum doctrinã. *d* ¶ *Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt.*] Veram & perfectam: sicut Israel audire noluit prophetas. *e* ¶ *Sed ad sua desideria coaceruabunt.*] Tales magistros inquirent, qui ea dicũt, quæ ipsi audire desiderãt, ut securi delinquant. *f* ¶ *Pruritẽtes auribus.*] Qui delectare desiderãt, nõ compungere. *g* ¶ *Et à ueritate quidem auditum auertent.*] A ueritate legis quæ uitia damnat ad rationes humanas,
B quæ deum ut piũ nõ uindicaturũ esse cõfingnant. *h* ¶ *Tuue ro uigila.*] Quæ ad utilitatem pertinent audientium. *i* ¶ *Opus fac euangelistæ.*] Verbũ tuum operibus conformetur. *k* *Ministerium tuum imple.*] Episcopatus scilicet. Non enim semper ero in corpore ut ualeã cõmonere. *l* ¶ *Ego enim iam delibor.*] Mortem suam sacrificium deo futurum dixit, ut eum ad martyrium prouocet. *m* ¶ *Bonum certamen certaui.*] Modo iam confidenter hoc dicit, in extremo uitæ limine constitutus: comparatione autem utitur in agone certantium. *n* ¶ *Fidem seruaui.*] Fidem suscepti officij in finẽ usq; seruaui. *o* ¶ *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.*] Qui nouit me usq; ad mortẽ pro iustitia dimicasse. *p* ¶ *Non solum autem mihi.*] Quia nõ personis debetur meritum, sed labori. *q* ¶ *Sed & his qui diligunt aduentum eius.*] Qui gaudent aduenisse Christum, & iustitiam docuisse. Siue qui sic agunt ut aduentum domini libenter expectent. *r* ¶ *Festina ad me uenire cito.*] Necesse erat ut diligens seculum, non amantem seculum relinqueret. Omne enim animal ad sibi simile coniungitur. *s* ¶ *Crescens in Galatiam, &c.*] Isti missi sunt, non deseruerunt. *t* ¶ *Marcum assume, & adduc tecum.*] Verbi dei, uel cuiuslibet necessitatis. *u* ¶ *Penulam quã reliqui Troade apud Carpum, &c.*] Non dixit, penulam meam: potuit enim conuersus aliquis ad pedes eius inter cætera imposuisse uendendam. *x* *Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, &c.*] Quoniam uerbis dei restitit, cum habebãt rationem. *y* ¶ *Quẽ & tu deuita.*] Monet cauere latrantes. *z* *Valde enim restitit uerbis nostris.*] Si nostris restitit, quanto magis tuis? *a* ¶ *In prima mea defensione nemo mihi affuit.*] Quando primum cœpi euangelium defendere. *b* ¶ *Dominus mihi astitit.*] Cum dicit sibi dominum in omnibus affuisse, ne timeat cohortatur. *c* ¶ *Vt per me prædicatio impleatur, &c.*] Non quod ego mori timerem. *d* *Et liberatus sum de ore leonis.*] Persecutoris. *e* ¶ *Liberauit me dominus.*] Ab insidiantiũ malignitate. *f* ¶ *Et saluum faciet.*] Quomodo hic liberat, ita in regnum ducit. *g* ¶ *Cui gloria in secula seculorum.*] Ob hæc omnia. *h* ¶ *Trophimum aũt reliqui Mileti.*] Hic probat, quia non propter sanitatẽ carnalẽ tantũ apostoli curabant, sed ut etiam signa monstrarentur: quia hic suum discipulum non curauit. *i* ¶ *Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo.*] Quia carne mortuus, spiritualiter uiuit.

Commentariorum in epistolam ad Timotheum finis.

Caput IIII

TEstificor coram deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est uiuos & mortuos, & per aduentum ipsius, & regnum eius: prædicã uerbum, insta opportune, importune, árgue, obsecra, increpa in omni patiẽtia & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam nõ sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tũ uero uigila, in omnibus labora, opus fac euangelistę, ministeriũ tuum imple: sobrius esto. Egó enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonũm certamen certaui, cursum consummaui, fidẽm seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in die illa iustus iudex. Nõn solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Festinã ad me uenire cito. Demas enim me dereliquit diligẽs hoc seculum, & abijt Thessalonicam. Crescẽs in Galatiam: Titus in Dalmatiam: Lucas est mecum solus. Marcũm assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerio. Tychicum autem misi Ephesum. Penulam quã reliqui Troade apud Carpum, ueniens affer tecum & libros, maxime autem & membranas. Alexãder ærarius multa mala mihi ostendit, reddet illi dominus secũdum opera eius, quem & tu deuita. Valdẽ enim restitit uerbis nostris. In prima meã defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Dominus autem mihi adstitit, & confortauit me: ut per me prædicatio impleatur: & audiant omnes gentes, & liberatus sum de ore leonis. Et liberauit me dominus ab omni opere malo, & saluũ faciet in regnum suum cœleste: cũi gloria in secula seculorum. Amen. Saluta Priscum & Aquilam, & Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi. Trophimũm autem reliqui infirmum Mileti. Festina ante hyemem uenire. Salutant te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia & fratres omnes. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia uobiscum. Amen.

A COMMENTARIA IN EPISTOLAM ad Titum.

PAulus seruus dei.] Non peccati. *b* ¶ *Apostolus Iesu Christi.*] Non omnis seruus apostolus. Ideo autem Christi, quia ab ipso missus fuerat prædicare. *c* ¶ *Secundum fidem electorum dei, & agnitionem ueritatis, &c.*] Secundum eam fidem, qua credẽtes electi sunt, cum cognoscerent ueritatem, quę agnitio non ex merito est, sed ex dominica ueritate. *d* ¶ *Quam promisit qui non mentitur deus.*] Si non mentitur, nõ exhibet aliud ꝓ quod promisit, iustis scilicet & iniustis: quamuis hominibus durũ esse uideatur. *e* ¶ *Ante tempora secularia.*] Ante omnia tempora apud se proposuit per filium saluare credentes. *f* ¶ *Manifestauit autem temporibus suis uerbum suũ.*] Tunc manifestauit consilũ suum, quando præscierat factum esse o-
B mnem scilicet mundum à iustitia diuersum. *g* ¶ *Prædicatione quæ credita est mihi secundum præceptum saluatoris nostri.*] Quo Paulum & Barnabam segregare præcepit ut gentibus prædicarẽt. *h* ¶ *Tito dilecto filio secundum communem fidẽ, gratia & pax à deo patre & Christo Iesu.*] Secundum fidem filius, nõ natura. *i* ¶ *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas: & constituas per, &c.*] Quæ desunt, recto tenore corrige, & tunc demum presbyteros poteris ordinare, cum omnes in ecclesia fuerint recti. *k* ¶ *Si quis sine crimine est, unius uxoris uir.*] Notandum quod in sacerdote, etiam alijs licita prohibentur. *l* ¶ *Filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos, &c.*] Ne non possit audenter corripere delinquentes: siue ut experimentum eius doctrinæ, de domus suæ disciplina noscatur. *m* ¶ *Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem, &c.*] Ipsum dicit episcopum, quem superius presbyterum nominauit. *n* ¶ *Sicut dei dispensatorem, &c.*] Si ergo humanarum legum dispensatores presbyteri quærũtur & iusti, quales esse debent, qui diuina iura dispensant? *o* ¶ *Non superbum, non iracundum, non uinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, &c.*] Non debet discipulus Christi percutere: qui percussus est, & non repercussit. Noti turpe lucrum adulando sectari, terrenum scilicet, qui cœlestia & diuina promittit. *p* ¶ *Sed hospitalem, &c.*] Primo uitia damnauit, ut uirtutes insereret, secundum consuetudinem scripturarum. *q* ¶ *Benignum, &c.*] Vt hospites non cum tristitia, sed cum beneuolentia suscipiat. *r* ¶ *Sobrium, iustum, sanctum, continentem, &c.*] Incontinentiam uel continentiam nunquam nominat Apostolus, nisi in causa luxuriæ: iustum iudicio, continentia sanctum: ne quia unius uxoris fecerat mentionem, locum incontinentiæ dedisse putaretur. *s* ¶ *Amplectentem eum qui secũdum doctrinam est fidelem sermonem, &c.*] Diligentem doctrinã & semper inde loquentem, non fabulas seculares & uanas. *t* ¶ *Vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, etc.*] Talis eligendus est qui exhortari possit, & contradicẽtes arguere in doctrina sana, quæ sanat audientes, siue quæ nulla falsitate corrupta est. *u* ¶ *Sunt enim multi etiam inobedientes, uaniloqui & seductores, &c.*] Apostolicæ doctrinæ non obtemperantes, & ad nullũ profectum loquẽtes. *x* ¶ *Maxime autem qui de circuncisione sunt.*] Qui humanas potius traditiones obseruant, quam diuina mandata. *y* ¶ *Quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertũt.*] Quæ iam superflua temporibus Christi, ceremonias autem Iudæorum. *z* ¶ *Dixit quidam ex illis.*] Callimachus scilicet. Vide quales sunt, qui etiam à suis tale testimonium promerentur. *a* ¶ *Cretenses semper mendaces, &c.*] Amantes mentiri, noxij oratores, pariter oc[illegible]osi. *b* ¶ *Malæ bestiæ, uentres pigri.*] Ideo ferias & ocia libẽter admittunt. *c* ¶ *Testimonium hoc uerum est. Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide: non intendentes Iudaicis fabulis, &c.*] Traditionibus humanis, de quibus dominus in euangelio Iudęis loquitur, secundum Esaiam, domi Matt. 15.a
num non in corde, sed in labijs honorantes. *d* ¶ *Auertantium se à ueritate.*] Noui scilicet testamenti. *e* ¶ *Omnia munda mundis.*] Quia adhuc secundum legem immunda uocabant. *f* ¶ *Coinquinatis autem & infidelibus, &c.*] Coinquinati & infideles sunt, qui non credunt iugum legis à collo credentiũ dñm abstulisse, id est omnia quę temporaliter fuerant instituta. *g* ¶ *Nihil est mundum.*] Eorum quæ in scientia eorum, immunda iudicantur.

AD TITVM

PAVLVS seruus dei, apostolus autem Iesu Christi, secũdum fidem electorum dei, & agnitionem ueritatis, quæ secundum pietatem est in spem uitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur deus ante tempora secularia: manifestauit autẽ temporibus suis uerbum suum in prædicãtione, quæ creditа est mihi secundum præceptum saluatoris nostri dei: Titõ dilecto filio secundum communem fidem: Gratia & pax à deo patre & Christo Iesu saluatore nostro. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros: sicut & ego dispositi ubi: Si quis sine crimine est, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorẽm: nõn superbum, non iracũdum, non uinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalẽ, benignum, sobriũm, iustum, sanctum, continentem, amplectẽtem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana: & eos qui contradicũt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, uaniloqui & seductores: maximẽ autem qui de circuncisione sunt: quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidã ex illis proprius ipsorũ propheta: Crẽtenses semper mendaces, malæ bestiæ, uẽntres pigri. Testimoniũm hoc uerum est. Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide: non intendentes ludaicis fabulis & mandatis hominum auertantium se à ueritate. Omniã munda mundis: cõinquinatis autem & infidelibus nihil est mũdum: sed

Universidad de Sevilla Biblioteca

A a ¶ *Sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia.*] Etiam in hoc ipso. b ¶ *Confitentur se nosse deum, factis autem negant.*] Semelius Christum dicunt nosse ut ex lege promissum: sed factis eius aduentum negant: cum se sine legis auxilio putant iustificari non posse. c ¶ *Cum sint abominati & incredibiles & ad omne opus bonum reprobi.*] In sola confessione legis religiosiores se dicunt, cum illa non faciant quæ quæruntur.

Cap. II

TV *autem loquere quæ decent sanam doctrinam,* &c.] Quę ad uitam pertinent Christi. e ¶ *Senes ut sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia.*] Hic senes ætate & ordine possunt intelligi, ecclesiæ præcipue seniores, quibus omnibus formam præbere necesse est. f ¶ *Anus similiter,* &c.] Quæ ad aliarum eligebãtur exemplum. g ¶ *In habitu sancto, non criminatrices,* &c.] Habitus enim non sanctus est, de quo alibi dicit: Non tortis crinibus, & reliqua.

B *h* ¶ *Non multo uino seruientes.*] Sed parue utentes. *i* ¶ *Bene docentes,* &c.] Docere illis permisit, sed fœminas, & hoc non in ecsia, sed priuatim.

k ¶ *Adolescentulas ut uiros suos ament,* &c.] Nõ alienos, siue ideo dicit, ne aliæ quæ continentes erant, non diligerent uiros suos, & uerbum dei tanquã dissidium prædicans culparetur. *l* ¶ *Domus curam habentes.*] Ne uiros suos in aliquo contristarent. *m* ¶ *Benignas, subditas uiris suis.*] Ne uel ipsæ blasphement, si gẽtes sunt, uel alij uidentes eas peiores effectas ẽ̃ fuerant ante fidem. *n* ¶ *Iuuenes similiter,* &c.] Auferentes ab eis causam luxuriæ. *o* ¶ *In omnibus.*] Quæ iunguntur, siue non solum corpore, sed & mente. *p* ¶ *Teipsum præbe exẽplum.*] Ne exemplo destruas uerbum, & ut audenter corripias delinquentes. *q* ¶ *In doctrina, in integritate,* &c.] Quo solum modo doceri potest: integritas uero nec munerib. corrumpitur, nec acceptione personæ. *r* ¶ *Verbum sanum,* &c.] Nullius adulationis accensione languens. *s* *Vt is qui ex aduerso est uereatur nullum malum habens,* &cæt.

sed inquinãtæ sunt eorum & mens & conscientia. Confitẽntur se nosse deum, factis aũt negant: cum sint abõminati & incredibiles, & ad omne opus bonũ reprobi.

Cap. II

TV aũtem loquere quæ decent sanam doctrinam. Sẽnes: ut sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anũs similiter in habitũ sancto: non criminatrices, nõn multo uino seruientes, bene dõcentes, ut prudentiam doceant. Adolescentũlas, ut uiros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, dõmus curam habentes, benignãs, subditas uiris suis: ut non blasphemetur uerbum dei. Iuuẽnes similiter hortare ut sobrij sint. In õmnibus tẽipsum præbe exemplum bonorum operum, in dõctrina, in integritate, in grauitate. Vẽrbum sanum, irreprehensibile, ũt is qui ex aduersõ est uereatur, nihil habens malum dicere de uobis. Seruõs dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non cõtradicentes, non fraũdantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, ut dõctrinam saluatoris nostri dei ornent in omnibus. Apparũit enim gratia dei & saluatoris nostri omnibus hominibus, erũdiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriẽ & iustẽ & pie uiuamus in hoc seculo, expectãntes beatam spem & aduẽntum gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dẽdit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorũ operum. Hæc lõquere & exhortare, & argũe cum omni imperio. Nẽmo te contemnat.

Cap. III

ADmõne illos principibus & potestatibus subditos esse: dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse. Nẽminem blasphemare, nõn litigiosos esse, sed modestos, omnẽm ostendentes mansuetudinẽ ad omnes homines. Erãmus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruiẽtes desiderijs & uoluptatibus uarijs: in malicia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cũm autem benignitas & humanitas

Admone illos, &c.] Non ad aliquod malum. *l* *Neminem blasphemare.*] Ne illos quidem qui merentur. *m* ¶ *Non litigiosos,* &c.] Ne uicem reddendo prouocent litem. *n* ¶ *Omnem ostendentes mansuetudinem,* &c.] Non solum ad bonos uel ad amicos. *o* ¶ *Eramus enim aliquando & nos insipientes,* &c.] Ne desperent correptione sua, opponit exẽplum se, quia & nos fuimus, inquit, tales: debemus igitur patienter eorũ insipientiã tolerare. *p* ¶ *Cum aũt benignitas.*] Siue largitas misericordiæ dei, siue secundum hominem Christus,

Qui tibi poterit contradicere, si quid in te tale notauerit. C *t* ¶ *Seruos dominis suis subditos esse,* &c.] Quæ imperant iusta. *u* ¶ *Non contradicentes.*] Ne murmurationem facientes, & mercede priuemini, & homini existatis ingrati. *x* ¶ *Non fraudantes, sed omnibus bonam fidem ostendentes.*] Siue in his quæ illis concedunt, siue ut in opere ostendant bonum esse quod credunt.

y ¶ *Vt doctrinam saluatoris nostri dei,* &c.] Dum eorum operibus laudantur. *z* ¶ *Apparuit enim gratia dei,* &c.] Nullam conditionem excipit.

a ¶ *Erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria,* &c.] Seculare est omne desiderium carnale, & omnis habitatio temporalis. *b* ¶ *Sobrie.*] Perfectẽ, domino dicente: Attẽdite ne grauentur corda uestra in crapula & ebrietate & curis huius uitæ, *c* ¶ *Iustẽ & piẽ uiuamus,* &c.] Iustitia nõ temperatur, nisi pietas adiungatur. *d* ¶ *Expectantes bonam spem.*] D Qui eius mãdata seruauerint. *e* ¶ *Et ad uentum gloriæ magni dei,* &c.] Spiritum dicit magnum deum: quia ipsius expectamus aduentum. *f* ¶ *Qui dedit semetipsum pro nobis,* &c.] Quia se dedit, caueamus ne beneficium eius inane & irritum faciamus.

g ¶ *Hæc loquere, & exhortare.*] Omnis sermo tuus in hac exhortatione consistat. *h* ¶ *Et argue cum omni imperio.*] Acriter argue eos qui ita nõ uiuunt. *i* ¶ *Nemo te cõtemnat.*] Talem te exhibe ne contẽni possis. Vita enim autoritatem tribuit uerbo.

Cap. III

Admone illos, &c.] Non ad aliquod malum. *l* *Neminem blasphemare.*] Ne illos quidem qui merentur. *m* ¶ *Non litigiosos,* &c.] Ne uicem reddendo prouocent litem. *n* ¶ *Omnem ostendentes mansuetudinem,* &c.] Non solum ad bonos uel ad amicos. *o* ¶ *Eramus enim aliquando & nos insipientes,* &c.] Ne desperent correptione sua, opponit exẽplum se, quia & nos fuimus, inquit, tales: debemus igitur patienter eorũ insipientiã tolerare. *p* ¶ *Cum aũt benignitas.*] Siue largitas misericordiæ dei, siue secundum hominem Christus,

A *a* ¶ *Per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti,* &c.] Quia nos spiritus sanctus per baptismum renouauit. *b* ¶ *Quem effudit abunde in nos per Iesum Christum saluatorem nostrum.*] Abundantius quàm in ueteri testamento. *c* ¶ *Vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem uitæ æternæ.*] Non secundum carnalem hæreditatem uitæ temporalis. *d* ¶ *Fidelis est sermo.*] Ne quis dubitet. *e* ¶ *Et de his uolo te confirmare,* &c.] Confirmare scientem, nõ instruere ignorantem. *f* ¶ *Vt curent bonis operibus præesse qui credunt deo,* &c.] Ad bona opera docenda præesse. *g* ¶ *Hæc sunt bona & utilia hominibus,* etc.] Hæc, non illa quæ sequuntur. *h* ¶ *Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones,* &c.] Non uult nos superfluis contentionibus implicari, quæ in lege de generationibus oriuntur: sed hęc loqui semper, de quibus proficient audientes. *i* ¶ *Et pugnas legis deuita: B sunt enim inutiles & uanæ.*] Quasi contrariæ oppositiones quas hæretici consectantur. C *k* ¶ *Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuita.*] Nec circa ipsos nos occupari permittit, si correpti iterum non corrigantur: ne tempus inani contentione perdamus, & aliquid proprio iudicio conatus nihil efficiat: quia unicuique manet libertas arbitrij, & funiculis peccatorum unusquisque constringitur. *l* ¶ *Cum misero ad te Artemam aut Tychicum, festina ad me uenire Nicopolim,* &c.] Vt nihil perdãt de fructu doctrinæ tardantes. *m* ¶ *Discant autem & uestri bonis operibus præesse ad usus necessarios,* &c.] Idipsum repetit quod superius dixerat: Curent bonis operibus præesse credentes.

n ¶ *Salutant te qui mecum sunt omnes,* &c.] Qui nos fideliter amant, siue qui fidei causa nos amant. Notãdum quod excipit Apostolus quos salutat.

Commentariorũ in epistolam ad Titum finis. D

COMMENTARIA IN EPISTOLAM ad Philemonem.

PAulus uinctus Iesu Christi.] In carcere, uel in catenis. p ¶ *Philemoni dilecto adiutori nostro, & Apphiæ charissimæ.*] In euangelio adiutrici. Apphia uero soror uel coniunx creditur. q ¶ *Et Archippo commilitoni nostro.*] Hic diaconus erat, de quo ad Col. 4. d Colossenses ait: Dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti ut illud impleas. r ¶ *Et ecclesiæ quæ in domo tua est. Gratia uobis et pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.*] Cum omni gratiarũ actione & cum gaudio exorat. s ¶ *Gratias ago deo meo, semper memoriã tui faciens in orationibus meis faciens, audiens charitatem tuam & fidem.*] Quæ nobis in bonis operibus innotescit. t ¶ *Quam habes in domino Iesu & in omnes sanctos.*] Qui diligit caput, necesse est eum omnia diligere membra. u ¶ *Vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis operis boni in Christo Iesu.*] Omnes sanctos diligis, in tantum ut omnes boni nostrorum in Christo euidenter te fidelem esse cognoscãt. x ¶ *Gaudium enim magnum habui & consolationem in charitate tua: quia uiscera sanctorũ requieuerunt per te frater.*] Quos hospitio recipiens refecisti. y ¶ *Propter quod multam fiduciã habens in Christo Iesu imperandi tibi.*] Cum nobis causa ipsius dederit fiduciam imperandi, tamẽ charitate facienda obsecrare malumus ẽ̃ iubere. z ¶ *Quod ad rem pertinet,*] Quod ad rem pertinet rei Christianæ. a ¶ *Propter charitatem magis obsecro cum talis sis ut Paulus senex: nunc autem & uinctus Iesu Christi.*] Moribus talis, qualis ille qui in senectute etiam pro Christo uincula non recusat. b *Obsecro te pro filio meo*] Quando erat gentilis uel carnalis.

AD PHILEMONEM

PAVLVS uinctus Iesu Christũ, & Timotheus frater, Philemõni dilecto adiutori nostro, & Apphiæ sorori charissimę, & Archippõ commilitoni nostro, et ecclesiæ quæ in domo tua est: Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.

Gratiãs ago deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiẽs charitatem tuã & fidem quam habes in domino Iesu & in omnes sanctos: ũt cõmunicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis operis boni in Christo Iesu. Gaũdium enim magnũ habui & consolationẽ in charitate tua: quia uiscera sanctorũ requieuerunt per te frater: prõpter quod multã fiduciã habens in Christo Iesu, imperãdi tibi qũod ad rẽ pertinet: propter charitatem magis obsecro cum sis talis ut Paulus senex: nunc aũt & uinctus Iesu Christi: obsecrõ te pro meo filio quẽ genui in uinculis Onesimo, qui tibi aliquãdo inutilis fuit: nũc autem & mihi & tibi utilis, quem remisi tibi.

Tu autẽm illum ut mea uiscera susci-
pe. Quẽm ego uolueram mecũ detinere, ut pro te mihi ministraret in uin
culis euangelij. Sinẽ consilio autẽ tuo nihil facere uolui: uti nẽ uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed uoluntarium. Forsitãn enim ideo discessit ad horam à te, ut illum recipe res: iãm non ut seruũ, sed pro seruo charissimum fratrem, mãxime mihi, quanto autẽ magis tibi, & in carne & in domino. Si ergo mẽ habes socium, susci-pe illum sicut me. Si aũtem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu, ego reddam: ut nõ dicam tibi quod & teipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino, refice uiscera mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id quod dico facies. Simul aũt & para mihi hospitium. Nam spero per orationes uestras donari me uobis. Salutãt te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu: Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro. Amen.

COMMENTARIORVM IN OMNES
PAVLI EPISTOLAS
FINIS.

a ¶ *Tu aũt illum ut mea ut cera suscipe.*] Velut filiũ nostrũ charissimum. b ¶ *Quem ego uolueram mecum detinere.*] Ex hoc cognosce qualis sit, qui mihi ita placuit, ut tua uice ministraret. c ¶ *Sine consilio autem tuo nihil uolui facere.*] Ita loquitur ut eũ ad ipsum remittat, siue ut magis eius utilitas commendetur. d ¶ *Vt ne uelut ex necessitate.*] Notandum q̃ neminẽ uoluerit necessitate boni aliquid facere, ne mercedem amitteret. e ¶ *Forsitan enim ideo discessit.*] Fortè hoc dei prouidentia procurauit. f ¶ *Iam non ut seruũ.*] Iam enim non quasi ex necessitate seruus, sed quasi frater uolũtarius. g ¶ *Maxime mihi.*] Cui & carnaliter & secũdum fidem debet obsequium. h ¶ *Si ergo me habes socium.*] Si me diligis, ita illum suscipe sicut me: quia ego illum diligo sicut te. i ¶ *Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi manu mea: ego reddam ut nõ dicam tibi quod & teipsum mihi debes, & cæt.*] Hic ostenditur, quia prima uice sit ex urbe dimissus. k *Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu: Marcus, Aristarchus, Demas et Lucas adiutores, &c.*] Non alicuius criminis causa, sed fidei societate.

DIVI HIERONYMI AD
PAVLINIANVM IN LIBRVM DIDYMI de spiritu sancto Præfatio.

CVM in Babylone uersarer: & purpuratę meretricis essem colonus: & iure Quiritũ uiuerẽ: uolui garrire aliqd de spiritu sancto, & cœptũ opusculũ, eiusdẽ urbis põtifici dedicare: Et ecce olla illa quæ in Hieremia post baculum cernit à facie Aquilonis cœpit ardere: & pharisæorũ cõclamauit senatus, & nullus scriba uel fictus, sed oĩs quasi indicto sibi prelio doctrinarũ, aduersum me imperitię factio cõiurauit. Ilico ego uelut postliminio Hierosolymam sum reuersus: & post Romuli casam & ludorũ lupercalia, diuersoriũ Mariæ & saluatoris speluncã aspexi. Itaq; mi Pauliniane frater, qa supradictus põtifex Damasus qui me ad hoc opus primus impulerat, iã dormit in Christo: tã tuo q̃ uenerabiliũ mihi ancillarũ Christi, Paulæ & Eustochij nũc adiutus oratu: canticũ quod cantare nõ potui in terra aliena: hic à uobis in Iudęa ꝓuocatus immurmuro, augustiorẽ multo locũ existimãs, qui saluatorẽ mundi, q̃ qui fratris genuit parricidã. Et ut autorẽ titulo fatear: malui alieni operis interpres existere, q̃ (ut quidam faciunt) informis cornicula, alienis me coloribus adornare. Legi dudũ cuiusdam libellos de spiritu sancto, & iuxta Comici sentẽtiã, ex Græcis bonis, Latina uidi nõ bona. Nihil ibi dialecticũ, nihil uirile atq; districtũ, quod lectorem uel ingratis in assensum trahat: sed totum flaccidum, molle, nitidum, atq; formosum & exquisitis hincinde odoribus pigmentatũ. Didymus uero meus, oculum habens sponsę de Cantico canticorum: & illa lumina quæ in candentes segetes sublimari Iesus præcepit, procul altius intuetur: & antiquum nobis morem reddidit, ut uidens uocet propheta. Certe qui hunc legerit: Latinorum furta cognoscet, & contemnet riuulos, cum cœperit haurire de fontibus. Imperitus sermone est & non scientia: apostolicum uirum ex ipso sermone exprimens, tam sensuum nomine quàm simplicitate uerborum.

DIDYMI DE SPIRITV SANCTO LIBER PRIMVS, DIVO Hieronymo interprete.

OMNIBVS quidem quæ diuina sunt, cum reuerentia & uehementi cura oportet intendere, maxime autem his quæ de spiritus diuinitate dicuntur: præsertim cum blasphemia in eum sine uenia sit, ita ut blasphemantis pœna tendat nõ solum in omne prẽsens seculum, sed etiam in futurũ. Ait quippe saluator, blasphemanti in spiritum sanctum non esse remissionẽ, neq; in isto seculo, neq; in futuro. Vnde magis ac magis oportet intendere: quæ scripturarum de eo relatio sit: ne in aliquem saltem per ignorantiam blasphemiæ error obrepat. Expedierat quidem fideli & timido moderanti uires suas magnitudinem præsentis quæstionis silentio præterire: & rem plenam periculo, non in suum discrimen attrahere. Verum quoniam quidam temeritate potius, quàm recta uia etiam in superna eriguntur, & hæc de spiritu sancto iactitant, quæ neque in scripturis lecta, neq; à quoquam ecclesiasticorum ueterum usurpata sunt, compulsi sumus creberrimæ adhortationi fratrum cedere, quæq; sit nostra de ea opinio, etiam scripturarum testimonijs comprobare, ne imperitia tanti dogmatis hi qui contraria opponunt, decipiant eos qui sine discussione solicita, in aduersariorũ sententiã statim pertrahunt. Appellatio spiritus sancti & ea quę monstratur ex ipsa appellatione substantia: penitus ab his ignoratur qui extra sacram scripturam philosophantur. Solummodo enim in nostratibus literis, &

notio eius & uocabulũ referẽ, tã in nouis q̃ in ueteribus. Veteris quippe teſtamẽti homo Dauid, particeps eius effectus, orabat ut in ſe permaneret dicẽs: Spiritũ tuũ ſanctũ ne auferas à me. Et Danieli adhuc puero ſuſcitaſſe dicit deus ſpiritũ ſanctũ, quaſi iam habitantem in eo. Necnõ etiã in nouo teſtamẽto, hi uiri qui deo placuiſſe referunt, ſpiritu ſancto pleni ſunt. Ioannes quippe adhuc in matris utero ſanctificatus exultat. Et Ieſus à mortuis reſurgens, cũ inſufflaſſet in faciẽ diſcipulorũ ait: Accipite ſpiritũ ſanctũ. Plena ſunt uolumina diuinarũ ſcripturarũ his ſermonibus, quorũ congeriem in preſenti opere digerere ſuperſedi: quia difficile nõ eſt ex his quæ aſſumpſimus unũquemq; lectorẽ ſibi ſimilia reperire. Nemo aũt ſuſpicetur aliũ ſpiritũ ſanctũ fuiſſe in ſanctis uiris ante aduentũ domini: & alium in apoſtolis cæterisq; diſcipulis, & quaſi nomina in differentibus eſſe ſubſtantijs. Poſſumus quidẽ teſtimonia de diuinis literis exhibere: quia idẽ ſpiritus & in apoſtolis & in prophetis fuerit. Paulus in epiſt. quã ad Hebræos ſcribit: de pſalmorũ uolumine teſtimoniũ proferẽs ab ſpiritu ſancto id dictũ eſſe cõmemorat. Et ſicut dicit hic ſpiritus ſanctus: Hodie ſi uocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra &c. In fine quoque Actuũ apoſtolorũ cum Iudæis diſputans ait: Sicut ſpũs ſanctus locutus eſt per Eſaiã prophetam ad patres noſtros, dicẽs: auditionẽ audietis, & nõ intelligetis. Neq; eñ Paulus alium habens ſpiritũ ſanctũ, hæc de eo ſcripſit, qui in prophetis ante aduentũ dñi alius fuit: ſed de eo cuius & ipſe particeps fuit, & oẽs qui in fide cõſummatæ uirtutis ferebant. Vnde & cum articulo eius meminit, quaſi ſolitariũ & unum eſſe cõteſtans: ubi dicit non ſimpliciter πνεῦμα ἅγιον: hoc eſt ſpũs ſanctus, ſed cum additamẽto articuli τὸ πνεῦμα ἅγιον: hoc eſt hic ſpiritus ſanctus. Et Eſaiam prophetaſſe cõmemorat cũ articulata uoce καὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον, id eſt per hunc ſpiritũ ſanctũ, & nõ ſimpliciter πνεῦμα ἅγιον. Petrus quoq; in eo ſermone quo præſentibus perſuadebat, Oportuerat, inquit, impleri ſcripturã, quã locutus eſt ſpiritus ſanctus, id eſt τὸ πνεῦμα ἅγιον, per os Dauid de Iuda, oſtendẽs & ipſe eundẽ ſpiritũ, & in prophetis & in apoſtolis operatũ. Plenius de hoc in conſequentibus tractabimus, cum dicere cœperimus, non ſolum dñm uerbũ factum eſſe ad prophetas, ſed & ſpiritũ ſanctũ, quia & inſeparabiliter poſsidetur, cum unigenito filio dei. Ipſa uox ſpiritus ſancti, nõ eſt uacua appellatio, ſed ſubiacẽtis eſſentiæ demonſtratrix, patri filioq; ſocia, & à creaturis penitus aliena. Cum enim creaturæ in uiſibilia & in inuiſibilia, id eſt in corporalia & in incorporalia partiantur, nec de corporalibus ſubſtantijs eſt ſpiritus ſanctus, animæ & ſenſus habitator, ſermonis & ſapientiæ & ſcientiæ effector, nec de inuiſibilibus creaturis. Hæc quippe omnia, ſapientiæ & cæterarũ uirtutũ & ſanctificationis capacia ſunt. Iſta uero ſubſtantia de qua nunc ſermo eſt, ſapiẽtię & ſcientiæ & ſanctificationis effectrix eſt. Neq; eñ inueniri poteſt aliqua in ſpiritu ſancto fortitudo, aut operatio ſanctificationis uirtutisq;, quã ab extraneo quodã ſuſtineat, quia iſtiuſmodi natura mutabilis eſt. Porrò ſpiritus ſanctus, confeſsione omniũ immutabilis eſt ſanctificator, ſcientiæ diuinæ & uniuerſorũ attributor bonorũ, & ut breuius dicam, ipſe ſubſiſtens in his bonis quæ à dño largiũtur. Nam eundẽ euangelij locum Matthæus Lucasq; deſcribens, alter ex his ait, Quanto magis pater cœleſtis dabit bona petẽtibus ſe? Alter uero, Quanto magis pater ueſter cœleſtis dabit ſpiritũ ſuum ſanctũ petẽtibus ſe? Ex quibus apparet ſpiritum ſanctum plenitudinẽ eſſe donorum dei, & ea quæ diuinitus adminiſtrantur non abſq; eo ſubſiſtere, quia omnes utilitates, quæ ex donorum dei gratia ſuſcipiũtur, ex iſto fonte demanant. Quod autem ſubſtantialiter bonum eſt, non poteſt extraneæ capax eſſe bonitatis, cum ipſum tribuat cæteris bonitatem. Igitur manifeſtum eſt, non à corporalibus tantum, ſed & ab incorporalibus creaturis extraneum eſſe ſpiritum ſanctum: quia cæteræ ſubſtantiæ hanc ſubſtantiam ſanctificationis accipiunt: iſte uero non tantum non eſt capax ſanctificationis alienæ, ſed inſuper attributor eſt & creator. Deniq; qui cõmunione fruuntur, participes dicuntur ſpiritus ſancti, ſanctifi cati utiq; ab eo. Perſpicue enim ſcriptum eſt, quod ſpiritui gratiæ, in quo ſanctificatus eſt, cõtumeliam faciens, graui punietur peccato. Si autem ſanctificatus eſt per communionem ſpiritus ſancti, oſtenditur quod ipſe particeps eius fuerit, & largitor eius ſanctificatiõis ſpiritus ſanctus. Apoſtolus

A ſtolus quoq; ad Corinth. ſcribens: & enumerans eos qui regnũ cœlorum ſunt conſecuturi, addit dicens: Et hæc quidẽ fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in noĩe Ieſu Chriſti & in ſpiritu dei noſtri. Spiritũ dei non alium aſſerens eſſe q̃ ſpiritum ſanctum. Etenim in conſequentibus idem approbat, dicens: Nemo in ſpiritu dei loquens, dicit anathema Ieſu, & nemo dicit dñm Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto: ſpiritum dei, ſpiritum ſanctũ eſſe cõfirmans. Si igitur ſanctificator eſt: non mutabilis, ſed immutabilis ſubſtantiæ oſtenditur. Immutabilẽ aũt ſubſtantiam dei tantum & unigeniti filij eius, manifeſtiſsime tradunt diuina eloquia: conuertibilẽ et mutabilẽ omnẽ creaturarũ ſubſtantiã prædicantia. Ergo quoniã ſubſtantia ſpiritus ſancti non conuertibilis ſed incõuertibilis demonſtrata eſt: nõ erit creaturæ ὁμούσιον. Eſſet quippe & creatura immutabilis, ſi cum patre poneretur & filio: eandẽ habens incõuertibilitatẽ. Omne eñ quod alieni boni capax eſt: ab hac ſubſtantia ſeparatur. Tales autem ſunt cunctæ creaturæ: deus uero cum bonus, fons & principium bonorũ eſt: facit igitur eos bonos, quibus ſe impertit, bonus ipſe nõ factus ab alio, ſed ſubſiſtens: ideo capabilis, non capax. Vnigenitus quoq; filius, eius ſapientia & ſanctificatio nõ fit ſapiens, ſed ſapientes facit: & nõ ſanctificatur, ſed ſanctificat. Vnde & ipſe capabilis eſt, & nõ capax: Cũ igitur inuiſibilis creatura, quã rationabilem & incorporalẽ ſubſtantiã uocari conſuetudinis eſt, nõ ſit capabilis, ſed capax: ſi eñ capabilis eſſet, nullius boni capax eſſet, per ſe ſimplex ipſa ſubſiſtẽs & alterius boni receptatrix: participatione habeat bonũ, & nõ de his quæ habentur ab alijs, ſed de his quæ habẽt alia intelligat, patre & filio habitis magis q̃ habentibus: creatura uero habente, & non habita: de ſpiritu quoq; ſancto retractemus, & ſi quidem ipſe quoq; participatione alterius ſanctimonię ſanctus eſt, cõnumeret cęteris creaturis. Si uero ſanctos facit capaces ſui: cum patre ponatur & filio. Quod aũt ab alijs capiatur ſpũs ſanctus, & non alia capiat, &
B nunc & in ſectarum uolumine prout potuimus expreſsimus: & ex omni ſcriptura ſermonem noſtrũ affirmare perfacile eſt. Beatus quoq; Apoſt. ad Epheſios ſcribẽs ait: In quo et credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſsionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. Si eñ ſignant quidã ſpiritu ſancto, formã & ſpeciẽ eius aſſumẽtes: ex his eſt ſpiritus ſanctus quæ habentur & nõ habent: habentibus illũ ſignaculo eius impreſsis. Ad Corinth. quoq; idem ſcribens: Nolite, inquit, contriſtare ſpiritũ ſanctũ, in quo ſignati eſtis: ſignatos eſſe conteſtans eos qui ſuſceperãt cõmunionem ſpiritus ſancti. Quõ enim diſciplinæ & uirtutis aſſumptor, ſignaculum & figurã (ut ita dicam) in ſuum ſenſum recipit eius ſcientiæ, quam aſſumpſit: ſic & is qui ſpiritus ſancti particeps efficitur, per cõmunionẽ eius fit ſpiritualis pariter & ſanctus. Ipſe ſpiritus ſanctus, ſi unus de creaturis eſſet: ſaltem circũſcriptam haberet ſubſtantiã: ſicut uniuerſa quæ facta ſunt. Nam & ſi nõ circunſcribantur loco & finibus, inuiſibiles creaturæ: tamen proprietate ſubſtantiæ finiunt. Spiritus aũt ſanctus cum in pluribus ſit: non habet ſubſtantiam circunſcriptã. Mittens quippe Ieſus prædicatores doctrinę ſuæ, repleuit eos ſpiritu: & inſufflans in faciẽ eorum: Accipite, inquit, ſpiritum ſanctum, & euntes docete omnes gentes, quaſi omnes cunctis gẽtibus mitteret. Neque enim omnes apoſtoli, ad omnes gentes pariter ſunt profecti, ſed quidã in Aſiam, quidam in Scythiam, & alij in alias diſperſi nationes, ſecundum diſpenſationẽ illius quẽ ſecum habebant ſpiritus ſancti, quomodo & dominum dicentem: uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſeculi. His & illud cõgruit: Accipietis uirtutem ſuperuenientis ſpiritus ſancti in uos, & eritis teſtes mihi in Hieruſalem, & in omni Iudęa & Samaria, & uſq; ad extremũ terrę. Si ergo hi in extremis finibus terrę ob teſtimoniũ dñi conſtituti, diſtabãt inter ſe longiſsimis ſpacijs: aderat aũt eis inhabitator ſpiritus ſanctus, incircunſcriptam habens ſubſtantiam, demonſtratur angelica uirtus ab hoc prorſus aliena. Angelus quippe qui aderat, uerbi gratia, Apoſtolo in Aſia oranti: non poterat ſimul eodẽ tẽpore adeſſe alijs in cæteris partibus mundi cõſtitutis, Spiritus aũt ſanctus non ſolum ſeiũctis à ſe hominib. præſto eſt, ſed & ſingulis quibuſq; angelis, principatibus, thronis, dominationibus inhabitator aſsiſtit: & ut homines ſanctificans, alterius q̃ ſunt homines eſt naturæ, ſic & alias creaturas ſanctificans, alius ab earum eſt ſubſtantia, quoniam

omnis creatura nõ ex ſua ſubſtãtia,ſed ex cõmunione alterius ſanctitatis, ſancta perficit. C
Dicti ſunt quidẽ ſancti angeli in euãgelio ſaluatore dicẽte, uenturũ eſſe filiũ hoĩs in maieſtate ſua & patris,& ſanctorũ angelorũ.Et Cornelius in Actib.apoſtolorũ à ſancto angelo ſcribit accepiſſe reſponſum, ut Petrum ad ſe Chriſti diſcipulũ uocaret. Verũ ſancti ſunt angeli participatione ſpũs ſancti, & inhabitatione unigeniti filij dei,qui ſanctitas eſt & cõmunicatio patris. De quo ſaluator ait: Pater ſancte. Si igitur angeli non ex propria ſubſtãtia ſancti ſunt,ſed ex participatione ſanctę trinitatis,alia angelorũ oſtendit à trinitate eſſe ſubſtantia.Vt em̃ pater ſanctificans,alius eſt ab his qui ſanctificant: & filius eſt alius ab his quos efficit ſanctos, ita & ſpũs ſanctus alterius eſt ſubſtãtiæ ab his quos ſui largitione ſanctificat. Si uero hęretici ꝓpoſuerint ex natura cõditionis ſuæ angelos ſanctos eſſe,cõſequenter cogunt̃ dicere ὁμοσίους eſſe trinitati,& incõuertibiliter eos iuxta ſubſtãtiã ſanctos eſſe.Si aũt hoc refugientes,dixerint unius quidẽ naturæ eſſe cũ cæteris creaturis, nõ tamen eandẽ habere ſanctitatẽ, quã hoĩes habent, neceſſario deducent̃, ut dicant multo melioris homines eſſe ſubſtãtiæ:cum hi per cõmunionẽ trinitatis habeant ſanctitatem,et angeli propria natura ſancti ab ea ſint alieni. Sed uota ſunt hominũ perfectorũ,& ad cõſummationẽ ſanctitatis uenientiũ,æquales angelis fieri. Angeli quippe hominibus, & non homines angelis auxiliũ tribuunt,miniſtrantes eis ſalutẽ, & annunciantes eis largiora dei beneficia.Ex quo liquido oſtendit̃,honorabiliores & multo meliores eſſe angelos hominibus per germaniorẽ, ut ita dicã, & pleniorẽ trinitatis aſſumptionẽ. Quapropter cũ alius ſit ſpũs ſanctus ab his quę ipſe ſanctificat,nõ eſt unius naturę cũ cęteris creaturis quæ eum recipiunt.Si aũt alterius eſt naturæ à creaturis,& in propria ſubſiſtit eſſentia:increatus & ineffectus oſtendit̃.Multæ ſcripturæ ſunt,quæ ſine ambiguitate conuincant,alterius eũ à cunctis cõditionibus eſſe naturæ. Quidã etiam ſpiritu ſancto pleni eſſe D
dicunt̃: nemo aũt ſiue in ſcripturis, ſiue in cõſuetudine plenus creatura dicit̃.Neq; enim aut ſcriptura ſibi hoc uendicat, aut ſermo cõmunis, ut dicas plenũ eſſe quẽpiam angelo, throno,dominatione:ſoli quippe diuinę naturæ,hic cõuenit ſermo:dicimus aũt uirtutis & diſciplinæ quoſdã eſſe plenos,ut illud:Repletus eſt ſpiritu ſancto:nõ aliud ſignificãtes q̃ plenos eſſe cõſummatæ atq; perfectę uirtutis.Scriptũ eſt de Ioãne: Et ſpiritu ſancto implebitur adhuc ex utero matris ſuæ. Et iterũ: Repleta eſt ſpiritu ſancto Eliſabeth. Et poſt alia.Et ſpiritu ſancto repletus eſt Zacharias pater eius.Haud dubiũ, quin & Ioannes prophetauit. Necnõ in Actibus apoſtolorũ de multis credentibus qui in unum cõuenerant refertur:Repleti ſunt ſpiritu ſancto.Cum aũt participabilis ſit ſpiritus ſanctus,ad ſimilitudinem ſapientiæ ac diſciplinæ,non in caſsis nominib. ſcientiæ ſubſtantiam poſſidet, ſed per naturã ſanctificantẽ & implentem bonis uniuerſa bonus ipſe ſubſiſtit: iuxta quam & repleti quidam ſpiritu ſancto eſſe dicuntur: ut in Actibus apoſtolorum ſcriptum eſt: Et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & loquebantur uerbum dei cum fiducia. Quomodo enim qui aliqua diſciplina plenus eſt, quia perfecte eam habet, erudite & ſubtiliter poteſt de ea proferre ſermonem: ſic qui ſpiritũ ſanctum conſummate acceperint, ita ut impleantur eo, cum fiducia uerbum dei loquuntur, quia præſens ſpiritus ſanctus dignam deo uocem miniſtrat.Hinc quidam cum ſupercilio ait: Hæc dicit ſpiritus ſanctus. Et apoſtolus,Sed impleamini, inquit, ſpiritu ſancto. Et in multis locis Actuum apoſtolorum, pleni fuiſſe ſpiritu ſancto diſcipuli domini ſcribuntur. Conſiderate ergo fratres uiros ex uobis teſtimonium habentes ſeptem, plenos ſpiritu ſancto & ſapientia. Et de Stephano, Cum autem plenus eſſet ſpiritu ſancto,intuens in cœlum uidit gloriam dei,& Ieſum ſtantem à dextris dei. Et de electionis uaſe dicitur. Saulus autem qui & Paulus plenus ſpiritu ſancto, intuens in eum ait. Et in cõmune de uniuerſis credentibus annotatur. Diſcipuli quoq; replebãtur gaudio & ſpiritu ſancto. Angeli autem præſentia ſiue alicuius alterius excellentis naturæ quæ facta eſt,non implet mentẽ atq; ſenſum,quia & ipſa aliunde completur. Quomodo em̃ ex plenitudine quis accipiens ſaluatoris, plenus efficit̃ ſapientia & uirtute & iuſtitia & ſermõe dei:ſic qui ſpiritu ſancto plenus eſt,ſtatim uniuerſis donationibus dei replet̃,ſapiẽtia,ſciẽtia,fide, cæterisq; uirtutibus.Qui igit̃ implet uniuerſas creaturas

A turas quæ tamen poſſunt uirtutẽ & ſapientiã capere,nõ eſt ex his quæ ipſe cõplet.Ex quo colligitur alterius eum eſſe ſubſtantiæ, q̃ ſunt oẽs creaturæ. Diximus & alibi,quia ſuperintelligatur in ſancti ſpiritus ſubſtantia etiã plenitudo munerũ diuinorũ.Deniq; impoſſibile eſt gratiã dei ſortiri quempiã,ſi nõ habeat ſpiritum ſanctũ,in quo approbamus cuncta dei dona conſiſtere.Quod uero is qui habet eum, ſermonem quoq; ſapientiæ & reliqua bona perfecte cõſecutus ſit, & nunc manifeſte ſermo demonſtrat, & paulo ante dixi mus ſubſtantiã bonorũ dei ſpiritũ ſanctum eſſe,cum poſuimus exemplũ:Dabit pater ſpiritum ſanctum petentibus ſe,& dabit pater bona petentibus ſe. Nec exiſtimare debemus ſpiritum ſanctũ ſecundũ ſubſtantias eſſe diuiſum,quia multitudo bonorũ dicatur:Impaſſibilis enim & indiuiſibilis atq; immutabilis eſt, ſed iuxta differentes efficientias & intellectus,multis bonorũ uocabulis nuncupat̃,quia participes ſuos non iuxta unam eandẽq; uirtutem cõmunione ſui donet, quippe cum ad utilitatẽ uniuſcuiuſq; aptus ſit, & repleat bonis eos, quibus indicat ſe adeſſe debere. Deniq; Stephanus primus ille teſtis ueritatis, & dignus ſuo noĩe,plenus ſapiẽtia & ſpiritu ſancto dictus eſt,ſapientia cõſequẽter ſuperintellecta,cõmorante in eo ſpiritu ſancto, ſicut loquitur ſcriptura: Et elegerunt Stephanum plenum fide & ſpiritu ſancto apoſtoli. Et,Stephanus aũt plenus gratia & uirtute,faciebat prodigia & ſigna magna in populo.Et adhuc de eodẽ:Et nõ ualebant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebat̃ in illo. Plenus em̃ ſpiritu ſancto uir beatus & fidei effectus eſt particeps,quæ ex ſpiritu ſancto uenit,iuxta illud: Alij aũt fides in eodẽ ſpiritu.Et gratiam atq; uirtutẽ, iuxta eundẽ ſpiritũ habens, ſigna & prodigia magna faciebat in populo. Necnon & illis donationibus ſecundum eundem ſpiritum affluebat,quæ uocantur curationũ gratiæ atq; uirtutes. Et hæc em̃ in enumeratione dõnorũ dei, in ſpiritu & ſecundũ ſpiritũ, in prima apoſtoli Pauli epiſtola ad Corinthios collocant̃. Intantũ aũt Stephanus
B diuina gratia abundabat, ut nemo contradicentiũ & eorũ qui aduerſus eum diſputabãt, ualerent reſiſtere ſapiẽtiæ & ſpiritui qui loquebatur in illo. Erat quippe ex ſpiritu ſancto ſapiens. Vnde & ad diſcipulos ſuos Ieſus perſpicue proclamat: Cũ introducti fueritis ad principatus & poteſtates & cõcilia & ſynagogas, nolite eſſe ſoliciti quid uos oporteat dicere,aut quid loquamini in illo tẽpore. Dabuntur enim uobis à ſpiritu ſancto ſermones ſapiẽtiæ,quibus nõ queant cõtradicere,ne hi quidẽ qui uehemẽter in diſputationib. callent. Sed ponamus ipſum teſtimoniũ quod ita cõtexit̃, Cum aũt introduxerint uos in ſynagogas ad principatus & poteſtates,nolite ſoliciti eſſe quõ,aut quid reſpondeatis.Spiritus enim ſanctus docebit uos in eadẽ hora quæ oporteat dicere. Et in alio euãgelio.Ponite ergo in cordibus ueſtris nõ præmeditari quẽadmodũ reſpõdeatis: Ego quippe dabo uobis os & ſapientiã,cui non ualeant cõtradicere,aut reſpõdere.Spiritu uero ſancto tribuente apoſtolis uerba aduerſus eos qui euangelio contraibant, dilucide oſtenditur in ſubſtantia eius ſuperintelligi ſapientiæ & ſcientiæ ſermonẽ. Quõ aũt ſaluator in illa hora os & ſapientiã diſcipulis largiatur,quibus cõtradicere nõ queant,ne hi quidem qui apud homines eloquentiſsimi putantur, non eſt huius tẽporis differere, quia nunc propoſuimus oſtendere ſuperintelligi ſemper in ſpiritu ſancto dona uirtutũ, ita ut is qui eum habet,donationibus dei plenus habeatur.Vnde & in Eſaia,ipſe deus cuidã dicit: Ponã ſpiritum meum ſuper ſemen tuum,& benedictiones meas ſuper filios tuos. Nunquã enim accipit quiſquã ſpirituales benedictiones dei,niſi præceſſerit ſpiritus ſanctus. Qui enim acceperit ſpiritũ ſanctum,conſequẽter habebit benedictiones, id eſt ſapientiã & intellectũ & cætera de quibus ita ſcribit apoſtolus:Propter hoc & nos, ex quo die audiuimus, non ceſſamus orantes pro uobis & deprecantes ut impleamini cognitione uoluntatis eius in omni ſapientia & intelligentia ſpirituali, ambulantes digne deo. Eos enim qui digne ſibi per opera & ſermones & prudentiam incedunt, impleri ait uoluntate dei, ponentis ſuper eos ſpiritum ſanctum, ut impleantur ſapientia & intellectu, & reliquis ſpiritualibus bonis.Sapientia autem & intellectus quæ in ſpiritu ſancto ſunt,à deo dantur.Dominus, inquit,dabit ſapientiã, & à facie eius ſapientia & intellectus procedit, cũ ea ſapientia quæ ab hominibus uenit non ſit ſpiritualis, ſed carnea & humana. De hac itaque Apoſtolus

ſcribit: Nõ in ſapientia carnali, ſed in gratia dei cõuerſati ſumus in mundo: carnalẽ ſapien C
tiã dicens quæ in rebus corporeis ex humano ſubſiſtit cogitatu. Porro ſpiritualis ſapiẽtia & intellectualis, circa inuiſibilia & intellectualia ſe tenens: per operationẽ ſpũs ſancti capientibus ſe, ſui præſentiã tribuit. In multis quoq; alijs locis Apoſtolus memorat in ſpũs ſancti ſubſtantia, dei munera cõmorari, ſicut in illo: Deus aũt ſpei repleat uos omni gaudio & pace in credẽdo: ut abundetis in ſpe & uirtute ſpũs ſancti. Deus aũt largitor bonorum, ſpem quam promiſit, reddet in uirtute ſpũs ſancti, his qui habẽt illum: gaudio & pace cõplet eos, qui imperturbatã & ſedatam cogitationẽ poſsidentes, lætas habent mentes & ab omni perturbationũ tempeſtate tranquillas. Qui aũt in uirtute ſpiritus ſancti prædicta bona fuerint conſecuti: etiam rectam fidem in trinitatis myſterio conſequentur. In alio quoq; loco eiuſdem epiſtolæ: Non eſt, inquit, regnũ dei cibus & potus: ſed iuſticia & pax & gaudium in ſpiritu ſancto. In ſpiritu enim ſancto iuſticiã, id eſt uniuerſam uirtutẽ, & quam ſupra diximus pacem, dei gaudio copulatam eſſe aſſerens: his qui ſe audire poterant, manifeſtiſsime probat: non alia hæc bona q̃ ſpiritus ſancti eſſe ſubſtantiã. Cum ergo hæc bona ex largitione ſpiritus ſancti ad homines ueniant: uocatio gentiũ quam introduxit per doctrinã euangelicã, acceptabilis & ſanctificata redditur in ſpiritu ſancto: quia & in hac ſanctificatos & acceptos faciens ſpiritus ſanctus, ſubſtantia eſt bonorũ dei. Et qui illo plenus eſt, uniuerſa iuxta rationẽ agit, docens recte, uiuens irreprehenſibiliter, ſigna atq; portenta uere perfecteq; demonſtrans. Habet em̃ fortitudinẽ ſpiritus ſancti præſtantem ſibi theſaurũ & cauſam plenitudinis omniũ bonorũ. Nouit Petrus diſcipulus domini Ieſu, largitionẽ ſpiritus ſancti donorum dei eſſe naturã. Ait quippe ad eos qui obiurgabant introitum ſuum ad Cornelium. Si itaq; æqualem gratiã dedit illis deus præbens ſpiritum ſanctum, quomodo & nobis in principio: ego quis eram qui poſſem prohibere D
dominum? Et inſuper ad ſuos: Agnitor, inquit, cordium deus, teſtimonium tribuit eis, dans ſpiritum ſanctum ſicut & nobis: & nihil diſcreuit inter nos & eos, fide mũdans corda eorũ. In hunc ſenſum congruit etiam illud quod in multis locis dicitur, ſpiritum ſanctum dari à domino. Iacob puer meus, ſuſcipiã eum, Iſrael electus meus, ſuſcipiet eũ anima mea, dedi ſpiritũ meum in eo. Et adhuc, Qui dat afflatũ populo cõſtituto ſuper eam, haud dubium quin terram, & ſpiritus calcantibus eam. Oſtendimus aũt ſupra non alium eſſe ſpiritum dei, & alium ſpiritũ ſanctum. Paulus quoq;, Charitas, inquit, dei diffuſa eſt in cordibus ueſtris, per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Et illud, Quanto magis pater ueſter cœleſtis dabit ſpiritum ſanctum petentibus ſe. Iſte autem ſpiritus effuſus quoq; eſſe à deo ſuper omnem carnem dicitur, ut prophetent & uiſiones uideant, qui eum acceperint ſecundum Ioelem, qui ex perſona dei loquitur. Effundã de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij ueſtri & filię ueſtrę. Effuſio quippe ſpiritus, cauſa extitit prophetandi, & uidendi ſenſum pulchritudinemq; ueritatis. Ipſum quoq; effuſionis nomen, increatam ſpiritus ſancti ſubſtantiam probat. Neq; enim deus cum angelum mittit, aut aliam creaturam, effundam dicit de angelo meo, aut principatu, aut throno, aut dominatione. In ſolis quippe his quæ ab alijs participantur, hic ſermo conſentit, ſicut & nunc pauloante de charitate dei diximus, quæ effuſa eſt in cordibus eorum qui ſpiritum ſanctum receperunt. Charitas, inquit, dei diffuſa eſt in cordibus ueſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt uobis. Saluator quoq; quia & ipſe capabilis eſt, in ſimilitudinẽ quoq; unguenti effuſus dicitur, Vnguentum effuſum nomen tuum. Nam ut unguentum quod in uaſe continetur, habet quidem odoris ſubſtantiam, ſed prohibeẽ longius ſpargi, quia uaſe intrinſecus clauditur, cum autem uas foris fuerit effuſum, emittit procul beneolenti am ſuam: ita Chriſti nomen bene olens ante aduentum eius, in ſolo Iſraelis populo uerſabatur, quaſi Iudęę uaſe incluſum. Notus enim, ait, in Iudæa deus, in Iſrael magnũ nomen eius. Quando aũt coruſcans in carne ſua ſaluator, in uniuerſam terrã, quin potius in omnem creaturã extendit uocabulum ſuũ, impleto eo quod ſcriptum eſt, Quam admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra, quibus conſequenter Apoſtolus loquitur, Non enim aliud nomẽ datũ eſt ſub cœlo, in quo oporteat ſaluari nos, Et pſalmiſta ad dominũ loquitur, Ma-

A tur: Magnificaſti ſuper omnia nomen ſanctũ tuũ: tunc cõpletum eſt, unguentũ effuſum nomen tuũ. Significat aũt effuſionis uerbũ, largam & diuitẽ muneris abundantiam. Itaq; cum unus alicubi aut duo ſpiritũ ſanctũ accipiunt, non dicitur effundam de ſpiritu meo, ſed tunc quando in uniuerſas gentes munus ſpũs ſancti redundauerit. Et ad Titum Apoſtolus ſalutẽ factam gẽtibus cõmemorat. Non ex operibus iuſticiæ quæ fecimus nos, ſed per lauacrum ſecundæ regenerationis & innouationis ſpũs ſancti, quẽ effudit ſuper nos abundanter. Et hic enim largam attributionẽ ſpũs, uerbum effuſionis oſtendit. Ex quibus uniuerſis docemur, capabilem eſſe ſpũs ſancti ſubſtantiam, & ex hoc increatam. Capabilem ſubſtantiã uocat: quæ capitur à pluribus, & eis ſui conſortiũ tribuit: capacem uero eam quæ cõmunicatione ſubſtantiæ alterius impletur: & capiens aliud, ipſa non capitur ab alio. Capabili quippe ſtatim incõuertibile, & inconuertibili æternũ eſt cõſequens, quomodo econtrario capienti cõuertibile, & cõuertibili creabile ſubſequẽs eſt. Nihil ergo de creaturis incõuertibile, propter quod neq; ſempiternũ eſt. Nõ ſolum igitur quod in hominibus eſt rationale, conuertitur & creatur, uerumetiã in omnibus creaturis hæc eadẽ cõuerſio reperitur. Nam & angelorũ cõuerſiones & ruinas, diuina eloquia demonſtrant. Licet em̃ multitudo angelorũ, et aliarũ excellentiũ uirtutũ, in beatitudine & ſanctimonia perſeuerẽt: tamẽ cum in ea, quæ ſimilem habent naturã cõuerſa ſint, dilucide oſtẽditur in primo eos ſtatu non per immutabilitatẽ ſuæ ſubſtantiæ, ſed per ſolicitius in dño ſeruitium permanere. Neq; enim poteſt coæqualiũ diuerſa eſſe natura. Nam quia omne genus hominũ mortale eſt: & ſinguli hoĩes mortales ſunt: ut è diuerſo quoq; ſi qua de ſuperiorib. immortalia ſunt, haud dubiũ quin om̃ia in eodẽ genere & ſpecie cõſtituta ſint immortalia. Cũ aũt hęc ſe ita habeãt, etiã ſi unus angelus cõuertibilis apparuerit, oẽs conuertibiles erunt, licet nõ ſint conuerſi in beatitudine perſeuerantes: quõ & cuncta hominum corpora diuiſibilia ſunt: quanquã non omnia diuidantur. Quędam enim eorũ paſſã B
diuiſionem, & reliquorũ ſimiliũ ſui naturã interpretantur. His ita ediſſertis, alterius ſubſtantiæ à uiſibilibus & inuiſibilibus creaturis ſpiritus ſanctus oſtenditur. Si aũt hoc uerũ eſt: impijſsime quidã inter omnia cõnumerant ſpiritũ ſanctum: dicentes in eo quod omnia per uerbũ à deo facta ſunt, etiã ſignificari ſpiritus ſancti facturã. Neq; em̃ unum ex omnibus, ſed aliud extra omnia per ſubſtantiã ex utroq; demõſtratus eſt ſpiritus ſanctus. Nam ſi creatura ut ſuperius oſtendimus diuidit in corporalia, & in incorporalia, & conditus eſt ſpũs ſanctus: utiq; aut uiſibilis, aũt inuiſibilis creatura erit, id eſt corporalis aut incorporalis. Verum corpus nequaq̃ erit, ſicut prius diximus: cũ doceat & ſcientiã præſtet, & à ſenſu & anima capiat̃. Sed neq; inuiſibilis creatura erit: ut pauloante de eo diſputauimus. Vnde & apoſtolus in epiſtola quã ad Hebrę̃os ſcripſit, aliũ eum eſſe ab omnib. angelis demonſtrat dicens: Cui enim angelorũ dixit aliquãdo: ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedũ tuorũ? Nõne om̃es ſunt adminiſtratores ſpiritus, in miniſteriũ miſsi, propter eos qui accepturi erant ſalutem? Et poſt alia: Quõ nos effugiemus tantam negligentes ſalutem? Quæ principiũ accipiens ad loquendũ per dominũ, ab his qui audierunt in uos confirmata eſt, teſtimoniũ dante ſignis & prodigijs & uarijs uirtutibus & ſpiritus ſancti diuiſionibus, iuxta ſuã uoluntatẽ. Hoc enim quod ait, cui angelorum, æque accipitur, ac ſi diceret, nulli: per angelicũ nomen ſignificans omniũ ſubſtantiam inuiſibiliũ creaturarũ. Neq; enim ulli quidẽ angelorũ & aliæ cuidã rationabili creaturæ dixit deus, ſede à dextris meis. In cõmune itaq; ſermo pronunciat, nõ eſſe dictum cuiquam creaturæ, ſede à dextris meis. Et hoc in cõmune de creatura. Et pronuncians de omnibus inuiſibilibus creaturis, ait eas eſſe adminiſtratores ſpiritus. Propter quod ſubiecit, Nónne oẽs ſunt adminiſtratores ſpiritus in miniſterium miſsi? Licet enim nõ omnes ſingulatim inuiſibiles creaturæ miſſæ ſunt, tamen quia eiuſdem generis & honoris aliæ miſſæ ſunt, quodãmodo & ipſæ poſsibilitate ſunt miſſæ, miſſarum conſortes æqualisq; ſubſtantiæ. Quomodo igitur alius eſt ab uniuerſis creaturis dominus, per quem principiũ ad loquendũ acceperat illa magna ſalus, cuius negligentes Apoſtolus nolens nos eſſẽ ait, Quomodo nos effugiemus tantam negligentes ſalutẽ, quæ principiũ accipiens ad loquendum

quendum per dominũ ab his qui audierunt in nos cõfirmata eſt: Sed & deus qui teſtimo c
niũ phibet ſignis & portẽtis iſti ſaluti:alius eſt ab omnib. adminiſtratorijs ſpiritibus. Sic
& ſpũs ſanctus, cuius diuiſionibus iuxta uoluntatẽ eius teſtimoniũ perhibet deus, diſtri-
buens eum,nõ per conciſionis partes ,ſed per cõmunionem quibus eum præſtare decre
uerit:alterius eſt & ipſe ſubſtantiæ ab his in quæ diſpartitur effuſus.Igitur quoniã appro-
bauimus iuxta ſcripturarũ ſenſum, alium extra omnẽ creaturam eſſe ſpiritũ ſanctum: in-
caſſum imò impie quidam creatũ eum eſſe oſtendere uolentes , teſtimonio utuntur quo
omnia per uerbũ facta referunt , ut ſcilicet in omnibus, etiã æterna ſubſtantia contineat.
Et quia ad conditionẽ eius approbandam etiam propheticũ ſermonem uſurpant dicente
deo,creo ſpiritum:etiã in hoc eos monſtrare debemus prorſus ab intellectu ueritatis alie
nos.Neq; enim de ſpiritu ſancto propoſitus ſermo prophetæ fuit,ut ex ipſa ſerie & con-
textu eloquij intelligitur. Siquidẽ Amos propheta ex perſona dei: Præparare, inquit, ad
inuocandũ deum tuum ò Iſrael: quoniã ego ſum firmans tonitruum & creans ſpiritum,
& annuncians in homines Chriſtum ſuum: faciens diluculum & nebulam, & aſcẽdens ſu
per excelſa terræ:dñs deus omnipotens nomen eius. Deus enim qui ſe ſpiritum condere
fuerat prælocutus & facere: & tonitruũ dixit ſe firmare, & diluculũ & nebulas facere. Si
igitur in prædicta narratiõe perſeueramus:id eſt,in tonitruo & diluculo & nubibus,eun
dem narrationis ordinem etiã in ſpiritu tenere debemus: ut id quod dicitur à deo tale ſit:
Vt inuoces me qui deus ſum,qui uniuerſa procuro,qui & creator ſum omnium, qui fir-
mo tonitruum,& condo ſpiritum, qui diluculum & nebulam & quaſdam utilitates facio
hominum: præpara te ut inuoces ò Iſrael: ut cum præparatus fueris ad inuocandũ, & me
oraueris qui ſupradicta cõſtituo, felicitate tẽporum & aliorum bonorũ largitionib. per-
fruaris: me tibi per ſingulos annos omnia iuxta naturæ ordinem miniſtrante:ut fœcundẽ
annus fluat, ut ſuis ſpacijs horarum momẽta decurrant: ut ſuo tẽpore tonitrua mugiant, D
ut ſalutaris aura opportunis flatibus inſpiret. Si uero per allegoriã, tonitruum & dilucu-
lum & nebula & creatio ſpũs intelligantur:non ſubſtantiã rei, ſed figuratã interpretatio-
nem ſignificabunt.Quòd ſi è diuerſo oppoſuerit,manifeſte de ſpiritu ſancto hæc dici:qa
inferatur ad creationẽ ſpiritus, illud quod ſequitur:Et annuncians in homines Chriſtum
ſuũ : in Hebræo habetur, annũciat in hominẽ loquelã ſuam: quod ſcilicet qui creator eſt
omnium, ipſe etiam prophetis inſpiret, & ſuam per eos hominibus indicet uoluntatem.
Et ad hoc reſpondendũ eſt , quia quidã hæretici alium extra creatorẽ dominum patrem
ſaluatoris mentiuntur:hoc impijſsime prædicantes:non ſceleratã eorum ſuſpicionẽ pro-
uidentes à deo percuti dicente: Ego formans tonitruũ & creans ſpiritum : & alias mundi
partes faciẽs & gubernans:annuncio in homines Chriſtũ meum.Et hoc eñ prouidentiæ
meæ opus ſuper oĩa opera mea eſt:ut nõ ſolum eorũ quæ foris ſunt:ſed & quæ ad emoli-
mentũ animæ & mentis humilitatẽ pertinent,cauſa ſubſiſtam.Ergo hoc quod dicit,creo
ſpiritum:æque arbitror poſitũ ac ſi diceret,creans uentũ.Deus quippe flatus hos qui per
aeris motũ efficiuntur,diſpoſitione ſua ducit:ſecundũ illud quod alibi legimus: Qui pro
ducit uẽtos de theſauris ſuis.Bene aũt quod in ipſa ſententia nõ ait:qui creaui, ſed qui creo
ſpiritũ.Si enim de ſubſtãtialitate ſpiritus ſancti ſermo eſſet, dixiſſet utiq; qui creaui. Neq;
enim ſemper eundem creat.Nunc aũt conſequenter de flatu dictũ eſt qui creo:quia non
ſemel uenti facti ſunt,ſed in eo quod ſubſiſtunt quotidie fiunt.Neq; enim fruſtra ſine ar-
ticulo qui in Græco ſermone ſingularitatis ſignificator eſt,nunc ſpũs creatus dicit:quo-
niam nõ eſt ſanctus, cum penè ſemper ſpiritus ſanctus cum articulo nominetur,ut in illo
ἀυτὸ τὸ πνεῦμα, id eſt,ipſe ſpiritus teſtimoniũ perhibet ſpiritui noſtro. Et alibi, ἀυτὸς ἔστιν
τὸ ζωοποιοῦν, id eſt,ipſe eſt qui uiuificat.Et rurſum:Sic & quæ dei ſunt,nemo cognouit ni
ſi τὸ πνεῦμα, id eſt ſpiritus dei: τὸ γὰρ πνεῦμα, hoc eſt ſpiritus enim ſcrutat omnia etiã alta
dei.Et multa quę de ſcripturis ſacris excerpere poſsibile eſt.Quod ſicubi raro ſine articu
lo nominat ſpũs ſanctus:ſciendũ eſt cum additamẽto eum nominari ſignificante magni-
ficentiã eius.Si quidẽ dicitur aliquando & ſine articulo, cum nõ ipſe per ſe, ſed particip
tio eius oſtendit:utputa ſpiritus Heliæ, & ſpiritu ambulate: & quæcunq; his ſimilia ſunt.

Quo-

A Quoniam igitur ex his quæ memoraui,& ex multis alijs nõ eſſe creaturã ſpiritũ ſanctũ de
monſtratũ eſt,nuſquã cõditionibus cõnumeratus eſt, ſed ſemper cum patre & filio poſi
tus:nunc uideamus quã cũ utroq; habeat indifferentiã.In fine epiſtolę ſecundę quam ad
Corinthios ſcribit Paulus,ait:Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti,& charitas dei, & cõmu-
nicatio ſancti ſpiritus ſit ſemper cũ omnib. uobis. Oſtendit quippe ex ſermone præſenti
una trinitatis aſſumptio, cũ is q̃ gratiã Chriſti accepit, habeat eã tam per adminiſtrationẽ
patris q̃ per largitionẽ ſpiritus ſancti. Datur enim à deo patre & Ieſu Chriſto, iuxta illud:
Gratia uobiſcum & pax à deo patre & dño Ieſu Chriſto, nõ aliam dante gratiam patre, &
aliã ſaluatore . Si quidẽ & à patre & dño Ieſu Chriſto eã dari deſcribit, ſpiritus ſancti com
munione cõpletam.Nam & ipſe ſpiritus dictus eſt gratia, ſecundum illud: Et ſpiritui gra
tiæ iniuriã faciens, in quo ſanctificatus eſt.In Zacharia quoq; repromittit deus effuſurũ
ſe,id eſt,abundantiſsime tributurũ Hieruſalẽ ſpiritũ gratię & miſerationis.Cum eñ quis
ſpũs ſancti acceperit gratiã,habebit eam datam à deo patre, & à Ieſu Chriſto dño noſtro.
Vna igitur gratia patris & filij & ſpũs ſancti operatione cõpleta,trinitas unius ſubſtantiæ
demonſtrat.In alio quoq; loco:Charitas,inqt,dei cũ omnib.uobis, quæ à trinitate & tri-
buitur & firmat.Ait quippe ſaluator : Qui audit uerba mea & ſeruat ea, hic eſt qui diligit
me.Qui aũt diligit me,diliget à patre meo,& ego diligã eum.Neq; eñ alia dilectio eſt ſal-
uatoris ſuper his qui amant,& alia dilectio patris.Deus eñ diligit in ſalutẽ , quia ſic dile-
xit deus mundũ ut filiũ ſuũ unigenitũ daret , ut omnis qui credit in ipſum non pereat:ſed
habeat uitã æternã.Similiter & filius quia uita eſt,ut tribuat uitã & ſalutẽ,diligit eos quos
uult fieri meliores . Vnde amare ſe dicit eũ qui amat à patre . Et de eo ponit in propheta:
Et ipſe ſaluabit illos,quia dilexit illos,Hanc dilectionẽ, fructũ eſſe ſpũs ſancti, cõteſtatur
Apoſtolus:ſicut & gaudiũ & pacẽ,quæ à patre miniſtrat & filio, dicẽs: Fructus aũt ſpiri-
B tus,gaudiũ,pax,charitas.Quæ charitas effuſa eſt in cordibus credentiũ per ſpiritũ ſanctũ.
Charitas quippe,ait,dei diffuſa eſt in cordibus ueſtris in ſpiritu ſancto. Oñis quippe qui
cõmunicat ſpiritui ſancto,per participationẽ eius cõmunicat,iuxta illud: Et communica
tio ſancti ſpũs ſit ſemper cum omnibus uobis.Et in alio loco : Si qua cõmunicatio ſpũs:
cum habuerit ſapientiã dei & ſermonẽ,& in omnib. ueritatẽ, habebit quoq; cõſortiũ ſan
ctitatis in patre & filio & ſpiritu ſancto.Fidelis aũt deus, per quẽ uocati eſtis in cõmuni-
cationem filij eius. Scribit & Ioannes de patre : Si in lumine ambulamus, ſicut ipſe eſt in
lumine,cõmunicationẽ habemus cum illo.Et adhuc: Communicatio aũt noſtra cum pa-
tre & filio eius Ieſu Chriſto.Igit quicũq; cõmunicat ſpiritui ſancto,ſtatim cõmunicat pa-
tri & filio.Et qui charitatẽ habet patris,habet eam à filio contributã per ſpiritũ ſanctum.
Sed & qui particeps eſt gratiæ Ieſu Chriſti , eandẽ gratiã habet datam à patre per ſpiritum
ſanctum. In omnibus enim approbatur eandẽ operationẽ eſſe patris & filij & ſpiritus ſan
cti.Quorũ aũt una eſt operatio, una eſt & ſubſtantia: quia quæ eiuſdẽ ſubſtantiæ ὁμούσιαε
ſunt,eaſdem habent operationes:& quæ alterius ſubſtantiæ & ἀνομούσια,diſſona atq; di-
uerſa ſunt.Neq; enim ex his tantum quæ præmiſimus trinitatis unitas docetur,ſed ex in-
numerabilibus alijs,de quibus rurſum ſecundum ſuum ordinem pauca ponemus. Argu-
ens Petrus Ananiam in eo quod in uenditione agri,cuius ſe totũ precium obtuliſſe dice-
bat,fraudem feciſſet ex medio,ſancti ſpiritus unitatem ad deũ,nõ ſecundum numerũ,ſed
iuxta ſubſtantiã cõprobauit,dicens: Anania,quare cõpleuit Satanas cor tuum ut mentire
ris ſpiritui ſancto, & abſcõderes de precio agri ? Nónne manens tibi manebat, & uendi-
tum in tua erat poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? Nõ hominibus menti-
tus es,ſed deo.Si enim qui domino mentitur, mentitur ſpiritui ſancto, & qui ſpiritui ſan
cto mentitur,mentit deo,nulli dubium eſt, cõſortium ſpiritus ſancti eſſe cũ deo. Et quõ
ſanctitas ſubſiſtit in deo, eodem modo & deitas intelligitur in ſpiritu ſancto. Iſte aũt ſpi-
ritus ſanctus,quẽ diximus eiuſdẽ naturæ eſſe cum patre, etiam à filij diuinitate nõ differt,
ſaluatore dicẽte diſcipulis : Cum in ſynagogã ad principatus & poteſtates introduxerint
uos,nolite ſoliciti eſſe quomodo aut qd reſpõdeatis . Spiritus eñ ſanctus docebit uos in
illa hora quid debeatis dicere.Ponite in cordibus ueſtris nõ prẽmeditari ad reſpõdendũ:

Ego

Ego enim dabo uobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere aut contradicere. Et c
in his quippe dicens, non debere eos eſſe ſolicitos quid reſpondeant contradicentibus: quia in eadē hora doceantur à ſpiritu ſancto quid debeant reſpondere: ſtatim intulit quę ſit cauſa fiduciæ: Ponite, dicens, in cordibus ueſtris nō præmeditari ad reſpōdendū. ego enim dabo uobis os & ſapientiam cui non poterūt reſiſtere, aut cōtradicere. Cum enim dixerit in tēpore reſpōdendi, doceri eos à ſpiritu ſancto quid debeāt reſpondere, in ſequētibus ait: Ego enim dabo uobis os & ſapientiā &c. Ex quibus oſtēditur ſapientiā quæ diſcipulis datur à filio, ſpiritus ſancti eſſe ſapiētiā, & doctrinā ſpiritus ſancti, domini eſſe doctrinā, unumq; naturę & uoluntatis eſſe conſortium ſpiritus ſancti cum filio. Et quia ſuperius demonſtratū eſt ſocium eſſe per naturam ſpiritum unigenito dei & deo patri: filius uero & pater unum ſunt, iuxta illud: Ego & pater unum ſumus, non diuiſa & inſeparabilis ſecundū naturā oſtenſa eſt trinitas. In alio quoq; euangelio dicitur: Nō enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Si ergo ſpiritus patris in apoſtolis loquitur docens eos quæ debeant reſpondere, & quæ docentur à ſpiritu, ſapientia eſt quam non poſſumus aliam præter filium intelligere, liquido apparet eiuſdem naturæ ſpiritū eſſe cū filio, & cum patre cuius ſpiritus eſt. Porro pater & filius unū ſunt. Igitur trinitas ſubſtantiæ unitate ſociatur. Per aliud quoq; ſcripturarum exemplum, trinitatis unitas & natura & uirtus oſtēditur. Filius & manus & dextera & brachium patris dicitur, ſicut crebro docuimus: ex his uocabulis, unius naturæ indifferentia demōſtratur. Spiritus etiam ſanctus digitus dei, ſecundum coniunctionem naturæ patris & filij nominatur. Siquidem in uno de euāgelijs aduerſus eos qui ſignis domini detrahebant dicentes: In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia, ſciſcitās ſaluator ait: Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij ueſtri in quo eijciunt? Si aūt ego in digito dei eijcio dæmonia: ergo ſuperuenit in uos regnū dei. Hunc eundē locum alius euangeliſta deſcribēs, loquentem intulit filium: Si aūt ego in ſpiritu dei eijcio dæmonia. Ex quibus oſtenditur digitum dei eſſe ſpiritū ſanctū. Si ergo coniunctus eſt digitus manui, & manus ei cuius manus eſt, & digitus ſine dubio ad eius ſubſtantiā refertur, cuius digitus eſt. Verum caue ne ad humilia deiectus, & oblitus ſermonis de quo nunc diſputatur, depingas in animo tuo corporalium artuum diuerſitates: & incipias tibi magnitudines & inæqualitates & cætera corpora maiora uel minora membra confingere, dicens, digitum à manu, & manum ab eo cuius eſt manus, multis inæqualitatib. diſcrepare: quia de incorporalibus nunc ſcriptura loquitur, unitatem tantum uolens, non etiam menſuram ſubſtantiæ demonſtrare. ſicut enim manus nō diuiditur à corpore, per quam cuncta perficit & operat, & in eo eſt cuius eſt manus, ſic & digitus nō ſeparatur à manu cuius eſt digitus. itaq; reijce inæqualitates & menſuras cum de deo cogitas, & intellige digiti & manus & totius ſubſtantiæ unitatem, quo digito, lex in tabulis lapideis ſcripta eſt. Per aliam quoq; ſcripturam, fidei noſtræ probationē monſtrare perfacile eſt. Solus ſapiens dictus eſt deus, non accipiens ab alio ſapientiā, neq; per cuiuſdam alterius ſapientiæ participationē, ſapiens nominatur. Si quidē multi ſapiētes dicunt, non ex ſua natura, ſed ex cōmunicatione ſapientiæ. Deus uero non alterius ſapientiæ participatione, neq; aliunde ſapiens effectus, dictus eſt ſolus ſapiens, & generans ſapientiam, & alios faciēs ſapientes. Quæ ſapientia dns eſt noſter Ieſus Chriſtus, qui dicitur dei uirtus & dei ſapientia. Spiritus quoq; ſanctus dicit ſapientia. Siquidē & in ueteribus libris refertur, repletū eſſe Ieſum Naue à dño ſpiritu ſapiētiæ. Sicut ergo ſolus ſapiens deus, non accipiens aliunde ſapientiā, ſed ſapientes faciēs & generans ſapientiam, ſolus eſt ſapiens extra oēs qui per nuncupationē eius ſapientes dicūtur: multitudo quippe ſapientiū ſalus mundi, & qui ſemetipſos cognoſcunt, hi ſunt ſapiētes, & rurſus cum fueris cum ſapientibus, ſapiens eris: ſic & ſpiritus ſanctus nō accipiēs aliunde ſapientiam, dictus eſt ſpiritus ſapientiæ: hoc enim ipſum quod ſubſiſtit, ſpiritus ſapientiæ eſt, & natura eius, nihil eſt aliud niſi ſpiritus ueritatis & ſpiritus dei, de quibus iam abundanter in ſectarum uolumine diſputauimus. Vnde ne eadem ſuperflue replicemus, contenti ſimus diſputatione præterita. D

A

DIDYMI DE SPIRITV SANCTO

LIBER SECVNDVS, DIVO HIERONYMO INTERPRETE.

QVIA igit̄ ſpiritus ſapiētiæ & ueritatis inſeparabiliter cū filio eſt, ipſe quoq; ſapientia ſubſiſtit & ueritas. Si em̄ capax eſſet ſapientię & ueritatis, in id aliquando deſcenderet ut deſineret habere quod aliunde ſuſceperat, id eſt ſapientiam & ueritatē. Et filius ſapientia & ueritas, ipſe ſubſiſtens nō ſeparat̄ a patre, qui ſolus ſapiens & ueritas, ſcripturarū uocibus prædicatur. Eundem circulū unitatis atq; ſubſtantiæ ſpiritus ſancti, ſecundū id quod ſapientiæ & ueritatis eſt ſpiritus, uidere habemus cū filio, & rurſum filium à patris nō diſcrepare ſubſtantia. Cum aūt filius imago ſit dei inuiſibilis, & forma ſubſtantiæ eius, quicunq; ad hanc imaginem uel formam imaginantur atq; formātur, adducuntur ad ſimilitudinē dei: iuxta uires tamen humani profectus, iſtiuſmodi formam & imaginem conſequentes. Similiter & ſpiritus ſanctus cum ſit ſignaculū dei: hi qui formam & imaginē deicapiūt: ſignati per eum, in eo ducuntur ad ſignaculum Chriſti ſapientiæ & ſcientiæ & inſuper fide pleni. Nam diuiſiones operationū ſunt, idem aūt ipſe ſpiritus operatur omnia in omnibus. Operante ergo patre multiplicem chariſmatū plenitudinē: multiplicat eam filius ſubſiſtentē per ſpiritum ſanctū. Alij enim per ſpiritū datur ſermo ſapientiæ. Alij uero ſcientiæ ſecundū eundem ſpiritū. Alij fides in eodē ſpiritu: & cętera quę ab apoſtolo enumerata ſunt dona, quibus additur: Hæc aūt omnia operat̄ unus atq; idem ſpiritus: diuidens ſingulis prout uult. Vnde diſcentes operatricē, & ut ita dicā diſtributricē naturā ſpūs ſancti, nō abducamur ab his qui dicunt operationē & nō ſubſtantiā dei eſſe ſpiritū ſanctū. Et ex alijs quoq; plurimis locis ſubſiſtens natura demōſtratur ſpiritus ſancti: ut in illo quod apoſtoli ſcribūt: B
Viſum eſt enim ſpiritui ſancto & nobis: quia hoc quod dicitur uiſum eſt, nō operationē ſignificat, ſed naturam: maxime cū & de dño ſimile quid reperiatur: ut, Sicut domino uiſum eſt, ita factū eſt. Deniq; & ſermones eius ſæpiſsime lectitantur, ut in illo, Ieiunantib. eis & miniſtrantibus, id eſt diſcipulis Chriſti, dixit ſpiritus ſanctus, Separate mihi Barnabam & Saulū in opus quod uocaui eos. Quæ uox diuinitatis & autoritatis index, nō creatam ſed increatam ſubſtantiam monſtrat. Neq; enim ſpiritus ſanctus in aliud quoddā opus uocauit Barnabam & Paulum quod non ſit patris & filij, cum miniſterium quod eis commiſit & tradidit ſpiritus, patris & filij ſit miniſterium. Ad Galatas Paulus loquitur, Qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatum circunciſionis, operatus eſt & mihi in gentes & Barnabæ. Pariter enim ad nationes ſpiritus ſancti autoritate directi ſunt. Chriſto quoq; operante in apoſtolis ſpiritus completum eſt miniſterium, ut ipſi apoſtoli confitentur ſe in Chriſto loqui, & id quod ſuis oculis uiderunt, & miniſtri facti ſunt ſermonis, id eſt Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum dei. Deniq; quaſi principatum in ſacerdotio poſsidentes, & initiatores fidei à Chriſto ſunt demonſtrati, dicente, Euntes ite & docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris & filij & ſpūs ſancti. Et ſicut Apoſt. ſcribit rectiſsime, Vnus eſt dominus, una fides, unum baptiſma. Quis nō ex ipſa cogetur ueritate ſuſcipere indifferētiā ſanctæ trinitatis, dum una ſit fides in patre & filio & ſpiritu ſancto, & lauacrū detur atq; firmetur in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti? Nō arbitror quenquam tam uecordem atq; inſanum futurū, ut perfectum baptiſma putet quod datur in nomine patris & filij, ſine aſſumptione ſpiritus ſancti: aut rurſus in noīe patris & ſpiritus ſancti, filij uocabulo prætermiſſo: aut certe in nomine filij & ſpiritus ſancti, nō præpoſito uocabulo patris. Licet enim quis poſsit exiſtere ſaxei, ut ita dicam, cordis & penitus mentis alienæ, qui ita baptizare conetur, ut unum de præceptis nominibus prætermittat, uidelicet cōtrarius legislator Chriſti: tamen ſine perfectione baptizabit, imò penitus à peccatis liberare nō poterit, quos à ſe baptizatos exiſtimauerit. Ex his colligit q̄ indiuiſa ſit ſubſtantia trinitatis, & patrē uere filij eſſe patrem, & filiū uere patris filium, & ſpiritum ſanctum uere patris & dei eſſe ſpiritum, & inſuper ſapiētiæ & ueritatis, id eſt filij dei.

Hæc

Hęc eſt ſalus ergo credẽtiũ, & diſpẽſatio eccleſiaſticæ diſciplinæ in hac trinitate perficit. C
Nã cũ ſaluator diſcipulos ſuos ad prædicandũ euangeliũ miſerit: & ad dogmata ueritatis docẽda pater in eccleſia cõſtituiſſe dicat, primo apoſtolos, ſecũdo prophetas, tertio magiſtros: ſuper hac re etiã apoſtoli cõgruẽte ſentẽtia: Et ſicut probati ſumus à deo ad credendũ euãgeliũ: ſic loquimur: nõ ut hominib. placentes, ſed deo qui probauit corda noſtra: hos eoſdẽ quos Chriſtus magiſtros eſſe præcepit, & pater probauit, & ſpũs ſanctus diſpẽſatores & præpoſitos in eccleſia cõſtituiſſe perhibet. Si quidẽ cũ Miletum Paulus apoſt. presbyteros de diuerſis locis & plurimis eccleſijs cõgregaſſet: Attẽdite, inquit, uobis & uniuerſo gregi ſuper quos ſpũs ſanctus poſuit uos epiſcopos ad regendã eccleſiã domini, quã acquiſiuit per ſanguinẽ ſuũ. Si eñ quos Chriſtus ad euangelizandũ & baptizandas nationes miſit, ſpũs ſanctus eccleſiæ præpoſuit patris ſentẽtia deſtinatos, nulli dubiũ eſt, unam patris & filij & ſpiritus ſancti operationẽ & probationẽ, & cõſequenter eandẽ trinitatis eſſe ſubſtantiã. Necnon & illud cõſiderandũ, quod in corde & ſenſu habitare nõ poteſt creatura, niſi deus & ſermo eius in ſpiritu ſancto, ſicut ad quoſdã loquit̃ pater. Inhabitabo in eis, & inambulabo. Et ad ipſum quidã dirigit uocẽ, Tu aũt in ſancto habitas laus Iſrael. Altus quippe in altis habitat uniuerſę cõditor creaturę. Habitat uero & unigenitus filius in mente pura, & corde credentiũ. Per fidẽ quippe habitare Chriſtũ in interiori hoĩe: in ſpiritu ait Apoſtolus, ita ſcribẽs in ſpiritu, In interiori homine habitare Chriſtum per fidẽ in cordib. ueſtris. Ipſe quoq; de ſe loquitur: Viuit in me Chriſtus. Et iterũ: Qui in me loquitur Chriſtus. Et ſaluator, Veniemus, inquit, ego & pater, haud dubium quin ad eum qui præcepta eius ſeruauerit, & manſionẽ apud eũ faciemus. Porrò ſic ſermo iſte cõtexitur. Si quis diligit me, ſermonẽ meum ſeruabit. Et pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionẽ apud eum faciemus. In alio quoq; loco, omnis natura rationaliũ creaturarũ, domus dicitur ſaluatoris. Sicut aũt ſuper domũ ſuam dñs Ieſus, cuius domus ſumus nos: ita domus Chriſti templum dei eſt, in quo ſpiritus eiuſdem inhabitat dei. Scribens quippe Corinthijs Paulus ait: Neſcitis quia templum dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in uobis? Si aũt in domo & templo quo pater & ſaluator inhabitat, ilico inuenitur & ſpiritus ſanctus, ex hoc indiuiſa trinitatis ſubſtantia demonſtratur. Et poſt non multa eiuſdem epiſtolæ: Neſcitis, inquit, quia corpora ueſtra tẽplum ſpiritus ſancti ſunt, quẽ habetis à deo? Cum ergo ſpiritus ſanctus, ſimiliter ut pater & filius, mentẽ & interiorem hominẽ inhabitare doceatur, nõ dicam ineptum, ſed impiũ eſt eum dicere creaturã. Diſciplinas quippe, uirtutes & artes, & his cõtrarias perturbationes & imperitias & affectus, in animabus habitare poſsibile eſt, non tamen ut ſubſtantias, ſed ut accidentes. Creatam uero naturam in ſenſu habitare impoſsibile eſt. Quod ſi uerũ eſt, & ſpiritus ſanctus abſq; ulla ambiguitate ſubſiſtens, animæ eſt habitator & cordis, nulli dubium eſt, quin cum patre & filio credi debeat increatus. Ex omnibus igitur quæ præcedens ſermo diſſeruit, incorruptibilis & ſempiternus ſecundum naturam patris & filij, ſpiritus ſanctus demonſtratus, uniuerſam de ſe ambiguitatẽ abſtulit, & ſuſpicionẽ, ne unus de creatis ſubſtãtijs exiſtimetur, is qui ſpiritus dei ſit, quem exire de patre ſaluatoris in euãgelio uerba declarant. Cum uenerit, inquit, cõſolator quem ego mittam uobis ſpiritũ ueritatis qui à patre egreditur, ipſe teſtimonium dabit de me. Conſolatorẽ autem uenientem ſpiritum ſanctum dicit, ab operatione ei nomen imponens, quia non ſolum conſolatur eos quos ſe dignos repererit, & ab omni triſticia & perturbatione reddit alienos, uerum incredibile quoddã gaudiũ & hilaritatẽ eis tribuit, in tantũ ut poſsit quis deo gratias referens, quod tali hoſpite dignus habeatur dicere, Dediſti læticiam in corde meo. Sempiterna quippe lętitia in eorũ corde uerſatur, quorũ ſpiritus ſanctus habitator eſt. Iſte ſpiritus ſanctus cõſolator à filio mittitur, non ſecundũ angelorũ, aut prophetarum, aut apoſtolorum miniſterium, ſed ut mitti decet à ſapientia & ueritate ſpiritum dei, indiuiſam habentẽ cum eadem ſapientia & ueritate naturam. Et enim filius miſſus à patre non ſeparatur, nec diſiungitur ab eo, manẽs in eo & habẽs illũ in ſemetipſo. Quin ſpiritus ueritatis ſupradicto modo miſſus à filio, de patre egredit̃, non aliunde ad alia tranſmigrans. Impoſsibile quippe hoc

A hoc pariter & blaſphemũ eſt. Si enim hic ſpũs ueritatis iuxta naturas corporũ certo ſpatio circũſcriptus eſt, alium deſerens locũ, ad aliũ cõmigrauit. Sed quõ pater nõ conſiſtẽs in loco, ultra omnẽ corporũ eſt naturam: Ita et ſpiritus ueritatis nequaquã locorum fine clauditur, cum ſit incorporalis, & ut uerius dicam excellens uniuerſam rationalem creaturã. Quia ergo impoſsibile eſt & impiũ iſta quæ diximus in incorporalib. credere: exire de patre ſpũm ſanctũ, ſic intelligendũ: ut ſe ſaluator de deo exiſſe teſtatur, dicens: Ego de deo exiui & ueni. Et ſicut loca & cõmutationes locorũ ab incorporalib. ſeparamus: ſic & prolatiões, intus dico & foris, ab intellectualiũ natura diſcernimus: qa iſtæ corporũ ſunt recipientiũ tactũ & habentiũ uaſtitates. Ineffabili itaq; & ſola fide noto ſermone credendum eſt ſaluatorẽ dictũ eſſe exiſſe à deo, & ſpiritũ ueritatis à patre egredi, loquente: Spiritus qui à me egreditur. Et pulchre, qui de patre, inquit, egredit̃. Cũ enim dicere poſſet de deo, ſiue de dño, ſiue de omnipotẽte, nihil horũ tetigit: ſed ait, de patre, nõ quod pater à deo omnipotẽte ſit alius: quia hoc ſcelus eſt etiã cogitare: ſed ſecũdũ proprietatẽ & intellectũ parentis, egredi ab eo dicit̃ ſpũs ueritatis. Licet enim ex deo frequẽter ſe dicat exiſſe ſaluator: proprietatẽ tamen & (ut ita dicam) familiaritatẽ, de qua iam ſæpe tractauimus, ex uocabulo magis ſibi patris aſſumit, dicens: Ego in patre, & pater in me. Et alibi: Ego & pater unum ſumus, & multa alia his ſimilia, quæ in euangelio obſeruans lector inueniet. Iſte ergo ſpũs ſanctus qui de patre egredit̃: teſtificabitur, inquit dñs, de me, teſtimonium ſimile ferens ei patris teſtimonio, de quo ait: Teſtimoniũ dicit de me, qui miſit me pater. Mittente aũt filio ſpiritũ ueritatis, quẽ conſolatorẽ uocauit, ſimul mittit & pater. Neq; pater mittente filio nõ mittit, cũ eadẽ uolũtate patris & filij ſpũs ueniat, ſaluatore quoq; per prophetã loquente, ſicut manifeſtũ eſſe poterit ei qui totũ perlegerit locum: Et dominus miſit me & ſpũs eius: Si quidem nõ ſolum filium, ſed & ſpiritũ mittit deus. Sed & apoſto
B lus loquitur. Quæ nũc annũciata ſunt uobis per eos qui euangelizauerunt uobis, ſpiritu ſancto miſſo de cęlis. Et in lib. qui Sapiẽtia ſcribitur, ab his qui diuina chariſmata cõſecuti ſunt, uox gratias deo perferẽs deſtinat̃. Quę aũt in cœlis ſunt quis inueſtigabit? uoluntatem aũt tuã, quis cognouit: niſi quod tu dediſti ſapientiã & ſpiritum ſanctũ tuum miſiſti de excelſis? Et ſic correctæ ſunt ſemitæ eorũ, qui ſuper terrã erant, & placita tibi edocti ſunt hoĩes. Et in præſenti ſiquidẽ lectione, nõ ſola ſapiẽtia dei, id eſt unigenitus filius eius datur à patre, ſed & ſpũs ſanctus mittit̃. In ipſo quoq; euãgelio dari prædicatur à patre & mitti ſpũs ſanctus, ſaluatore dicente: Et ego rogabo patrem meũ & alium paracletũ dabit uobis, ut ſit uobiſcũ in æternũ, ſpiritum ueritatis. Et iterũ, Paracletus aũt ſpiritus ſanctus, quẽ mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia. Nã & in his ſermonibus, alium paracletũ dare dicitur pater, non aũt alium ab eo, qui à filio mittitur, ſecundũ illud: Cum aũt uenerit ille paracletus, quem mittã uobis à patre, ſpiritũ ueritatis. Quem alium paracletum nominauit, non iuxta naturæ differentiam, ſed operationis diuerſitatem. Cum enim ſaluator, mediatoris & legati perſonam habeat, ex qua pontifex deprecetur pro peccatis noſtris, ſaluans in ſempiternum eos, qui per ipſum acceſſerunt ad deum, quia ſemper uiuens interpellat pro eis patrem, ſpiritus ſanctus ſecundum aliam ſignificantiam paracletus ab eo quod conſolatur in triſtitia poſitos nuncupatus eſt. Verum noli ex filij & ſpiritus ſancti operatione diuerſa, uarias æſtimare naturas. Siquidem in alio loco reperitur paracletus ſpiritus, legati ad patrem perſona fungi, ut in illo, Quid enim oremus iuxta id quod oportet neſcimus, ſed ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus, quomodo ſecundum deum poſtulat pro ſanctis. Saluator quoq; conſolationem à qua ſpiritus ſanctus paracletus nuncupatus eſt, operatur in cordibus eorum qui ea indigent. Scriptum eſt enim, Et humiles populi conſolatus eſt. Vnde & is qui hoc beneficium fuerat conſecutus, eum prædicans loquebat̃. Domine, ſecundũ multitudinẽ dolorum meorũ in corde meo, cõſolationes tuæ lætificauerũt cor meũ, ſiue dilexerunt animã meam, Vtroq; enim ſcriptũ eſſe modo, in diuerſis exemplaribus inuenitur. Sed et pater, deus oñis conſolationis dicitur, conſolans eos qui in tribulatione ſunt, ut ex ipſis anguſtijs per patientiã ſalutẽ primum,

dehinc coronam gloriæ conſequantur. Spiritus igitur conſolator, & ſanctus, & ſpiritus c
ueritatis datur à patre ut ſemper cũ Chriſti diſcipulis cõmoretur: cũ quibus & ipſe ſaluator eſt dicens: Ecce ẽ uobiſcũ ſum uſq; ad conſummationẽ ſeculi. Cum aũt ſemper apoſtolis & ſpiritus ſanctus adſit & filius: ſequitur ut pater cũ ipſis ſit, quia qui recipit filium, recipit & patrẽ, & manſionẽ filius cum patre facit apud eos, qui digni aduentu eius extiterint. Sed & ubi ſpiritus ſanctus fuerit, ſtatim inuenitur & filius. Siquidẽ cum in prophetis ſpũs ſanctus ſit, faciẽs eos futura præcinere, & alia quæ prophetalis operationis ſunt, ſermo dei ad eos dicit factus, ut ad id quod ad conſuetudinẽ prophetarũ eſt, hæc dicit dñs, etiam illud addatur: ſermo qui factus eſt ad Eſaiam, ſiue ad reliquos. Quod aũt prophetæ ſpũm ſanctũ habuerint, deo manifeſte loquente cognoſcimus. Ait enim: Quęcunq; mandaui in ſpiritu meo ſeruis meis prophetis. Et ſaluator in euãgelio ſignificat iuſtos uiros, & eos qui ante aduentũ ſuum, populo uẽtura cecinerãt, ſpũs ſancti aſpiratione cõpletos. Interrogans quippe phariſæos quid eis de Chriſto uideretur, & audiens quia eſſet filius Dauid, loquitur: Quomodo Dauid in ſpiritu uocat eum dñm dicens, Dixit dñs domino meo, ſede à dextris meis? Si ergo Dauid uocat eum in ſpiritu ſancto dominum, quõ filius eius eſt? Et Petrus ad conſortes fidei loquitur. Oportebat impleri ſcripturã quã prædixit ſpũs ſanctus per os Dauid de Iuda &c. Et in eodem rurſus libro. Qui per ſpiritum, inquit, ſanctum ore Dauid pueri tui locutus es: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Eſaias quoq; cum ſermone dei impulſus ad prophetandum fuiſſet, ſpiritus ſancti imperio prophetaſſe perhibetur, ut in fine eorũdem actuũ ſcribitur: Bene ſpiritus ſanctus locutus eſt per Eſaiam prophetam ad patres ueſtros, dicens: Vade ad populum iſtum, & dic: Aure audietis: & reliqua. Hãc igitur prophetiã quam apoſtolus Paulus affirmat à ſpiritu ſancto pronunciatã, ipſe liber prophetæ à domino dictam eſſe cõmemorat. Et audiui, inquit, Eſaias, uocem domini dicentẽ: Quem mittam, & quis ibit ad populum D
iſtum? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Vade, inquit, & dic populo huic: Aure audietis. Et poſt alia ipſe dñs ait: Et conuertent & ſanabo illos. Et ſtatim propheta: Quouſq; dñe? cũ enim dominus ad prophetã dixiſſet: ut ea quæ ſcripta ſunt diceret, & propheta iubenti dño reſpondiſſet, uſq; quo domine, ea quæ in propheta à dño dicta ſunt, in ſpiritu ſancto cõmorata Paulus affirmat. Ex quo liquido oſtendit, ut ſæpe iam diximus, unam & uoluntatem & naturã domini eſſe & ſpiritus ſancti, & in nuncupatione ſpiritus, etiam nomẽ domini intelligi. Quomodo enim ad Corinthios uocabulũ dei ſuper patre poſitũ, & dñi ſuper filio, neq; patri aufert dominationẽ, neq; filio deitatẽ: ſic quidem eadẽ ratiõe qua pater dñs eſt & filius deus eſt, ſic & ſpiritus ſanctus dominus nuncupat. Si aũt dominus, cõſequenter & deus, ut pauloante iam diximus, cũ uocem apoſtoli Petri ad Ananiã, qui pecuniam ſubtraxerat poneremus, quia & deitas ſuperintelligit in ſpiritu ſancto. Verũ quoniam inde quæſtiõis ordo deductus eſt, cum aũt uenerit paracletus ſpiritus ſanctus, quẽ mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia: Age nũc ex ipſo ſermone quæramus, ſi quid in eo poſsimus inuenire cũ his cõſentire quæ dicta ſunt. Spiritũ ſanctũ à patre in ſuo mitti nomine, ſaluator affirmat: cum proprie ſaluatoris nomen ſit filius: ſi quidẽ naturæ cõſortiũ, & ut ita dicam proprietas perſonarũ ex iſta uoce ſignat. In qua appellatione filij, miſſus à patre ſpiritus ſanctus, nõ ſeruus, nõ alienus, nec diſiunctus à filio intelligatur. Et quõ filius in patris appellatiõe uenit, dicẽs: ego ueni in noĩe patris mei, filij quippe tantũmodo eſt in nomine patris uenire, ſalua proprietate filij ad patrẽ, & patris ad filium: ſic ecõtrario, nullus alius uenit in noĩe patris: ſed uerbi gratia, in dñi & dei & omnipotentis. Quod manifeſtius aduertere poteris prophetas relegẽs ex animo. Nam & Moyſes magnus dei miniſter & famulus, in noĩe eius, qui eſt, & in noĩe dei Abrahã & Iſaac & Iacob uenit, deo ad eum loquẽte: ſic dices filijs Iſrael, qui eſt miſit me ad uos. Et rurſus, dices eis, Deus Abrahã, Iſaac & Iacob miſit me ad uos. Seruorũ quippe iuſtorum quales erant de quibus dixit, mãdabo in ſpiritu meo ſeruis meis prophetis, in nomine dei facta eſt miſsio. Et quia dignos ſe exhibuerũt deo, in nomine dei ueniſſe referunt. Rurſus proficientes in maius, & ſub unius dei imperio cõſiſtentes, in omnipotẽtis dei nũcupatione ue-

nerunt

A nerunt. Quia uero filij Iſrael in Aegypto cõmorãtes didicerũt eos qui nõ ſunt quaſi deos colere, & mũdi partes diuino honore uenerari: cõſequẽs fuit, ut Moyſes ſub eius qui eſt uocabulo ad eos mitteret: & à falſis eos liberãs dijs, ad uerã trãſduceret deitatẽ, & ad dñm patrũ Abrahã, Iſaac, & Iacob. Quõ ergo ſerui qui in noĩe domini ueniunt per hoc ipſum quod ſubiecti ſunt & ſeruiũt indicant dñm, proprietatẽ eius referẽtes, ſerui quippe ſunt domini: ſic & filius qui uenit in noĩe patris, proprietatẽ patris portat & nomẽ, & per hęc unigenitus dei filius approbat. Quia ergo ſpũs ſanctus in noĩe filij à patre mittit, habens filij proprietatẽ ſecundũ quod deus eſt, nõ tamẽ filietatẽ ut filius eius ſit, oſtẽdit quia unice ſit iunctus ad filiũ. Vnde & filij dictus eſt ſpũs, per adoptionẽ faciẽs filios eos, qui recipere uoluiſſent. Quia ẽm, inquit, eſtis filij dei, miſit pater ſpũm filij ſui in corda noſtra, clamantẽ abba pater. Iſte aũt ſpũs ſanctus, qui uenit in noĩe filij miſſus à patre, docebit omnia eos qui in fide Chriſti perfecti ſunt. Omnia aũt illa quæ ſpiritualia ſunt & intellectualia: (ut breuiter uniuerſa cõcludã) omnia ueritatis & ſapiẽtię ſacramẽta. Docebit uero nõ quaſi doctor & magiſter diſciplinę quã aliunde eſt cõſecutus. Siquidẽ hoc eorũ eſt, qui ſapiẽti am & artes aliquas ſtudio induſtriaq; didicere: ſed quaſi ipſa ars atq; doctrina & ſapiẽtia ueritatisq; ſpũs, inuiſibiliter mẽti inſinuat ſciẽtiã diuinorũ. Nã & pater docet ſic diſcipulos ſuos: dicẽte illo qui ab eo doctus fuerat, deus docuiſti me ſapiẽtiã, et audacter alio conclamãte, Docuiſti me deus à iuuẽtute mea, atq; ita oẽs fiunt docti. Dei quoq; filius & ſapientia dei & ueritas ſic docet participes ſuos, ut diſciplinã non arte doceat, ſed natura. Vnde & eũ docent ſolũ magiſtrũ uocare diſcipuli. Has eaſdẽ diſciplinas quæ dãtur à patre & filio in corda credentiũ, ſpiritus ſanctus miniſtrat his qui animales eſſe deſierint: Animalis quippe homo nõ percipit ea quę ſpũs ſunt, arbitrans eſſe ſtulticiam quę dicuntur. Qui uero à perturbationib. purgauerit mentẽ ſuã ſpũs ſancti diſciplinis, id eſt, ſermonib. ſapi-
B entiæ, ſciẽtięq; cõplebit, intantũ ut is qui ea ſuſceperit dicat, Nobis aũt reuelauit deus per ſpiritũ ſanctũ. Deus aũt his qui ſe ita pręparauerint ſpũm ſapiẽtiæ reuelationisq; largit ad cognoſcẽdũ ſemetipſum, qui accipiẽtes ſpiritũ ſapiẽtię, nõ aliunde, ſed ab ipſo ſpiritu ſancto efficiunt ſapiẽtes, & ab ipſo intelligũt dñm & quicqd dei eſt uolũtatis, et eundẽ ipſum ſpiritũ ipſo reuelãte cognoſcũt, ut ſciãt quia à dño donata ſunt eis: ita ut is qui fuerit ſpũm reuelatiõis & ſapiẽtiæ cõſecutus, ſufficiẽs ſit ueritatis dogmata p̃dicare, nõ humana, ſed dei arte ſubnixus: ſicut & unũ ex his apoſtolũ poſſum⁹ audire dicentẽ, Et prędicatio mea & ſermo meus nõ in perſuaſionib. humanę ſapiẽtię uerbis, ſed in oſtẽſione ſpũs & uirtutis dei. Aequalẽ uero ſpiritui uirtutẽ nõ poſſumus aliã pręter Chriſtũ dñm noſtrũ interpretari, Ipſe ẽm diſcipulus ait, Accipietis ẽm uirtutẽ ſpũs ſancti uenientẽ ſuper uos. Et ad Mariam angelus, ſpiritus, inquit, ſanctus ſuperueniet in tẽ, & uirtus altiſsimi obumbrabit tibi. Creatrix igit uirtus altiſsimi ſpiritu ſancto ſuperueniẽte in uirginẽ Mariã Chriſti corpus fabricauit, quo ille uſus tẽplo, ſine uiri natus eſt ſemine. Ex quibus oſtendit eſſe ſpũm ſanctũ creatorẽ, ut iam in dogmatũ uolumine breuiter oſtendimus. Et in pſalmo ad dñm dicitur. Auferes ab eis ſpiritũ tuũ & deficiẽt, et in terrã ſuã reuertent, Emitte ſpiritũ tuum & creabunt, & renouabis faciẽ terræ. Nec mirũ ſi dominici tantũ corporis ſpũs ſanctus cõditor ſit, cũ patri filioq; ſociatus, eadẽ poteſtate creauerit oĩa quę pater creauit et filius. Emitte ẽm, ait, ſpiritũ tuũ & creabunt. Porro iã frequẽter oſtẽdimus eiuſdẽ operationis eſſe ſpiritũ ſanctũ cuius eſt pater & filius, & in eadem operatiõe unam eſſe ſubſtantiã, & reciproce eorũ quæ ὁμούσια ſunt, operationẽ quoq; nõ eſſe diuerſam. Vt aũt & aliud teſtimoniũ quod nos poſsit adiuuare in fide ſpiritus ſancti ponamus, in euãgelio ita ſermo contexit, Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed nõ poteſtis ea portare modo. Cum aũt uenerit ille ſpiritus ueritatis, diriget uos in omnẽ ueritatẽ, Neq; ẽm loquet à ſemetipſo, ſed quæcunq; audiet loquetur, & quæ uẽtura ſunt annũciabit uobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annunciabit uobis. Omnia quæ habet pater, mea ſunt. Propterea dixi uobis, qa de meo accipiet & annũciabit uobis. Ex his ẽm ſacramẽtorũ uerbis edocemur, quod cũ multa docuiſſet diſcipulos ſuos Ieſus dixerit, adhuc habeo plurima dicere uobis: quia uerbum iſtud, adhuc multa habeo dicere uobis, non ad nouos quoslibet & penitus

dei gratia uacuos dirigit, ſed ad eos qui auditores uerborũ eius, necdũ fuerãt omnia cõſe c
cuti. Quęcũq; em̃ ſufficere poterãt tradẽs eis, in futurũ tẽpus reliqua diſtulit, quæ ſine diſciplina ſp̃ũs ſancti ſciri nõ poterãt, quia ante aduentũ dominicę paſsionis nõ erat datus hominib. ſpiritus ſanctus, euãgeliſta dicẽte. Non enim erat cuiquã ſp̃ũs datus, quia Ieſus necdũ erat glorificatus. Glorificari dicẽs Ieſum, mortẽ guſtare pro cũctis. Itaq; poſt reſurrectionẽ apparẽs diſcipulis ſuis & inſufflans in facię eorũ, accipite, inquit, ſpiritũ ſanctũ. Et rurſum: Accipietis uirtutẽ ſp̃ũs ſancti ueniẽtis ſuper uos. Quo ueniẽte in corda credẽtiũ, implent̃ ſermonibus ſapientiæ & ſciẽtiæ: & ſic ſpirituales effecti, ſuſcipiũt ſp̃ũs ſancti diſciplinã, quę poſsit eos deducere in omnem ueritatẽ. Necdum em̃ inſtante hora, in qua oportebat eos ſpiritu ſancto repleri, tũc quãdo dixit ad eos: adhuc multa habeo uobis dicere: cõſequẽter addidit, ſed nõ poteſtis ea portare modo. Adhuc em̃ typo legis & umbrę & imaginibus ſeruiẽtes: nõ poterãt ueritatẽ, cuius umbrã lex portabat inſpicere: unde ne ſpiritualia ſuſtinere. Cũ aũt, ait, uenerit ille, hoc eſt paracletus ſp̃ũs ueritatis, diriget uos in omnẽ ueritatẽ: ſua doctrina & inſtitutione uos trãsferens à morte literæ ad ſpiritũ uiuificantẽ, in quo ſolo oĩs ſcripturę ueritas poſita eſt. Ipſe ergo ſp̃ũs ueritatis ingrediẽs purã & ſimplicẽ mentẽ, ſignabit in uobis ſcientiã ueritatis: & ſemper noua ueteribus adiungẽs, diriget uos in omnẽ ueritatẽ. Ad deũ quoq; patrẽ quidã allegãs preces loquit̃: Dirige me in ueritate tua, hoc eſt, in unigenito tuo: propria uoce teſtante, ego ſum ueritas. Quã perfectionẽ tribuit deus mittẽs ſpiritũ ueritatis, qui credẽtes in totã dirigat ueritatẽ. Dehinc in cõſequẽtibus de ſpiritu ueritatis, qui à patre mittat̃, & ſit paracletus, ſaluator qui & ueritas, ait: Nõ enim loquet̃ à ſemetipſo, hoc eſt, nõ ſine me, & ſine meo & patris arbitrio, quia inſeparabilis à mea & patris eſt uolũtate, Quia nõ ex ſe eſt, ſed ex patre & me eſt, hoc enim ipſum quod ſubſiſtit & loquit̃, à patre & me illi eſt: Ego ueritatem loquor: id eſt, inſpiro quę loquit̃. Siquidẽ ſp̃ũs ueritatis eſt. Dicere aũt & loqui in trinitate, nõ ſecundũ cõ D
ſuetudinẽ noſtrã qua ad nos inuicẽ ſermocinamur & loquimur accipiendũ, ſed iuxta formam incorporaliũ naturarũ, & maxime trinitatis quæ uoluntatẽ ſuã inſerit in corde credentiũ: & eorũ qui eã audire ſunt digni, boc eſt, dicere & loqui. Nos quippe hoĩes quando de aliqua re ad alterũ loquimur, primũ quod uolumus, mente cõcipimus abſq; ſermone. Inde in alterius ſenſum uolentes trãsferre, linguę organũ cõmouemus, & quaſi quodam plectrũ chordis dentiũ collidentes, uocalẽ ſonũ emittimus. Quõ igit̃ nos linguã quã palato dentibusq; collidimus, & ictum aerẽ in diuerſa tẽperamus eloquia, ut nobis nota cõmunicemus in alios: ita & auditorẽ neceſſe eſt patulas præbere aures, & nullo uitio coarctatas, in ea quæ dicunt̃ erigere: ut poſsit ita ſcire quæ proferunt̃, quõ nouit ea ille qui loquitur. Porro deus ſimplex & incõpoſitę ſpiritualisq; naturæ, neq; aures, neq; organa, quibus uox emittitur habet, ſed ſolitaria incõprehenſibilisq; ſubſtantia nullis mẽbris partibusq; cõponitur. Quæ quidẽ de filio & de ſpiritu ſancto ſimiliter accipienda. Si quãdo ergo legimus inſcripturis: Dixit dñs domino meo. Et alibi: Dixit deus, fiat lux, & ſi qua his ſimilia, digna deo accipere debemus. Neq; em̃ ignorante filio qui ſapientia & ueritas eſt, pater ſuam nunciat uoluntatẽ: cum oẽ quod loquitur, ſapiẽs uerusq; ſubſiſtens, in ſapientia habeat & in ſubſtantia. Loqui ergo patrẽ & audire filiũ: uel econtrario, filio loquẽte audire patrẽ, eiuſdẽ naturæ in patre & filio cõſenſusq; ſignificatio eſt. Spũs quoq; ſanctus, qui eſt ſpiritus ueritatis, ſpiritusq; ſapientiæ, nõ poteſt filio loquente audire quæ neſcit: cum hoc ipſum ſit quod profertur à filio, id eſt, procedẽs à ueritate, cõſolator manans de cõſolatore, deus de deo ſpiritus ueritatis procedẽs. Deniq; ne quis illum à patris & filij uoluntate & ſocietate diſcerneret, ſcriptum eſt: Nõ enim à ſemetipſo loquetur: ſed ſicut audiet loquetur. Cui etiã ſimile de ſeipſo ſaluator ait: Sicut audio & iudico. Et alibi: Non poteſt filius facere quicquam, niſi quod uiderit patrem facientem. Si enim unus eſt patri filius, non iuxta Sabellij dictũ, patrẽ & filium confundentis, ſed iuxta indiſcretionẽ eſſentiæ ſiue ſubſtantiæ, nõ poteſt quicquam abſq; patre facere, quia ſeparatorum diuerſa ſunt opera, ſed uidens operantem patrem & ipſe operatur, non ſecundo gradu, & poſt illum operans. Alia quippe patris, alia filij opera eſſe inciperẽt, ſi nõ æqualiter fierẽt. Scriptum

A ptum eſt aũt: Quæ enim ille facit: haud dubiũ quin pater: hæc eadem filius ſimiliter facit. Quod ſi operante patre & filio, nõ iuxta ordinẽ, primi & ſecundi, ſed iuxta idẽ tẽpus operãdi eadẽ & indiſsimilia ſubſiſtũt uniuerſa quæ fiũt, & filius nõ poteſt à ſemetipſo quicq̃ facere, quia à patre nõ poteſt ſeparari: ſic & ſp̃ũs ſanctus nequaq̃ ſeparatus à filio, propter uolũtatis naturæq; cõſortiũ nõ à ſemetipſo creditur loqui, ſed iuxta uerbũ & ueritatẽ dei loquit̃ uniuerſa quæ loquitur. Hanc opinionẽ ſequentia dñi uerba cõfirmant, dicẽtis: Ille me clarificabit, id eſt paracletus, quia de meo accipiet. Rurſum hic, accipere, ut diuinæ naturæ cõueniat intelligendũ. Quõ ergo filius dans, nõ priuatur his quæ tribuit, neq; cum damno ſuo impertit alijs, ſic & ſp̃ũs nõ accipit quod ante nõ habuit. Si em̃ quod prius nõ habebat accepit, trãslato in aliũ munere, uacuus largitor effect̃ eſt, ceſſans habere quod tribuit. Quõ igitur ſupra de naturis incorporalibus diſputantes intelleximus, ſic & nunc ſpiritũ ſanctũ à filio accidere, id quod ſuæ naturæ fuerat cognoſcendũ eſt: & nõ dantẽ & accipientẽ, ſed unã ſignificare ſubſtantiã. Siquidẽ & filius eadẽ à patre accipere dicitur, quibus ipſe ſubſiſtit. Neq; em̃ quid aliud eſt filius, exceptis his quæ ei dantur à patre, neq; alia ſubſtantia eſt ſp̃ũs ſancti præter id quod datur ei à filio. Propterea aũt iſta dicunt̃, ut eandẽ in trinitate credamus eſſe naturã ſp̃ũs ſancti quæ eſt patris & filij. Quia ergo omis humana uox nihil poteſt aliud iudicare q̃ corpora, & trinitas, de qua nunc ſermo eſt, oẽs materiales ſubſtãtias ſuperat, iccirco nullũ uerbũ poteſt ei proprie coaptari, & eius ſignificare ſubſtantiã, ſed oẽ quod loquimur καταχρηστικῶς, id eſt abuſiue eſt, & de incorporalibus cunctis, & maxime cũ de trinitate loquimur. Glorificat itaq; filiũ ſpiritus ſanctus, oſtẽdẽs illũ & in apertũ proferẽs his qui mũdo corde eũ intelligere & uidere ſunt digni, & ſplendorẽ ſubſtantiæ & imaginẽ inuiſibilis dei ſcire. Rurſum imago ipſa oſtendẽs ſe puris mentibus glorificat patrẽ, inſinuãs eum neſcientib. ipſe enim ait, Qui uidet me, uidet
B & patrẽ. Pater quoq; reuelans filiũ his qui ad calcẽ ſcientiæ peruenire meruerũt, glorificat unigenitũ ſuũ, oſtendens eis magnificentiã atq; uirtutẽ. Sed & ipſe filius tribuens ſpiritũ ſanctum his qui ſe dignos eius munere præparauerunt, & pandẽs proprietatẽ glorificationis & magnitudinis eius uirtutẽ: glorificat illũ. Deinde interpretationẽ inferẽs quõ dixiſſet, de meo accipiet, protinus ſubiecit: Omnia quæ habet pater mea ſunt, propterea dixi, de meo accipiet & annunciabit uobis, quodãmodo loquens: Licet à patre procedat ſpiritus ueritatis, & det illis deus ſp̃ũm ſanctũ petẽtibus ſe, tamen quia omnia quæ habet pater mea ſunt, & ipſe ſpiritus patris meus eſt, & de meo accipiet. Caue aũt cũ iſta dicunt̃, ne graue labaris intelligentiæ in uitium, & putes rem aliquam eſſe & poſſeſsionem quæ à patre habeatur ac filio: Verum quæ habet pater iuxta ſubſtantiam: id eſt, æternitatem, immutabilitatẽ, incorruptionem, immutabilẽ bonitatẽ, de ſe & in ſe ſubſiſtentem: hæc eadem habet & filius. Et quæcunq; ſunt filij, hæc eadem & pater habet. Procul hinc abſint dialecticorum tendiculæ, & ſophiſmata à ueritate pellantur, quæ occaſionem impietatis ex pia prędicatione capientia, dicunt, Ergo & pater eſt filius, & filius pater. Si em̃ dixiſſet, omnia quæcunq; habet deus, mea ſunt, haberet impietas occaſionẽ cõfingendi, & ueriſimile uideretur eſſe mendaciũ. Cum uero dixerit, omnia quæ habet pater mea ſunt, patris nomine ſe filiũ declarauit, paternitatẽ qui filius erat, nõ uſurpauit, quãquã & ipſe per adoptionis gratiã, multorũ ſanctorũ ſit pater, ſecundũ illud quod in pſalmis legit̃, Si cuſtodierint filij tui. Et iterũ, Si dereliquerint filij eius legẽ meam. Sed in hoc ſermone ſenſuq; prępoſito, cõſequẽter ea quę diximus ſuperius patris eſſe, habet & filius, & quę filij ſunt, habet & ſp̃ũs ſanctus. Ait quippe, de meo accipiet, propterea & uentura annunciabit uobis. Per ſpiritũ ſiquidẽ ueritatis, ſanctis uiris futurorũ ſcientia certa cõcedit̃. Vnde & prophetæ hoc eodẽ repleti ſpiritu, prænunciabant ſenſu, & quaſi pręſentia intuebant̃, quę erant deinceps ſecutura. Satis hæc abundeq; iuxta ingenij noſtri paupertatẽ de pręſenti euangelij capitulo dixiſſe ſufficiat. Si quibus aũt dominus reuelauerit, & in uicinia ueritatis adducti ſunt, magisq; poſſunt cernere ueritatẽ, diſputatiõi illorũ cõcedamus meliora quibus ille ſuffragatur, qui eſt ſp̃ũs ueritatis, & petimus eos qui lecturi ſunt ut ignoſcant imperitiæ, ſtudioq; dent ueniam, cupiẽti totum deo offerre quod potuit, licet ſuam non

quiuerit implere uoluntatē . Proponamus & apoſtoli ad Romanos epiſtolæ teſtimoniū, quæq; nobis in illa uidēt præſenti materię cōgruere, uētilemus. V t iuſtificatio, inquit, legis impleatur in uobis, qui nō iuxta carnē ambulatis, ſed ſecundū ſpiritū. Qui enim iuxta carnē ſunt, ea quæ carnis ſunt ſapiunt. Qui uero iuxta ſpiritū, ea quæ ſpūs ſunt ſentiunt. Sapientia quippe carnis mors eſt. Sapientia aūt ſpiritus, uita & pax, quoniā ſapientia carnis inimica eſt deo, legi quippe dei nō ſubijcitur . Neq; enim poteſt. Qui uero in carne ſunt, deo placere nō poſſunt. V os aūt non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi tamē ſpiritus dei habitat in uobis. Si quis aūt ſpiritū Chriſti non habet, hic nō eſt eius. Si aūt Chriſtus eſt in uobis, corpus quidē mortuū eſt propter peccatū: ſpiritus uero uiuit propter iuſticiā. Si autē ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis habitat in uobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtū à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora ueſtra propter inhabitātē ſpiritū eius in uobis. Ergo debitores ſumus nō carni, ut ſecundū carnē uiuamus. Si em̄ ſecūdū carnē uixeritis, moriemini. Si aūt ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis . Quicunq; em̄ ſpiritu dei aguntur, hi filij ſunt dei. Non enim accepiſtis ſpiritū ſeruitutis iterū in timore, ſed accepiſtis ſpiritū adoptionis, in quo clamamus abba pater. Ipſe em̄ ſpiritus teſtimoniū perhibet ſpiritui noſtro, quia ſumus filij dei. Si aūt filij, & hęredes. Hæredes quidē dei, cohæredes aūt Chriſti, ſi tamen cōpatimur, ut & cōglorificemur. In præſenti apoſtoli capitulo, pluri ma de ſocietate ſpūs, quā habet cum patre & filio demonſtrant̄, Ait quippe Apoſtolus, iuſtificationē diuinā & ſpiritualis legis expleri in his, non qui iuxta carnē ambulāt, ſed iuxta ſpiritū . Iuxta carnē ambulantē eum qui per uoluptates & uitia carnis corpori copulatus, facit omnia quæ carnis ſunt & corporis opera, apoſtolicus ſermo deſcripſit. Porro iuxta ſpiritū ambulantē eum, qui in præceptis legis dei & euāgelij gradiens, ſpiritualiū ſequitur ordinē mandatorū . Siquidē ſicut carnaliū uitiū eſt ea ſapere quæ carnis ſunt, ea cogitare quæ corporū: ſic econtrario ſpiritualiū uirtus eſt, ſemper cogitare de cœleſtibus & æternis, & his tractare quæ ſpiritus ſunt. Sed carnis ſapientia ilico morte ſibi ſociata, interficit eos qui iuxta carnē gradiuntur & ſapiunt: ſapientia uero ſpiritus, mentis tranquillitatē & pacem & uitam habentibus ſe largitur æternā . Quam cum poſſederint, oēs perturbationes & genera uitiorum, & ipſos quoq; dæmones qui hæc ſuggerere nituntur habebunt ſub pedibus ſuis. Sapiētia ergo carnis cū morti iuncta ſit, inimica eſt deo. Inimicos quippe eos reddit qui ſuis legibus uixerint, cōtraria ſemper & repugnās uoluntati & legi dei. Neq; enim fieri poteſt, ut qui in ſapientia carnis eſt, dei præcepta cuſtodiat & uoluntati eius ſubijciatur. Quamdiu ſeruimus uoluptatibus, ſeruire deo nō poſſumus. Cum autem titillantē ſubiecerimus noſtris pedibus luxuriā, & totos nos ad ſpiritū transferentes, nequaquā fuerimus in carne, id eſt, in carnis paſsionibus, tunc ſubijciemur deo. Neq; enim de carne hac in qua uiuimus, & in cuius uaſculo noſtra anima cōtinetur, apoſtoli ſermo eſt: quia oēs ſancti corpore & carne circundati placuerūt deo: ſed ad id potius quod contra dei præceptum ex humana ſocietate perpetratur, de quibus eſt: Diliges dominum deum tuū. Et, quod tibi nō uis fieri &c. V os aūt, ait, haud dubiū quin diſcipuli Chriſti, q̄ ſapientiā ſpiritus ſuſcepiſtis & uitā pacis, nō eſtis in carne, id eſt, in carnis operibus, neq; eius opera perpetratis, ſiquidē ſpiritū dei habetis in uobis. Idē aūt ſpūs dei & ſpiritus Chriſti eſt, deducens & copulans eum qui in ſe habuerit domino Ieſu Chriſto. Vnde & in cōſequentibus ſcribitur. Si quis aūt ſpiritū Chriſti non habet, hic nō eſt eius. Rurſum in preſenti diſcimus ſocietatē quam habet ſpūs ſanctus ad deum & ad Chriſtū. Sed & in epiſtola Petri, ſpiritus ſanctus eſſe Chriſti ſpiritus cōprobatur: Scrutantes, inquit, & inquirentes, id eſt prophetæ, de quib. ei fuerat ſermo ſuperior, in quo ait, quale tēpus ſignificabat is qui in eis erat ſpiritus Chriſti: teſtificās in Chriſto paſsiones & ea quę poſt erant ſecuta decreta, in quibus reuelatū eſt, quia nō ſibi, ſed nobis miniſtrabunt ea quæ nūc annunciata ſunt uobis per ſpiritū ſanctum : Iſte aūt ſpiritus ſanctus dictus eſt ſpiritus dei, nō in præſenti tantū ſermone, ſed & in alijs locis cōpluribus, ut ibi: Et quæ dei ſunt, nemo nouit niſi ſpiritus dei. Deinde ſequitur poſt hoc quod ait: Si quis aūt ſpiritum dei nō habet, hic non eſt eius: & infertur: Si autem Chriſtus in uobis, & manifeſtiſsime demonſtratur

A inſeparabilē eſſe ſpiritū ſanctū à Chriſto: quia ubicūq; ſpūs ſanctus fuerit, ibi & Chriſtus eſt: & undecunq; Chriſti ſpūs diſceſſerit, inde pariter recedit & Chriſtus. Si quis em̄ ſpiritū Chriſti nō habet, hic nō eſt eius. Cui cōiuncto ſi quis cōtrariū aſſumat, dicere poteſt: Si quis Chriſti eſt, ita ut Chriſtus in eo ſit: in hoc ſpūs dei eſt . Hoc aūt idem & de deo patre ſimiliter uſurpandū. Si quis ſpiritū dei nō habet: iſte nō eſt eius. Cui rurſum cōtrariū ſi quis aſſumat, dicēs: Si quis dei eſt, in hoc ſpūs dei eſt. Vnde ſcribit̄: Neſcitis quia tēplum dei eſtis, & in uobis habitat ſpūs dei? Et in Ioānis epiſtola: In hoc cognoſcitur deus habitans in quibuſdā: cum mānſerit in eis ſpiritus quē dedit. Ex quibus omnib. indiſſociabilis atq; indiſcreta trinitatis ſubſtātia demōſtrat̄. Cū ergo ait: Si Chriſtus in uobis eſt, corpus quidē mortuū propter peccatū, nequaq̄ uitijs laſciuiæq́; deſeruiens, ſed mortificatū peccato nō cōmouetur ad uitia: & nequaq̄ erit uitale peccato. Poſtquam aūt corpus peccato mortuū fuerit: Chriſtus in his qui ſua corpora mortificauerūt, præſens ſpiritū uitæ oſtendit per iuſticiā, ſiue correctionē operum uirtutū immortaliū : ſiue fidem Ieſu Chriſti, in his qui iuxta fidem illius cōuerſantur. Deinde apoſtolus alio ſyllogiſmo cōiuncto utitur: quod ſignificantius dialectici ἀξίωμα uocant, & ait: Si aūt ſpiritus eius qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis habitat in uobis : qui ſuſcitauit Chriſtū à mortuis uiuificabit & mortalia corpora ueſtra per inhabitantē ſpiritū ſuū in uobis: Nónne tibi uidetur dicere, quia ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit Chriſtū Ieſum, id eſt, qui eiuſdē Ieſu Chriſti ſpiritus eſt, habitat in uobis, cōſequenter uiuificabuntur & mortalia corpora ueſtra cū immortaliū animabus ab eo qui ſuſcitauit Chriſtū Ieſum à mortuis principē & primogenitū reſurrectionis ? Et quibus tale tātumq́; diuinitus per ſpiritū munus indultū eſt, debitores ſumus ſpiritui nō carni, ut iuxta eam uiuamus. Siquidē qui iuxta carnē uixerit, morietur illa morte quæ peccatum ſequitur. Peccatū quippe cū cōſummatū fuerit, generat mortē, ſecundū Iacobum.

B Sed & Ezechiel peccantē animam mori ſcribit. Separatur enim iam à uita quæ in ſapientia ſpiritus collocata eſt. Si quis aūt tranſcēderit uitam carnis, & ſpiritu opera carnis mortificauerit : uiuet beata æternaq; uita, relatus in filios dei & directus in uiā rectā, propter ſpiritū ſanctū, qui & dei ſpūs appellatur. Si enim, inquit, iuxta carnē uixeritis, moriemini. Quod ſi ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Et in cōſequentibus: Quotquot em̄ ſpiritu dei aguntur, hi filij ſunt dei. Rurſum refocillans eos, & cōſolans & prouocās ſperare meliora, quibus loquebatur, ait: Non em̄ accepiſtis iterum ſpiritum ſeruitutis in timore, id eſt, non ſimilitudine ſeruorū, metu & terrore pœnarum uos abſtinetis à uitijs, quia habetis uobis datum à patre ſpiritū adoptionis: id eſt, ſpiritū ſanctū, qui ipſe ſpiritus & dei & Chriſti & ueritatis dicitur atq; ſapientiæ . Si autem ſpiritus iſte adoptat in filios dei eos quorum dignatione ſui habitator efficitur, tibi conſequentium ſuper potentia eius intelligentiam derelinquo . Porro in hoc adoptionis ſpiritu clamant qui habuerint illum patrem deum, ſicut oſtendit ſermo dicēs: In quo clamamus abba pater, ipſo ſpiritu qui nos adoptat in filios, teſtimoniū præbente participatione ſui, quod à noſtro ſpiritu poſſidetur, quia filij dei ſumus. Cui cōſequens eſt deum quidē quaſi patrem, hæreditarias nobis diuitias contuliſſe, ſpiritualia dona: Chriſti uero cohæredes nos eſſe, eo quod fratres eius per gratiā & benignitatem ipſius appellamur. Erimus aūt hæredes dei, cohæredes autem Chriſti, ſi cōpatiamur, ut & cōglorificari ei ex paſsionū ſocietate mereamur. V erum quia & hoc iuxta id quod potuimus ediſſertum eſt, proponamus prophetæ capitulum, quædam de ſpiritu ſancto continens, ut non ſolum de nouo, uerumetiam de ueteri teſtamento ſuper eius fide intellectuq́; doceamur. Nam & ſuperius prælocuti ſumus, in omnibus ſanctis, tam his qui poſt aduentū domini noſtri fuerunt, quam etiam retro, in patriarchis uidelicet & prophetis, ſpiritus ſancti gratiam fuiſſe uerſatā, & eos diuerſis chariſmatibus uirtutibuſq; cōpleſſe . Quomodo enim unius dei & unigeniti eius gratiā poſſidētes, tam hi qui ante, q̄ etiam illi qui poſt aduentū eius iuſticiæ erexere uexillum, ueritatis ſunt ſcientiam cōſecuti: ſic & ſpiritus ſancti gratiam poſſidebāt, quia in ſeparabilem à patre & filio eſſe ſpūm ſanctum, in multis ſupra locis oſtendimus. Scriptū eſt ergo in propheta: Miſeri cordię domini recordatus ſum, & uirtutis eius in omnib. quæ retribuit nobis dn̄s: iudex

bonus domui Iſrael, inferens nobis iuxta miſericordiam ſuam, & iuxta multitudinem iuſticiæ ſuæ. Et dixit: Non populus meus filij, & non præuaricabuntur. Et factus eſt illis in ſalutẽ ex omni tribulatione eorũ, nõ legatus, neq; angelus, ſed ipſe ſaluauit eos, eo quod dilexerit eos, & pepercerit eis. Ipſe redemit eos & ſuſcepit eos, & exaltauit eos in omnib. diebus ſeculi. Ipſi uero non crediderunt & iritauerunt ſpiritum ſanctum eius, & conuerſus eſt eis ad inimicitiam. Ipſe debellauit eos, & recordatus eſt dierum antiquorum. Qui eduxit de terra paſtorem ouium, qui poſuit in eis ſpiritum ſanctum, congregans dextera Moyſen. Qui frequẽter dei adepti ſunt beneficia, ſcientes gratia magis & miſericordia eius quam proprijs ex ſe fuiſſe operibus conſecutos, quaſi uno omnes conſenſu & animo concordantes loquuntur, miſericordiæ domini recordatus ſum. Cogitãtes enim quæ ab eo frequẽter in Moyſe dona ſuſceperint, gratias referunt, & cum miſericordia, etiam uirtutum domini recordantur, ſiue mirabilium quæ crebro pro eis fecit in populis, ſiue profectuum animæ, quibus per legem & prophetas & præcepta eius ſalubria eruditi ſunt. Si quidem in ſcripturis nomẽ uirtutis utrunq; ſignificat. Recordari autem ſe miſericordiæ & uirtutum eius, inquiunt, in omnibus quæ retribuit eis, non iuxta iuſticiam ſuam, ſed iuxta miſericordiã & bonitatẽ eius, qui eſt iudex domui uidenti, et ſenſui mundo corde cernenti dominũ. Hoc ſiquidẽ ex Hebræo ſermone in lingua noſtra interpretat̃ Iſrael, id eſt, mens uidens dominũ. Licet enim tormenta & cruciatus iudex nõnunquam inferat iudicium merẽtibus, tamẽ qui cauſas rerum altius intuetur, uidens propoſitum bonitatis eius, qui cupit corrigere peccantẽ, bonum illum confitetur, dicens: Inferat nobis iuxta miſericordiam ſuam. Si enim iniquitates eorũ quos iudicat attendat dominus, quis ſuſtinebit? Porro quia apud dominum propiciatio eſt: dominus uidelicet noſter atq; ſaluator, infert nobis ſecundum miſericordiã ſuam omnia quæ nos prouehant ad ſalutẽ. Inferens quoq; iuxta miſericordiam ſuam, & hoc faciens in iudicio, cum iuſticia nobis tribuit, quæ admixta miſericordiæ bonitate largitus eſt. D

DIDYMI DE SPIRITV SANCTO

LIBER TERTIVS, DIVO HIERONYMO INTERPRETE.

ARGVENDVS eſt ex præſenti capitulo hæreticorum error, qui bonitatem à iuſticia ſeparantes, alium deum bonũ, alium iuſtum finxerunt. Ecce enim in præſentiarũ ipſe eſt deus & bonus & iudex, & iuxta miſericordiã ſuam iuſticiamq; reſtituẽs: & pariter bonus iuſtusq; ſubſiſtens. Fruſtra igitur iniquum dogma ſimulantes, bonum deum euangelij, & ueteris teſtamenti iuſtum eſſe defendunt: quia & in plurimis alijs locis & nunc in prophetæ ſermone, iudex bonus ſcribitur deus, & econtrario quod nolunt in Pauli apoſtoli epiſtola (qui certe noui teſtamẽti prædicator eſt) deus iuſtus iudex refertur. Repoſita eſt mihi, inquit, corona iuſticię, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Idem eſt ergo licet nolint, noui & ueteris teſtamenti deus, uiſibilium & inuiſibilium conditor, ſaluatore etiam in euangelio iuſtum & bonũ patrem liquido atteſtante: Pater iuſte, mundus te nõ cognouit. Et in alio loco, Nemo bonus niſi unus deus. Sed & in ueteri lege alibi iuſtus, alibi bonus dicit̃ deus. In pſalmis, Iuſtus dñs, inquit, & iuſticias dilexit. Et econtrario in Hieremia, Bonus dñs his qui ſuſtinent eum. Rurſus in pſalmis, Quàm bonus deus Iſrael, his qui ſunt recto corde. Et hæc quidẽ è latere cõtra hæreticos ſtrictim dicta ſunt. Tẽpus aũt eſt, ut propoſitum prophetæ ordinem proſequamur, qui ita contexitur, Et dixit, haud dubium quin dominus, Nónne populus meus filij, nec præuaricabunt̃? Non erant, inquit, ſimiles his qui generati ſunt & exaltati ſunt, & eum qui genuit illos, deſpexere. Et factus eſt eis in ſalutẽ, id eſt, illis de quibus dominus ait, Nónne populus meus filij & non præuaricabuntur. Hoc enim ipſum quod nõ præuaricati ſunt, nec ſpreuerunt patrem, eis factus

A factus eſt in ſalutẽ, uel ob idipſum qđ appellati ſunt filij, cauſa eis ſalutis effectus eſt. Quæ ſalus à Chriſto dño cõtributa, angeli quoq; ad paſtores uoce firmatur, dicẽtis: Ecce euangelizo uobis gaudiũ magnũ quod erit omi populo, qa natus eſt uobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dñs, in ciuitate Dauid. Ipſe factus eſt cũctis qui in eum credũt occaſio ſalutis æternę, & ipſe eſt ſaluator mũdi, qui uenit quærere quod perierat. Et ipſe eſt, de quo chorus ſanctorũ canit: Deus noſter, deus ſaluandi. Quia igit̃ deus erat qui ſalutẽ præbebat æternã, dictũ eſt, nõ legatus, neq; angelus, id eſt, nõ propheta, nõ patriarcha, nõ legislator Moyſes ſaluauit eos. Omnes em̃ quos nominaui, poterãt ad dñm fungi legatione pro populo. Deniq; Moyſes interpellãs eum pro delinquẽte plebe, ait, Si dimittis eis peccatũ eorum, dimitte, Sed obſecrauit ueniã quadraginta diebus ieiunans, & miſericordiã dei, animæ afflictione prouocãs. Nemo aũt de horũ numero legatorũ poteſt eſſe ſaluator, indigens & ipſe eo qui ſalutis largitor uerus eſt. Nam & angeli quamq̃ ſpũs ſint & ad diuerſa propter eos qui ſalutẽ accepturi ſunt, miniſteria mittant̃, nõ ſunt tamẽ autores ſalutis, ſed eum qui fons ſalutis eſt, interpretant̃ et nunciãt. Vnde dictũ eſt, nõ legatus, neq; angelus, ſed ipſe dñs ſaluauit eos, Nõ propter aliud quid, ſed propter id quod diligeret eos & parceret eis. Parcere aũt dicit̃, quaſi creaturis ſuis, iuxta illud quod alibi ſcribit: Parces aũt omnibus dñe amator animarũ, quia tuæ ſunt, neq; em̃ odies quos feciſti. Quapropter & pro eorũ ſalute proprio filio nõ parcẽs pater, tradidit eũ in mortẽ, ut per mortẽ filij ſui deſtructo eo qui habebat mortis imperiũ, hoc eſt diabolo, redimeret oẽs qui ab eo captiuitatis uinculo tenebant̃. Vnde ſubijcit̃: Ipſe aũt redemit eos, & ſuſcepit eos, & exaltauit illos. Suſcipit em̃ exaltatq̃; ſaluatos, & redemptos in ſublime tollit uirtutũ alis, & eruditione & ſcientia ueritatis, nõ ad unum tantũ & alterũ diem, ſed in omnib. diebus æternitatis, habitãs in eis, & cũ eis, & uſq; ad cõſummationẽ ſeculi uitã eis tribuẽs, ſalutisq; autor exiſtens. Omnibus aũt diebus ſeculi illuminãs corda eorũ, nõ ſinit eos in tenebris ignorãtię & erro B re uerſari. Et hoc puto eſſe quod ſcriptũ eſt, in omnib. diebus exaltari eos. Quia uero mutabiles & ad uitia ſponte labentes, poſt tanta beneficia deo fuerũt increduli, & præcepta illius reliquerũt, & exacerbauerũt ſpũm ſanctũ dei, qui eis multa bona largitus eſt: in peccatum ſimile corruerũt his qui poſtq̃ geniti ſunt & exaltati ſpreuerunt patrẽ ſuũ. Vel certe nunc ipſi deſcribunt̃, qui & ante deſcripti ſunt: ſiquidẽ & ibi poſt peccatũ dicit̃ ad eos: Dereliquiſtis dñm, & ad iracundiã cõcitaſtis ſanctũ Iſrael, & nunc quod ipſi nõ crediderunt & exacerbauerunt ſpũm ſanctũ eius. Ex præſenti ergo loco ſocietas ſpiritus ad dñm oſtenditur. Qui derelinquit dñm & incredulus eſt, & ad iracundiã prouocat ſanctum Iſrael, & exacerbat ſpũm ſanctum eius. Eadem indignatio ſuper peccatoribus tam ad ſpiritũ ſanctum, quàm ad ſanctum Iſrael refertur. Vnde & in conſequentibus ſimilis copula trinitatis oſtenditur, dicente ſcriptura dominum ad inimicitias eſſe conuerſum his qui exacerbauerũt ſpiritum ſanctum eius, & tradidiſſe eos ſempiterno cruciatui poſtquam non ſermone, ſed rebus in ſanctũ eius ſpiritũ blaſphemauerunt. Ipſe igitur qui eis conuerſus eſt ad inimicitias, debellauit eos & ſubiecit multiplicibus, longisq; cruciatibus, ut nec in præſenti tempore, nec in futuro conſequantur ueniam peccatorum. Exacerbauerunt enim ſpiritum ſanctum eius, & blaſphemauerunt in illum. Si autem uolueris hoc de Iudæis intelligere qui crucifixerunt dominum ſaluatorem, & iccirco exacerbauerũt ſpiritum ſanctum: id quod ſcriptum eſt: ipſe debellauit eos, ad illam eſt intelligentiam referẽdum: quod Romanis traditi ſunt, quando uenit ſuper eos ira dei in finem. In uniuerſo enim orbe cunctisq; regionibus ſoli exules patriæ, in terra uagantur aliena, non urbẽ antiquã, non ſedes proprias poſſidentes, id quod prophetis et ſaluatori ſuo fecerunt, receperunt. Quia enim ſanguinarij & ueſano ſemper furore capti, non ſolum prophetas occiderunt, lapidauerunt̃q; eos qui ad ſe miſsi fuerant, ſed ad impietatis culmen egreſsi, dominũ ſaluatorem qui pro cunctorum ſalute deſcendere dignatus fuerat ad terras, prodiderunt & crucifixerũt, propterea expulſi ſunt urbe, quam prophetarũ & Chriſti cruore maculauerunt. Secũdum igitur hunc ſenſum debellatos eos à domino intelligere debemus, nõ ad breue tempus, ſed ad omne futurũ ſeculum. Vſq; ad cõſummationem quippe mundi (ut

diximus) profugi atq; captiui, in uniuerſis aberrãt nationibus, nõ urbem, nõ regionem ç
propriã poſsidẽtes. Attamẽ quia naturaliter benignus eſt & miſericors is qui eos debellauerat, tribuit eis locũ pœnitẽtię, ſi uelint ad meliora cõuerti. Vnde & dicit: Recordatus eſt dierũ ſeculi. Recordatus enim tẽporum futurorũ, clauſam ianuam aliqua eis ex parte reſerauit, ut poſtq̃ intrauerit plenitudo gentiũ, tunc omnis Iſrael (qui hac fuerit dignus appellatione) ſaluet. Licet em̃ in id temeritatis eruperint, ut eũ qui propter eos miſſus fuerat interficerent, dicẽtes: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros: tamẽ deus ſuſcitauit eũ de terra, in cuius corde tribus dieb. & tribus noctibus fuerat cõmoratus, paſtorẽ ouiũ ſuarũ. Siquidẽ ita cõtexitur: Qui eduxit de terra paſtorẽ ouium ſuarum. Quod uero paſtor ouium deus qui nunc prophetali ſermone deſcribitur dñs ſit, manifeſtius in euangelio diſcimus, ipſo ſaluatore teſtante: Ego ſum paſtor bonus, & animã meam pono pro ouibus meis. Et iterũ: Oues meę uocem meã audiunt. Poſt hæc omnia prophetis ait: Vbi eſt qui poſuit ſuper eos ſpiritũ ſanctũ? Admiratur quippe de quanta felicitate ad quantas miſerias peruenerint. Et quõ loquitur? Qui eos redemerat, qui poſuerat in illis ſpiritum ſanctum ſuũ habitans cum eis, ubi nũc eſt? quò abijt? Dereliquit eos: quia ipſi prius dereliquerũt, & iracundiã prouocauerũt ſanctũ Iſrael. Poſuerat aũt dubium in eis ſpũm ſanctum deus, cum adhuc boni eſſent, & præceptis eius obſequi niterentur. His enim tantummodo ſpũs ſanctus inſeritur, qui uitijs derelictis, uirtutum ſectãtur chorum, & iuxta eas & per eas in fide Chriſti uictitant. Quod ſi paulatim negligẽtia ſuggerente, cœperint ad peiora cõfluere, concitant aduerſum ſe habitatorẽ ſuum ſpiritum ſanctum, & eum qui illum dederat cõuertunt ad inimicitias. Hinc quid ſimile & Apoſt. ad Theſſalonicenſes ſcribens, ait: Neq; enim uocauit nos deus ad immundiciã, ſed ad ſanctificationẽ. Itaq; qui ſpernit, ſiue quod melius habetur in Græco, qui præuaricatur, non hominẽ præuaricabi
tur, ſed deum, qui dedit ſpiritũ ſanctum ſuum in uobis. Nam in his ſermonibus deus uocans per fidem in ſanctificationẽ, id eſt, ut ſancti ſpiritus fierent credentes: dedit eis ſpiritum ſanctũ. Et quamdiu præcepta dei ſeruauerũt, permanſit in eis ſpiritus ſanctus quem acceperunt. Quando uero amore lubrico corruerũt, & ad immundiciã ſunt delapſi, ſpreuerunt ſiue præuaricati ſunt dñm, qui dederat eis ſpiritum ſanctũ: ut nõ immundiciæ deſeruirent, ſed ut ſanctificarẽtur. Vnde pœnas luent qui iſta cõmiſerunt, non quaſi hominem, ſed quaſi deum ſpernẽtes. Et ut ſciamus dñm eſſe ſpiritum ſanctũ qui datur credentibus, ex ipſius prophetæ Eſaiæ diſcamus eloquio, qui inducit ad quẽpiam dicentẽ dominum: Spiritus meus in te eſt, & uerba mea dedi in os tuũ. Oſtenditur em̃ ex ſermone præſenti, quod qui acceperit ſpiritum dei, ſimul cum eo & uerba dei poſsideat, ſermones uidelicet ſcientiæ & ſapientiæ. Necnõ & in alio loco eiuſdẽ prophetæ deus loquit̃: Dedi ſpiritum meũ ſuper eum. Qui ergo poſuit in eis ſpiritum ſanctũ: Moyſen dextera ſua ſanctificatum eſſe cõmemorat, ſiue illũ illuſtrẽ uirum & myſteriorũ dei imitatorẽ, de quo ad Ieſum filiũ Naue dñs ait: Moyſes famulus meus: ſiue legem ſuam, quæ in ueteri ſcripta eſt inſtrumento. Nam crebro legiſſe me memini Moyſen appellatũ eſſe pro lege: ut in Apoſtolo: Vſq; in hodiernũ diem, quando legitur Moyſes. Et Abrahã ad diuitẽ in ſupplicijs conſtitutũ: Habent, inquit, Moyſen & prophetas. Et certe liquido cõprobatur ibi, Moyſen, non ſupradictũ uirum ſignificatũ eſſe, ſed legem. Porro quæ eſt dextera dei quæ adduxit Moyſen, niſi dñs & ſaluator noſter? Ipſe eſt enim dextera patris, per quam ſaluat, exaltat & facit uirtutẽ: ſicut alibi de eo dicitur: Saluauit ſibi dextera ſua & brachiũ ſanctum eius. Et rurſum: Dextera dñi fecit uirtutẽ, dextera domini exaltauit me: non moriar, ſed uiuam & narrabo opera domini. Et certe uocẽ hanc ex perſona dominici hominis proferri, quẽ unigenitus filius dei aſſumere dignatus eſt ex uirgine, ex ipſo loco manifeſtiſsime cõprobatur, quia ipſe eſt dextera dei, ſicut ſcriptum eſt in Actibus apoſtolorũ: quod factus ſit ex ſemine Dauid ſecundũ carnẽ, genitus de uirgine ſuperueniente in eam ſpiritu ſancto, & uirtute excelſi obumbrãte eã. De quo Dauid prophetauit in ſpiritu: quod à mortuis reſurgẽs, aſſumptus ſit in cœlos, dextera dei ſubleuatus. Scribitur ibi aũt in hunc modum: Prę uidẽs idẽ Dauid locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quoniã non eſt derelictus
in inferno

A in inferno, neq; caro eius uidit corruptionẽ. Hũc Ieſum ſuſcitauit deus, cui nos oẽs teſtes ſumus. Dextera igit̃ dei eleuatus, & repromiſsionẽ ſpũs ſancti accipiẽs à patre, effudit hoc donũ in nobis quod uos uidẽtis & auditis: neq; em̃ Dauid aſcendit in cœlos, Nulli quippe dubiũ, exaltatũ dextera dei, et ab inferis reſurgentẽ eſſe dñm Ieſum, ſicut ipſe ſcripturę ſermone teſtatus eſt. Iſte ergo qui reſurrexit à mortuis dicit: Ego dormiui & ſomnũ cepi & reſurrexi, quia dñs ſuſcitauit me. Ipſe ergo ſermõe dei aſſumptus in cœlũ, eleuatus eſſe ab ea (de qua ſupra diximus) dextera dei prædicat̃, & accepiſſe repmiſsiones ſpũs ſancti à patre, & effudiſſe illũ in credẽtes, ita ut omniũ linguis loquerent̃ magnalia dei. Nam & dominicus homo accepit cõmunicationẽ ſpũs ſancti, ſicut in euãgelijs ſcribitur. Ieſus ergo repletus ſpiritu ſancto, regreſſus eſt à Iordane. Et in alio loco: Reuerſus eſt Ieſus in uirtute ſpũs in Galileã. Hęc aũt abſq; ulla calũnia de dominico hoĩe qui totus Chriſtus, unus eſt Ieſus filius dei, ſenſu debemus pietatis accipere: nõ quod alter ſit, ſed qđ de uno atq; eodẽ quaſi de altero ſecundũ naturã dei & hoĩs diſputẽt, & quia deus uerbũ unigenitus filius dei, neq; immutationẽ recepit, neq; augmentũ. Siquidẽ ipſe eſt bonorũ omniũ plenitudo. Satis abundeq̃; de prophetæ teſtimonio diſputatũ eſt. nũc ad reliqua pergamus, ut quõ ſcimus quod pater & filius, ſanctos & bonos ſui cõmunicatione perficiũt, ſic ſanctus quoq; ſpũs, participatione ſui, bonos efficiat ſanctoſq̃; credẽtes, & ex hoc etiã unius cum patre & filio ſubſtantiæ eſſe doceat̃. Dicitur in pſalmis ad dñm: Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam. Scimus aũt in quibuſdã exemplaribus ſcriptũ eſſe, ſpũs ſanctus tuus. Porro in Eſdra abſq; ulla ambiguitate bonus ſpiritus appellatur, Spiritũ tuum bonum dediſti, ut eos faceres intelligere. Quod aũt pater ſanctificet, Apoſtolus ſcribit dicẽs: Deus aũt pacis ſanctificet uos perfectos. Et ſaluator ait: Pater ſancte, ſanctifica eos in ueritate, qa uerbũ tuũ eſt ueritas. Perſpicue dicẽs, in me qui uerbũ tuũ ſum & ueritas tua,
B ſanctifica illos fide & cõſortio mei. Dictus eſt & alibi bonus deus: Nemo bonus niſi unus deus: Superius quoq; oſtẽdimus quoniã filius ſanctificet, Paulo in eadẽ uerba cõgruẽte: Etenim qui ſanctificat & qui ſanctificant̃, ex uno oẽs. Sanctificantẽ ſignificãs Chriſtum, & ſanctificatos eos, qui poſſunt dicere: Factus eſt nobis ſapiẽtia ex deo Chriſtus, & iuſtitia & ſanctificatio. Appellat̃ ſiquidẽ & ſpũs ſanctificationis. Vnde & ad eũ dicitur: Et oẽs ſanctificati ſub manibus tuis, & ſub te ſunt. Bonus dñs noſter Ieſus Chriſtus, & ex bono patre generatus eſt, & de eo legimus: Cõfitemini dño quoniã bonus. Confiteãtur aũt illi qui ab eo aut ueniã obſecrant peccatorũ, aut gratias referunt eius clementiæ pro indultis beneficijs. Spiritus quoq; ſanctus eos quos dignatur implere ſanctificat, ut ſuperius iam demonſtratũ eſt, quando oſtendimus eum participabilẽ & à multis ſimul capi poſſe. Et nunc in præſenti Pauli teſtimonio largitor ſanctificationis oſtẽditur, in eo quod ait, Debemus autẽ & nos gratias agere deo ſemper pro uobis fratres dilecti à domino, quia elegit deus nos primitias in ſalutem in ſanctificatione ſpũs ſancti & fide ueritatis. Nam & in hoc loco chariſmata dei ſubintelliguntur in ſpiritu, cum in ſanctificatione ſpiritus, fides pariter & ueritas poſsidentur. Quia ergo rectè & piè & ut ſe ueritas habet hæc diximus, ſanctificationis, bonitatis q̃; uocabulum, & ad patrem, & ad filium, & ad ſpiritũ ſanctum æque referet̃, ſicut ipſa quoq; appellatio ſpiritus. Nam & pater ſpiritus dicitur, ut ibi: Spiritus eſt deus, & filius ſpiritus. Dominus, inquit, ſpiritus eius. Spiritus aũt ſanctus, ſemper ſpiritus ſancti appellatione cenſetur, nõ quod ex cõſortiõ tantũ nominis ſpiritus cum patre ponatur & filio, ſed quod una natura, unum poſsideat & nomen. Quia uero ſpiritus uocabulum multa ſignificat, enumerandũ eſt breuiter, quibus rebus nomẽ eius aptetur. Vocatur ſpiritus & uentus, ſicut in Ezechiele: Tertiam aũt partem diſperges in ſpiritum, hoc eſt, in uentũ. Quod ſi uolueris ſecundũ hiſtoriã illud ſentire, quod ſcriptũ eſt: In ſpiritu uiolento conteres naues Tharſis, non aliud ibi ſpiritus q̃ uentus accipitur. Necnon Salomon inter multa hoc quoq; munus à deo accepit, ut ſciret uiolentias ſpirituũ, nõ aliud ſe in hoc accepiſſe demonſtrans, q̃ ſcire rapidos uentorũ flatus, & quibus cauſis eorũ natura ſubſiſtat. Vocat̃ & anima ſpiritus, ut in Iacobi epiſtola, Quõ corpus tuũ ſine ſpiritu mortuũ eſt, & reliqua. Manifeſtiſsime enim ſpiritus, hic nihil aliud niſi anima nuncupatur

patur. Iuxta quã intelligentiã & Stephanus animã ſuã ſpiritũ uocãs: Dñe, inquit, Ieſu ſuſci c
pe ſpiritũ meũ. Illud quoq; quod in Eccleſiaſte dicit: Quis ſcit an ſpũs hoĩs aſcendat ſurſum, & ſpũs iumẽti deſcẽdat deorſum. Cõſiderandũ utrũ nã et pecudũ animę ſpũs appellentur. Dicit etiã excepta anima, & excepto ſpiritu ſancto, ſpũs alius quis eſſe in hoĩe, de quo Paulus ſcribit: Quis em̃ ſcit hominũ ea quę ſunt hominis niſi ſpũs hominis qui in eo eſt? Si em̃ uoluerit cõtẽdere quiſpiã animã hic ſignificari in ſpiritu, quis erit homo, cuius cogitationes & arcana ſecreta cordis occulta neſciat homo, niſi ſpũs eius: qa de corpore ſolitario hoc intelligere uelle perſtultũ eſt. Quod ſi arguta nitit fraude ſurripere, de ſpiritu ſancto hęc ſcripta cõteſtãs, ſi diligẽter uerba ipſa cõſideret, ceſſabit aſſerere mẽdaciũ. Si quidẽ ita ſcriptũ: Quis em̃ ſcit hominũ quę ſunt hoĩs niſi ſpũs hominis qui in eo eſt. Sic & ea quæ ſunt dei, nemo ſcit niſi ſpũs dei. Quõ enim alius eſt homo, alius eſt deus, ſic & ſpiritus hoĩs qui eſt in eo ſeparat à ſpiritu dei, qui eſt in eo, quẽ ſpiritũ ſanctũ frequenter oſtendimus. Sed & in alio loco idem Apoſt. à noſtro ſpiritu, ſpiritũ dei ſecernẽs, ait: Ipſe ſpiritus teſtimoniũ perhibet ſpiritui noſtro, hoc ſignificans, quod ſpũs dei, id eſt, ſpiritus ſanctus, teſtimoniũ ſpiritui noſtro præbeat, quẽ nũc diximus eſſe ſpiritũ hoĩs. Ad Theſſalonicenſes quoq;: Integer, inquit, ſpũs ueſter & anima & corpus. Sicut em̃ alia eſt anima & corpus aliud, ſic & aliud eſt ſpũs ab anima, quæ ſuo loco ſpecialiter appellatur. De quo & orauit, ut integer cũ anima ſeruetur & corpore, qa incredibile eſt, atq; blaſphemũ orare apoſtolũ, ut ſpũs ſanctus integer ſeruet, qui nec immutationẽ poteſt recipere, nec profectũ. De humano ergo, ut diximus, ſpiritu in hoc loco apoſtoli ſermo teſtatus eſt. Appellantur quoq; ſupernę rationabiles q; uirtutes, quas ſolet ſcriptura angelos & fortitudines nominare, uocabulo ſpiritus, ut ibi: Qui facis angelos tuos ſpũs. Et alibi: Nõne oẽs ſunt adminiſtratores ſpũs? Puto ad hunc ſenſum & illud referri, quod in Actibus apoſtolorũ ſcribitur: Spiritus dñi rapuit Philippũ, & nõ amplius eum uidit eunuchus, id eſt, angelus D
domini in ſublime eleuans Philippũ, tranſtulit illũ in aliũ locum. Rationales quoq; aliæ creaturæ, & de bono in malũ ſponte propria profluẽtes, ſpũs peſsimi & ſpũs appellantur immũdi, ſicut ibi: Cũ aũt ſpiritus immundus exierit ab hoĩe. Et in cõſequẽtibus: Aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe. Spiritus quoq; dæmones in euãgelijs appellantur. Sed & hoc notandũ, nunquam ſimpliciter ſpiritum, ſed cum aliquo additamẽto ſpiritũ ſignificari contrarium, ut ſpiritus immundus, & ſpiritus dæmonis: ſi uero qui ſancti ſunt ſpiritus, abſq; ullo additamento ſpiritus ſimpliciter appellant. Sciendum quoq; quod nomen ſpiritus, & uoluntatem hominis & animi ſententiam ſonet. Volens quippe apoſtolus uirginem nõ ſolum opere, ſed mente ſanctã eſſe: id eſt, non tantũ corpore, ſed & motu cordis interno, ait, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu, uolũtatem ſpiritu, & corpore opera ſignificans. Conſidera utrũ hoc ipſum in Eſaia, ſonet quod ſcriptum eſt: Et ſcient qui ſpiritu errant intellectũ. Qui em̃ errore iudicij alia pro alijs bona exiſtimãt, accipiẽt intellectũ ut corrigat error illorũ, ut pro prauis ea quæ recta ſunt eligãt. Necnon & illud, Vna fortitudo ſpũs ueſtri, uide an idipſum oſtẽdat. Et ſuper omnia uocabulũ ſpũs altiorẽ & myſticũ in ſcripturis ſanctis ſignificat intellectũ, ut ibi, Litera occidit, ſpũs aũt uiuificat, literã dicens ſimplicẽ & manifeſtam iuxta hiſtoriã narrationẽ, ſpiritũ uero, ſanctum & ſpirituale eſſe quod legitur. In hanc cõgruit uoluntatẽ & illud, Nos ſumus circunciſio, qui ſpiritu domino ſeruientes ſumus, & nõ in carne cõfidentes. Qui enim nõ litera carnẽ cõcidunt, ſed cor ſpiritu circuncidũt, auferẽtes om̃e eius ſuperfluũ quod generationi proximũ eſt & amicũ, hi uero ſpiritu circũciſi ſunt, in occulto Iudæi & uere Iſraelitę, in quibus nõ eſt dolus. Qui trãſcendẽtes umbras & imagines ueteris teſtamẽti, cultores ueri adorãt patrẽ in ſpiritu & ueritate. In ſpiritu, qa corporalia & humilia trãſcenderũt. In ueritate, quia typos & umbras & exẽplaria relinquẽtes, ad ipſius ueritatis uenere ſubſtantiã, & ut iam diximus, humili & corporea uerborũ ſimplicitate contẽpta, ad ſpiritualẽ legis noticiã peruenerunt. Hæc interim iuxta poſsibilitatẽ ingenij noſtri, quot res ſpiritus ſignificaret attigimus, ſuo tẽpore quid unumquodq; ſignificet, ſi Chriſtus tribuerit diſſerturi. Nõnunquam aũt ſpiritus, & dominus noſter Ieſus Chriſtus, id eſt, dei filius appellat. Benignus ſi quidem

A quidem eſt ſpũs ſapiẽtiæ. Et in alio loco: Dñs aũt ſpũs eſt, ut ante diximus; ubi etiã illud adiunximus: ſpũs deus eſt, nõ iuxta nominis tantũ cõmunionẽ, ſed iuxta naturæ ſubſtãtięq; cõſortiũ. Quõ enim quorũ diuerſa ſubſtãtia eſt, interdũ euenit ut cõmuni uocabulo nuncupentur: & hæc dicunt̃ ὁμώνυμα, ita eorũ quorũ eadẽ eſt natura atq; ſubſtãtia, cũ ſocietate uocabuli, naturę quoq; æqualitas copulat̃, & diſciplinæ dialecticorũ eſt appellare hæc συνώνυμα. Idcirco & ſpũs uocabulũ & ſi quid aliud in trinitate uſurpari ſolet συνώνυμον eſt, uerbi gratia, ſpũs bonus, & cætera his ſimilia, de quib. pauloante perſtrinximus. Porro ad hæc neceſſario deuoluti ſumus, ut quia frequẽter appellatio ſpũs in ſcripturis eſt reſperſa diuinis: nõ labamur in noĩe, ſed unũquodq; ſecũdũ locorũ uarietates & intelligẽtias accipiamus. Omni itaq; ſtudio ac diligẽtia uocabulũ ſpũs, ubi & quõ appellatũ ſit cõtemplãtes, ſophiſmata eorũ & fraudulẽtas decipulas cõteramus, qui ſpũm ſanctũ aſſerunt creaturã. Legẽtes em̃ in propheta: Ego cõfirmaui tonitruũ, & creans ſpiritum: ignorãtia multiplicis in hac parte ſermõis, putauerũt ſpiritũ ſanctũ ex hoc uocabulo demonſtrari, cũ in pręſentiarũ ſpũs nomẽ uẽtũ ſonet. Necnõ in Zacharia audiẽtes locutũ dñm, quod ipſe ſit qui creat ſpiritũ hoĩs, in eo exiſtimauerũt ſpiritũ ſanctũ, etiã in hoc capitulo ſignificari, nõ animaduertẽtes quod animã hoĩs, aut ſpiritũ quem tertiũ in hoĩe eſſe iam diximus, ſpũs appellatio ſignificet. Et ut prælocuti ſumus, quõ unũquodq; dictũ ſit cõſiderem̃us, ne forte per ignorantiã in barathrũ decidamus erroris. Siquidẽ in alijs rebus ex cõſortio uocabulorũ error eueniẽs, cõfuſionẽ & pudorẽ ei qui errauit importat: de ſupernis uero & diuinis lapſus ad praua, ad æternã pœnã deducit & barathrũ: maxime cum ſemel deceptus noluerit reſipiſcere, ſed ſuũ defenſare impudẽter errorẽ. Decebat etiam, & magnitudo uoluminis exigebat, ut finẽ acciperet oratio. Verũ qa infert ſe quæſtio aduerſus ea quæ ſuperius diſputauimus: quã idcirco tũc prętermiſimus, ne textũ ſermõis irrũ-
B peret: & inter piam prædicationẽ, impia cõtentio poneret: neceſſariũ puto ad propoſitũ reſpõdere: & lectoris arbitrio quid ſuper his ſentiat derelinquere. Diſputantibus ergo ſupra quod animã uel mentẽ hoĩs nulla creatura iuxta ſubſtantiã poſsit implere, niſi ſola trinitas, quia tantũ modo ſecundũ operationẽ & uoluntatis errorẽ ſiue uirtutẽ, animus de his quæ creata ſunt implet̃: oborta eſt quæſtio noſtra, quaſi ſententiã ſoluẽs, quod creata ſubſtãtia quæ in ſcripturis Satanas appellat̃, ingrediat̃ in aliquos: & cor quorundã implere dicatur. Nã ad eũ qui medietatẽ precij de agro uẽdito ſibi aliud profitens reſeruarat, à Petro apoſtolo dictũ eſt: Anania quare impleuit Satanas cor tuũ? Et de Iuda loquitur ipſe ſaluator, quod intrauerit in eũ Satanas. Ad quod poſtea reſpõdendũ eſt: interim nunc ad id quod ſcriptũ eſt, quare impleuit Satanas cor tuũ: quõ Satanas mentẽ alicuius & principale cordis impleat: nõ ingrediẽs in eum, & in ſenſum eius: atq; ut ita dicam adytum cordis introiens: ſiquidẽ hæc poteſtas ſolius eſt trinitatis: ſed quaſi callidus quidã & nequã ac fallax fraudulentusq; deceptor, in eos animã humanã malicię affectus trahit, per cogitationes & incentiua uitiorũ, quibus ipſe plenus eſt. Deniq; & ipſe Elymas magus filius diaboli iuxta maliciã nequitiãq; ſubſiſtẽs, plenus om̃i dolo & om̃i malicia ſcribit̃, Satana patre eius hãc ei uoluntatẽ quaſi ex cõſuetudine uitiorũ in naturã uertẽte. Arguens itaq; eum apoſt. Paulus atq; corripiẽs ait: O plene om̃i iniquitate & omni dolo, fili diaboli, inimice iuſticię dei. Quia em̃ uerſipellis & callidus, omnẽ in ſe dolũ fraudulẽtiæ ſuſceperat, appellat̃ filius diaboli, quia implebat ipſe om̃e principale illius fraude & iniquitate & om̃i malicia: intantũ illiciẽs eũ atq; decipiẽs, ut ipſe Satanas impleſſe animã ipſius, & habitare in eodẽ putaret̃: quẽ ad oẽs ſuę peruerſitatis dolos, miniſtrũ ſibi ac famulũ pręparauerat. Ad id uero quod ſecundũ poſueramus exemplũ, quia in Iudam introiſſet Satanas: hoc dicendum eſt. Obſeruans diabolus quibuſdã motibus & operationũ ſignis, ad quæ potiſsimum Iudæ cor eſſet uitia procliuius, deprehẽdit eum patere inſidijs auariciæ: & reperta cupiditatis ianua, miſit in mentẽ eius quomodo deſideratã pecuniã acciperet, & per occaſionẽ lucri, proditor magiſtri & ſaluatoris ſui exiſteret, argentũ pro pietate cõmutãs, & ſuſcipiẽs precium ſceleris à phariſæis atq; Iudæis. Hæc ergo cogitationis occaſio, locum tribuit Satanæ: ut in cor eius introiens, impleret eũ peſsima uolũtate. Introiuit ergo, non

ſecundum

ſecundū ſubſtantiā,ſed ſecundū operationē:quia introire in aliquē,increatæ naturę eſt eius,quę participet à pluribus.Imparticipabilis ergo diabolus eſt,nō creator, ſed creatura ſubſiſtēs,Vnde & cōuertibilis atq; mutabilis,è ſanctitate decidit atq; uirtute.Diximus ſupra μετχικῶς, id eſt,quod participatione capiat, eſſe incorruptibile & immutabile & cō ſequēter ęternū.Quod aūt mutari poteſt,factū eſſe,& habere principiū. Porrò quod incorruptibile ſit,eſſe & retro et deinceps ſempiternū.Nō ergo ut quidā putāt participatione naturę ſiue ſubſtātię implet quēpiā diabolus,aut eius habitator efficit:ſed per fraudulentiā & deceptionē & malitiā inhabitare in eo creditur quē repleuit. Hac aūt fallacia etiam presbyteros qui aduerſus Suſannā in crudelitatē ſe uerterāt intrauit: implens animas eorum incēdio libidinis & ſera ſenij uoluptate.Scriptū eſt em̄: Venerūt aūt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione. His inſidijs impleuit & uniuerſum populū Iudęorū, dicēte propheta de eo:Vę gens peccatrix,populus plenus peccatis,ſemē peſsimū,filij iniqui.Semen quippe nequā diabolus:& filij eius ,ppter iniquitatē & plenitudinē dicti ſunt peccatores.Si aūt ab his qui eius in ſcripturis filij nominant̄,iuxta ſubſtantię participationē nō capit:ſiquidē impoſsibile hoc eſſe in creaturis frequēter oſtēſum eſt : neq; alius qs poteſt eū capere participatiōe ſubſtātię: ſed tantūmodo aſsūptiōe fraudulētiſsimę uolūtatis. Operationē quippe & ſtudia, nō ſolū bonorū operū, ſed etiā malorū in creaturis diximus: naturā uero atq; ſubſtātiā ſolius in alios poſſe trinitatis intrare. Abūde ut reor occurſum eſt propoſitę quæſtioni. Quia uero ineptū & ſtultū uidet̄ aduerſus fatua reſpōdere: & ſiquid in buccā ruerit impiorū,hoc uelle diſſoluere: nō em̄ tantū impietas eſt ſcelerata proponere, quantū & de ſceleratis ſaltē reſiſtentē uelle tractare: idcirco illud quod ſolēt tractare prætereo,ſacrilega aduerſus nos audacia proclamantes . Si ſpūs ſanctus creatus nō eſt: aut frater eſt dei patris, aut patruus eſt unigeniti Ieſu Chriſti, aut filius Chriſti eſt, aut nepos eſt dei patris,aut ipſe filius dei eſt,et iam nō erit unigenitus dns Ieſus Chriſtus cum alterū fratrē habeat.Miſeri atq; miſerabiles,nō ſentiētes de incorporeis & inuiſibilib.iuxta corporaliū & uiſibiliū diſputari nō licere naturā.Fratrē eſſe uel patruū, nepotē uel filium,corporū noīa ſunt,& imbecillitatis humanę uocabula. Trinitas uero oēs has prætergredit nūcupationes.Et quotienſcūq; in aliqua de his cadit,nominib.noſtris & incōgruis uocabulis,nō ſua natura loquit̄.Cū igit̄ ſancta ſcriptura amplius de trinitate nō dicat,niſi deū patrē eſſe ſaluatoris, & filiū generatū eſſe à patre:hoc tantūmodo debemus ſentire quod ſcriptū eſt.Et oſtenſo quod ſpūs ſanctus increatus ſit:cōſequēter intelligere,quod cuius nō eſt creata ſubſtātia,recte patri filioq; ſocie.Hæc iuxta eloquij noſtri paupertatē in prēſenti dicta ſufficiāt: timorē meū quod de ſpiritu ſancto loqui auſus ſim indicantia. Quicūq; em̄ in eū blaſphemauerit:nō ſolū in hoc ſeculo: uerūetiā in futuro non dimittet̄ ei,nec ulla miſericordia & uenia reſeruabit̄ illi,q cōculcauerit filiū dei,iniuriā fecerit ſpiritui gratię eius in quo ſanctificatus eſt. Quod quidē & in deo patre eſt intelligēdū. Nam qui blaſphemauerit in eū & impiè egerit:ſine uenia cruciabit̄, nullo pro eo dnm deprecāte,ſicut ſcriptū eſt:Qui aūt in dnm deū peccauerit,quis orabit pro eo?Necnō & qui filiū negauerit corā hominibus:negabit̄ ab eo corā patre & angelis eius. Ergo quia nulla uenia in trinitatē concedit̄ blaſphemātibus: omni ſtudio & cautela eſt prouidendū, ut ne in breui quidē paruoq; ſermōe de ea diſputātes,labamur. Quin potius ſi qs hoc uolumē legere uoluerit,quæſumus ut mūdet ſe ab omni opere malo & cogitationib. peſsimis,quo poſsit illuminato corde ea intelligere quæ dicunt̄,& plenus ſanctitate atq; ſapiētia, ignoſcere nobis ſicubi uolūtatē noſtrā nō impleuit effectus:& tantūmodo cōſideret qua mente quid dictū ſit,nō quibus expreſſum ſermonibus.Sicut em̄ pietatis ſenſum nobis audaciter iuxta noſtrā cōſcientiā uēdicamus,ita quantū de eo loqui pertinet, uenuſtatē rhetoricam facundiāq; iuxta conſequentiā textūq; ſermonis,nos procul abeſſe ſimpliciter confitemur. Studij quippe noſtri fuit, de ſcripturis ſanctis diſſerentibus, piè intelligere quæ ſcripta ſunt; & imperitiam menſuramq; noſtri non ignorare ſermonis.

NONI ET VLTIMI TOMI FINIS.

INDEX CHARTARVM.

abcdefghiklmnopqrstuxyz.
ABCDEFGHIKLM.

Omnes terniones præter M quaternionem.

BASILEAE PER HIERONYMVM
FROBENIVM ET NICOLAVM EPIſcopium, Menſe Auguſto, Anno
M. D. LIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deu